TRACTATVS
AD DEFENSAM
INQVISITORVM, CARCERATORVM
Reorum, & Condemnatorum ſuper quocunque crimine.

SEBASTIANI GVAZZINI
DE CIVITATE CASTELLI I.C.
ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

LIBER PRIMVS, ET TOMVS PRIMVS.

Opus nouum, alacri ſtudio digeſtum, omnibus Magiſtratibus, & Iudicibus tàm ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis ad euitandas nullitates, & iniuſtitias, Aduocatis, Procuratoribus, cauſarum criminalium Defenſoribus, atque Excuſatoribus ad Reos tuendos, etiam in vnaquaque proceſſus parte maximè vtile, & neceſſarium.

In quo plura Statuta, Decreta, Bannimenta, Bullę Summorum Pontificum, & pręſertim GREGORII XIV. Super Immunitate Eccleſiaſtica, Conſtitutiones, Pragmaticę, Ritus, & Conſuetudines diuerſorum locorum, & Prouinciarum declarantur, ac referuntur quamplurimi caſus in contingentia facti, in grauiſſimis criminibus, etiam per ſupremos Magiſtratus deciſi.

Cum Indice Rerum, & Verborum locupletiſſimo.











VENETIIS, Apud Bertanos, M.DC.XXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV, & PRIVILEGIO.

AD SACRATISSIMAM VIRGINEM

BEATAM MARIAM

MATREM DEI, REGINAM COELI,

D. & D. meam Colendissimam.



Vm satis longa experientia id, quod, & luce ipsa clarius extat, compertum habeam, tam in Magistratuum administratione, quàm in causarum tractatione à iurisperitis grauiter quandoq; ius lædi, & iustitiam offendi, magis quàm defendi; Cumquè huic incommodo pro viribus occurrere, nec non vexatos, censibusque detentos iuuare sæpe sæpius accommodato, vel opportuno aliquo scriptorum meorum genere cogitauerim. Vbi primum animum ad scribendum appuli, vt tantam, tamquè arduam prouinciam facilè sustinerem, sicuti in cæteris meis conatibus, ità & in hoc tuum patrocinium implorare, ò Mater Clementissima, sacratissimis illis pedibus aduolutus humiliter decreui. Atque eò faciliùs, quod contendebam, me consecuturum sperabam, quod huiusmodi merentium detentorum, ac desertorum infelix sanè hominum genus benignissimè semper excipere, nec tanquam solertissima solum patrona, verum, vt mater amantissima fouere, tutarique nullo vnquam tempore destitisti, siue quem varijs vitæ miserijs premi, siue mortis calamitatibus agitari fortè contigerit. Ecce tandem meis prorsus votis cumulatissimè satisfactum, opus eo deductum, vt non nisi Tibi acceptum referre possim, an debeam? Quare merito quoque habens, quos ego quidem tuo sanctissimo nomini offero, sacroquè, tu verò omnino perfecisti labores. Et quoniam de Defensione agunt, me, meaque omnia vbiquè defendere minimè dedigneris.

Vestræ Sanctissimæ Maiestatis

abiectissimus, & humilissimus seruus

Sebastianus Guazzinus.

BENEDICTUS ALA URBINI ARCHIEPISCOPUS,
& nuper Vrbis Romæ Gubernator,

Carmen.

Ad Lectorem.

Crimina defendet Vir scriptis optimus? absit.
Non bona Guazzini mens fuit ista boni.
Quomodo sed pandit? rectæ deffenditur omnis,
Iustitiæ cultus, Iuris & altus honos.
Crimina mittamus; Virtuti carmina claræ.
Succedant: resonet nomen vbique suum.
Vir dicam quare? Nolo. Vrges denique? Dicam,
Illo nil melius, nil magis Vrbe pium.

AD EMINRNTISS. I.C. D. SEBASTIANUM GUAZZINUM
Compatritium, & collegam nostrum Collegij I.C. Tipherni.

EPIGRAMMA.

Hæc, quæ docta legis venerande volumina lector,
Guazzini doctum condidit ingenium.
Mella huic hyblæi miserunt dulcia colles,
Atque sales dictis alta Minerua dedit.
His docet insontes, diri ceu carceris atri,
Soluantur vectes, vincula dura cadant.
Hinc Vrbs Guazzini, & totus celebrauerit orbis
Nomina, supremum non obitura diem
Gens & cuncta simul, qua permeat æthera Titan,
Guazzini doctum concinet ingenium.

AD EXCELLENTISS. I.C. D. SEBASTIANUM GUAZZINUM
Patrem optimum & amantissimum

PAULI GUAZZINI FILII.

EPIGRAMMA.

Dum tua scripta Typis, Genitor, mandata coruscant,
Ferrea conspicio vincla soluta reis.
O calami vis magna tui? tibi Tibia cedat,
Et sacra Threijcio pollice tacta chelys.
At calamo si tanta facis, quid feceris ore?
Æquum iudicium, qui sapit ille ferat.
Eripiat quicunque reos è carcere post hac,
Dicam ego, Tota meo gloria danda Patri.

ARGV-

ARGVMENTA DEFENSIONVM, ET QVAESTIONVM,

Quæ in hoc Primo Libro continentur.

DEFENSIO I.

Circa defectum iurisdictionis.

Cap. 1. De defectibus iudicis, tàm ordinarij, quàm delegati.
2 Clericus quando capi possit à iudice laico.
3 Quæstio clericatus, & habitus à iudice Ecclesiastico cognosci debet.
4 Iudex sæcularis quando possit punire Clericos, & è contra.
5 Processus factus contra Clericum coram iudice laico, & è contra, quid probet.
6 Fiscus, vel notarius an possint recipere examen reorum, vel testium.
7 Partes an possint processum nullum, ex defectu iurisdictionis conualidare, & iurisdictionem prorogare.
8 Præuentio quos effectus producat.
9 Præuentio quotuplex sit, & per quos actus legitimè fiat.
10 Præuentio inter quos, & in quibus causis inducatur.
11 Delicta mixti fori, quæ sint.
12 Iudex criminalis quando cognoscat de causa ciuili.
13 Iudex ciuilis quando possit cognoscere de causa criminali.
14 Iudex quomodo cognoscere possit de crimine commisso extra territorium.
15 Fur, qui rem furatam ex vno territorio asportauit in aliud, & ibi cum ea fuerit inuentus, an in eo molestari possit.
16 Sententia lata in vno territorio, an exequi possit per iudicem alterius territorij.
17 Remissio delinquentis ad iudicem requirentem, quando fieri debeat.
18 Superior an possit cognoscere de iniuria sibi, vel eius officialibus, aut familiaribus illata.
19 Iudex suspectus qui dari possit, & quando.
20 Suspicio iudicis legitimæ allegata, quando suspendat iurisdictionem.
21 Causæ quæ sint sufficientes ad recusandum iudicem suspectum.
22 Iudex an possit remoueri tanquam criminosus, & inhabilis.
23 Officialis de gestis in officio quando, & à quibus iudicetur.
24 Causa ciuilis quãdo sit præiudicialis criminali.
25 Forus quibus modis contrahatur, propter delictum, ad effectum puniẽdi, primo ratione loci commissi delicti.
26 Forus quibus modis contrahatur, ratione delicti, ad effectum puniendi secundo ratione originis, & domicilij.
27 Forus varijs etiam alijs modis contrahitur.
28 Recursus ad Curiam sæcularem ad impediendam executionem Iurisdictionis Ecclesiasticæ, quando sit improbatus, aut licitus.
29 Extrahi quis non potest ab ecclesia inuitus, & de immunitate ecclesiastica etiam ex bulla Gregorij Papæ XIV.
30 Violantes immunitatem Ecclesiasticam quibus pœnis afficiuntur.
31 Facultas extrahendi cõfugientes ad ecclesiam à quibus concedi possit.
32 Dum disputatur an Reus sit restituendus Curiæ sæculari, vbi conseruari delinquens debeat.
33 Confugiens ad ecclesiam, & traditus Curiæ sæculari in casib. permissis qua pœna sit puniẽdus, & quid Curia ecclesiastica facere debeat.
34 An consuetudine induci possit vt ista immunitas ecclesiastica tollatur.
35 Iudex Laicus extrahens confugientem ad ecclesiam sub spe impunitatis an ei fidem seruare teneatur.
36 Existens in ecclesia an renunciare possit inuitis rectoribus ecclesiæ huic immunitati, vt ab ea extrahi possit.
37 Immunitas quibus locis ecclesijs personis, & criminibus sit concessa.
38 Immunitas ecclesiastica in quibus casibus, tàm de iure communi, quàm vigore d. ctæ Bullæ Gregorij XIV. cesset.
39 Plures reperiuntur, qui declinare possunt forũ, & minimè puniri, nisi a certis Iudicibus.

DEFENSIO II.

An factum sit punibile.

Cap. 1. An factum sit punibile, quod fuit deductum in iudicio.

Delicta quando, & quanto tempore præscribantur.
3 Diuturnitas temporis, & longa carceratio an suffragentur Reo in delictis.
4 Præscriptio alicuius statuti in auocandis causis ab Ordinarijs, ob negligentiam ipsorum, quando currere incipiat.
5 Præscriptio officialibus, in Syndicatu quando suffragetur.
6 Instantia causæ criminalis quanto tempore pereat.
7 Absolutus, vel condemnatus de crimine, quando possit iterũ molestari super eodem crimine.
8 Sententia absolutoria, vel condemnatoria lata in personam vnius, quando prosit, vel noceat alijs socijs, & complicibus.
9 Obtinens gratiam, vel compositionem, siue remissionem per nominationem alicuius banniti interfecti, & Curiæ præsentati quando vlterius molestari.

DEFENSIO III.

Circa Accusationem.

Cap. 1. Defensio circa accusationem.
2 Præiudicia, quæ resultant ex accusatione.
3 Quæ requirantur in accusatione.
4 Delictum, vel qualitas non deducta in accusatione an super ea si sit prolata in processu possit ferri sententia.
5 Qualitas delicti an possit addi, vel detrahi in accusatione, & de quo tempore.
6 Pax, transactio, vel pactum quando impediat accusationem proponi, & prosequi.
7 Exceptio nullitatis contra accusationem.
8 An quis admittatur ad accusandũ nomine alieno, & an requiratur mandatum speciale.
9 Accusationis priuilegia, & effectus qui sint.
10 Accusatus quando admittatur ad recusandum suum accusatorem.
11 An qui semel recessit ab accusatione possit iterum accusare.
12 Denuncians maleficium, vnde iudex incœpit inquirere contra alios, an possit alios accusare.
13 Accusator quando liberetur a pœna calumniæ, & ab expensis, si non probet accusationem.

DEFENSIO IV.

Circa corpus delicti.

Cap. 1. Constare debet de corpore delicti, antequam deueniatur ad aliquem actum.
2 Quomodo constare debeat de corpore delicti.
3 Corpus delicti an suppleatur per confessionem delinquentis.
4 Corpus delicti an iustificetur per famam.
5 Venenum alicui datum quomodo probetur.
6 In crimine stupri quomodo constare debeat de delicto.
7 In crimine furti quomodo constare debeat de corpore delicti.
8 In annorum delatione de corpore delicti quomodo constare debeat.
9 In crimine falsi de corpore delicti, quomodo constare debeat.
10 Quomodo probetur, quem esse mortuum ex vulnere, vel ex mala cura.
11 Vulnera quæ dicantur mortalia, vel non.
12 Quibus peritis standum sit circa corpus delicti & circa vulnera.
13 De corpore delicti in Assassinio quomodo cõstare debeat.
14 De tractatu quomodo constare debeat.

DEFENSIO V.

Circa Capturam.

Cap. 1. Captura per quos, in quibus locis, & quibus committatur in criminali.
2 Iudex propter indebitam capturam, an puniatur.
3 Quæ requirantur ad capturam.
4 Captura iniusta quid operetur in principali.
5 Captura in tertio eximente captum.
6 Captus an in fortijs Curiæ possit offendi.
7 Carcer priuatus quando committatur.
8 Captura in flagranti quando dicatur facta.
9 Captura in flagranti quid operetur.

DEFENSIO VI.

Circa priuilegia Carceratorum.

Cap. 1. Multa assignantur priuilegia, quæ carceratis competunt.
2 Fideiussor qualis esse debeat, ne iudex, vel notarius teneantur.
3 Fideiussor quis dicatur idoneus.
4 Fideiussor de repræsentando quando liberetur.
5 Impensæ in capiendo informationem, & fabricando processum a quibus solui debeant.
6 An in expensis fiscus sit alijs præferendus creditoribus.

DE.

DEFENSIO VII.

Circa præcepta, et Mulctam.

Cap. 1. Præceptis quando iudex vti possit in criminibus.
2 Mulcta quid operetur contra reum, & per iudicem an possit remitti.

DEFENSIO VIII.

Circa confiscationem, et annotationem Bonorum.

DEFENSIO IX.

Circa Inquisitionem.

Cap. 1. Inquisitio quomodo sit transmittenda.
2 Quæ indicia sufficiant ad inquisitionem formandam.

DEFENSIO X.

Circa Citationem.

Cap. 1. Citatio in criminalibus an requiratur.
2 Citatio quomodo sit formanda.
3 De relatione Nuncij, vel citationis.
4 Citationis relatio an specialis, vel generalis requiratur.
5 Nuncio quando sit credendum.
6 Nuncio dicenti fecisse falsam citationem quãdo credatur.

DEFENSIO XI.

Circa cautionem de non offendendo.

DEFENSIO XII.

Circa excusationis pro absente.

DEFENSIO XIII.

Circa transmissionem Commissarij.

Cap. 1. Commissarius prosumendis informationibus quando transmitti debeat.
2 Commissarius an cognoscat de obruptione suę commissionis.
3 Commissio data pluribus an priuatiuè, vel cumulatiuè data intelligatur.
4 Commissio an priuatiuè, vel cumulatiuè cum Principe.
5 Pluribus concessa facultas, vno deficiente, an remaneat in alijs.
6 Commissario an credatur, sine præsentatione litterarum.
7 Commissarius delinquẽs per quę puniri possit.
8 Commissarius, vt procedat ex abrupto.
9 Commissio an spiret morte concedentis, & è contra.
10 Commissarius, & Notarius dantur suspecti.
11 Commissarius ad examen, an possit alteri examen delegare.
12 Cõmissarius an possit deputare Notarios executores, & puniri.

DEFENSIO XIV.

Circa examen Testium.

Cap. 1. Testes pro informatione Curiæ quomodo recipiantur.
2 Testes an possint audiri oretenus in Crim. antequam eorum dicta scribantur.
3 Testes cũ Iuramento, vel sine deponere debẽt.
4 Iuramentũ in repetitione testiũ an requiratur.
5 Iuramentum in testibus an præsumatur.
6 De forma præstandi Iuramentum.
7 Testes an deponant per scripturam, vel per Nuncium.
8 Testis sine iuramento falsum deponens quomodo puniatur.
9 Testes die feriato in criminalibus an recipi possint.
10 Testes qui possint cogi accedere ad iudicem ad deponendum in criminalibus.
11 Testes ad testificandum in causa criminali an cogi possint.
12 Testis accipiens aliquid pro testimonio dicendo an puniantur.

DEFENSIO XV.

Circa remissoriam fisco concedendã.

Cap. 1. Remissoria quando concedatur fisco contra reum.

DEFENSIO XVI.

Circa subtractionem probationum.

Cap. 1. qua pœna puniatur subtrahens probationem ne delicta probatur.

DEFENSIO XVII.

Ne sumantur arma de domo Rei.

Cap. 1. Probationes non sunt sumendæ de domo Rei.
2 Res furatæ penes aliquem repertæ quid operentur.
3 Possessor rei furatæ an teneatur indicare furẽ.
4 Possessor rei furatæ, prætio non refuso, an teneatur restituere easdem res.

DEFENSIO XVIII.

Circa Monitoria de reuelando.

Cap. 1. Monitorium an possit proponi per iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum.
2 Talea cõcessa reuelantibus quibus cõcedatur.

DEFENSIO XIX.

Circa Torturam Testium.

Cap.1. Testes quando non possint torqueri.
2 Testes qui variarunt quando torqueantur.
3 Testis negans interfuisse facto an possit torqueri.
4 Testis, qui facto interfuit, quando possit torqueri.
5 Testis verisimiliter informatus quando possit torqueri.
6 Testis spontè accedens ad testificandum quãdo torqueatur.
7 Testes dicentes, non recordari, an torqueri possint.
8 Vicini quando possint torqueri pro habenda veritate delicti commissi in vicinia.
9 Domestici quando torqueri possint pro delicta commissa in domo domini.
10 Testes inhabiles quando torqueantur.
11 Testes quomodo sint interrogandi.
12 Suggestio in testibus quotuplex sit.
13 Tortura in testibus qualis esse debeat.
14 Ratificatio in testibus an requiratur.
15 Testibus copia indiciorum quando sit danda antequam torqueantur.
16 Testium depositionibus in tortura, vel extra standum quando sit.
17 Testis in foro conscientiæ an teneatur reuelate, & an teneatur ad damna passa.
18 Tortura in testibus quis operetur.

DEFENSIO XX.

Circa Reorum examen.

Cap.1. Inquisito an sit iuramentum deferendum.
2 Iuramentum calumniæ in criminalibus an deferatur Reo, & actori.
3 Inquisitus an puniri possit de periurio.
4 Examen Rei constitutum appellatur, & quare.
5 Reus in examine quomodo stare debeat, dum examinatur à iudice.
6 Iudices in examine quid obseruare debeant.
7 Reus antequam connumeretur inter reos, quæ requirantur.
8 Captus si dicat, se esse clericum, an cogi possit ad respondendum.
9 Clerici, qui gaudent immunitate Ecclesiastica, an interrogari, & puniri possint per iudicem secularem, & qui sint, qui gaudeant dicta immunitate.
10 Reus quando super eodem possit pluries interrogari per iudicem.
11 Reus in his, quæ sunt iuris, quomodo se habere debeat, in suis responsionibus.
12 Iudex cautelis, ac fictionibus an in examine vti possit.
13 Iudex per suggestionem non potest extorquere confessionem.
14 Notarius quid facere debeat in receptione examinis.
15 Reus in foro conscientiæ an teneatur fateri delictum.
16 Reus quando possit torqueri pro præcisa responsione.
17 Lis in criminalibus quando contestetur.
18 Confrontatio Rei cum testibus quomodo fieri debeat.
19 Quæ requirantur in confrontatione.
20 Confrontatio quos effectus producat.
21 Exhibitio armorum, & scripturarum reo vel testibus quomodo sit facienda.
22 Recognitio Epistolæ, vel alterius scripturæ quomodo sit facienda.
23 Iudex torquens sub spe impunitatis.
24 Impunitas Reo promissa an sit seruanda.

DEFENSIO XXI.

Circa Processum informatiuum.

Cap.1. Tortura quando ex processu confirmatiuo inferri possit.

DEFENSIO XXII.

Circa publicationem processus offensiui.

Cap.1. Publicatio processus an requiratur in Criminalibus.
2 Processus appellatione quæ veniant.

DEFENSIO XXIII.

Circa Reum ad largam ponendum.

Cap.1. Reus an sit ponendus ad largam, & quomodo.

FINIS PRIMI TOMI.

DEFENSIO XXIV.

Circa traditionem processus offensiui.

Cap. 1. Copia processus Reo est tradenda.
2 Reo non petenti an sit danda copia inditiorũ.
3 Reo quæ sint cedenda.
4 Pendente termino, nihil innouandum.
5 Reo datur terminus ad se defendendum.
6 Copia processus an sit dãda ante declarationẽ.
7 Iudex, post copias decretas, an possit alios testes examinare.
8 Reus admittitur cum protestatione, saluis exceptionibus, &c.
9 Testes Curiæ quid probent vbi non dantur testes pro ritè, &c.
10 Aduocatis quando possit interdici, &c.

DEFENSIO XXV.

Circa repetitionem testium.

Cap. 1. Fiscus tenetur repetere testes pro informatione Curiæ examinatos.
2 Repetitio testium cuius expensis sit facienda.

DEFENSIO XXVI.

Circa relaxationem Carcerati.

Cap. 1. Carceratus per quos excarcerari possit.
2 Carceratus quando possit excarcerari.

DEFENSIO XXVII.

Circa renunciationem defensionis.

Cap. 1. Reus quando possit defensionibus renunciare.

DEFENSIO XXVIII.

Circa Articulos.

Cap. 1. Articuli quomodo sint formandi.
2 Clausulæ, quæ apponuntur in articulis.
3 Articuli quibus cautelis admittantur per iudicem.
4 Articuli defensionem absentium concernentes quando sint admittendi.
5 Reus an plures possit testes inducere.
6 Fiscus an citetur ad dicendum contra articulos, & accusator.
7 Repulsa contra testes fisci an Reo, & è contra concedatur.
8 Repulsa in quibus casibus concedatur.
9 Repulsa per quos testes fieri debeat.
10 Remissoria an concedatur reo ad defensam.
11 Testes an per extensum super articulis deponere debeant.
12 Exceptiones testium quando sint discutiendæ.
13 Testes, & articulos falsos faciens, & inducens, quomodo puniatur.
14 Interrogatio quomodo sit facienda contra inducentem testes falsos.
15 An testibus, vel Notario credatur.
16 Testes dicentes, falsum deposuisse, an noceat inquisito.
17 Producens falsos testes an perdat causam.
18 Testes falsum deponentes ad fauorem fisci, vel Rei, quomodo puniantur.
19 Testes credentes dicere verum, & falsum deponentes an puniantur.
20 Probationes factæ in fauorem Rei an sint publicandæ.

DEFENSIO XXIX.

Circa priuilegia defensionis.

Cap. 1. Actore non probante, Reus absoluitur.
2 Præsumptiones Rei confundunt præsumptiones fisci.
3 Quæ probationes admittantur, fauore defensionis.
4 Defensionis effectus, & priuilegia.

DEFENSIO XXX.

Circa torturam contra principalem.

Cap. 1. A decreto torturæ an detur appellatio.
2 Tortura quid sit, & quare fuerit inuenta.
3 Tortura in quibus casibus adhibeatur.
4 Tortura vt inferatur quid requiratur.
5 Iudex quando possit reum terrere.
6 Gratiatus an possit torqueri pro complicibus.
7 Confitens delictum ad defensionem an torqueatur.
8 Confessus vnum delictum quando super alijs torqueatur.
9 Conuinctus, & bannitus an torqueatur super alijs, & complicibus.
10 Clericus an possit torqueri in caput suum.
11 Minor quando possit torqueri.
12 Senex quando possit torqueri.
13 Mutus, & Surdus an possit torqueri.
14 Mulier prægnans quando possit torqueri.
15 Mulier lactans an possit torqueri.
16 Infirmus quando possit torqueri.
17 Episcopi, & alij in indignitate constituti an possint torqueri.
18 Tortura in psonis priuilegiatis quid operetur.

19 Tortura à quibus inchoanda.
20 Iudex quomodo ſe habeat in tortura infereda.
21 Iudex quibus terminis vti debeat.
22 Tortura per quot ſpatium temporis inferatur.
23 Torturæ repetitio quando fiat.
24 Tortura per quot vices inferatur.
25 Tortura an pro quolibet inditio inferatur.
26 Tortura per vnum iudicem illata an computetur coram alio iudice.
27 Tortura an ex ſolis adminiculis inferatur.
28 Tortura an ex processu informatiuo repeti poſſit.
29 Tortura an ex conſcientia Iudicis inferatur.
30 Tortura an ex vnico indicio inferatur.
31 Indicia ad torturam quomodo probentur.
32 Plura indicia an cumulentur ad torturam inferendam.
33 Tortus quomodo debeat interrogari in ipſis tormentis.
34 Iudex an teneatur de omnibus, quæ reo contingunt in tormentis.
35 Confeſſio extorta per torméta an requirat ratificationem.
36 Ratificatio quomodo ſit facienda.
37 Confeſſio metu tormentorum quæ dicatur.
38 Tortura an conualidetur, ſi inditia ſuperueniant poſt illatam torturam.
39 Confeſſio ſi fuerit ex torta ſine inditijs, quid ſit agendum cum Reo.
40 Tortura quid operetur.
41 Inditijs grauatus an torqueri, vel condemnati debeat.
42 Iudex indebitè torquens quando puniatur.
43 Remedia contra torturam adhibita per reum, vel teſtem quando puniatur.
44 Tortus ſi ſubſtineat, quid ſit agendũ cum eo.

DEFENSIO XXXI.

Circa defenſionem ante condemnationem.

Cap. 1. Terminus defenſionis an detur ante condemnationem.

DEFENSIO XXXII.

Circa confeſſionem Rei.

Cap. 1. Confeſſio turbida non afficit.
2 Confeſſio non conſtito de corpore delicti.
3 Confeſſio ſine cauſa.
4 Confeſſio incidenter emanata.
5 Confeſſio per viam exceptionis.
6 Confeſſio in vno iudicio criminali quando noceat in alio criminali iudicio.
7 Confeſſio vnius quando noceat alteri.
9 Confeſſio falſa non nocet.
10 Confeſſio ex capite erroris quomodo reuocari poſſit.
11 Confeſſio per quem poſſit reuocari.
12 Confeſſio quomodo reuocetur, & ſit probandus error.
13 Cauſæ reuocandæ confeſſionis.
14 Confeſſio in gratia, in venia, & in compoſitione quid operetur.
15 Confeſſio denegatis defenſionibus, an noceat.
16 Confeſſio ſuper delicto quando afficiat ſuper qualitatibus.
17 Confeſſio iuris an noceat.
18 Confeſſio priuilegiati in Tortura qñ noceat.
19 Confeſſio contra ſententiam.
20 Confeſſio poſt præſcriptionem.
21 Confeſſio per ſuggeſtionem.
22 Confeſſio ſuper proceſſu nullo.
23 Confeſſio ſine proceſſu.
24 Confeſſio impugnata per partem.
25 Confeſſio coram Iudice incompetenti.
26 Confeſſio corã Notario ſine iudice an noceat.
27 Confeſſio coram ſacerdote.
28 Confeſſio facta per metum.
29 Confeſſio procuratoris an noceat principali.
30 Confeſſio ſine inditijs.
31 Confeſſio minoris.
32 Confeſſio extraiudicialis an ad condemnandum ſufficiat.
33 Confeſſio extraiudicialis an ſufficiat ad torturam.
34 Confeſſio qualificata quando noceat.
35 Confeſſio ſpontanea an diminuat pœnam.

DEFENSIO XXXIII.

Circa pœnam infligendam.

Cap. 1. Pœna ſine ſententia an poſſit irrogari.
2 Pœna tenet ſuos authores.
3 Pœnæ ſublatæ, & aliæ ſubrogatæ.
4 Iudex quas pœnas imponat.
5 Pœna amputationis membri, in quibus caſibus imponatur.
6 Membrorum appellatione quæ veniant.
7 De qua pœna capitis ſit intelligendum.
8 Pœna indignationis Principis.
9 Pœna ſtelionatus in quibus caſibus imponatur.
10 Auxilium ad homicidiũ quomodo puniatur.
11 Aſſocians delinquentem poſt delictum an poſſit torqueri.
12 In alternatiuis quæ pœna ſit infligenda.
13 Pœna pro aliquo delicto impoſita, & alia arbitrio iudicis.
14 Reus ex quibus probationibus puniatur.
15 Inditia indubitata quæ ſint.

16 Pœna

16 Pœna arbitraria an extendatur ad mortem.
17 Pœna minoranda quæ sit infligenda.
18 Pœna pro culpa quæ sit infligenda.
19 Pœna legali, vel statutaria quæ sit infligenda.
20 Pœna imposità à diuersis statutis quæ sit infligenda.
21 Vna, vel pluribus pœnis quando reus puniri possit.
22 Plures pro eodem facto quomodo sit puniēdi.
23 Pœna soluta ab vno, an liberet alios delinquentes.
24 Affectus quādo puniatur, nō sequuto effectu.
25 Pœna quæ sit imponenda, an inflicta in loco originis, domicilij vel loci commissi delicti, vel iuris communis.
26 Reo mortuo ante sententiam, an eius memoria damnari possit, & sæuiri in eius cadauer, & eius bona hæredibus possint auferri.

DEFENSIO XXXIV.

Circa compositionem.

Cap. 1. Compositio de quo tempore fieri debeat, & per quos superiores.
2 Compositio cum quibus personis, & in quibus casibus fieri possit.
3 Compositio an fieri possit, parte non concordata.
4 Damna, & interesse quomodo taxari, & æstimari debeant.
5 Compositio quos effectus producat.

DEFENSIO XXXV.

Circa Sententiam.

Cap. 1. Sententia in criminalibus an debeat esse cōformis accusationi, inquisitioni, siue libello.
2 Sententia, sine publicatione processus, an ferri possit.
3 Sententia an ferri possit contra Reum, lite cum eo non contestata.
4 Sententia, sine probationibus, an valeat.
5 Causa an sit exprimēda in sententia criminali.
6 Sententia lata, ex falsis testibus, vel falsis probationibus, an valeat.
7 Sententia lata, nemine petenti, an valeat.
8 Sententia lata aliter, quam esset mens Iudicis, dicitur nulla.
9 Sententia quomodo sit ferenda à Iudice.
10 Sententia an requirat publicationem ad eius validitatem.
11 Condemnatus ab vno iudice quādo possit cōdemnari ab alio.
12 Sententiæ plurium iudicum, super eodem facto, an valeant.
13 An sententia in vna parte nulla possit subsisteri in alijs, vel in totum sit nulla.
14 Sententia inæqualis delicto an valeat.
15 Sententia, quæ non habet certam pœnam, an valeat.
16 Sententia lata sub conditione an valeat.
17 Sententia lata per verba. Reum esse condemnandum, vel futuri temporis, vel modi infinitiui, an valeat.
18 Sententia quando possit retractari, declarari, vel suppleri per eumdem iudicem.
19 Sententia quando sit pro Reo, vel pro fisco ferenda.
20 Sententia lata contra leges, statuta, extrauagantes, consuetudinem, contra notorium, & contra communem opinionem, an valeat.
21 Sententia festinanter lata an valeat.
22 Sententia nulla quos effectus producat.
23 Sententia iniusta quando valeat.
24 Quæ sententia non transeat in iudicatum.
25 Sententia lata in vno iudicio quando noceat, & pariat exceptionem Rei iudicatæ in alio Iudicio.
26 Sententia an præsumatur ritè, & rectè lata.

DEFENSIO XXXVI.

Circa Appellationem.

Cap. 1. Appellatio de quo tempore interponi debeat, & quomodo tempora appellationis currant.
2 Appellatio in criminalibus per quem interponi possit.
3 Appellatio in criminalibus in quibus casibus admittatur.
4 Appellatio in criminalibus in quibus casibus non admittitur.
5 Aliquæ difficultates circa Bullam Pij V. circa depositum, vel cautionem præstandam.
6 Ab excommunicatione an detur appellatio.
7 In pœnis arbitrarij an detur appellatio.
8 Appellatio à sententia Principis, Senatus, Iudicis habentes brachium Regium, & similium, quando detur.
9 Sententia in notorijs delictis non recipit appellationem.
10 An à sententia lata in sindicatu contra officiales detur appellatio.
11 Conuictus, vel confessus an appellet.
12 Conuictus tantum an appellet.
13 Confessus tantum an appellet.
14 Fiscus in criminalibus an appellet.
15 Appellatio, vel recursus quos effect⁹ operetur.

16 Exc-

16 Executio sententiæ in quibus casibus retardetur donec veniat responsum à Principe.
17 Appellationis causa ad quem superiorem deuoluatur, & quomodo iudex appellationis cognoscere debeat causam appellationis.
18 Appellans quas probationes deducere possit in causa appellationis.
19 Appellatio quibus verbis concipi debeat, ac quomodo sit interponenda, & quando sit præsentanda, & quibus.
20 Quibus remedijs condemnatus vti possit vbi sibi non conceditur appellatio.
21 Intra quantum tempus committi debeat causa appellationis.
22 Quis teneatur transportare acta, & processus, an appellans, siue appellatus.
23 Sententia lata, non trāsportatis omnibus actis, an sit nulla.
24 Carceratus in causa appellationis an debeat remitti Iudici ad quem.
25 Appellans, & appellatus an possint appellare à non condemnatione expensarum, & qn̄ condēnatio expensatum per indicem fieri debeat.
26 Iudex appellationis dicens in eius sententia, victum victori an videatur succumbentem cōdemnate ad expensas aliarum instantiarum.
27 Sententia nulla an possit confirmari per iudicem appellationis.
28 Iudex, appellatione interposita à sua sententia, quid facere possit.
29 Sententia in causa appellationis quomodo sit ferenda.
30 Iudex appellationis quæ statuta sequi debeat.

DEFENSIO XXXVII.

Circa conformitatem sententiarum.

Cap. 1. Sententiæ quæ dicantur conformes.
2 Sententiæ plures quando non dicantur conformes.
3 Duæ conformes sententiæ per statutum Vrbis lib. 1. Cap. 178. an locum habeant in criminalibus.
4 An contra tres sententias conformes possit dari de nullitate.

DEFENSIO XXXVIII.

Circa executionem Sententiæ.

Cap. 1. Damnatus, ante executionem sententiæ, an testari, donare, & disponere de suis bonis possit.
2 Damnatus ad mortem debet fateri peccata sua sacerdoti, & sanctam Eucharistiam sumere, sed extrema vnctio ei non datur.
3 Executio pęnæ capitalis an possit differri, & ex quibus causis.
4 Executio pęnæ capitalis per quem iudicē fieri debeat.
5 Executio pęnæ capitalis quibus diebus fieri debeat, & quomodo condemnatus ducatur ad supplicium.
6 Cadauera mortuorum an suspendi possint.
7 Damnatorum corpora an sepelliti debeant.
8 Cadauer damnati an possit concedi Medicis, & Chirurgis pro Anothomia.
9 Testes damnati ad mortem quibus concedi debeant.

DEFENSIO XXXIX.

Circa executionem per Curiam Ecclesiasticam.

Cap. 1. Degradatio in Clerico in quibus causis fieri possit, & quomodo Clericus sit tradendus Curiæ sæculari, & quando.
2 Qui se in carceribus interfecit, an sit tradendus Ecclesiasticæ sepulturæ.

F I N I S.

TRA-

TRACTATVS AD DEFENSAM

Inquisitorum, Carceratorum, Reorum, & Condemnatorum, super quocumque crimine in fortijs Curiæ existentium.

LIBRI PRIMI.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 Aduocationis officium fuit inuentum, vt succurratur eis, qui nequeunt causam eorum tueri; & Aduocati sunt immunes ab omni onere.

2 Aduocationis officium est necessarium, & laudabile, & optimam vitam Aduocati boni faciunt, & est meritorium apud Deum.

3 Aduocationis officium exercuerunt in hoc sæculo, & in alio exercent, Christus Redemptor noster, immaculata virgo Maria, & quam plures Sancti.

4 Aduocationis officium adeo est meritoriū, vt ipsi Aduocati mereantur apud Deum, sicut sacri verbi Concionatores.

5 Aduocati debent pauperibus gratis patrocinium præstare, & si hoc denegabitur (constitutione Neronis) puniendi sunt.

6 Aduocationis officium est multum difficile; ideo Aduocati moderate, accurate omni reuerentia, & ommissa verborum multiplicitate defensiones proponere debēt & eum altero Aduocato, & parte aduersa benignè se habere etiam debent, potius laudando, quàm vituperando; nisi fuerit Aduocatus verbis iniuriosis pronocatus; quia tunc potest, etiam per mentitam, iniuriam repellere.

7 Aduocatus debet pluribus honoribus Iudici adulari, illum vocando doctissimum, excellentissimum, celeberrimum, acutissimum, & per alios similes honores.

8 Aduocati rationes, auctoritates, ac leges allegare debent, & ipsis cum parte aduersa, ac eius Aduocato certarè: & si Iudex fuerit illiteratus, Aduocatus debet materno sermone vti, vt possit ille Iudex defensiones percipere.

9 Aduocatus non debet expectare, vt per Iudicem vocetur ad discutiendum inditia, sed ipse debet accedere sponte ad Iudicem; præterquam in Regno Neapolitano, vbi Aduocati citantur ad informandum.

10 Iudex potest imponere finem dictis per Aduocatum: & si fuerit Aduocatus cauillosus, poterit priuari officio Aduocationis.

11 Aduocatus nimis verbosus ab officio remoueri debet: ideo debet conclusiuè loqui, & pauca atq; vtilia effundere.

12 Iudex potest reprahendere Aduocatum quamuis peritissimum.

13 Aduocatus potest alterum Aduocatum per subterfugia decipere, quando fouet bonam causam.

14 Aduocat. reueläs secreta sui Cliētis pœnā falsi īcurrit

15 Pactum de quota litis in Aduocato, & procuratore omnino est reprobatum: & quid in causa criminali.

16 Aduocatus, vel procurator Fiscalis nō possunt pacisci de quota litis, neque esse procurator pro aliquo.

17 Aduocatus suscipiens patrocinium pro vna parte nō potest illud deserere, & alteram partem defendere: nisi viderit partem aduersam iustiorem causam habere; quod tamen aliqui Doctores non admittunt.

18 Præuaricationis crimine multi fuerunt notati, vt Tuscillius, Demostenes, & Oldradus.

19 Corrumpens Aduocatum partis aduersæ punitur pœna falsi.

20 Aduocatus potest communionem habere cum excommunicato, absque incursu excommunicationis pro consilio ei dando, vt a dicta pœna liberetur.

21 Statutum prohibens opem, vel auxilium bannitis præstari, non comprehendit Aduocatos, & procuratores volentes illos iuuare per uiam gratiæ, vel iustitiæ, exceptis quibusdam casibus.

22 Aduocatus potest interuenire pro bannito, quando fuit gratiatus. iniuncto tamen ei exili, dum permanet in dicto exilio.

23 Aduocatus tenetur, recepto, salario, officium suum impartiri, exceptis quibusdam casibus.

24 Clericus potest in causa criminali patrocinium præstare, & Reum defendere, absque incursu irregularitatis.

25 Hebræi non possunt exercere officium Aduocationis; sed bene possunt esse procuratores, etiam contra Christianos.

26 Aduocatus, vel procurator quando possint esse testes pro eorum Cliente: Sed non possunt cogi ad testificandum contra eos.

27 Aduocatus, & procurator non possunt recipi in fideiussores pro Cliente.

28 Aduocatus vexatus in causa criminali, si conducat alium Aduocatum pro sua defensione, & fuerit repertus innocens, potest petere expensas a parte aduersa, per modum damni passi.

28 Aduocatus, & procurator non allegant iudices suspectos, nisi causas probauerint: quia alias actione iniuriarum tenentur.

30 Aduocatus, vel procurator an possint interuenire examini, vel torturæ inferendæ inquisito: & an Aduocatus, uel procurator Fisci etiam possint interuenire, remissiuè.

31 Reus carceratus debet pro sua defensione adhibere Aduocatos litteratos, senex, & practicos, cum plus

valeat vmbra fenis Aduocati, quam gladius, & eloquentia iuuenis.

32 *Aduocati plures informantes in eadem caufa, iuniores incipere debent, & deinde fequi feniores.*

33 *Iudex debet honorifice, ac libenter Aduocatos audire; alias poteft iuridice tanquam fufpectus remoueri.*

34 *Iudex debet effe præditus bonitate, peritia, diligentia, eloquentia, conftantia, ac prudentia, & debet fugere nomen feueri; nec etiam effe debet nimis clemens, & mifericors; nec debet fitire fanguinem humanum, neque pecuniam, & femper inclinare in benigniorem partem.*

35 *Iudex femper debet fequi communem opinionem; nifi opinio contraria fuerit melioribus rationibus fuffulta.*

36 *Opiniones duæ fi concurrant in eadem caufa, vna quæ fit communis, altera quæ fit æquior, erit æquior attendenda.*

37 *Doctoribus modernis atteftantibus de communi opinione, magis eft credendum, quam antiquioribus.*

38 *Gloffæ opinio eft maximæ auctoritatis.*

39 *Opiniones duæ contrariæ fi concurrant, quarum vna fit de iure Canonico, altera de iure ciuili, quæ fit attendenda.*

40 *Doctori atteftanti de communi opinione an fit credendum.*

41 *Iudex femper debet fequi opinionem, quæ in practica illius Tribunalis feruatur, alias fententia erit nulla.*

42 *Doctori atteftanti de confuetudine, & practicata alicuius loci, quando fit credendum.*

43 *Iudices qui eligi debeant ad iudicandum.*

44 *Defenfio diuiditur in quattuor partes.*

1 VT Aduocati, Defenfores, Excufatores, & caufarum Patroni criminales dubitationes, & quæftiones occurrentes facile, ne ferè fine labore inueniant, & omnia illicò comprehendant, & deducere contra Fifcum valeant; ac iudices à nullitatibus, & ab iniquitatibus fe abftineant; hilari animo præfentem Tractatum ad defenfam Reorum, Carceratorum, & Condemnatorum in fortijs Curiæ exiftentium fuper quocumque crimine, ac fuper qualibet parte proceffus aggreffus fui, & pro Aduocatis præmitto, quòd officium Aduocationis fuit inuentum, vt eis fuccurratur, qui caufam fuã tueri nequeant, Menoch. de arb. iud. caf. 369. nu. 1. lib. 2. vbi fubdit à Nerone fuiffe fancitum, vt defenfores, & caufarum patroni, fine muneribus, caufis adeffent; fed hodie folum pauperibus, inopiaque laborantibus gratis patrocinium præftare debent, latè Aufred. ad Cappell. Tholoff. q. 482. n. 1. & funt immunes ab omni munere; adeo quod, fi ab aliquo vexentur, iudicis arbitrio puniantur, Menoch. vbi fupra, n. 1. & feqq. vbi
2 concordantes allegat, † & effe laudabile, ac vitæ hominum neceffarium aduocationis officium, inquit text. in l. laudabile, C. de aduocat. diuerf. Iud. Io. Bott. conf. 43. n. 13. quia ipfi dirimunt ambigua facta caufarum, fuæque defenfionis viribus in rebus fæpè publicis, & priuatis lapfa erigunt, fatigata reparant, & & non minus prouident humano generi, quam fi prælijs, ac vulneribus Patriam, parentesq. feruarent, gloriofaque vocem laborantium fpem, vitam, & pofteros defendunt, l. Aduocati, C. de Aduoc. diuerf. Iudic. & ibi Bart. inquit, quod magis funt neceffarij Republicæ, quam milites, Rol. conf. 36. numero primo, & feqq. volum. 3. Corrad. in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. primo. §. 1. verfic. armis proinde, numero fecundo, & dicuntur clariffimi, etiam poft depofitum officium Aduocationis Lancellott. in d. templo omn. iud. libro primo, capitulo primo, quæftione fecunda, numero vigefimo feptimo, Peregr. Ian. in tractato di citatione real. libro primo, capitulo primo, numero 983.

Immò recti Aduocati optimam vitam faciunt, vt exclamat Alber. de Rofat. in l. 1. C. de fuffrag. Caccialup. in tract. de transact. q. 2. in princ. vbi poft alios,
3 quos allegat, firmat, † quod officium Aduocationis fit meritorum apud Deum; cum multoties Chriftus Redemptor nofter in hoc mundo illud exercuit. Fuit enim Aduocatus Mariæ Magdalenæ in tribus cafibus, & continuo illud exercet in Cœlo, intercedendo pro nobis apud Patrem. Vnde Apoftolus ad Hebræos c. Difcipulus, dift. 5. dicit, quod introiuit Chriftus in Cœlum, vt appareat cultui Dei pro nobis: ad hoc etiam facit, quod dicit Beda fuper illud Marci, quod legitur in primo Sabbato Quadragefimæ: Cum fero factum effet, filius, vt formam hominis impleret, obfecrandum Patrem putat effe pro nobis; quia Aduocatus ipfe eft. Et Apoftolus dicit: Aduocatum habemus Chriftum apud Patrem, vt latè profequitur, Alber. in d. l. 1. C. de fuffrag. Roland. confil. 36. numero tertio, & feqq. volum. tertio, Hieron. Hifpan. in Tractat. Comm. contra Comm. quæftione 736. numero decimo, & feqq. vbi etiam refert, quod in pluribus locis legitur, quod quam plures Sancti fuerunt Aduocati; prout etiam refert Caffan. in Cathalog. Glor. Mundi. 7. parte, Confiderat. vigefima nona, in fine, & Mathienco in Dialogo relatorum. 1. par. c. 7. nu. 3.

Et ẽt ipfa glorififfima, & immaculata Virgo Maria aduocata peccatorum, vocatur ab Ecclefia in quotidiana Oratione, Salue Regina, ibi: Eia ergo aduocata noftra: Ideo aduocati glorientur, quòd Saluatoris noftri, gloriofiffimæ Virginis Mariæ, & tot Sanctorũ imitatores exerceant officiũ apud Deum valde meritorium, & laudabile, atq. ad hominum falutem neceffarium. Rol. d. conf. 36. n. 1. & feqq Hier. Hifpan. d. q.
4 736. n. 13. vbi, poft alios, quos allegat plus firmat, † quod boni aduocati, fi munus eorum, vt debent, faciant, mereantur apud Deũ plufquã Sacri Vrbi Cõcionatores. Borgn. de vfufruct. mulier. n. 205. & decif. 24. n. 21. p. 1. Idẽq. tenet Burgof. de Paz in Procmio leg. Tauri n. 382. & Greg. in l. 1. tit. 4. p. 3. verb. los Iuzgadores, vbi affignat rationẽ vel faltẽ æquiparẽtur prædicationi, quando exercetur pro charitate pro pauperibus, & pro innocentibus. Siluefl. in fum. in verb. prædicationis & priuilegium habent aduocati, vt non poffint capi dum funt in foro, exercendo officium aduocationis in Prætorio, vel coram Iudice, vt dicam infra in prima Defenfione dum materiam immunitatis Ecclefiafticę pertractabo.

Hæc aũt volui præmittere, ac referre in ifta præfatione, vt boni, atque optimi aduocati, qui benè viuũt, iuftiq. funt lętentur de eorũ benè geftis, ac ad correctionẽ eorum, qui huiufq. malè vixerunt, vt corrigãtur, ne in fine fęculi tremebundum Iudiciũ fubire debeant, vt etiã recenfet Rol. d. conf. 39. nu. 19. in fi. vol. 3. qui ob id fuadet aduocatis, vt quantũ humana fragilitas patitur eorum officium iuftè, ac meritoriè ftudeant exercere, & cauillationibus, & protractionibus iniuftis in caufis non vtantur, nec inftruant teftes,

vel partes falsa loqui, vel vera supprimere, & causas pauperũ,& miserabilium personarum agant gratis;& si velint rectè, & cũ Charitate carceratos, & vexatos coadiuuare, præbeo eis consiliũ vel lege vtantur naturæ, fingẽdo se esse in carcerib. detentos,& vexatione concussos, & quod vellent pro se ipsis fieri pro dictis carceratis,& vexatis faciãt, An vero possint,tuta cõscientia,& sine periculo pęnę consulere,vt Rei negẽt delictum, ac probationes subtrahant, dicã latè in corpore Tractatus,sed sciant Aduocati,quod fatue agũt si loquantur testibus antequã deponant Alber. de milit. de test.c.3.nu.57.& ego quidem nunquã tempore vitæ meæ locutus fui alicui testi examinando neq. ad defensam, neq. ad offensam antequam deponeret.

5 Et caueãt ipsi Aduocati,vt pauperib. & inopia laborantibus,gratis,& amore Dei,patrocinium pręstẽt vt prius in pauperes charitatem exerceãt. D.Tho.2.2.q.71.art.1.Aufred.ad Capel.Tholos.q.482.nu.1.& nolentes ex Constitutione Neronis, possent suspendi ab officio aduocationis pex tex.in l.prouidendũ.§.2. ff.de postuland.Couarr.pract.quest. c.16.sub nu.4.& li.3.var.resolut.cap.14.n.1.Minsing.obseruat.32.cẽt. 3.Grauat.ad Vestr.lib.4.c.4.n.32.Menoc.de arbit.d. cas.369. Quæ Neronis Constitutio benè obseruatur nõ solũ per pauperes,sed etiã p diuites,vt dicit.Hier. Hispan.in d.tract.comm.contr.cõm.q.198.vbi tamen etiam dicit, quod illa Neronis determinatio de Iure nõ sit vera,& salariũ aduocato solet promitti in principio litis, sed non solui,& si fuerit,excessiuum potest moderari per iudicem,latè vide Hier. Hispan.in d.q. 198.Imò recusans patrocinari egenis, peccat mortaliter. Couar. pract.q. c.6.n.4.in fin.vbi Add.cõprobat hanc opinionem auctoritate Diui Thomæ,Caietani, Syluestri,& Dominici à Soto,& sequitur Lup.in trac. de illeg. & de natal.comment,2.§.3.num.76.

6 † Cùm aũt dictum officium aduocationis exercere sit multũ difficile,Alber.in l.1.col.penul.C.de aduoc. diuers. iudic. & periculosum,Bald.in l.final.per illum text.ff.de inoffic.testam.Roland.cons.36.n. 14.vol.3. & ex modo procedendi cognoscatur an sit ignorans, vel peritus ipse Aduocatus, Borgn.decis.4.nu.48. Et ideò modestè,& omni reuerentia,& accuratè,ommissa verborum multiplicitate,iura,& defensiones Rei, Aduocati proponant,& cum altero Aduocato,& parte aduersa benignè etiam se habeant,potius laudãdo, quã vituperando;nisi per verba iniuriosa fuerint prouocati; quia tunc eis licebit dicere ad defensionem: tu mentiris; cum crudelis dicatur,qui famam suã negligit,ne deridens alios,inderisus euadat,vt,post Speculat.in tit.de aduoc.§.iam tunc videndũ,docet Corrad.in Templ.omn.iud.cap.9. nu.8.tit.de allegation. & moti,& prius sub nu.2. dixit,quod Aduocatus non

7 diù absuturus à Iudice sit expectandus. † Et debent etiam plurib. honoribus Iudici adulari,vocando eundem doctissimum,excellentissimum,celeberrimum,& acutissimum,alisque similibus nominibus honestãdo; cùm his soleant plurimũ Iudices delectari. Purpur.in l.1.n.313.ff.de off.eius,Ant.Mar.Corat.Com.opin.li. 2.tit.9.n.172. in fine. Cum sit etiam lucrosum habere Iudicem gratum,& beneuolum,Bald.in cap.ne irritaris,num.7.de constit.Hier. Hisp.in Tract.Com.contr. Commun.in præfat. num.107. & seq.

8 † Ac debent leges,rationes,& auctoritas allegare, & caueant ne probris,& cõuitijs certent,sed legibus, tàm cum parte, quàm cum Aduocato illius, Corrad. d.cap.9.n.10. Et si fortè Iudex fuerit illiteratus,quia Baro,vel Marchio, seu Comes sit, debent proponere defensiones per verba materna, ut a Iudice intelligãtur,aliàs non posset rectè iudicare, latè Speculat. de

9 Aduocat. §.3. & seqq. † Nec expectet Rei defensor, uel aduocatus uocari à iudice ad discutiendum indicia; quia, si feratur sententia,ipsis non discussis,processus,& sententia ualebunt,Foller.in cons. 141.nu.4. tom.2.Crim.diuers.& post Bart.Ang.& Imol.Baiard. quæst.63. num. 103. ubi subdit,quòd in Neapolitano Regno citatur aduocatus ad discutiendum indicia;secus in Statu Ecclesiastico.

10 † Nec debet esse nimis uerbosus aduocatus, quia posset ab officio remoueri,gloss. sing.in l.ex parte,ff. de postulan. Paris de Put. de Syndicat.in verb.notorium Iudici, cap. 2. n.3. vbi subdit,quod Aduocatos debeat conclusiuè loqui,& pauca effundere,sed vtilia,gloss. in cap. cum sit ars de ætat.& qualit.Can.in prohœm. Decretal.Rom.sing.780.latè Roland.cons.

11 36.num.25.& seq.volum.3.vbi etiam firmat, † quod Iudex potest finem imponere dictis Aduocatorum. Eoque maximè potest Auocatus repelli, si fuerit cauillosus,l.3.ff.de his,quæ in testamen.delc.si remunerandi,§. Maurus,ff. mand. Paris.de Put.de excess.Ad-

12 uocat.cap.1.n.14.vbi etiam subdit,† quod possit Iudex reprehendere Aduocatum, quamuis peritissimũ, per l.Clodius,ff. de acquirend.hæred.vbi Papinianus

13 acutissimi ingenij fuit à Paulo reprehensus. † Bene verum est, quod Aduocatus potest alium Aduocatũ, per subterfugia,decipere,vt fecit Moyses 22.quest.2. Can. Dominus noster, quando fouet iustam causam, Hier. Hisp.in Tract.Com.contr.comm.in præfat.nu. 361. sed non debet esse nimis sollicitus in causa,cum tunc præsumatur velle excogitare omnia mala,& parum habere de conscientia,vt post Bal. & alios,Paris de Put.tit.de excess.Aduocat.cap.1.n.15.

14 † Nec debet reuelare secreta sui clientis, quia pœna falsi teneretur,l. 1. ff. de concess.l.1. §.si quis,de fals. Bar.in l.1. ff.de præuaricat.Put.d.cap.1.n.6.Boss.tit. de præuaricatore,n.2. dicit,cõmunem esse opinionẽ, vt possit in metallum,vel in deportationem,vel in insulam condemnari,latè sequitur Roland. d. cons. 36. nu. 23. & seq.vbi dicit procedere,tàm in ciuili causa, quàm in criminali, & vltra pœnam falsi tenetur erga ipsum clientem ad omne eius damnum, & interesse, Aret.de Malef.in verbo falsario,n.49.Boss.tit.de Carcerat.fideius.comit.num.30. Carauit.tit.3. num.14. Menoch.cent.6.cas.537. num.25. quod erit omnino per superiores obseruandum.

15 † Pactũq. de quota litis omnino est interdictũ aduocatis,& procuratorib.l.sumptus,ff.de pact.cũ illud inuitet Aduocatum ad delinquendum;cum de Aduocato efficiatur pars,lo.de Amic.cõs.148.n.7. Mazol. cons.13.n.41.Roland.consil.36.nu.20.& seq. vol.3. vide Nauar.Manual.c.25.n.30.Modern.Rom. cons. 70.per tot.& in quæst.106. latissimè per totam. Menoch.de arbit.cẽt.6.cas.522.per totum lib.2. qui verè loquuntur de pacto facto in causa ciuili. Secus videtur dicendum in causa criminali,vbi agitur de vita hominis, cum permittatur ad quacumque summam, vt post Ruyn.& Salicet.tradit lo.de Amic.d.cõs.148. nu.8.Quod ego nullo modo admitto,cum inuitet ad calũniã, vt supra dixi; & pauperes carcerati promit-

terent bona propria,& aliena,vt euitare possent periculum, non solum verum,sed etiam incursum ab ipso Aduocato; & ob id posset ab eis pecunias multas indebitè extorquere. Immo isti vti publici concussores deberent amoueri ab ipso officio Aduocationis;quia deinde audent excoriare carceratos, & causam leuè vt plurimum grauem reputare, ad instar prauorum Medicorum, sed benè concurro, quod licet in ciuilibus causis, possit præstari salarium vsque ad dena sextertia, quæ centum constituunt aureos pro singulis causis, Vlpian. in l. 1. §. si cui cautum,ff. de var. & extraordin.cognition. vt in capitalibus causis,vel in his quæ omnis respiciunt infamiam, liceat excedere hăc centum aureorum summum, vt explicant Guid. Pap q. 190. in fine,Paris.consi. 105. nu. 20. lib. 4. Viu. com. opin. p. 1. opin. 21. Menoch. de Arb. iud. cent. 6. cas.

16 513. n. 4. † Aduocatus vel procurator fiscalis, sine dubio, nō potest facere simile pactum de quota litis;immo nec procurator existere potest pro aliquo, l. 2. l. fin. C. ne fisc. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 7. n. 17. Bocoacc. in tract. de Pact. p. 3. n. 62. quod non contingit in hac curia vbi maxima cum diligentia superiores in uigilant ne tales ministri eudeant tentare subditos in debitè vexare. Immo si aliquem indebitè, & calūniosè procurator fiscalis vexaret, teneretur ad omnia damna, expensas, & interesse, & pœna concremationis esset puniendus, Gram. decis. 60. n. 21. Baiard. q. 62. nu. 16. de quo dicam infra in Tractatus late.

17 † Si vero Aduocatus suspiciat patrocinium illud deserere, & alteram partem defendere non potest, l. fin. ff. de postulat. etiam in causa appellationis, vt post Io. Andr. Baiar. q. 62. n. 17. Et licet Alciat. in l. præuaricationes, ff. de verb. significat. dicat, quod non incurreret pœnam falsi, quando Aduocatus suscepisset iustio rem causam, restituto tamē honorario, quod habuisset à parte latè Macagn. de Arzoguid. Bonon. inter comm. opin. lib. 1. tit. 6. inspect. 2. n. 36. vbi concordantes allegat, & testatur de cōmuni, Boss. vero in tit. de præuaricat. n. 2. dicit, quòd licet ista opinio sit iuridica, tamen est periculosa, & sequitur Roland. cons. 36. sub nu. 24. vol. 3. Ego autem, ad effugiendam omnem murmurationem detrahentium, moneo Aduocatum, vt adhæreat opinioni Bossij. Vide latè eundem Maccagn. de Azoguid. Bonon. inter comm. opin. d. lib. 1. tit. 6. inspect. 2. n. 34. & seqq. vbi sub n. 41. firmat, quod de honestate pro vtraque parte consulere non debet, immo tamquam ab igne cauere ob malignitatem vulgi, quia non posset euitare maximam fraudis auaritiæ, & voracitatis, ac lucri suspicionem latè Ant. Mar. Corat. in tract. com. opin. pag. 74. nu. 34. vsque ad nu. 53. Menoch. de Arb. cas. 321. in fin. dicit posse aduocatū vel procuratorem (restituta mercede suo clienti, qui minus iustam causam fouet)& illi patrocinium suum denegare, non tamen aduersarium adiuuare ; Et Me-

18 noch. d. cas. 323. n. 5. & seqq. refert † quod quam plures fuerunt notati vitio præuaricationis, & in specie Tosciillus, Demostenes, & Oldradus qui prænimio dolore, quod delictum fuisset detectum, decessit ; & ibi Menoch. exclamat : Quot hodie Demostenes, quot viuunt Oldradi ; prout ego uerius multa maiora canere possem : & si ad plenum uis materiam præuaricationis scire, uide Iul. Clar. q. 62. ubi Baiard. in addit. Boss. tit. de præuaricat. Menoch. d. cas. 323. Corat. comm. opin. nu. 34. & sequent. Moder. Rom. q. 4. num. 1. & seq. & quibus modis præuaricationis crimen committatur latè Menoch. d. cas. 323. num. 2. & sequent.

19 Corrumpens autem Aduocatum, uel Procuratorē partis aduersæ, punitur tanquam falsarius, Monticell. in reg. 15. nu. 17. & perdit causam, Vant. de nullit. ex defec. process. iud. ord. nu. 142. Baiard. q. 62. nu. 18. & uide doct. aduct. per Moder. Rom. in d. q. 4. n. 16. in fi.

20 Et adeò est fauorabile officium Aduocationis, ut Aduocati possint se habere cum excōmunicato pro consilio in causa excōicationis, absque quod incidat in excommunicationis pœnam, ut post Innoc. in cap. de sent. excom. tradit Grilland. de pœn. omnif. coitus.

21 q. 10. nu. 18. † Prout si extaret statutum, quod nemo possit præstare opem, & auxilium bannitis, non comprehendat Aduocatos, & procuratores, qui per Iustitiam, & gratiam, vel charitatem, eis opem præstant, post Salyc. in l. unic. C. de Nil. agger. non rumpend. Grilland. d. q. 10. nu. 19. & sub num. 17. in fi. & nu. 18. etiam dicit generaliter, quòd præstantes opem criminosis, ut euadant per uiam iustitiæ, uel per uiam gratiæ, uel misericordiæ, supplicādo Principi pro eis, nullam pœnam mereantur; & exemplificat in Aduocatis, & procuratoribus, ubi tamē ponit duas limitationes; & prima est pro damnato pro crimina: læsæ maiestatis; & secunda in d. l. unica, C. de nil. agger. nō rūpēd. & Nell. in Tract. de bann it. 3. p. cap. temp. nu. 27. qui etiam tenet, ut non incidant in pœnam d. statuti, nisi statutum prohiberet etiam defensionem iudicialem ; & quod Aduocatus possit pro bannitis patrocinari, est æquior opinio, quā attestatur Io. Franc. Ponzin. in Trac. de Lamijs, n. 78. ubi etiā dicit, quid si uelit interuenire pro hæretico, Carrer. in Tract. de Hæret. n. 19.

22 Eoque magis potest interuenire Aduocatus pro bannitis, quando delictum nō erat amplius punibile, ut post Marsil. in Pract. §. sequitur n. 28. Ant. Columb. in Tract. proceden. in controuers. crimin. q. 160. Et ob id, si bānitus fuerit gratiatus a delicto iniuncto sibi exilio, donec dictum exilium durat, poterit Aduocatus, uel procurator pro eo interueuire ; prout alias fuit per Rotam Ianuen. resolutum; ut mihi retulit eruditissimus D. Marcus Antonius Amatus, qui Magistratum in dicta Rota exercuit, & qui utiles decisiones in lucem edit.

23 Teneturque Aduocatus omnibus officium suum impartiri, Glos. in l. 1. §. ait Prætor, ff. de in ius uocand. latè Paris de Put. in Tract. de Syndicat. tit. de excess. Aduocat. cap. 1. n. 22. & seq. Menoch. de Arbitr. casu 369. n. 6. lib. 2. ubi firmat, quod potest compelli, iuxta personarum, & negocij qualitatem, uel gratis, uel salario, seu proemio ei persoluto : Aufred. ad Capel. Tholos. q. 482. n. 1. ubi subdit quod Iudex, & Aduocatus peccent mortaliter si unus non prouideat, & alter non acceptet: Sed Paris. ubi supra declarat, dummodo non cogatur ad defendendum inimicum suum, uel si ageretur cōtra amicum & dominum, & potest Aduocatus honorarium petere à cliente suo, licet de eo non fuerit conuentum Borgn. decis. 41. n. 46. p. 1. & conuentum petere etiam si cliens se concordet cū aduersario lite mota, & non finita Borgn. d. decis. 41. nu. 48. & quid in procuratore si non fuerit salarium conuenerit, uide latissime Io. Bott. cons. 43. per tot.

24 Adeoq. est fauorabilis defens. Carceratorū, ut etiā Clericus possit defendere Reum sanguinis in iudicio absq.

absq. incursu irregularitatis, cap. reos. 23. q. 5. cap. inter. de immunit. Eccl. cap. sententiam sanguinis. Ne Cleric. vel Monach. latè Mar. Socc. in cap. ad audientiam in col. fin. extra de homicid. Boss. tit. de fauor. reor. n. 2. cum alias regulariter Clericus non possit esse Aduocatus, vel Procurator in Curia sæculari, nisi pro sua causa, pro sua Ecclesia, & pro miserabilibus personis, cap. peruenit. 21. q. 3. licet in Curia Ecclesiastica etiam pro layco possit esse procurator, cap. per uenerabilem, qui fil. sint legit. vbi Archiepiscopus fuit procurator Regis, Innoc. in cap. vnic. n. 3. de obligat. Roman. cons. 270. & ita seruatur Additio ad Diaz. in cap. 57. in pract. crim. latè Bart. Vgolin. in tract. de off. & potest. Episc. c. 13. §. 6. p tot. & latius Villagut. in sua Prax. crim. tit. de Aduocat. vbi istum articulum per duodecim cõclusiones examinat. Sed caueãt Clerici, ne præstent patrociniũ in causa criminali contra Reũ, ne incidant in pęnã irregularitatis, vt est videre latè per Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. c. 13. per totũ, nisi agerent in causa suorum pręuia protestatione citra pęnã sãguinis c. Prælatis de Homicid. in 6. vbi Frãch. dicit, quod appellatione suorũ veniãt etiã serui, & Ancillę, & possint agere cõtra interfectorem proprij filij, & fratris Nauarr. de iniur. & dam. dat. cons. 3. Couar. in clemen. si furiosi. §. 5. n. 4. p. 2. de homicid. & latè vide Pract. Archiep. Neapolit. c. 35. vbi alia dicit in proposito.

25 Sed Hebræi non possunt exercere officiũ Aduocationis, cũ tale officiũ sit dignitas laudabilis. C. de Aduocat. diuers. iud. & Iudæi, infamia Canonica sint infames, Gloss. in l. nemo, la secõda, C. de Episc. audiẽt. & ob id repellãtur a munere Aduocationis, sicut omnes infideles repellũtur, d. l. nemo; Marquard. de Iud. p. 3. cap. 7. n. 3. sed bene posũt esse procuratores etiã contra Christianos, Marquard. d. cap. 7. n. 4. post Bart. in l. Spadonẽ. §. iam autem de execut. tutor. cũ officiũ procuratoris sit vilissimũ, & ob id Aduocati recusant esse procuratores, Bar. in l. si quis Decurionem, C. de Decurio. lib. 10. Quod verum est in procuratore priuato, secus in procuratore Principis; quia talis procurator dicitur habere dignitatem, l. nemo præfectus, C. de dign. lib. 12. Et ob id potest etiam dici, quod procuratores in loco, vel Curia principis non dicantur exercere vile officium; prout contingit in Curia Romana, vbi viri, & Doctores peritissimi, & etiam nobili genere nati indistinctè procuratores existũt Io. Bott. consil. 43. num. 12. qui etiam dicit, quod hodie officium procuratores exerceatur per viros nobiles.

26 Solet etiã dubitari, an Aduocati, vel procuratores possint esse testes pro cliẽte Iodoch. in pract. crim. c. 50. n. 11. Mascard. cõcl. 56. per tot. vol. 1. latè Caualc. de testib. p. 4. n. 78. Vinc. de Franc. dec. 222. n. 1. per l. fin. ff. de testib. cõcludit nõ posse recipi Aduocatũ in teste vbi gl. assignat rationẽ ob affectionẽ quã potest habere ad causã, & quia more corrupti testis notã euaderet non possent l. fin. in fi. C. de Assessorib. Sed an possint cogi ad testificãdũ cõtra clientẽ, solet adhiberi distinctio, an examinẽtur vti Aduocati, vel procuratores, vel vti amici, & in 1. casu sic. Et ita cẽsuit sacrum cõs. Neap. teste Vinc. de Frãch. d. decis. 222. Sed ex sẽtẽtia Senatorij Piccinardi datur cautela ad liberandũ Aduocatum in talis examine, vt dicat, quod vti Aduocatus non potest cogi ad deponendum, & tanquam amicus, nihil sciat, vt refert Petr. Cabal. c. 159. n. 2. & seqq. quæ cautela vera erit ante ei delatum iuramentum, cum delato iuramento ad periurium fugiendum quilibet veritatem debeat, vt dicam in corpore tractatus.

27 Sed etiam contingit sæpè dubitari, an possint pro eorum cliente recipi in fideiussores, & Boer. in decis. 315. n. 1. ponit hanc quæstionem, & per tex. in l. si verò non remunerandi, §. fin. ff. mandat. tenet partẽ negatiuam, & dicit ita etiam seruari de consuetudine magnæ Curię Vicariæ, & in Curia Burdegalensi; pro ut hodie, vigore Reformationis Sanctissimi D. N. Pauli Quinti seruatur in Curia Romana. Idemque est in Iudice, vt non possit fideiubere pro litigantibus corã eo, nec coram alio iudice, Boer. d. decis. 315. n. 2. vers. Ideo in Iudice.

28 Si verò Aduocatus fuerit vexatus, & alium Aduocatum conduxerit, potest petere expensas Aduocationis à parte aduersa per modum damni passi, Boer. q. 210. n. 3. & seq. Menoch. cas. 154. n. 5. vbi subdit idẽ esse, quando defendit causam communem, vt possit consequi damna, ratione portionis suæ personæ, & non ex persona socij. Et si Aduocatus in aliqua causa patrocinium præstet gratis, non erit parti soluendum salarium, vel honorarium eiusdem Aduocati; nisi in remunerationem beneficij collati patrocinium præstiterit; vt post Purpur. Ias. & Neuizan. firmat Menoc. in d. casu 154. num. 6.

29 Sed caueant Aduocati, & procuratores, ne allegẽt Iudices suspectos; quia nisi causas probauerint, actione iniuriarum tenentur, vt post Bald. in cap. super, de offic. deleg. & Ang. in l. quæ omnia, ff. de procurat. Baiard. q. 42. n. 7. & in Regno Neapolitano pœna arbitraria puniuntur, Carauit. rit. 275. & Baiard. d. q. 42. n. 4. Licet hic in Curia non obseruetur.

30 An vero Aduocatus, vel procurator carcerari possit interuenire examini, vel torturæ inferendæ inquisito, & è contra Aduocatus, vel procurator Fisci, dicam infra suo loco in corpore tractatus.

31 Postremò sciant Rei, inquisiti, & carcerati, ac à latrunculatoribus vexati, vt in eorum defensione assumant Aduocatos litteratos, & non illitteratos, vt latè exclamat Roland. cons. 36. n. 6. & seq. vol. 3. nec non adhibeant Aduocatos senes, qui tanquam magis experti bene loquuntur, cum sint magis practici, & instructi, quàm iuniores, & senes sint præstantiores põdere, num. & mensura, Bal. in cap. 1. de elect. n. 9. & in l. senium, C. de testam. vbi dicit, quod plus valet vmbra senis, quàm gladius, & eloquentia iuuenis, & quia Aduocatus iuuenis parũ scire solet, vt latè ponit post alios, quos allegat Hier. Hisp. in tract. comm. contra comm. in præfat. n. 87. & seqq. Et quando plures Ad-

31 uocati † in eadem causa interueniunt iuuenes, debẽt incipere loqui, & informare, & postea senes; cum reseruetur definitio causæ ipsis antiquioribus; ita tradit Gaspar. Portugallen. in l. Imperium, n. 16. ff. de iurisd. omn. iud. sequitur Hier. Hispan. in dicta præfat. n. 90. & num. seq. dicit, post Ias. in l. post dotem, num. 202. ff. solut. matrim. quod Aduocati iuuenes semper errant in practica, & solent esse confusores litium; & de natura malorũ Aduocatorum, & Causidicorũ, latè scribit Scacc. de Iud. lib. 1. cap. 50. nu. 33.

33 Iudex verò versa vice honorificè, ac libenter Aduocatus audire debet, Par. de Put. de Syndicat. in verbo tortus, cap. 1. n. 50. aliàs vti suspectus, potest recusari. latè,

latè,post Franch. & Marant. Corrad.in sua Pract.Iu-
dic.lib.1. c.9.n.2.tit.de allegat.& motiu.Quãuis pos-
sit Aduocatum garrulum ab officio sine causę cogni-
tione,remouere,Bertazz.cons.321. nu.4. vol.2. & ibi
Add.in lit.A.& sciat Iudex crimin.quod ipse præferri
debeat Iudici ciuili,tamque dignior,Capic. decis.27.
n.5.& seq.Frecc.de feud.in t1.offic.Vrsil.in tract.de
iur.pręsid.auctor.c.10.fol.60.Io.Ant.de Nigr.in prag.
Regis Ferdinandi,quæ incipit Illustriss.Viceregi no-
stro colum.11.vers.in aliquo castro,n.42.Vincent.de
Frãc.decis.288. n.1. vbi subdit nisi in loco contraria
extaret consuetudo, cũ in honorarijs attendatur cõ-
suetudo,cap. cum olim,de consuet.vbi Bal.in primo
notab.latè Tiraquel.de nobilit.c.2. n.25. vers.Sed in
hoc,fol.58. & debet habere duos sales,vnum sciẽtię,
ne insipidus sit, alterum sapientiæ ne sit diabolicus;
Menoc.de arb.cas.339. n.1.& seqq.vbi exclamat cõ-
tra iudices illiteratos,& ignorantes,qui teneantur ad
damna partis læsæ per iniustam sententiam;Et Prin-
cipes in electione officialium,deberent cauere tãquã
ab igne non eligere Iudices ignaros, & illiteratos cũ
Iudicis ignorantia sit calamitas subditorum, & inno-
centium,vt exclamat D.Augustinus,lib.9.de Ciuitate
Dei,Cart.de execut.sent.in præfat.nu.68. & scribitur
Sapien.c.6. Multitudo sapiẽtum sanitas est orbis ter-
rarum,Et in libro Eccles.c.10.dicitur,Rector sapiens
erudit populum suum , Rex imperitus perdit populũ
suũ,& iudiciaria potestas postulat , quod iudicaturus
est,c.1.de pœniten.dimiss.6. Et maximè circa officia
criminalia,in quibus consistit pondus dici,& estus,vt
firmat Bal. in addit.ad Specul.tit.de confess.vers.ista
confessio non debet,Pereg.Ian.in tractatu de citatio.
real.lib.1. cap.1.n.1154.ac reputetur in repub.maxi-
mum vitium eligere iudices imperitos,qui per se no-
scere deberent,ꝙ iustũ sit,& ab alijs emendicare ferè
ostiatim cogantur,Auth.de iudic.§.1. quãuis Dec.re-
spon.18. n.20.vol.1.Restringat vitium præfatũ ex di-
cta Authent. ad Iudices imperitos Vrbis Romæ.

34 Et debent cõcurrere in iudice Bonitas;Peritia,Di-
ligentia, Eloquentia,Constantia,& Prudentia;secun-
dum Doctores relatos per Stiat. in Practic.cap.final.
nu.32.& sub n.33.refert,quòd Dionysius Carthusia-
nus super c.Euãgelij Sancti Ioannis super illis verbis:
Noli iudicare, quòd debeant vndecim qualitates cõ-
currere in iudice;Et si quis velit ad plenum scire qua-
litates , quibus superabundare debeat iudex , adeat
Scacc.de iudic.lib.1.cap.86.n. 3.& seqq.& inter alias
dicit,quod debeat aufugere seueritatis nomen ; quia
sicut misericordia sursum ad Deum eleuat,ita seueri-
tas deorsum in infernum deijcit,& tradit Simanch.de
Cathol.institur.tit.47.n.80.Nec minus esse debet,ità
clemens, & misericors,& calamitosus precibus,& la-
crymis facile flectatur,cum id non sit cõstantis,& re-
cti iudicis,obseruandum,ff. de offic.Præsid.Stiat.di-
cto cap.finali,n.33.quia ex nimia humanitate regen-
tis frangitur auctoritas,Luc. de Penn.in verb.studeat
se errare,n.13. Cartar.de interrog.reis lib.2. c.1.n.6.
Ant.Thetau.in præfat.decis.Pedem.n.24.Scacc.dict.
cap. 86. n.3. Nec debet sanguinem humanum sitire:
nec debet esse auarus,sed Deum timere,ac debet ha-
bere manus mundas, & lumbos præcinctos, latè Ca-
ualc.de Brach.reg.p.5.n.34.& seq.quia munera exce
cant lumina sapientiũ, & mutant verba iustorũ,Deut.
16.& Eccles.20.latè Afflict.super constit.Capitaneor.
15. not.& in Rubr.52. n.5. & qui dãt munera nõ ca-
ritate, & beneuolentia, sed per corruptionem,& etiã
qui dat iudici vnam Gallinã, ea intentione dare præ-
sumitur, vt ab eo recipiat Bouem, & ob id debet ha-
bere manus mundas,Auth. vt iudic. sine quorum suf-
frag.& Caball.Milleloq.q.81. p.2. n 153. & seqq.fir-
mat vt à partibus quidquam accipere non debeat.sed
Tiraq.de iud.in reb.exig.n.91.& seq.dicit,quod nihil
penitus accipere a sponte dantibus inhumanum sit &
præbeat causam suspicionis,& quæ munera accipere
possit, & à quibus se abstinere debeat latissime expli-
cat Menoch.de arb.cent.6. cas.517. per totum lib.2.
Et latè de singulis prosequitur Scacc.d.c.86. nu.3. &
seq.& latius Caualc.de Brach.reg.p.3. n.239. & seq.
& p.5.n.34.& seqq.& latè etiam Tiraquel.de retrac.
lignagier.§.15.glo.21.& Peregr.Ian.in d.lib.1.cap.1.

Sed iudex deber semper in benigniorem partẽ in-
clinare, potius in absoluendo,quàm in condemnãdo,
vulgata,l. absentẽ depen.l. interpretatione,ff.de reg.
iur.cum alijs vulgaribus,cũ maiorem honorem con-
sequatur in absoluẽdo, quàm in condemnando,& sã-
ctius sit nocentem absoluere , quam innocentem cõ-
demnare,vt latè dicam in corpore tractatus,nec non
debet se abstinere ab omni illicito quæstu , ex torsio-
ne,& barattaria:& quomodò possit se tueri,& de qui-
bus hodie sindicari valear, & dicã latè in discursu tu-
35 tius Tractatus ; † & in iudicando pro oculis semper
habere debet communẽ opinionem ; cum sit nephas
in iudicando,& consulendo ab ea recedere,l. 1. vers.
sanè crebrior,ff.de offic.Quæst.l. quæsitũ,§.sed si fun-
dus,ff. de fund.instruct.cum communis opinio sit lex,
& tanquam lex possit allegari, & ignarus nimium Iu-
dex esset,qui contra communem iudicaret,Ang.in l.
finali,C.de pœn.Iudic.Felin.in c.1.in fi.de Const.Ias.
in Auth.nouissima,n.22. C.de inoffic.testam.Alciat.
de præsump.præsump.51. reg.1. Nauar.in sua Apo-
logia de redditibus,q.1. monito 38. pag.150. de quo
vide latè Hier. Hisp. in tract.comm.contra comm.in
præfat.n.30.& seqq.Nisi tamen contraria opinio es-
set meliorib. rationib.fulcita,Laurẽt.de Pin.cõs.5.n.
86.Curt.Iun.cons.29.n.11.cons.60.n.11.cons.63.n.3.
vbi testatur de cõmuniori,& veriori opinione.Capo-
blanc.in trac.de potest.& auctor.Baron.prag.3.n.64.
36 † Sed quando sunt duæ opiniones contrariæ , quarũ
vna sit communis,altera æquior,illa,quæ est æquior,
in iudicando,& consulendo sequenda erit,Fab. Tur-
ret.cons.5. n.18.& seq.Farinac.cons.59.n.37.in fine.
Hier. Hisp. in d.præs.n.40. & seqq.vbi concordantes
allegat,& vbi sunt decisiones Doctorũ in terminis illis
inhærere debet Iudex, & non attendere argumenta,
& alias auctoritates in genere.Borgn.decis.44. n.39.
& seq.p.1.& latius decis.5.n.3.ead.p.1.
37 Et Doctoribus modernis asserentibus aliquam es-
se cõmunẽ opinionẽ magis creditur, quàm antiquio-
ribus,Grat.cons.88.n.2.lib.2.Sed opinio nõ antiquo-
rũ,si non fuerit reprobata iudex sequi debet,cũ stete-
rit ad suppliciũ impugnãtiũ, tanquã aurũ in fornace,
Ana.in c.tua nos,nu.4. de vsur.Rom.in l.si vero,§.de
viro,nu.302. ff.sol.matr.Hier.Hisp.in d.præs.n.43. &
seq.Et magis creditur Doctori in lectura,quã in con-
sulẽdo,Bar.in l.si pater n.2.& ibi Iacob.n.15. de instit.
& substit.Alex.cons.185.n.25.vol.2.Menoc.de pręsũ.
lib.2.pręsũ.71.n.48.& seq.Ac etiã Doctori distinguẽ
ti mag.credẽdũ est,quam alteris;cũ distinguens dica-
tur

tur proximiůs veritati, Salic. in l. filiæ, cuius n.2. C. famil. hercisc. Menoch. d. præsump. 71. n.47. Et Iudex
debet inhærere opinioni à consuetudine approbatæ;
licet communis opinio fuerit in contrarium, Alciat.
præsump. 30. reg. 2. n. 3. Gomez in leg. 1. Tauri n.8. &
stare debet opinioni vltimo loco relatę, quando Do-
ctor refert plures opiniones, & nullã expresse appro-
bat, Ias. in l. pacta nouissima, n. 3. C. de pact. Fel. in c. 1.
n.107. de const. Grat. reg. 487. qui posuit ad istã opinio
nẽ septẽ limitationes, Hier. Hisp. in præf. n. 79. & seq.
38 Glosę autem in iure nostro, maxima est auctoritas,
& cæteris antecellit, Butrig. in l. 1. C. qui pro sua iu-
risd. vbi subdit nisi vsus fuisset in cõtrarium, & dicitur
Idolum iuris, & Aducatorum, & sicut qui nescit equi-
tare, debet se tenere ad arsorem, ita Iudex ad opinio-
nem glos. vt multa tradit Mascar. de probat. conclus.
842. vol. 2. & Hier. Hisp. in d. pręf. n. 61. & seq. † Et si
39 concurrant duæ opiniones contrariæ, quarum vna
procedat de iure Canonico, alia de iure Ciuili, tũc se-
quenda est opinio Canonistarum, Franch. in c. quoniã
contra, de appell. & maximè vbi ageretur de materia
concernente peccatum; quia tunc in vtroq. foro erit
seruanda, Diaz. in pract. c. 6. nu. 7. Villalob. in Antino-
mia iuris, c. 1. nu. 14. & seq. & de cõmuni testatur, post
alios, quos allegat. Hier. Hisp. in dicta præfat. nu. 53.
vbi subdit procedere, etiã si ageretur de peccato ve-
niali; sed vbi non tractatur de aliquo peccato, tunc
Doctores distinguũt: aut causa controuertitur in fo-
ro Canonico, vel Ecclesiastico tunc attẽdatur opinio
Canonistarum: secus si controuerteretur in foro sæ-
culari, & sic in terris imperij, & non Ecclesiæ, & tunc
seruetur opinio de Iure Ciuili, Curt. Iun. cons. 136. n. 4
Hier. Hisp. in dicta præfatione n. 52. Et si fuerit diffe-
rentia inter Theologos, & Canonistas, quorũ opinio
sit sequenda, tradit Paris. cons. 67. nu. 31. cons. 68. nu.
final. volum. 4. & in crimine vsurarum, tradit latè Lu-
pus in c. Quamquam, de vsur. Comment. 4. §. 4. nu. 67.
Et quam opinionem Iudex sequi valeat in quocũque
casu, latè ponit Anton. Maria Corat. comm. opin. lib.
2. tit. 9. cas. 8. per totũ, & in specie, ꝙ excusetur si se-
quatur opin. sui præceptoris, vel alterius Doctoris ap
probatissimi, dummodo tamen non adsit communis
opinio in contrarium, & quãdo pro vna opinione est
rigor, & pro alia æquitas scripta, non ceruicosa, illa
est amplectẽda, & sequenda, Decius in l. in omnibus,
ff. de reg. iur. Neuiz. lib. 6. tit. quomodo Iud. n. 68. Ce-
phal. cons. 166. n. 15. & seq. vol. 2. Bal. in auth. iubemus
n. 2. C. de Iudic. Caual. de Brach. reg. p. 5. n. 56. & seq.
40 Et Doctori attestanti, aliquam esse communẽ opi-
nionem, est credendũ, Syl. nupt. li. 5. n. 2. Hier. Hispan.
in d. præfatione nu. 23. & latè in q. 1. vbi etiam ponit,
quando sit credendũ Doctori attestanti de consuetu-
dine, Antonius Gabriel. conclus. 4. in princ. lib. 1. tit. de
probat. Gramat. Theorem. 11. n. 9. Honded. cons. 101
nu. 39. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 429. vol. 1. vbi
ponit suas ampliationes, & limitationes, & traditur
inter alias illa declaratio, vt Doctori credatur de illa
consuetudine, quæ est in foro vbi versatur; Secus in
alijs, Guald. de testam. caut. 35. tit. 5. de subst. Gabriel.
d. concl. 4. nu. 2. Rimin. Iun. consil. 245. nu. 42. & seqq.
Mascard. concl. 528. nu. 6. Honded. consil. 101. nu. 39.
vbi de magis communi, vol. 1. latè Bursatt. cons. 201.
num. 47. vol. 2. Licet aliqui teneant, quod sit creden-
dum etiã de alijs locis cum potuerit videre litteras, &
scripturas à Doctoribus existẽtibus in illis locis, vt cõ
siderat Laderch. Imol. cons. 202. n. 3. in fi. sed Baiar. in
q. 21. nu. 32. Ponit aliam declarationẽ, vt si doct. dicat
ita seruari Mediolani, Tiferni, vel Perusij, & tũc eorũ
attestatio ad loca specificata restringatur; Secus quã-
do dicunt generaliter ita in practica seruari, quia eo-
rum opinio, vel attestatio non debet restringi ad cõ-
suetudinem localem, & Benint. dec. Bonon. 95. firmat,
quod est cõmunis opinio, vt Doctori attestanti de ge
nerali, vel vniuersali consuetudine non credatur ad
plenam probationẽ, vel conclusionẽ, sed inducat talẽ
præsumptionẽ probandi in aduersarium, & hanc de-
clarationem dicit esse communem ex traditis in ter-
minis per Capyc. decis. 176. nu. 17. & sequent.
Et opinioni unius Doctoris stare debet Iudex, nec
ab ea recedere, quando nõ habet contradictorẽ, Me-
noc. de præsũpt. lib. 2. præsumpt. 71. nu. 16. & quid di-
cendũ sit de opinione decisionis Rotę, & de auctori-
tate regularũ Cancellariæ, uide Doctores relatos per
Vant. de nullit. ex defect. iuris. n. 22. Gig. consil. 4. Me-
noch. cas. 70. nu. 7. Viu. li. 1. opin. 182. Hier. Hisp. in d.
41 præf. n. 25. & seq. † Et tãdẽ caueat Iudex, ne recedat
ab opinione, quæ in practica in illo Tribunali serua-
tur. Crauet. cons. 91. n. 7. Roland. cons. 4. nu. 22. uol. 3.
cum practica sit omniũ rerum magistra; et ob id cau-
ti Iudices prius quærere debent iudiciorũ practicã, &
stylum, alias sententia erit nouerca Iustitiæ, & erit
nulla, ac si lata esset contra legem. Gloss. in cap. ei qui
de appellat. ubi Abb. n. 9. Fel. n. 12. & 15. & eodẽ mo-
do si lata fuisset contra stylum, & practicam iudicio-
rum, Ias. in authen. iubemus, n. 3. C. de iudic. Marsil. in
Pract. §. principium, nu. 3. & seq. quia leges in scholis
deglutiuntur, & in Palatijs digerũtur, Catelin. Cott. in
suis memor. in uerbo practica, Hier. Hisp. in d. præf.
num. 71. & seqq.
Et qui Iudices debeant eligi ad iudicandum, nolo
ꝑ nunc hãc prouinciẽ aggredi, sed iterũ vide latè Pe-
regr. Ian. in tract. de cit. reali lib. 1. c. 1. n. 130. cum plu-
ribus seqq. & inter alia dicit, quod debeant esse iudi-
ces rectæ conscientiæ, cum scientia sine conscientia,
diabolica sit, & cõsciẽtia sine sciẽtia, insipida sit, & ꝙ
nõ habens rectã cõscientiã, nec Iudex, nec homo sit.
44 Et cũ totus iste Tractatus sit pro defensione, præ-
mitto, quod defensio in quatuor species diuiditur, &
prima fit, quãdo reus absolute negat sibi obiecta; Se-
cunda quando negat, quod fecit aut dixit esse delictũ.
Tertia, quando adducit excusationes. Quarta est illa,
quæ resultat ex nullitate processus, vt tradit Decian.
in tract. crimin. tom. 1. lib. 5. cap. 37. n. 1. & n. 2. etiam
dicit quod obijcitur, contra accusatorem eo nõ pro-
bante, & reo negante, sequi debeat absolutio, l. qui ac
cusare, C. de edend. cum alijs adducendis latè infra in
corpore tractatus suo loco.
Et Nouell. in suo tract. ad defensã in princip. dicit
ꝙ quamplurima sunt genera defensionum alia Iuris,
alia Facti, alia Ciuilis, alia Naturalis, alia quę respiciut
merita causæ, & actoris intentionem perimunt, alia
quæ respiciunt processũ, & quot modis accipiatur ver-
bũ defendere se remittit ad Alex. in l. de pupillo, §. de
minore n. 18. ff. de nou. oper. nũciat. & q. promittit ali-
quẽ defendere intelligit illũ de iure, ac de facto tueri
idest ea facere, quæ facti sunt idest assistere in iudicio
testes producere, expensas soluere, ac alia similia fa-
cere in facto consistentia, Decian. in l. videtur non

defendere, num. 6. ff. de reg. Iur. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta nu. 14. ff. de verb. oblig. & alij quos adducit Nouell. in d. tract. & defenſam in princip. num. 3. Hinc dixi in meo tract. de pace, part. 2. §. 2. quæſt. 8. num. 10. & ſeqq. Quod ſi aliquis Princeps, Dux, Marchio, Capitaneus, vel alia perſona nobilis promiſit, quod Titius non offendet Caium, ſi Titius controueniat nõ poteſt puniri de facto ab ipſa perſona nobili quãuis promiſerit, quod ſi Titius contraueniret, vendicabit iniuriam pro vt honori ſuo conueniet, ſed tantum debet procurare, quod d. Titius deueniat in fortijs curiæ ſubminiſtrando expenſas, & alia faciendo neceſſaria pro vendicta iudiciali inferenda contra ipſum Titium per rationes adductas per me in d. q. 8. & ideo caueant iſtæ perſonæ nobiles ne contra contrauenientem procedant ad vindictam extra iudicialem incidendo ei auriculas ſeu naſum, uel eundẽ verberando, & aliam ſimilem vindictam de facto aſſumẽdo prout multi viri nobiles, & milites putant, quia ſi ad talem vindictam deuenirent iuxta qualitatem offenſionis illatæ p mirentur, quod eſt bene notandum pro iſtis viris illuſtribus volentibus procedere, vt ipſi aiunt, alla Caualereſca, quia decipiuntur, ſi credant poſſe talem vendictam extra iudicialem facere aduerſus contraueniẽntem propria auctoritate.

His ſic pr i ſis totã iſtã materiã defeſionis primi libdiuido in xxxix. principales defeſiones, & quãlibet de ſeſionẽ diſtinguo i plura capita ſeu plures queſt. vt ſacilius percipiantur, ac reſolutiue, & concluſiue, procedam, omiſsa ſuperflua doctorum allegatione, ubi non erit neceſſaria, licet aliqui moderni, ut detegi, nitãtur doctores iam per alios adductos, denuo referre, & paginas labore alterius implere, colorando propriam allegationem ſub ſpecificatione, vel expreſſione alicuius numeri vel verſiculi. Nec mirentur legũ profeſſores, quibus ſolet diſplicere, & fere nauſeam afferre ſi aliquos modernos forſam leuis doctrinæ, & modicæ auctoritatis aliquando adducam, cum materia iſta criminalis vt plurimum dependeat a practica, & a conſuetudine, & quid fuerit obſeruatum, & alias reſolutum in ſimilibus caſibus, & ab iſtis doctoribus perceperim quid alias fuerit obſeruatum etiam in ſupremis tribunalibus, Ac etiam fatear, quod omnes ſcribentes ſint maioris auctoritatis, quam ſit opinio mea, & ab omnibus ego profitear uelle edoceri, iuxta dictum I. C. & ſi alterum pedem in ſepulchro habentem adhuc ediſcere vellem, l. apud Iulianum, ff. de fideicommiſs. libertate, & alibi habemus, non erubeſcerem a puere anniculo edoceri, & ſi vires meæ patiantur manus apponem ad ſecundum librum in quo defenſiones pro condemnato in contumaciam deducam, & eas, quæ gratiam concurrunt, continuando ſemper per defenſiones, & quæſtiones ſeu capita iuxta ſtilum præſentis primi libri.

DEFENSIO I.

Ex defectu iuriſdictionis.

De defectibus Iudici tàm ordinarij quam delegati.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis defectus in iudice maximus eſt, & dicitur fundamentum iudicij.*

2 *Iuriſdictionis defectus ex varijs cauſis contingere põt.*

3 *Iuriſdictionis defectus non comprehenditur in ſtatuto reiciente nullitates.*

4 *Iuriſdictionis defectus dicitur inſanabilis, & ſanatis nullitatibus cum clauſulis quantumcumq; prægnantibus, non dicitur Senatus defectus iuriſdictionis.*

5 *Exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis defecudẽs poteſt opponi contra tres conformes.*

6 *Iudex nullus præſumitur, & omnis iuriſdictio reſidet penes Papam, & Imperatorem.*

7 *Præſides Prouinciarum prima vice, qua Prouincias ingrediuntur, debent Prouincialibus oſtendere eorum litteras poteſtatis, & ſecuta dicta publicatione, de eorum poteſtate amplius non dubitabitur.*

8 *Iuriſdictionis defectus poteſt etiam opponi contra iudicem ordinarium.*

9 *Iudex delegatus debet docere per publicam ſcripturã de eius iuriſdictione, nec in præiudicium tertij ſibi creditur, etiam ſi fuerit Cardinalis.*

10 *Exceptiones omnes, quæ opponuntur contra Iudicem ordinarium, multo fortius opponi poſſunt contra iudicem delegatum.*

11 *Delegati aſſertioni creditur quando Princeps eſt præſens, & ab eo facile veritas haberi poſſet.*

12 *Delegatus non poteſt impugnare facta per delegantẽ.*

13 *Delegatus quando poſſit offendentes ſuam iuriſdictionem punire, & ipſas partes ad iudicem ſe offendentes etiam caſtigare.*

14 *Cauſa autem meri, & mixti Imperij quando, & quibus delegari poſſint.*

15 *Delegatus non poteſt in cauſa criminali alteri cauſam ſubdelegare, & maxime ſi fuerit dicta induſtria perſona, & non fuerit delegatus a Principe, ſed ob alio inferiori.*

16 *Delegatus a Principe an poſſit cauſam criminalẽ ſibi delegatam alteri ſubdelegare.*

17 *Partes nec etiam poſſunt prorogare iuriſdictionem in cauſis, in quibus eſt electa induſtria perſonæ, & in quibus cauſæ non poſſunt delegari.*

18 *Citatus a delegato non tenetur comparere, ſi in citatione non inferatur copia delegationis.*

19 *Citatus ab eo, qui habet iuriſdictionem ordinariam, & delegatam, ſi non apponatur ex quo capite iuriſdictionis fuerit citatus, non tenetur comparere.*

20 *Cauſa ſi cognoſcatur tanquam Ordinaria, etiam non delegata iudex tenetur ſequi formam ſtatutorum loci, & ſportulæ non debentur.*

21 *Cauſa delegata quando morte delegantis ſperet.*

22 *Iuriſdictio ordinaria excitata non inducit delegationẽ ſed quando fuit alterata.*

23 *Iuriſdictio quando dicatur alterata, & ibi ponuntur multa exempla.*

24 *Ordinarius procedens per errorem tãquam delegatus, eius ſententia erit nulla declara, vt ibi.*

25 *Delegatio facta a pluribus quomodo procedere debeat.*

26 *Iuriſdictio in dubio præſumitur conceſſa cumulatiuẽ, & non priuatiuẽ.*


27 *Iuriſdictionem habens ordinariam, & delegatam, in dubio præſumitur, procedere vti delegatus, & maximẽ ſi in ſententia adeſſet clauſula omni meliori modo.*

28 *Iuriſdictio delegata nulliter conceſſa non conualeſcit per facultatem deinde ſuperuenientem.*

29 Am-

27 *Ambaſciator bannitus miſſus per alium Principem*
ad Principem bannientem non poteſt ab eo retineri.

C A P. I.



1 Ro defenſione principaliter
deduci debet per Aduocatũ,
& defenſorem inquiſiti, &
carcerati, defectus iuriſdi-
ctionis in iudice, qui maxi-
mus eſt, vti proueniens ab ip-
ſa cauſa efficiente, & iudex
dicatur Imperator, Dux, ba-
ſis, ac fundamentum iudicij.
Bald. in rubr. C. ſi a non compet. iud. & non dicatur
iudicatum ab eo, qui ius dicendi non habuit, l. 1. §.
hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. l. 2. in fi. ff. de
pœn. Anch. conſ. 177. ſub nu. 2. Crau. conſ. 169. n. 4. &
ſeq. Pariſ. conſ. 114. n. 11. & ſeq. lib. 4. Decian. in tract.
crim. lib. 4. c. 56. verſ. & qui aſſerit ſe iuriſdictionẽ ha-
bere, & ob id Iul. Clar. q. 38. verſ. vlterius quæro, ad-
monet, quod iudex antequam inquirat cognoſcat, an
locus in quo aliquos deliquit ſit de ſua iuriſdictione.
2 Moder. Rom. conſ. 48. nu. 14. † Et varijs de cauſis de-
fectus iuriſdictionis deſcendere poteſt, licet difficilli-
mè per genera demonſtretur, l. cognitionum nume-
rus in prin. ff. de var. & extraord. cognit. ob multipli-
citatem, ac varietatem caſuum, l. neque lege, l. non
poſſunt, ff. de leg. l. ſed & ſi ver. multi etiam caſus, ff.
ex quib. cauſ. maior. latè Vant. in tract. de nullit. ex
defect. iuriſd. nu. 1. cum plur. ſeq. Ego autem reſtrin-
gam ad caſus, qui concernere poſſunt materiam cri-
minalem tantum, de quibus latè ſcribit Iul. Clar. §. fi.
q. 75. nu. 1. & ſeq. poſt alios per eum cumulatos.
3 † Et adeo eſt potens defectus iuriſdictionis, vt non
comprehendatur in ſtatuto, vel alia diſpoſitione nul-
litates reijciente glo. fin. in clemen. vnica, de ſequeſtr.
poſſeſſ. & fruct. quæ eſt magis communiter approba-
ta, vt poſt Alex. in conſ. 79. in fi. lib. 7. teſtatur Vant.
in d. tit. de nullit. ex defectu iuriſd. Ant. Gabr. concl. 3.
tit. de ſtatut. Thob. Non. conſ. 9. in fi. Bero. conſ. 170.
nu. 17. & 19. in fi. lib. 3. Magon. deciſ. Lucenſ. 22. num.
17. & ſeq dec. 49. nu. 6. vbi alios allegat latè Modern.
Ro. n. q. 99. nu. 214. & ſeq. & nu. 270. & ſeq. vbi etiam
dicit, quod procurator, quamuis ſit prohibitis ad cõ-
parendum tamen poſſit exceptio non iudicis incom-
petentiæ, & inhabilitatis proponere, ſequitur Maur.
Burg. Siculus in tract. de modo proced. ex abrupt. q.
33. num. 1. & ſeq.
4 † Ac dicitur defectus inſanabilis, & inſeparabilis,
latè Staphil. in tract. de ſignat. lit. Inſtit. mihi fol. 411.
nu. 11. & ſeq. vbi infert, quod ſanatis nullitatibus, cum
clauſulis quantumcunque prægnantibus, non intelli-
gitur ſanatus defectus iuriſdictionis. Et etiã licet con-
tra tres ſententias conformes non poſſit opponi ali-
qua exceptio, donec fuerint exequutioni demandatę.
Clem. vt calumnijs de re iud. tamen poterit opponi
exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis, vt excla-
mat Vant. in tit. de nullit. ex defectu iuriſd. nu. 6. latiſ-
ſimè, qui alios cumulauit Scac. in tract. de appel. q. 17.
limit. 19. nu. 2. & ſeq. vbi ponit ſuas declarationes, de
quo dicam latè in defenſione circa appellationem.
6 † Quoniam iuriſdictio eſt qualitas accidẽtalis, quæ
naturaliter homini non ineſt gl. in c. ſi forte in uerb.
ſcientiæ de elect. io. in 6. & nullus præſumitur iudex.
Bal. in l. 2. col. 12. num. 34. verſ. ſed his obijcitur, C. de
ſeruit. & aqu. & naturaliter omnis iuriſdictio penes
Papam, & Imperatorem reſideat, & veluti fontes ſint
a quibus poteſtas fluit, & refluit, prout flumina ad
mare ab eis, namque per reſcripta, & conceſſiones
fluit, & ad eoſdẽ per appellationes nullitates, & que-
relas eadem iuriſdictio refluit. Bal. in c. 1. in princ. tit.
quis dicatur Dux, Marchio, Alex. conſ. 24. in prin. lib.
7 5. † latè Maur. Burg. Siculus in tract. de mod. proced.
ex abrupt. q. 17. nu. 1. & 39. & q. 56. nu. 3. & ibi reddit
rationes Vinc. de Franc. dec. 517. num. 2. p. 3. Et ideo
Præſides, & Rectores Prouinciarum, Ciuitatum, &
locorum tempore, quo prima vice Prouincias, Ciui-
tates, & loca ingrediuntur, debent Prouincialibus, &
alijs litteras eorum poteſtatis exhibere, & publicare,
qua publicatione ſequuta, non erit amplius dubitan-
dum de eorum iuriſdictione. Specul. in tit. de leg. §. ſu-
pereſt, verſ. & propter hoc. Guid. Pap. q. 259. Si in ci-
uitate in prin. Vant. in d. tit. de nullit. ex defectu iuriſ-
dict. nu. 19. & 20. Gratian. dec. 14. n. 20. Ludou. con-
cl. 54. verſ. animaduertendum. Theſaur. dec. 24. nu. 4.
Cum. in pract. ſindic. c. 14. nu. 37. Maur. Burg. vbi ſu-
pra q. 33. num. 6. qui tamen dicunt, quod iudices ordi-
narij, nec etiam teneantur eorum iuriſdictionem al-
legare cum ſit notoria diſpoſitione iuris communis,
vel ſtatutorum, quod erit intelligendum poſtquã ſe-
mel ſuas litteras poteſtatis exhiberunt.
8 † Ac etiam in ipſo iudice ordinario pro defenſio-
ne rei, poterit obijci de defectu ratione cauſæ, vel
perſonæ, vt non ſit iudex competens, quia forte vult
cognoſcere de cauſa criminali cum ſit iudex merus
ciuilis, iuxta tex. cum ſua materia in l. ſolemus §. latrũ
culator; de iudic. l. defuncto, ff. de public. iudi. vel quia
eſſet Magiſtratus pedaneus, & haberet iuriſdictionẽ
limitatam, prout latè proſequitur Vant. de nullit. ex
defectu iuriſd. nu. 33. & ſeq. & nos in Curia Romana
poſſumus dicere de Iudice Turris Nonæ, & Curiæ
de Sabellis, qui non poſſunt cognoſcere, niſi de leui-
bus criminibus, & ſi eſſet iudex laicus, & vellet co-
gnoſcere de cauſa clericorum, cap. cum ab homine,
de iud. de quib. latè dicam inferius, vel ſi vellet vnus
condominus procedere pro delicto commiſſo ab al-
tero condomino, quia non poteſt latè, qui alios alle-
gat Hier. Hiſpan. in tract. crim. contra, com. q. 161. vel
quia ageretur de criminibus reſeruatis Principi, vt
de crimine læſæ maieſtatis falſæ monetæ, & Plagia-
rij, quia licet iudex haberet merum Imperium nõ per
hoc poterit de iſtis criminibus cognoſcere, ut eſt la-
tè videre per Vinc. de Franch. dec. 275. per totam, p.
2. vel quia eſſet officialis, & ob id in Regno Neapo-
litano non cognoſcat, niſi magna Curia, etiam ſi eſ-
ſet officialis Baronis, vt eſt latè videre per d. Vinc. de
Franc. deciſ. 407. per totam, p. 2. vbi etiã diſcutit, an
Actuarij dicantur propriè, vel impropriè officiales,
& ſi princeps concedat alicui ſaluam guardiam, &
frangatur eius cognitio ſpectat ad Baronem, & non
ad Principem latè Theſaur. deciſ. 132. & ibi latiſſimè
Add. & idem quando Princeps inducit delictum, vbi
non eſt delictum cognitio ſpectat ad Baronem. Vin-
cen. de Fran. dec. 434. p. 2.
9 Idemque erit dicendum in iudice delegato, de cu-
ius iuriſdictione conſtare debet per publicam ſcri-
pturam, & ſibi credendum non ſit in preiudiciũ ter-
tij, etiam ſi fuerit Cardinalis. gl. in c. ſicut, in fi. in ver.

alio

alio modo de sent.excomm. Abb. in cap. cum a nobis, in prin. vers. nota pulcrum de testib.Egid. decis. 636. in fin. latè Vanti.in d. tit. de nullit. ex defect.iurisd.n.9.cum pluribus sequentibus,Mascard.de prob. conclus.140.per totam latissime Moder.Rom.quest. 63. ubi ponit suas ampliationes, & limitationes, sed Maur.Burg.de mod. proced.ex abrupt.q.33.num. 10. & seq. pro declaratione istius quæstionis ponit tres casus, & Primus sit quãdo potestas procedendi in aliquo delicto cohæret dispositioni iuris communis illius Iudicis, & tunc non requiratur alia probatio. Secundus est, quando potestas prætenditur concessa a Principe ex aliquo particularij priuilegio, vel causa, & tunc d. potestas sit probanda. Tertius est, quando proceditur per ipsum principem, & tunc non requiratur alia probatio potestatis.

10 Et ea omnia possunt obijci ad impugnandum processum, & sententia iudicis delegati, cuius auctoritas est longe debilior, & strictior, & minus fauorabilis, quam sit iurisdictio iudicis ordinarij, Ias. in l.idem, n. 36.ff.de iurisd.omn.iud.& in l.ex quacunque,num. 2. ff. si quis in ius vocat.non iur. Vant. de nullit. ex defect.iurisd.delega.num.1.Decian.in Tract.crim.lib.4. tit.de delegat.cap.25.n.31.tom.1. & Vant.vbi supra dicit in iudice delegato sunt consideranda infrascripta, quis, cui, quid, pro quo, contra quem, qualiter, & quibus loco, & tempore delegauit, & de quolibet termino per ordinem prosequitur, & Decian.in dict. Tract.crim.tom.1.lib.4.cap.23.per totum.

11 Nisi tamen princeps, vel delegans fuerit præsens, & ab eo facilè veritas haberi potest, quia assertioni delegati crederetur.Paris.consil.11.n. 17.uol.4.Dec. in tract.crim.tom.1.cap.25.n.58.lib.4.de quo latè dicam infra Defensiones 13.cap.6.num.4.

12 Et debet delegatus se conformare cum voluntate delegantis, tex.in capitulo super litteris in fine, vbi Abb.in vltimo notab.Decius consil.463.n.27.quia repræsentat personam delegantis,cap.sanè,de offic.delegat.l.1.ff.de offic.eius,Maur.Burg.d.tract.de modo proced.ex abrupt.q.34.n.27.q.62.n.18. & seq. & factum delegati censetur factum delegãtis.Dec. consil. 143.n.2. & facta a delegato iustè tamen, & legitimè dicũtur facta à delegãte, secus si fuerint in iusta.Dec. d.consil.143.n.3.& ante eum Paul.de Castr.in consil. 348.col.ult.versic.sed dicetur,Dec.in dict.cap.25. n. 3.versic.idem debet, & num. 8. & si excedat delegatus fines mandati,omnia nulla facit, latè Paris.consil. 51. num.43.& seq.vol.4.Decian.d.cap.25. num. 3.in fine,nec infringere potest facta per delegãtem, vt puta si pendente iudicio delegans carecrauit, vel excarcerauit reum, non poterit delegatus contrarium facere,vt post Dec.latè in d.consil.143.col.1.& 2.Dec. in d.cap.25.num.10.& seq.

Ac etiam poterit obijci contra delegatum, vt non possit partes se ipsas offendentes, vel iurisdictionẽ suã turbantes punire, cum spectet ad superiorem delegãtem si ex inimicitijs aliunde superuenientibus, & non ex ipsa causa delegata. Specul. in tit. de iudic. delegat. §. sequitur, num. 3. & isto casu poterit punire partes, quando ex causa delegata se offenderent, & delictum esset notorium, secus si occultum, quia de eo ordinarius cognosceret, vt per Specul. in dict.§.sequitur, sub num.3. & Dec.in d. cap. 25. num.7. Nec poterit punire partes sibi iniuriam inferentes,quia ad superiorem hóc spectabit cap.dilectus,de pœnis Specul. in tit.de iudic.delegat,nu.2. in fin.Ias. in l. qui iurisdictionem,num.3.§.de iurisd.omnium iud.Dec.d.c. 25.n.6.vbi subdit, quod bene delegatus poterit punire offendentes Nuncios, & officiales suos sibi ministrantes in causa delegata, cum possit ex officio suam iurisdictionem tueri, l.2. de iurisd.omnium iud. Ioan. Andr. in addit.ad Speculat. in tit. de iudic.delegat.in §. sequitur,num.3.in ver. animaduerte. Et an exemptus subiaceat Ordinario ratione loci commissi delicti, tex.est notabilis in cap. 1. de priuileg. in 6. quod sic, cum locus delicti, sit potentior alijs in crim. puniendis, Moder. Rom.quæst.7.n. 1. pro cuius declaratione, vide latè Mar. Ant.Maccrat. variarum resolutionum lib.3.resolut. 4.num. 3. & seq. & inter alias illam ponit, vt non procedat quando priuilegium esset concessum, respectu loci, & personæ simul, & præsertim in vniuersali, sed tantum quando esset cõcessum ratione loci, & tunc si delinquat extra illum exemptus non dicatur à iurisdictione. Ordinarij loci commissi delicti, & ibi declarat priuilegium concessum à Pio Quinto Collegio Scholarium Ghisleriorũ in Ciuitate Papiæ erectum.

14 Causæ autem criminales, quæ concernunt merum imperium,vel mixtu non delegantur de iure ciuili,nisi a supremo Principe,l.1.in principio,ff. de offic.eius, l. à iudice,C.de iudic.Secus autem de iure Canonico, quæ possunt delegari secundum communem opinionem, non solum quo ad cognitionem, sed etiam quo ad decisionẽ, vt per Doctor.in dicta l.1.de offic.eius, & præcipuè Alexand.num.49.& seq.num. 60. & seq. & num. 76. Decian.in d.cap.25.num.2.& num. 32.& sub num.33. & seq.vbi ponit aliquas Fallentias,& primo est causa absentiæ,secunda si fuerit Princeps,tertia in delegato a Principe,quarta in Proconsule,quinta in causa suspecti Tutoris, sexta in causa restitutionis in integrũ,septima de iure Canonico,octaua quoad cognitionem,nnna quando mora esset periculum allatura, vt in magno latrone, & uide latè Andr. Fachin.controuers.iur.lib.9.cap.98.& 99. & in cap.94. declarat quid sit merum imperium,& in cap.95.Quid sit mixtum imperium, & in cap.96.quid sit iurisdictio dict.lib.9.& latius Peregrinus Iaunin. in tract. de citatione reali lib.1.cap.1.num. 1020.& seqq. & sub n. 1035.& seqq.ponit etiã in quibus casibus causæ meri,& mixti imperij delegari possint,& iste delegatus à Principe poterit testẽ varium torquere, vt post Bald. in cap.1.in 2.col.tit.si inter domest. & vassallos lis oriatur, & in l.præsbyteri,in secundo notab.C.de Episcop.& clerie. Dec.d.cap.25.num.59.

15 Erit etiam obijciendũ, quod sibi fuit delegata causa,& ob id non poterat alteri illam committere, cum delegatus subdelegare non possit in causa criminali, latè Iulius Clar.q.41.num. 2. ubi concordantes allegat, & testatur de communi, quod sæpe contingit in facto in Tribunali Auditoris Cameræ, quia committitur ordinarijs, uel alijs in partibus fabricatio processus, qui delegati solent aliquando alteri dictã examinũ receptionẽ cõmittere,quod minime facere possunt,& maximè quando in commissione eligeretur industria illius,ut si fuerit delictũ de tua doctrina, experientia,fide,& integritate plurimũ confisi, ut per Felinũ,& alios i c.fin.de offic.deleg.& p Alex.Ias.& alios in c.fi.de offic.eius,Men. de arb. iud.l.1.q.54.nu.7.&

quæst.

quæft.68.nu.11.lib.1. & cent. 205.nu.1.lib.2. Farin.
conf.75.nu.8.in fine, de hoc vide latè infra in defen-
fione 13.c.11.Eoque magis fi non fuerit delegatus a
Principe, vel ab alio non recognofcente Superiorē;
fed a Comite, vel Marchione, latè Vantius de nulli-
tate ex defectu iurifdictionis delegat. nu.22. ubi fub-
dit quid in delegato,a Legato de latere.
16 Nifi tamen fuerit delegatus a Principe, qui etiam
caufas meri imperij fubdelegare poterit,l.1.vbi Bar.
in fi.C. qui pro fua iuri fdictione. Specul.in tit.de iud.
deleg. §.fequitur,nu.2. & tradunt omnes in l.1. ff. de
offic.eius, & de communi teftatur Decian. in d.to.1.
lib.4.c.25.num.4. dummodo tamen caufa non fuerit
criminalis, quia illa, nec etiam per delegatum a Prin-
cipe poterit alteri fubdelegari fecundum magis com-
munem opinionem atteftatam per Iul.Clar.§.fi.q.41.
fub nu.3.verf.contrarium autem,vbi fubdit nimirum,
vt experientia docet,in ipfis caufis criminalibus fem-
per videtur electa induftria perfonæ,quam opinionē
latè comprobat, & fequitur, & a contrarijs defendit
Menoch.de arb.iud.q.54.nu.1.cum plur.feq.lib.1. &
maximè in delegato non ad vniuerfitatem caufarum,
fed ad vnam caufam tantum,vt per Farin.in conf.83.
nu.8.quamuis Vant.de nullit.ex defectu iurifd.deleg.
n.26.dicat contrarium tenere gl.in l.fi. C. qui pro fua
iurifd. quam atteftatur, quod Doctores communiter
fequuntur, & an mixtum imperium delegari poffit,
17 vide Andr.Fachin.d.li.9.c.99. † Et vbi induftria per-
fonæ eligitur, nec etiam partes ex earum confenfu
poffent confentire, & prorogare iurifdictionem in
iudicem fubdelegatum,ut latè poft alios,quos allegat
Decian.in d.c.25. num.38. qui etiam refert tenentes
contrariam opinionem. Idemque erit in caufis, quæ
non poffunt delegari, ut in eis ex partium confenfu
non poffit prorogari iurifdictio. Felin.in cap.cum ex
officij nu.39.de præfcrip.Decian.d.c.25.nu.26.Et in
omnem cafum fubdelegatus a delegato a Principe
non eft eiufdem potentiæ, cuius eft ipfe delegatus a
Principe, latè Alex.in l.1.nu.82.ff.de offic.eius. Dec.
d. c.25. nu. 39. nec poterit fubdelegatus ifte a dele-
gato a Principe alteri delegare ne res in infinitū pro-
cedat. Vant.de nullit.ex defect.iurifd.deleg.nu.26.&
an delegatus in caufis meri Imperij poffit procedere
ad pœnam mortis,vide Hieron.Hifp.in tract.comm.
contra com. q.421. per totam, vbi refert Doctores
tenentes vtramque opinionem,fed pro opinione ne-
gatiua,vt non poffit, dicit effe communem, & verio-
rem opinionem, quam opinionem fequitur etiam
Gratian.reg.258.nu.2.
18 Et fi reus fuerit citatus a delegato non teneretur
comparere, fi in citatione non apponeret copiā de-
legationis, & non affumeret nomen delegati, vt fir-
mat Innoc.in c.1. verf.vlterius, de dilat.Ang. in
conf.8.col.1.in fi.verf.fecundo quia ex ferie. Decian.
19 in d.tomo 1. lib.4.cap.25.n.12. † Quid autem fi ifte
iudex delegatus haberet etiā ordinariam iurifdictio-
nem,an citatus teneretur comparere.Felin.in c. cum
ex officij,nu.36. verf. fed obfcurum de præfcript. re-
fert,quod Abb. tenet partem negatiuam, vt non te-
neatur comparere,diftingue tamen,vt ibi per eum.
20 Poterit etiam obijci, quod caufa non cognofcatur
vti delegata,fed tanquam ordinaria: & ideo quod te-
nebatur fequi formam ftatutorum loci, & quod fibi
fportulæ non debeantur, vt latè profequitur Decian.
in d.lib.4.to.1.c.25.nu.20. Viu.comm.opin.li.1.opi.
21 178.† vel fi fuerit delegata morte delegantis re in-
tegra fuerit expirata iurifdictio, vel quia fuerat fibi
commiffa,non fub nomine dignitatis,fed fub nomine
proprio.Felin.in c.licet, de offic. ordin.n.8 latè De-
cian.d.c.25.nu.20.& ifto cafu iurifdictio non redit ad
iudicem ordinarium, fed ad fuperiorem delegantem,
cum iam fuerit per delegationem exempta ab ipfo
iudice ordinario.Iaf.in l.moræ,n.66.ff.de iurifd.omn.
iud.Decian.d.c.25. nu.50. & etiam quando caufa eft
delegata appellatur ad fuperiorem cap. cum aliqui-
bus,de refcrip.in 6. Viu.d.opi.178.in fi. Quid autem
fi caufa fuerat delegata Vicario, an morte illius fpi-
ret,vel tranfeat in fucceffo rem, communis opinio eft
negatiua,quam atteftatur Prax.Arch.Neap.c.70. n.1.
vbi illam limitat,quando extaret confuetudo in con-
trarium, vel quando Papa habuit refpectum ad tribu-
nal epifcopi,& quod Rota folet contrarium obferua-
re,& appellat communem opinionem rigorofam, vt
dicam latè in defenf.13.cap.9.
22 Quia iurifdictio excitata ordinarij non inducit de-
legationem,fed quando fuit alterata, latè Viu. com.
opin.178.vbi latè de communi,& concordantes alle-
gat,& ideo fi Princeps committat ordinario, vt pro-
cedat,& corrigat tale delictum cōmiffum, vel iufti-
23 tiam faciat, non erit effectus delegatus; † minufque
quando excitatur iurifdictio generaliter fuper omni-
bus fuis caufis, fed quando ordinario committitur
caufa,quæ ad ipfum non fpectat, vel aliquid additur,
vel detrahitur ordinariæ iurifdictioni, latè Felin.in c.
cum ex officij,nu.37. verf. primus eft de præfcriptio-
ne, vel fi dicat procedas, & punias authoritate no-
ftra,& tua,quia erit delegatus, fi verba ifta fuerint ap
pofita in difpofitione, fecus in claufulis exequutiuis.
Felin.in cap.licet,nu.11.de offic.ordin.Vant.de nul-
lit.ex defectu iurifd.deleg.nu.21. Alex.in l.moræ,nu.
17. ff.de iurifd.omn.iud. & ibi Iaf. nu 46. vel fi dicat
præcipimus, vel mandamus, vel fi dicat, cognofcas
per teipfum,vel fi dicat,confcientiam veftram onera-
mus,latè Vant.de nullit. ex defectu iurifd. deleg. nu.
21. vbi fubdit generaliter, & in omnibus cafibus, vbi
videretur electa induftria perfonæ; vel fi dicat,quod
procedas fummariè,vel fi dicat, ante expeditionē re-
feras,quia erit delegatus. Behint.con cl.5. nu.1. & 6.
Bertazz.conf.251.n.96. vol.2. & latè de his omnibus
tradit,& auctoritatibus exornat,& comprobat Dec.
in d.c.25.nu.15.cum plurib.feq. fed fub nu.18.in fine
dicit,quod iftæ claufulæ debent effe in difpofitiua, &
non in verbis executiuis, ut inducant delegationem,
ac in iudicando, fecus fi alteretur iurifdictio tantum-
modo in procedendo, quia non inducerent delega-
tionem,fi vis fcire ad plenum, quando ordinarius ef-
ficiatur delegatus,vide nouiffimè Maur.Burg. Siculū
in tract.de modo proced.ex abrupt. q.74. per totam
cent.1. & Peregr.Iannin. in tract. de citatione reali,
lib.1.c.1.& Caualc.de Brach.reg.p.1.nu.259.cū plu-
rib.feq. vbi recenfet plures cafus.
24 Et Ordinarius, fi procederet tanquam delegatus
per errorem, fententia erit nulla.Felin.in d.c.cum ex
officij,nu.28. & fub nu.31. fub verf. confidera, dicit
hanc opinionem communem. Dec.in d.c.25.nu.23.
vbi poft Felin. ibi limitat, quando Ordinarius fciret
delegationem effe nullam, fecus fi ignoraret, vel nifi
iudex procederet cum claufula omni meliori modo.

Borgn.

Borg.dec.27.nu.2. p.1. Caualc.de Brach.reg.p.1.nu. 264. Item & ſi partes errarent ſicut Iudex ſecus ſi nō errarent, quia procederent coram eo vti Ordinario, quia ſententia ualeret.

25 Ac etiam poterit obijci, quod delegatio erat facta pluribus perſonis, & ob id non poterat procedere in cauſa vnus ſolus, neque ſententiare, cum requirerētur ſaltem duę partes eorum, & quod maior pars eorum declarauerit, ratum erit, Caccialup. in lege omnes populi, numero 30. ff. de iuſtitia, & iure, quia plures delegati non dicuntur habere iuriſdictionem inſolidum, ſed tantum pro parte, Caccialup. ibi nu. 77. vbi ſubdit, quòd ſi facta fuerit delegatio Titio, & Poteſtati, vel Poteſtati, & Capitaneo, & Titius efficiatur Poteſtas, vel Poteſtas efficiatur Capitaneus vel è contra, expiraſſe dicetur delegatio. Alexand. in l. de die ff. quis ſatiſd. cogant. §. fideiuſſor, nu. 2. Dec. dicto tom. 1. lib. 4. cap. 25. num. 53.

25 Et iuriſdictio in dubio cenſetur conceſſa cumulatiuè, & nō priuatiuè, latè Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. ordin. num. 26. vbi alios allegat, & ſi plures delegati contendant de iuriſdictione, eliguntur arbitri iuris, Iaſ. in l. ex quacumq. nu. 27. ff. ſi quis in ius vocat. non. iuer. Decian. d. cap. 25. n. 57. Gram. deciſ. 30. per totam. Capoblanc. in tract. de Baron. prag. 1. nu. 219. de quo dicam latè in defenſione 13. cap. 3. per totū.

26 Et habens iuriſdictionem ordinariam, & delegatā, in dubio cenſetur procedere vti delegatus, l. 3. ff. de milit. teſt. & maximè ſi in ſententia adeſſet clauſula omni meliori modo. Felin. in c. cum ex officij, nu. 34. de præſc. Gig. conſ. 81. nu. 7. Port. conſ. 187. nu. 16. Dec. reſp. 41. n. 26. vol. 2. Ferret. conſ. 189. n. 4. Caual. de Brach. reg. p. 1. nu. 264. etiamſi expreſſiſſet ſe ordinarium, puta, ſubſcripſit ſe Locūtenentem, vel Gubernatorem, quia cenſetur demonſtrationis gratia id expreſſiſſe, Felin. ibi nu. 35. niſi alter ſi ex actis appareret, vel niſi ordinaria eſſet expreſsè reuocata. Felin. ibi nu. 35. & 36. Dec. d. cap. 25. num. 4.

27 Vel ſi ſuperuenerit iuriſdictio, vel poteſtas in delegato, ſi à principio nullā, vel inualidā haberet, non cōualeſceret, latè Vāt. de nullitate ex defectu iuriſd. delegat. num. 31. vbi alios concordantes allegat, vbi infert, quòd ſi tēpore delegationis delegatus eſſet excōicatus, & ſubdelegare nō poſſet, ſi ſuperuenerit abſolutio ab excōicatione, ſubdelegatio teneret, neq. reuiuiſceret, & ibi ponit alia exempla, & faciūt, quę latè dicit Dec. in Tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 23. nu. 14.

28 Ambaſciator bannitus ex vno loco, ſi mittatur per aliū Principem ad illum principem à quo fuerat bannitus non poteſt ab eo retineri nec puniri, latè Petr. Caball. caſ. 150. per totum cen. 2. Moder. Rom. q. 112 nu. 168. qui dicit, quod nec poſſit impunè offendi, & ideo Aduocatus ſciat defendere oratorē, vel ambaſciatorē bānitū à Iuriſdictione illius Principis ad quē tranſmittitur, quamuis eſſet ab eius dictione banitus.

Clericus quando capi poſſit à Iudice Laico.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt per familiam ſæcularem capi.*
2 *Clericus captus à Curia ſæculari impunè eximi poteſt à manibus dictæ Curiæ ſæcularis.*
3 *Etiam ſtante Bulla Sixti Quinti prohibente ſub pœna criminis leſæ Maieſtatis talem exemptionem.*
4 *Clericus licet poſſit in aliquibus caſibus à Iudice laico capi, nō debet tamē capi, niſi fuerit ſuſpectus de fuga. Declara tamen, vt ibi.*
5 *Iudex ſæcularis capiens Clericum in caſibus permiſſis, tenetur illum, quanto citius remittere ad Iudicem Eccleſiaſticum, nec poteſt vltra viginti horas in ſuis carceribus retinere.*
6 *Clericus in quibus caſibus per Iudicem laicum capi poſſit, remiſſiuè.*
7 *Clericus non poteſt cogi teſtificari ſine licentia ſui ſuperioris coram Iudice laico.*
8 *Licentia ſuperioris non præſumitur, & aliter de ea conſtare debet, quàm per aſſertionem Notarij.*
9 *Clericus non poteſt cogi deponere in omnibus delictis, ſed tantum in eis, in quibus per alios veritas haberi non poſſet.*
10 *Clericus cogitur deponere coram Iudice laico per ipſum Iudicem Eccleſiaſticum, & non per laicum.*
11 *Clericis magis creditur, quā alijs in caſibus, in quibus admittuntur ad teſtificandum.*
12 *Clerici depoſitio facta ſine licentia ſuperioris coram Iudice laico valet, licet de fide ei diminuatur.*
13 *Monacus nec etiam poterit examinari ſine licentia ſui ſuperioris.*

C A P. II.

1 Sicut Clericus non poteſt cōueniri coram Iudice laico, ita non poteſt ab eo, vel eius familia, aut altero laico priuato capi, text. in cap. cū non ab homine de iudic. vbi communiter Doct. & cap. ſi verò de ſent. excom. in c. Canonici de offic. ordinan. in 6. Boſſ. in tit. de captura nu. 35. & in tit. de foro compet. nu. 150. vbi de cōi Farinac. q. 8. nu. 15. vbi etiam de communi, & quæſt. 32. num. 52. vbi etiam de cōi, latè Bertaz. conſ. 78. nu. 1. & ſeqq. vbi de comm. Imò incidūt in Bullam Cęnæ Domini capientes clericos, vt habetur in d. Bulla, nu. 19. Quæ procedit non ſolum quando capitur pro cauſa capitali, & graui, ſed etiam pro quacumque cauſa criminali ſiue graui, ſiue leui, cum in quolibet caſu vigeat eadem ratio, vt tuetur, Marc. Ant. Macerat. lib. 3. reſolut. 18. num. 1. & ſeq. quicquid aliter ſenſerit Pariſ. conſ. 165. nu. 14. vol. 4. Benè verū eſt, quod ad incurrendam d. pœnam excommunicationis requiritur actus conſumatus, vt captura fuerit profecta, & conſumata, Syluester in verbo excommunicatio. §. 6. nu. 2. in princip. Philiar. in tract. de cenſ. lib. 3. cap. 33. num. 3. Macerat. d. reſolut. 18. num. 1. qui ſub num. 6. & 7. declarat, vt d. Bulla non procedat in Prætore mandante capi Clericum ex tradit. per Nauarr. in manual. cap. 27. num. 11. quia quando d. Bulla voluit includere mandantes, & conſulentes, expreſsè nominauit, ſed benè erit creditori licitum capere clericum ſuſpectum de fuga, Nauarr. in manuali d. c. 27. n. 82. Syluest. in d. verb. excōicatio, nu. 14. num. 14. §. 6. Macerat. d. reſolut. 18. nu. 4. vbi etiam firmat licuiſſe cuidam capere facere quendam clericum, qui ei iniuriam intulit, ſed ad cautelam dixit eſſe abſoluendum.

2 Imò iſto caſu ſi fuerit captus à iudice ſæculari, poterit ipſe Clericus captus impunè eximi è manibus Curiæ ſæcularis, Petr. Duen. Reg. 281. limit. 2. vbi allegat Bal. Felyn. Guid. Pap. & Caſſan. & Petr. à Plach. in Epithom. delict. lib. 1. cap. 38. num. 7. in fin. verſic. quam intelligentiam fore reorum, & Farinac. in d. q. 8. num. 115. in fin. & d. q. 32. num. 72.

3 Quod

3 Quod eſt valde notandum in Statu Eccleſiaſtico vbi viget Bulla Sixti V. in ordine 6. vt eximentes, vel quoquomodo impedientes birruarios, vel exequutores in eorum officio incidant in pœnam criminis læſæ maieſtatis, de qua Bulla mentionem faciunt Farinac. q. 32. ſub num. 23. & Sforz. Odd. in conſ. 72. per totum, de qua ego late dicam in Defenſ. 15. & de iure communi, etiam ſi captus fuerit conuictus, vel cõfeſſus de delicto, eximens poſſet puniri pœna mortis l. cuiuſcunque, ff ad l. Iul. Maieſt. Iul. Clar. q. 29. nu. 3. q. 68. ſub nu. 10. Marsil. ſing. 137. in fin. Petr. Caball. in tract. crimin. caſ. 8. nu. 2. vbi infinitos alios allegat Baiard. q. 68 n. 40. & ſeq. & ego habui, & obtinui in facto in Tribunali Auditoris Cameræ tẽpore D. Matthæi Buratti in illo officio mei prędeceſſoris, qui fuerat exemptus à manibus Curiæ ſæcularis Præſentius Alemanus de Balneoregio Eques Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſub corona Regni Luſitani, & per ſupradictos Doctores feci ipſum à pœna d. Bullæ abſoluere de anno M D C V I. per acta Petr. Antonij Mareſuſchi Notarij, quia vt locus ſit, d. Bullæ requiritur, vt captura ab initio fuerit iuſta, vt dicã in d. Defenſ. 15. quod non contigit in ipſo equite religioſo capto à curia laicali.

4 Et licet dentur aliqui caſus, in quibus Clerici poſſint per Iudices laicos capi, cum regula ſit, quod licet quis ſit exemptus à foro ordinarij, non per hoc erit exemptus, vt delinquendo non poſſit capi, vt remittatur, Felin. in c. fin. num. 8. de for. compet. Io. Franc. Capoblanc. in tract. de Baronib. pragm. 8. ſub. n. 121. Nauar. in manual. cap. 27. nu. 83. Graff. ſuper Bulla in Cœna Domini nu. 138. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. reſolut. 18. nu. 5. & 8. Nauarr. in manual. cap. 25. num. 24. Bernard. Laur. de poteſt. ſæcul. in Eccleſ. num. 28. Aufred. in eod. tract. verſ. 4. in clerico reperto fol. 320. Menoch. in caſ. 180. nu. 23. tamen cum maximo temperamento ſunt intelligendi, & præcipuè quando Iudices ſæculares illos capiunt ad dictum effectum remittendi ad eorum Iudices, & Ordinarios, ſed tamen non licet eis clericos capere etiam iſto caſu, niſi fuerint Clerici ſuſpecti de fuga, Menoch. caſ. 18. num. 2. Macerat. d. reſolut. 18. nu. 10. in fin. & ſecundum cõmunem opinionem atteſtatam per Villalob. comm. opin. in verb. Clericus nu. 78. quam ſequitur Iul. Clar. §. fin. q. 28. verſ. ſi verò loquimur in fin. & latè Farinac. q. 8. nu. 116. vbi plures alios concordantes allegat, & etiam teſtantes de communi, & latius in q. 27. nu. 76. vbi tamen dubitat de iſta opinione, quando ageretur non de crimine ciuiliter intentato, vel leui, ſed graui, vt tunc ob malitiam, quæ creuit hodiernis temporibus in quacunque perſona, poſſint capi per Iudices ſæculares ad iſtum effectum remittendi, Nauar. Graff. & alij ſupra adducti; tu autem non recedas ab iſta opinione, niſi etiam ſint ſuſpecti de fuga.

5 Sed ſaltem Iudex ſæcularis tenebitur ſtatim præſentare Clericum captum Iudici Eccleſiaſtico ſecũdum communem opinionem Canoniſtarum atteſtatam per Viui. commun. opin. in verb. Iudex laicus, vel quanto citius fieri poſſet ſecundum Hoſtien. & Andr. in cap. ſi verò de ſent. excomm. quos refert, & ſequitur Felin. in d. cap. cum non ab homine, nu. 4. in fin. vel ſaltem nõ poſſit retinere Iudex laicus in ſuis carceribus clericum vltra viginti horas, vt firmat poſt Bald. & Salyc. Ang. de Maleſic. in verb. fama publica nu. 65. circa fin. & Farinac. in q. 8. num. 118. ſed tutius erit vt fiat quanto citius ad effugiendum periculum cenſurarum Mar. Ant. Macerat. reſolut. 18. nu. 8. verſ. Bene verũ Bertazol. d. conc. 78. n. 1. & ſeq. & ibi Add. firmant. poſt Nauar. in Manual. cap. 25. verſ. 14. quod tenetur remittere ſub pęna peccati mortalis. Ad quod Iudices ſęculares benè animaduertere debent, ne ſub prætextu dictæ remiſſionis affectent capturam Clericorum, & diu illos in proprijs carceribus retineant, prout bene ſcio fieri in aliquibus locis, & maxime cõtra Equites Hieroſolymitanos, & de alijs caſibus, in quibus Clericus per Iudicem laicum capi poſſit, erit recurrendum ad Doct. in d. cap. cum non ab homine, & præcipue ibi ad Dec. ad Diaz. in pract. Crim. Can. in verb. capt. 114. ad Iul. Clar. q. 28. ad Farinac. in d. q. 8. n. 120. cum pluribus ſequentibus & ad Bonacoſſ. commu. opin. lib. 1. in verb. Clericus delinquens, & in caſu remiſſionis debet clericus remitti ad Iudicem ſuum ſine ignominia, & cum ſuo elogio, & omnibus actis Macerat. Var. Reſolut. lib. 3. reſolut. 48. nu. 23. Maur. Burg. de modo proceden. ex abrupt. q. 65. num. 48. vbi etiam dicit quibus expenſis, & idem voluit & clarius in q. 65. n. 48. & ſeqq. & ſi contingat, quod clericus inquiratur de delicto cõmiſſo cum laicis debeant ad forum eccleſiaſticum tranſmitti omnia acta contra omnes, & non ſolum informationes teſtium deponentium contra clericos, ſed etiam omnes alias informationes; cum ex eis poſſit conſtare de innocẽtia clerici, vel ſolet Iudex laicus ſecreto modo oſtendere Iudici eccleſiaſtico nomina aliorũ complicium clerici inquiſiti, vt late dicit Maur. Burg. d. q. 65. n. 50. & ſeq. & ſi Iudex laicus nolit proceſsũ & informationes Iudici laico tranſmittere exiſtentes contra clericum arbitror quòd poſſit illum excommunicare factis prius debitis deligentijs litteris requiſitorijs, cum iudex laicus teneatur brachium ſuum Iudici eccleſiaſtico impartiri ſub pœna excommunicationis cap. 2. in fin. de Maled. gloſ. in cap. 5. de offic. ordin. vbi Innoc. num. 16. Hoſtienſ. num. 8 & 12. & alij adducti per Moder. Rom. in quæſt. 57. nu. 82. vbi etiam quærit an ſit excommunicatus ipſo iure Iudex laicus recuſan præſtare brachium Iudici eccleſiaſtico.

7 Ac etiam Clericus non poterit cogi per Iudicem laicum ad teſtificandum ſine licentia Epiſcopi, & ſui ſuperioris. cap. ſuper prudentia §. poteſt, in fin. & ibi gloſ. in verb. poteſt, 14. q. 2. Campeg. de teſtib. reg. 91. in 1. Fallent. Io. de Amic. conſ. 77. n. 17. Suarez. Theſaur. recept. ſent. in verb. teſtis num. 117. vbi etiam de Commun. Maſcard. de probat. concl. 1356. num. 32. & 61. lib. 3. Farinac. quæſt. 61. nu. 83. late Prax. Arch. Neap. cap. 70. & dicam in Defenſ. 13. cap. 1.

8 Et cum licentia ſit quid facti, & ideò non præſumatur l. 1. l. eum res, C. de probat. l. aſſeueratio. §. fin. C. de non numer. pecun. & ob id. de ea apparere debet aliter, quam per aſſertionem notarij dicentis in examine talis N. Clericus, vel frater &c. teſtis citatus, iuratus, & de licentia Superioris examinatus, &c. vt poſt Ioann. de Amic. conſ. 77. nu. 18. & Curt. in Tract. de teſtib. concluſ. 49. in fin. verſ. oportet ergò, firmat Carauit. ſuper ritu 144. nu. 3. verſ. ita quòd de tali licentia, iuncto num. 9. & 10. Caualc. de teſtib. part. 3. n. 54. & Farinac. in d. q. 61. n. 87. vbi in fin. refert quod Syluan. in conſ. 16. n. 7. & n. 8. contrarium tenuit, ſed male iudicio meo, vide infra Defenſ. 13. cap. 1. nu. 9.

9 Et

9 Et licet possit Clericus testificari in causa criminali contra laicum de licentia sui superioris, non poterit tamen in quibuscunque casibus, cogi, sed solum in illis, in quibus per alios veritas haberi non posset, Alberic. de Male. in tract. de testibus cap. 6. nu. 34. & sequent. Campeg. de testib. regul. 91. in 1. & 2. Fallēt. Prax. Archipiscop. Neap. cap. 70. vbi late ponit in quibus casibus clericus cogi possit, & late Farinac. in q. 61. num. 91. cum pluribus sequen. vbi concordantes allegat, & sub nu. 97. firmat quod non erit cogendus in casibus permissis ad testificādum per Iudicem laicum, sed per Iudicem Ecclesiasticum, nec Iudex Ecclesiasticus concedit licentiam Iudici sæculari ad cogendum clericum ad testificandum coram ipso, sed Iudex Ecclesiasticus facit præceptum Clerico, vt deponat coram laico. Boss. in tit. de oppos. contra testes nu. 91. vers. hanc practicam video quotidie obseruari. Præposit. in cap. testimonium nu. 5. & ibi Archidiac. sub num. 3. 11. quæst. 1. vide infra defens. 13. cap. 1. & deponens in causa criminalis vbi ingeritur pœna sanguinis efficitur irregularis Clar. q. 24. vers. alterius, Mascard. de prob. conclus. 306. Farinac. q. 61. nu. 58. & seqq. vbi ampliat quinque modis & limitat in 1. & 2. regula, Caualc. de testibus par. 3. nu. 63.

11 Et in omni casu, in quo Clerici admittuntur ad testificandum, eis magis creditur, quam alijs, nisi deponant pro Ecclesia sua, vel contra reum vt latè prosequitur post alios, quos allegat Farinac. in quæst. 61. num. 80. & sequen.

12 Et in casibus, in quibus deposuerunt sine licentia superioris, eorum examen non erit nullam Felyn. in cap. cum nunc. num. 3. extra de testib. Boss. in tit. de oppos. contra testes nu. 91. & 92. vbi de communi Riminal. Iun. cons. 127. n. 17. late Roland. cons. 24. n. 77. & seq. lib. 1. Farinac. q. 61. num. 84. Franc. Cauallat. cons. 129. nu. 51. lib. 1. Caualc. de testib. nu. 54. in fin. p. 3. sed ad tollendas omnes dubitationes tutius erit habere licentiam doct. adducti per Farinac. d. qu. 61. nu. 84. in fin. & dicam in Defens. 13. cap. 1.

13 Idemque erit dicendum de teste Monaco, qui non poterit examinari in causa Criminali coram Iudice laico, nisi de licentia sui superioris Fely. in cap. cum Nuncius nu. 3. extra, de testibus Suarez. recept. Sentent. littera T. nu. 117. vbi testatur de communi Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1358. nu. 32. latè Farinac. quæst. 61. nu. 130. & multa alia ponit de istis testibus Clericis, & Monachis, idem Farinac. in d. q. 61. in opposit. 12. per totam, & in oppos. 14. etiam per totam.

Quæstio Clericatus, & habitus à Iudice Ecclesiastico, cognosci debet.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus cognitio pertinet ad Iudicē Ecclesiasticū.*
2 *Quæstio super vestibus clericalibus spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*
3 *Habitus Clericalis non est à iure definitus, sed ille dicitur, qui à communi vsu loci designatur.*
4 *Quæstio clericatus, & vestium dum discutitur, Iudex laicus, nihil contra carceratum facere potest.*
5 *Clericus captus à Iudice sæculari, si non appareat de clericatu potest per Iudicem sæcularem denegari, & non remitti.*
6 *Clericus captus sine habitu clericali debet detineri per Iudicem sæcularē, donec fuerit determinata quæstio, secus si fuerit captus in habitu clericali, vel fama esset quod ille esset Clericus, quia statim remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum.*
7 *Iudex Ecclesiasticus debet determinare causam habitus vocato Iudice sæculari.*
8 *Clerico capto asserenti se clericum assignādus erit terminus ad intentionem suam iustificandam.*
9 *Clericatus quomodo probetur Iudex tenetur ex officio inquirere si captus esset clericus ad effectum illum remittendi ad Iudicem suum.*
11 *Clericus tam in criminalibus quam in ciuilibus causis non potest conueniri coram Iudice laico.*

CAP. III.

COgnitio autem an quis sit Clericus, nec ne, & quatenus Clericus sit: an clericale priuilegium amisserit spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, Text. in cap. si Iudex laicus de sent. excom. lib. 6. latè Io. Campeg. inter Consilia Alex. de Neuo. cons. 56. nu. 1. Iul. Clar. §. fin. q. 36. nu. 1. vbi late Farinac. q. 8. nu. 33. vbi cōcordantes allegat, & testatur de communi, & magis communi Bonacoss. lib. 1. Comm. opin. Crimin. in verbo Clerici in Criminalibus in princ. Petr. Caball. in quæst. Criminal. cas. 60. nu. 11. late Bertazol. cons. 78. nu. 10. lib. 1. Alex. Ambr. in tract. de Immunit. eccl. cap. 23. num. 15. vbi de communi, & ibi concordantes allegat, & dicit contrariam opinionem tenentes deuiare à dispositione sacrorum Canonum & à communi opinione, late Petr. Cabal. Cas. 224. n. 3. cent. 3. etiam late Alex. Trentacinq. cons. 12. num. 1. & seqq. vol. 2. vbi alios allegat, & testatur de communi vbi sub nu. 2. dicit procedere etiam in clerico coniugato vt gaudere debeat priuilegio fori. Rot. decis. 202. Rubr. de cleric. coniug. Petr. Beliug. in specul. princ. de proposit. graua §. videamus col. 3. & alij adducti per Alex. Trentacinq. d. cons. 12. nu. 2. part. 2. & quod Iudex ecclesiasticus cognoscat. Caball. cas. 223. n. 77. & seqq. vbi late & concordantes allegat, & cas. 224. nu. 32. & 35. cent. 3. quia solus Iudex ecclesiasticus cognoscit de sua Iurisdictione, Petr. Caball. d. cas. 223. nu. 86. & sub nu. 88. plus firmat vt Iudex laicus procedens contra personas ecclesiasticas debeat deponi ab administratione, & criminaliter puniri.

2 Idemque erit quando quæstio esset super vestibus Clericalibus, vt cognitio etiam spectet ad Iudicem Ecclesiasticum Veronen. cons. 11. num. 30. Roland. cons. 4. num. 33. lib. 1. Couar. Pract. quæst. cap. 33. sub nu. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 689. num. 8. Farinac. q. 8. num. 34. vbi refert quod supradicti Doctores firmant hanc esse communem opinionem, sed Guid. Pap. decis. 138. Iul. Clar. in d. q 36. vers. dixi Clericum, & alij relati per Mascard. de probat. lib. 2. cōclus. 961. num. 4. videntur dissentire ab ista opinione, sed eorum opinio vti falsa à Canonibus, & ab alijs est communiter reprobata & quod talis quæstio super habitu clericali cognosci debeat à Iudice ecclesiastico. Petr. Cabal. cas. 224. nu. 24. & seq. vbi alios allegat. late Mar. Ant. Maceraten. var. resolut. lib. 3. resol. 48. per totam, vbi alios allegat & testatur de veriori & communion. opinione Alex. Trentacinq. consil. 12. num. 3. vol. 2. qui etiam testatur de communi, & si vis scire quæ veniant appellatione uestium, uide Caualc.

de

de Brac.reg. fragm.120. per totum, & quod quæftio fuper habitu fpectet ad Iudicem ecclefiafticum late Bertazol.conf.78.per totum vbi etiam Claud.in add. in lit.D.ponit vnam bonam diftinctionem.

3 Sed habitus clericorum, cum non fit à iure definitus ideo veftes honeftæ Clericorum dicuntur, quæ à communi vfu, & confuetudine illius Prouinciæ vbi commorantur, fuerint admiffæ,glof. in capit.penult. in verb.de voratis,de vit.& honeft.cleric.Abb.in c.1. de Apoftat. Alex. conf.149. num.12. lib.6. Roland. conf.4.nu.27.vol.1.Bertazol.conf.78. nu.2. Farinac. quæft.8.nu.69.vbi poft Foller.firmat,quod fi confuetudo non haberet aliquam diuerfitatem inter habitum clericorum, & laicorum, illa effet nihilominus attendenda, & maximè an clericus incedat in habitu, & tonfura, erit attendendum an in confpectu populi prima fronte iudicabitur clericus,vel laicus. Iul. Clar.§.fin.quæft.36.verf.dixi clericum,fed multi funt habitus,qui clericis per facros Canones funt interdicti, de quibus in Clemen.2. de vita & honeft. Cler.& præcipuè fi quis deferret veftimenta bipartita duorum colorum, vel virgata, & fimilia diceretur laicus, vt per Doct.adductos per Farinac. in d.q.8.num.69. late Alex.Ambr.in tract. de immun. eccl.cap.23. per totum & præcipue fub nu.8.& feqq. quæ conftitutio Innoc.in d. cap.2. fuit confirmata a Conc. Trident. cap.6. Seff.14. de qua multa fcribit Menoc. de Arb. caf.392.per totum ,& late profequitur Scac.in tract. Crim.cap.11.nu.84. feq.lib.1. de iudic. & late Vgol. in tract.de Auctorit.Epifc. part.1. fol.72. Aufred.ad Capel.Tholof.quæft.253. n.1.& feq.Bertazol.ad patrem in conc.78.in litt.c.lib.1.

4 Et interim dum difcutitur huiufmodi quæftio clericatus,& veftium,Iudex fæcularis non poteft procedere, fed debet fuperfedere, & nihil contra reum inuocare,Bald.in l. fi qua per calumniam num.4. C. de Epifcop. & cleric. Afflict. fuper conftit. Regn. lib.1. rub.3.fuper conftitutione Apoftatantes num.11.Couar.pract.quæft.cap.33. in princ.nu.1.Bonacof.lib.1. commun. opin. Crimin. in verb. clericus an quis fit Decian.in Tract.criminal.tom.1.lib.4.cap.9. n.110. verf.quamquam,Bertazol.conf.78. nu.10.lib.1.Petr. Caball.in quæft.crim.caf.60.nu.11.vbi alios concordantes allegat, Alex.Trentacinq.conf.12.nu.4.lib.2. vbi fubdit quod Iudex eccl.poteft inhibere iudici laico abfque alia citatione ne interim aliquid innouet Petr.Cabal.caf.223.nu.85.cent.3.

5 Bene verum eft quod fi quis captus voluerit remitti ad iudicem Ecclefiafticum tanquam clericum fi ad oculum appareat non incedere in tonfura,quod contigerit depofito bireto, & denudato capite,iudex poterit denegare remiffionem ad iudicem Ecclefiafticum tanquã calumniofam vt poft Stef. Aufr. in tract. de poteft.fæcular.& Ecclefiaft.in 20. Pallent.tradict. Mafcard.in d.conclus.189.num.8. & feqq.Farinac.d. quæft.8.nu.34. in fine Sigifm.Scac. cap.11. num.89. Decian.in tract.crim.tom.1. lib.4.cap.9.n.110.Alex. Amb.in tract.de immu.ecclefiaftica cap.13. num.15. verf.Pro concordia.

6 Sed dum controuerfia prædicta cognofcitur per iudicem ecclefiafticum. fi clericus captus fuit in habitu laicali,debet per ipfum iudicem fæcularem cuftodiri donec fuerit determinata quæftio,fi verus fuerit captus in habitu clericali,vel fama erit publica,quòd ille effet Clericus, erit ftatim remittendus ad iudicē ecclefiafticum etiam ante caufæ determinationem cap.fi iudex laicus verf.at fi notorium,& verf.fin. iũcta glof.de fent.excom.nu.6. Alex.de Næuo conf.59. nu.24.& feqq.Farinac.quæft.8. nu.36. qui alios concordantes allegat, & refpondet ad Couar. in d.c.33. nu.3.verf.fortafis,qui teftatur de contraria confuetudine,vt intelligi debeat de confuetudine Hifpaniarũ, & non aliorum locorum, fed quid feruetur in Regno Neapolitano Vide Afflict. in conftitut. Apoftatantes fub nu.19.Alex.Trentacinq.conf.12. nu.5. in fin.li.2. fed Nauar. in Manual. capit.25. verf. Refoluit dicit, quod fi fuerit captus in habitu clericali vel fit manifeftum ipfum effe clericum fub pœna peccati mortalis & excommunicationis teneatur, ad iudicem ecclefiafticum remittere, fi vero fuit inuentus fine habitu non teneatur illum in reftituere donec non conftet de clericatu, quod videtur reftringere ad clericũ coniugatum donec probet vnam tãtum & virginem vxorem duxerit, & habitum geftauerit & fequitur Bertazol.ad patrem,conf.78.in litt.C.

7 Bene verum, eft quod iudex Ecclefiafticus debet determinare huiufmodi caufam, & cognitionem,vocato, & citato iudice fæculari, & eo cuius intereft Tex.in d.cap.fi iudex laicus. Bofl.in tit. de for. competen.nu.151.nu.115. Veronen. conf.11.nu.2. Farinac.d.q.8.nu.37.Baiard.in §.fin.ad Iul.Clar.quæf.36. nu.23.Alex.Trentacinque conf.12.num.4 lib.2. Nec datur deĩde appellatio ad effectum fufpenfiuũ Alex. conf.149.num.5.verf.tamen probatione lib.6. fed fit remiffio cum proteftatione faluo iure vendicandi fi conftiterit, quod non intret priuilegium clericatus, Franch.decif.189. in princip. & fin.par.1.Aufred.ad Capell.Tholof.quęft.117.in fin.Alexand.Trentacinque d.conf.12.nu.4.

8 Eritque reo detento in carceribus afferenti fe clericum affignandus terminus ad intentionem fuam iuftificandam,Marfil.fing 70. iudex laicus verfic. & teneas menti,& in tract.bannit.in verb. Ecclefiæ, num. 132.verf.& fubdit, Petr.Caball. in quæft. crimin.caf. 60.num.52.

9 Clericatus autem probatur pluribus modis, vt latè oftendit Farinacc.in quæft.8. nu.40. cum pluribus feq. vbi refert fex modos, & primo per fcripturam, prout per publicum inftrumentum, & litteras Epifcopi atteftantis fe contuliffe ordines illi, qui fe clericum afferit, quibus litteris patentibus Epifcopi iudex laicus tenetur credere pro remiffione,Alexand.conf. 149.nu.5.lib.6.Roland.confil.4.nu.5.lib.1. Alexand. Trentacinque conf.12.nu.6.vol.2.

Secundo probatur per teftes, maxime deficiente, & deperdita fcriptura,latiffime,Mafcard. de probat. lib.1.conclus.304.per totam.

Tertio ex dicto vnius teftis,quando non agitur de præiudicio tertij.

Quarto etiam fi ageretur de iurifdictione exercẽda in carceratum inter Iudicem fæcularem, & Ecclefiafticum, fufficit etiam vnus teftis fecundum Rebuff. in titul.de form.liter.nu.42. in tract. nomin. & Matthæ. de Afflict.in conftitut.Regn.tit.3.num.12. quod non admittunt Ludouic. Gomez. in repul. de Annal. poffeff.quæft.39.nu.5.Couarr.practic.quæft. cap.33. nu.3. qui reiectis contrarijs tenent ifto cafu non fufficere vnum teftem, & hanc opinionem veriorem di-

cit

cit Farinacc.dict.q.8. nu.43.vide Mascard.de probation.libr.t.conclus.103. num.3. & seq.Baiard.ad Iul. Clar.q.36.nu.22.& seq.§.final.

Quinto quoad effectum remittendi clericum ad Iudicem Ecclesiasticum sufficit probare clericatum per præsumptionem,quæ sit tanta,vt transferat probandi onus in aduersarium , vt si multo tempore in ordine clericorum deseruisset , si incedebat in habitu clericali , vel erat publica fama , quòd esset clericus cum aliquo adminiculo,vt inseruiret alicui Ecclesiæ, vel esset adscriptus in aliquo Seminario , schola , vel vniuersitate clericorum iuxta formam Concilij Tridentini sess.23.cap.26. absque probatione clericatus erit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum cap. si iudex,& ibi gloss.in verb. receptare de sentent.excõmunic.Capell.Tholos.q.104. Alciat.reg.2. præsũpt.4.nu.3. vers.sed aduerte,Cepol.cons.ciuil.11.§nu.2.& idem Vincenc.de Franch. decis.189. nu.5. vers.item dicebatur,& num.6. par.1.& decis.384.nu.1.& seqq. firmat posse probari per scripturam,ac etiam per testes , & quod scriptura non requiratur de substantia professionis,sed ad benè esse. Viui.opin.974. num.2. &seq. vbi tamẽ dicit,nõ probari per Bullas collationis beneficij Papæ,in quibusfiat meutio de clericatu.

Sexto si clericus primæ tonsuræ , qui non incederet in habitu ad effectum effugiendi iurisdictionem sæcularem vult probare se beneficiatum , oportet quòd non solum doceat de collatione beneficij , sed etiam de possessione illius , vt latè prosequitur de his omnibus sex modis,Farinacc.in dict.q.8.n.40. & seq. & vide latissime, Mascard.de probat. concl.104. per totam,lib.t.Baiard.ad Iul.Clar.q.36. num.27 & seq. vbi late,vbi etiam dicit,quòd in Regno Neapolitano datur terminus ad probandum incumbentia, & sæpè Fiscus Regius probat contrarium , nempe se immiscuisse enormibus, non incessisse in habitu, & tonsura,& similia, per quæ posset concludi ipsum non esse clericum ad effectum ne remittatur ad iudicem Ecclesiasticum , & est videndus Pacian.in tract. de probat.cap.34.nu.41.& seqq.par.2.vbi latè .

Benè verum est , quod constito de clericatu si iudex sæcularis non remittat illum ad iudicem Ecclesiasticum,erit excommunicatus,gloss. in cap.si iudex laicus, versiculo fecerit , in fin. & versiculo hanc autem,de sent.excom.in 6.Bald.in l.si qua, nu.2. versic. contrarium credo,C.de Episc. & Cler. Iul.Clar.q.36.

10 Erit alio modo consultum carcerato asserenti se esse clericum, sed quia nollet aliquid probare, vel facere,forsan propter eius inopiam, vt iudex debeat ex officio perquirere,& veritatem indagare etiam illum interrogando vbi,à quibus, & quando clericatum,vel sacros ordines sumpserit, & quo in loco litteræ testimoniales , & patentes Clericatus sui reperiantur , vt iudici via aperiatur ad verificandum , & probandum illum esse clericum , vt latè , & benè docet Petr. Caball.in quæst crimin.cas.60.nu.10. vers.ego tamen,& nu.13. & seqq.vbi reddit bonam rationem, quia agitur de periculo animæ propter pœnam excommunicationis,quæ incurritur per Iudicem sęcularem punientem clericum . Ideo Iudex debet esse promptus ex suo officio,& nemine instante dictam informationem capere , prout etiam pulchre tradit Marsil. in tractat.bannit.in verb.delictis,nu.10.& 11. vers.facit etiam ad prædicta;ad effectum deinde, nõ vt cognoscat de Clericatu , sed vt illum remittat ad Iudicem suum. Decian.in tractat.crimin.lib.4. cap.9. nu.111. vers. poterit etiam Iudex sæcularis . Petr. Caball. d. cas.60.nu.15. in quæst.crimin. idem firmat Alexand. Ambros.de immunit.Eccles.c.13.nu.15.circa fin.

11 Et postremo sciat iudex laicus,quod licet olim per Auth.clericus quoque,C.de Episcop.& Cleric. ĩ caussis pecuniarijs erat clericus conueniendus coram Iudice Ecclesiastico,qui causam diffinire non poterat , coram laico erat deinde conueniendus,qui sine mora controuersiam determinare tenebatur,in causa verò criminis conueniri debebat coram laico,qui tenebatur infra duos menses litem finire,hodie autem clericus in omnibus caussis coram suo ordinario conueniri debet,ex authent. statuimus. C.de Episcop.& Cleric.quæ est canonizata in capitulo sancimus.11. q.1. Menoch.de arbit.cas.246.per totum cent.3.lib.2.sed benè potest pro rebus Ecclesiæ,& suis conuenire laicum coram Iudice Ecclesiastico , nec tenetur sequi forum rei post Abb.in cap.si clericus de for.compet. Olasc.decis.31.nu.6.

Iudex sæcularis quando possit punire clericos, & è contra.

C A P. IV.

PRo ista quæstione Aduocatus videat Decian. in tractat. de potestate sæculari super Eccles. person.reg.2.in vltim.par. Bernard.Laur. de potest.sæcul.in Eccles. Aufred. in tract. de potest. sæculari, & Ecclesiastica, & vide alios, qui in diuersis locis hanc quæstionem pertractarunt, quos non ignoro, sed verè aggredi nolui istam quæstionem omnibus Principibus,tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus odiosam, ideo sum contentus solutionẽ istius nodi Salomonis alijs curiosis lectoribus,& scribentibus relinquere .

Processus factus contra clericum coram iudice laico,& è contra quid probet.

S V M M A R I V M.

1 *Processus coram Iudice Ecclesiastico contra clericum exhibitus,& fabricatus per iudicẽ laicũ, non probat.*
2 *Confessio facta per Clericum coram iudice laico non sufficit ad condemnãdum etiã si spontè confessus fuit.*
3 *Iudex laicus non tenetur stare processui fabricato per iudicem ecclesiasticum.*
4 *Iudex laicus tenetur stare processui fabricato per inquisitores sancti officij , & eorum sententiam omnino exequi.*
5 *Testes examinati per iudicem incompetentem an possint se referre ad primum examen,vel potius teneantur deponere per extensum.*
6 *Monitoria, quæ dantur per iudices sub pœna excommunicationis ad reuelandum,non conceduntur in causa criminali.*
7 *Nec afficiũt principales Aduocatos,& procuratores.*
8 *Processus informatiuus iudicis laici sufficit ad examinandum clericum coram iudice ecclesiastico.*

C A P. V.

PRo defensione etiam inquisiti deducitur , quod processus coram iudice ecclesiastico cõtra clericum

ricum exhibito nihil probet, quia fuerit fabricatus a judice laico, & ideò iudex ecclesiasticus ei stare non debeat, sed denuò testes examinare, & assumere informationes, Iul. Clar. q. 36. n. 44. Grammat. consil. 42. nu. 2. Viui. commun. opin. in verb. index laicus, Farinacc. consil. 76. n. 1. qui omnes testantur de communi, Alex. Ambros. in tract. de immun. eccles. c. 11. n. 3. vbi alios allegat, & non valet neque in negocio principali, neque in pœnam contumaciæ ob non comparitionem, Aufr. de Capell. Tolos. decis. 165. n. 1. nec si fuerit factus processus per iudicẽ, vel rectorẽ laicũ cõtra scolarẽ clericũ, Aufred. dec. 168. n. 3. ad Capell. Tholos.

2 Imò etiã confessio corã iudice sæculari non operabitur, vt ex ea possit cõdẽnari c. at si clerici in princ. de iudic. Ant. de Butr. ibi nu. 3. & n. 28. Anan. n. 2. Abb. nu. 2. Villalob. comm. opin. in litt. C, n. 142. vbi de cõi, Farin. tit. de reo confess. & conuict. q. 81. c. 6. n. 193. ẽt si spontè confessus fuerit, Doct. in d. c. at si clerici, & præcipuè Hostiens. n. 1. in fin. Bellam. n. 15. Anchar. n. 7. Farin. d. c. 6. q. 81. n. 195. de quo latè dicam infra in hoc lib. 1. dum materiam confessionis attingam, & an iudex ecclesiasticus si vellet stare processui iudicis sęcularis possit, dicam infra defens. 20. c. 9.

3 Et è contra iudex laicus nec ẽt tenetur stare processui fabricato per iudicẽ ecclesiasticũ, sed debet denuò causam cognoscere, Felin. in cap. at si clerici, in princ. n. 14. de iudic. quẽ sequitur, Afflict. super 1. part. constit. Regn. rubr. 27. n. 32. & Iul. Clar. §. fin. q. 96. nu. 7. in princ. vbi testatur de cõi, & ibi Baiar. n. 14. alios concordantes allegat, Ambros. in d. c. 11. num. 3. vbi etiam alios allegat.

4 Quod intelligendum est in illis criminibus, in quibus si reus fuisset laicus potuisset iudex sæcularis cognoscere, secus vbi crimen de quo agitur esset mere ecclesiasticũ, de quo iudex laicus nullo modo cognoscere posset, prout in crimine hæresis, quia iudex laicus tenetur omnino stare dicto processui, & sententiã sancti officij punctualiter, & omnino exequi, secũdũ cõem opinionẽ attestatã post alios, quos allegat per Iul. Clar. in q. 96. nu. 7. ferè per totã §. fin. in pract. crimin. Ambros. in d. c. 11. nu. 3. vers. quod intelligen. & latè dicam in defens. 38. cap. 5.

5 Et an testes possint se referre quando iterum examinantur ad primum examen, vel debeant per extensum deponere, dicam infra in hoc eodem primo lib. in defens. 26. in materia repetitionis testium, sed pro nunc videtur dicendum, quod debeant ita per extensum deponere, vt nulla ratio haberi debeat de primo examine propter præsumptionem, quæ resultat contra illum, qui recepit primum examen nullum, ex eo, quod errauit in suo officio, vt tradit decisio Auenionen. 91. nu. 5. per l. 3. §. quia potest, ff. de suspect. Tut. Idemq. erit in examine recepto metu excõicationis Neuiz. in Syl. nupt. in verb. monitorię n. 6. Rip. in trac. de remed. ad curand. pest. n. 128. d. decis. Auenionen. n. 5. vers. vnde, vbi tamen subdit, & si sequatur in testibus variatio cum reuelatione facta metu excõicationis erit nullius momenti, neque considerabilis, cum illa prima reuelatio nullam fidem faciat.

6 Et monitoria, quę dantur per iudices sub pœna excommunicationis ad reuelandum non conceduntur in causa criminali, immo semper cum clausula dummodo criminaliter non agatur, latè Prax. Archiepis. Neap. c. 1. n. 7. vbi reddit rationes, & ibi subdit si iudex ecclesiasticus recipit reuelationes sapientes criminalitatẽ, quas nõ potest tradere iudice laico, quid agere possit orator, & quo remedio possit vti, & quia vnus de interamna contrarium fecit, sacra consulta compellit eum ad soluendum scuta 70. cuidam loco pio
7 † nec afficiunt principales, vel Aduocatos, & procuratores eorum. Neuizz. Silu. nupt. lib. 3. n. 47. Dec. respons. 93. nu. 121. vol. 1. Bertazz. cons. 252. n. 1. vol. 2. Vinc. de Franch. decis. 222. nu. 1. & seq p. 1. Petr. Caball. in q. crim. cas. 153. n. 1. nisi tamen Aduocatus, vel procurator examinaretur de his, quæ scit, vti testis, Franch. d. decis. 222. n. 10. Petr. Caball. d. cas. 159. n. 2. & seq. vbi refert, quod ille Senator Mediol. vt respõderet, quod vti testis nihil sciebat, vti Aduocatus examinari non poterat. In curia vidi compellere quemdam Aduocatũ Consistorialẽ ad deponendũ vti testẽ in causa sui principalis tẽpore Gubernij Card. Tusch. contra Claudium Serrã mercatorem super quibusdã prætensis fraudibus, in cuius patrocinio ego etiã munus meum Aduocationis præstaui, sed illum coegit non vti Aduocatum, sed vti amicum inquisiti.

8 Sed vigore dictus processus fabricati per iudicem laicu, clericus potest examinari super delicto per iudicem ecclesiasticum Prax. Archiep. Neapol. c. 6. per tot. de quo valde dubito, cum ille processus coram iudice laico nullam fidem probatoriam faciat, vt dicam infra in Defens. 20. cap. 9.

Fiscus, vel Notarius an possint recipere examen reorum, vel testium.

SVMMARIVM.

1 *Examẽ receptum per procuratorem Fiscalem est nullum, cum non possit deferre Fiscus testibus iuramentũ.*
2 *Examen receptum per notarium sine mandato iudicis, non valet, etiam si super eo emanauerit confessio.*
3 *Notarius apponens in examine clausulam illam (de mandato Iudicis) poterit legitimè examen recipere.*
4 *Fiscus qñ possit cõcedere capturã cõtra delinquentes.*

C A P. VI.

1 Poterit etiam deduci contra examen, & processũ, quod fuerit examen receptum per procuratorem Fiscalem, qui minimè habet facultatem deferendi iuramentũ testibus: & ob id ipsi testes pro nõ examinatis habẽtur, vt post Crauett. rit. 115. n. 7. & Marsil. in cons. 4. in fine, in terminis respondit, Bursatt. in cons. 192. n. 35. vol. 2. vbi sub n. 37. loquitur etiam si essẽt alias testes examinati per iudicẽ ordinariũ, vt per procuratores Fiscales non possint repeti, nec igitur poterunt testes vel principales interrogari per Bullã Pij IV. Et ita passim hic in Curia obseruatur, licet aliquando etiã per aliquos procuratores Fiscales cõtrarium tẽtatũ fuerit obseruari, & malè, cum verè fiscus si pars, & nullam habeat iurisdictionẽ nisi fuerit sibi a Principe vel a consuetudine cõcessa, Peregr. de iur. fisci, lib. 1. nu. 12. Cualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 146. & 328. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 19. num. 4. cent. 1.

2 Idemque dicendum est examen si fuerit receptum per Notarium, sine mãdato iudicis, qui etiam si emanauerit, rei cõfessio sibi non præiudicabit, Boss. in tit. de confess. num. 14. Mascard. de probat. concl. 344. n. 6. & concl. 348. n. 52. & seq. & concl. seq. n. 6. lib. 1. vbi

alios allegat. Farinac. in tit. de reo confesso, & conuict. c.6.q.81.n.43.vbi etiam alios allegat,& testatur de communi, vbi tamen sub num.48. dicit, quod talis confessio substinebitur in vim confessionis extraiudicialis,& ob id faciat inditium ad Torturam.

3 Nisi tamen notarius assereret in examine per illam clausulam solitam apponi (de mãdato iudicis) quia tunc sibi crederetur, & confessio rei coram eo emanata noceret. Ang.in l.1.num.5. C.de conf.Marsil.in pract.crimal. §. postquam num. 17. Farinacc. in tit. de reo confess.& conuict.cap.6.q.82.nu.46. vbi concordantes allegat, & testatur, quod ita in pra̋ctica apud nos seruatur, de quo dicam infra in defens.33.cap.26

4 Nec minus procurator Fiscalis potest aliquem capturare facere per modum iurisdictionis, sed tantum per modum prouisionis, vt est latè videre per Caual. de Brach.reg.p.4.num.325. & seqq. vbi tamen videtur limitare in procuratore Cęsaris, & summi Pontificis sub nu.327.& seq.& sub num.345.& seqq. ponit etiam casus in quibus per modum prouisionis capturam concedere valeat hic in curia non concedit capturam, nisi de mandato Papæ, vel sacræ consultæ,& credo, quod posset etiam in alijs casibus prouisionalibus positis per Caualc. vbi supra,& dicam in defens. 5. cap.1. num.4.

Partes an possint processum nullum ex defectu iurisdictionis conualidare, & iurisdictionem prorogare.

SVMMARIVM.

1 *Processus nullus ex defectu iurisdictionis partes conualidare non possunt.*
2 *Prorogatio in criminalibus per partes fieri non potest in iudicem incompetentem, ne praeiudicium inferatur indici competenti.*
3 *Iurisdictio non diceretur prorogata si reus pateretur a iudice incompetenti examinari, & coram eo fateretur delictum.*
4 *Contrariam opinionem, quod iurisdictio in criminalib. prorogari possit, tenent ibi Doct.*
5 *Iurisdictio, vt prorogari possit per partes in iudicem incompetentem requiritur consensus iudicis competentis, vel eius ratificatio.*
6 *Iurisdictio vti prorogari possit in aliquem requiritur, quod ille iudex habeat prius facultatem pœnitendi similia delicta.*
7 *Iudex ordinarius in casibus in quibus procedi posset per inquisitionem non poterit impediri per iudicem prorogatum ne procedat contra reum.*
8 *Iudex prorogatus retinet eamdem facultatem, quam habet iudex ordinarius.*
9 *Partes ante litem contestatam possunt recedere a iudice prorogato.*
10 *Exceptio litis pendentiæ debet opponi ante litem contestatam, dummodo iurisdictio non fuerit limitata, quia quandocumque opponi potest.*
11 *Iudex prorogatus, & consentiens prorogationi, poterit cogi per partes ad pronunciandum.*
12 *Iudice prorogato mortuo, vel eius officio finito, prorogatio transit in successorem.*
13 *Cautela ne iurisdictio transeat in successorem.*
14 *Prorogatio fit etiam per procuratorem si habeat speciale mandatum, vel cum libera facultate.*
15 *Iurisdictio non diceretur prorogata per fideiussionem praestitam, vel per promissionem de parendo mandatis, vel iudicatis.*
16 *Iurisdictio non dicitur prorogata per bannum datum contra aliquem in contumaciam.*
17 *Iurisdictio non diceretur prorogata si reus interrogatus respondeat putans illum esse iudicem competentē.*
18 *Prorogatio vitiatur, quando quis dubitat illum esse iudicem competentem.*
19 *Prorogatio facta per metum numquã conualidatur.*
20 *Scientia incompetentiæ semper praesumitur, & maximè quãdo personæ essent idiotæ, secus si iuris periti.*
21 *Confessio facta coram iudice prorogato penitus incõpetenti, nec etiam faciat inditium ad Torturam.*
22 *Prorogatio fit quinque modis ibi descriptis.*
23 *Prorogatio quid sit, qualiter fiat, & quomodo tàm in iuditio ordinario, quàm delegato remissiuè.*
24 *Reconuentio fieri potest coram iudice prorogato, & an ea procedat etiam contra clericum.*

CAP. VII.

1 QVod partes non possint processum nullum ex defectu iurisdictionis etiam per spontaneã confessionẽ conualidare, Marsil. singul. 201. Ant. Gomez. tit. de delict.c.22.num.8.vers.nec obstat, latè Riminald. iun.consl.126.nu.15.vol.2. Baiard. ad Iul.Clar. q.65. nu.9. in fi.vbi de cõi, & maximè quando partes non potuissent in eum iurisdictionem prorogare, vt post Bero. in consil.201.nu.26.vol.3. firmat idem Baiard. in quæst.55.n.29. Et quod confessio non conualidet processum nullum ex defectu iurisdictionis, Iul.Clar. in dicta quæst.55.versic.preterea, vbi de communi, Mascard. de probat.lib.1.conclus.252. nu.1. vbi concordantes allegat, Flamin. Carthar. in tract. de exequut. sent.capit.fin.num.218. vbi testatur de communi, & veriori opinione, Farinac. in tit. de reo confess.& cõuict.cap.6.quæst.81.num.188. vbi concordantes allegat,& ibi in dict.cap.sexto, ponit ad istum articulum plures ampliationes, & limitationes; & ego dum fui Locumtenens Criminalis, A.C. in facto, habui in causa Æquitis Hyerosolymitani, Perinelli, Perusini, qui volebat habere testes examinatos in ciuitate Perusiæ contra ipsum a iudice incompetenti pro reo,& rectè examinatis, ego nolui admittere huiusmodi approbationem, sed Fisco concessi, ipso equite consentiente, litteras remissoriales ad illos testes repetendos, prout fuerunt repetiti in Ciuitate Assisij per ordinariũ loci, quæ resolutio deseruit et his, quę sequūtur.

Nec iudex incompetẽs poterit defendere processum suum, ac suam iurisdictionem prorogare, quia in

2 criminalibus iurisdictio non prorogatur † Bero. in c. at si clerici.nu.38.versic.3.conclusio. Foler. in pract. crim. in verb.& si confitebuntur, p.1.sub n.1. Farin.in tit.de reo confess.& conuic.c.6.n.190.& 192. Dec. in tract.crim.tom.1.lib.4.c.23.n.2.vers.ego teneo, vbi firmat, quod in causis criminalibus non possit prorogari iurisdictio iudicis incompetentis quoad generandum præiudicium iudici cõpetenti,& sue Republicæ, vbi debet pœna applicari, cum ius publicum pactis priuatorum mutuari non possit, l.ius publicum, ff.de pact.

3 Nec diceretur prorogata iurisdictio si reus pateretur examinari, ac delictũ fateretur, quia non spontè, sed coactè diceretur illud fecisse, Farinac. q.7. nu.4. versiculo, sublimitando primo, vbi subdit maximè

pro-

procedere in carcerato ignaro, & iuris imperito, qui præſumendum eſt, quod multo minus in ſui præiudiciũ voluerit incõpetentis iudicis iuriſdictionẽ prorogare, & allegat, Alex. in cõſ. 216. n. 16. vol. 6. & quia ẽt in dubio non cenſetur voluiſſe prorogare in iudicem non ſuum. Honded. conſ. 21. nu. 22. vol. 1.

4 Sed contrariam opinionem quod etiam in criminalibus ex conſenſu partiũ iuriſdictio prorogari poſſit tenent Iul. Clar. in §. fin. q. 42. n. 1. vbi concordantes allegat, & teſtatur de cõmuni. Marian. in c. ſignificaſti, n. 36. de for. compet. latè Decian. in d. cap. 24. nu. 2. vbi alios allegat, & in fine dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, Farinac. q. 7. n. 4. verſic. ſublimita 4. vbi allegat ſulummodo Iul. Clar. in loco citato, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 29. n. 2. cent. 1. vbi de communi, ſed bene verum eſt, quod ſine conſenſu partium numquam prorogatio fieri poteſt l. ſi per errorẽ, ff. de iur. ſol. omn. iud. Felin. in c. 1. & 5. n. 15. verſ. error litigantium, de offic. deleg. Honded. conſ. 21. n. 20. vol. 1. & conſ. 95. n. 14. lib. 2. & ad illam prorogandam requiritur ſpeciale mãdatum, nec ſufficeret generale mandatum ad lites, Felin. in d. c. 1. & 5. ſub nu. 11. Guid. Pap. deciſ. 285. n. 2. Hond. d. conſ. 21. n. 25. & conſil. 95. nu. 19. vol. 2. Nec oblatio de conſentiendo ſufficit, ſed requiritur conſenſus perfectus, & conſumatus, Hond. d. conſ. 95. num. 14.

5 Quæ contrariæ opiniones poſſunt reduci ad concordiã, vt primo tũc iuriſdictio prorogari poſſit quoad prẹiudiciũ ipſarũ partiũ, & non alterius Reipublicę, vel iudicis, ad quẽ pertineret cognitio cõmiſſi delicti, alias poſſent quotidie mille fraudes cõmitti, vt declarat Iul. Clar. in d. q. 42. n. 1. in fin. & ob id requiritur cõſenſus iudicis ordinarij, & cõpetẽtis, doct. in l. 1. §. & poſt operis, ff. de oper. nou. nunciat. Caualc. de Brac. reg. p. 4. ſub n. 127. & latè ꝓſequitur, Dec. in d. c. 23. n. 5. & in ſpecie, poſt Marian. in c. ſignificaſti, nu. 57. de for. comp. vbi ſubdit ꝙ loco conſenſus ſufficeret ratificatio ipſius iudicis, ſed ſi vllo modo nõ cõſentiat, non obſtante partium prorogatione poterit iudex competens procedere per inquiſitionem, Boſſ. tit. de for. compet. num. 181. Farinac. q. 7. num. 4. verſ. ſublimita tertio, immo nec vaſallus Burgenſis poteſt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis in præiudicium Domini Vincen. de Franch. deciſ. 418. nu. 2. p. 2.

6 Secũdo declaratur quãdo ille, in quẽ ſit prorogatio prius habuiſſet iuriſdictionẽ puniendi ſimilia delicta, l. 1. C. vbi de crim. quã ita Iaſ. in l. ſi per errorẽ, n. 4. & ſeq. ff. de iuriſd. min. iud. Marſil. in pract. crim. §. expedita n. 72. Dec. d. c. 23. n. 3. lib. 4. to. 1. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 29. num. 10. & ſeqq. cent. 1.

7 Tertio limitatur non procedere quãdo pro illo crimine poſſet procedi per inquiſitionẽ, quia ſi iudex cõpetens vellet procedere per viã inquiſitionis, nõ poterit impediri per iudicẽ prorogatũ, qui vellet procedere ꝑ viã accuſationis, prout originaliter tenuit, Guid. de Suzar. in l. ſi conuenerit, vbi Iaſ. n. 34. ff. de iuriſdict. omn. iud. Aretin. in c. ſi diligenti, nu. 9. de for. compet. Dec. in d. c. 23. num. 4. vbi concordantes allegat, Iul. Clar. in d. quæſt. 42. nu. 3. de communi, & ſubdit quod quicquid ſit de iure, tamen de conſuetudine hodie reſpectu ipſarum partium, quæ ſi conſentirent in aliquem iudicem, qui hodie ex conſuetudine poterit proſequi cauſam ex officio, vix euadere poſſent ne cenſeretur in eum facta prorogatio.

8 Quarto limitatur vt ſi iudex prorogatus haberet poteſtatẽ circa omnes qualitates circa quas habet iudex ordinarius, & cõpetens, poſſet procedere, & ſubſtinere iudiciũ alias ſecus Dec. in d. c. 23. n. 6. & ſub n. 7. dicit quod ob id per prorogationem non alteratur iuriſdictio iudicis, in quem fit prorogatio, ſed remanet eiuſdem naturę, cuius erat inter eos, quorum erat ordinarius competens, & ideò ſi ab eius ſententia non poterit appellari nõ appellabitur etiam in cauſa per prorogata, & è contra ſi poterat appellari appellabitur. Item ſub n. 8. dicit, quod ſi prorogetur iuriſdictio iudicis delegati, ad aliam cauſam criminalem non cõpræhenſam in reſcripto delegationis, ꝙ fieri poteſt, nõ tamen in cauſa prorogata erit ordinarius, ſed delegatus, & appellatio deuolueretur ad delegantẽ, ſed bene ſcias, quod iuriſdictio delegata in aliũ prorogari non poſſit Marant. de ord. iud. p. 4. diſt. 12. nu. 20. Baiar. q. 42. n. 6. Card. Tuſch. in litt. P, concl. 927. nu. 65. Maur. Burg. d. q. 29. nu. 5. vbi ſubdit fortius procedere in cauſis, quæ ob eorum grauitatem non ſoleant delegari, & ſub n. 9. ẽt dicit ꝓcedere in iuriſdictione limitate conceſſa, vt ex conſenſu partiũ non poſſit ꝓrogari poſt Vant. Capic. & Tuſc. in locis ꝑ eũ relatis.

9 Bene verum eſt, quod partes ante litem conteſtatã poſſunt recedere a iudice prorogato, cũ adhuc nõ ſit adẽpta ordinario iuriſdictio irreuocabilis, vt poſt Specul. in tit. de comp. iudi. adi. §. 1. verſ. ſed numquid or-
10 dinarius ſub n. 12. Dec. in d. c. 23. n. 1. † Et opponi debet exceptio incompetentię ante litem conteſtatam, l. ſi conuenerit, & ibi not. ff. de iuriſd. omn. iud. Card. Tuſch. tom. 6. concl. 626. n. 1. de quo latè dixit in cõcl. 74. in litt. P, quando opponi debeat incompetentia iudicis dummodo tamen iuriſdictio non fuerit limitata, quia quandocumq. opponi poteſt, Natt. conſ. 82. Ruin. conſ. 165. n. 12. vol. 4. Baiard. ad Iul. Clar. §. fi. q.
11 42. n. 7. cum illa ſit improrogabilis, vt ſupradixi † & è contra ſi iudex prorogatus conſentit prorogationi, poterit cogi per partes ad pronunciandũ, Spec. in d. §. 1. verſ. ſed an ſit in quem n. 13. Dec. d. c. 23. num. 10.

12 Et mortuo iudice, in quo fuit facta prorogatio, vel finito eius officio, prorogatio trãſit in ſucceſſorẽ, cũ partes videantur prorogaſſe iuriſdictionẽ ratione officij, & dignitatis, vt per Marian. in c. ſignificaſti, n. 69.
13 de for. comp. † vbi dat cautelam, quod ſi nollent partes cognoſci cauſã corã ſucceſſore, ſe remoueant ab ipſa inſtantia, & ei renuncient, vel a principio paciſcantur, quod non intendunt coram ſucceſſore procedere, & idem tenet Dec. in d. c. 23. num. 12.

14 Et ſcias etiam, quod prorogatio ſit etiam mediate procuratore, Pariſ. conſ. 31. n. 71. & conſ. 45. n. 15. vol. 1. dummodo talis procurator habeat ſpeciale mandatum, vel cum libera, &c. Pariſ. conſ. 15. nu. 3. vol. 4. Dec. d. c. 23. n. 18. Baiard. in d. §. fin. q. 42. n. 5. Honded. conſ. 21. n. 20. vol. 1. & conſ. 95. nu. 95. vol. 2.

15 Sed non diceretur prorogata iuriſdictio ſi quis coram iudice incompetenti præſtiterit fideiuſſionẽ, vel promiſerit de parẽdo mãdatis, vel iudicatis, quia tacite ſemper intelligitur illa cõdictio ſi cõpetens fuerit, latè Pariſ. conſ. 48. n. 1. & ſeq. vol. 1. Dec. d. c. 23. n. 19. & ſub n. 16. dicit, quod aliter eſt prorogare iuriſdictionẽ, aliter ſe ſubmittere iuriſdictioni, Cappell. Tholoſ. 180. & ibi Apoſtill. Marſ. in l. ſi quis nec quæſtin nu. 18. & ſeq. ff. de quæſt. Card. Tuſc. to. 6. concl. 926. nu. 10. vbi concordantes allegat, Baiar. in §. fin. q. 42. n. 4.

16 Prorogata nō dicitur iurisdictio ex eo solum, quod iudex contra aliquem procedat ad bannum in contumaciā, Boss. tit. de for. cōp. nu. 180. Farin. q. 7. n. 4. vers. subiuncta secūdo, sed requiritur cōsensus eiusdē rei post litis cōtestationē, Farin. d. q. 7. n. 3. 4. vbi alios allegat.

17 Si vero reus accusatus corā iudice incōpetenti interrogatus respōnderet, putans illum esse competētē, non diceretur prorogata iurisdictio, sed cōstito de errore omnia possent reuocari, Doct. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Card. Tusch. d. concl. 916. nu. 12. & seq. vbi subdit, siue error sit in vtraq. parte, siue in altera tantum, & quod per ignorantiā facti impediatur prorogatio post Bero. cons. 9. n. 28. vol. 3. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 42. n. 8. Farinac. q. 7. n. 4. in fin. vbi allegat solum Cyrill. in sua Pract. crimin. tit. vbi de crimin. agi oportet numero 13. & 28.

18 Immo sola dubitatio vitiat prorogationem, Iaf. in d. l. si per errorē nu. 9. Decian. d. c. 23. n. 13. to. 1. lib. 4. vbi latè, vbi etiam subdit, quicquid Doctores diuersimodè loquantur, quod si superuenerit scientia incōpetentiæ, & post scientiam consenserint partes in eū, ei si ille incompetens erat, omnino processus per subsequentem scientiam non reconualescit, secus si processus ab initio non fuisset ipso iure nullus, quia per subsequentem scientiam processus conualidabitur, &

19 idē erit si prorogatio fuerit facta per metum † quia nūquā conualidatur processus, neque fit prorogatio, sed omnia sunt ipso iure nulla, l. 2. ff. de iustit. & ideò corā Tyranno nūquā censebitur facta legitima prorogatio. Marian. d. c. significasti, n. 39. Decian. d. c. 23. n. 14. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num. 31. vbi alios allegat.

20 Scientia autem incompetentiæ præsumitur, & potius præsumitur error, præsertim si fuerint personæ idiotæ, secus si iurisperitiæ; Marian. in c. significasti n. 38. in fine de for. compet. Dec. d. c. 23. n. 13. in fine, & quod præsumatur error Card. Tusch. d. concl. 916. nu. 14. vbi sub nu. 15. dicit, quod tunc cessat error, quādo fuit oppositum, quod non potest esse iudex. Item quando fuit pronunciatum super incompetentia.

21 Et cōfessio emanata coram iudice prorogato penitus incōpetenti neque faceret inditiū ad torturā cōtra cōfitētē, secus si emanauerit corā eo, in quē iurisdictio prorogari poterat, vt per plura cōcludit, Iaf. in l. Magistratibus n. 3. & 5. ff. de iurisd. omn. iudic. Dec. c. 23. nu. 15. de quo infra suo loco latius dicam.

22 Prorogatio fit quinque modis de persona ad personā, de tēpore ad tēpus, de loco ad locum, de re ad ad rem, de casu ad casum, Marāt. de ordin. iudic. in 4.

23 p. distinct. 12. n. 3. & seq. † Et quid sit prorogatio, quo tuplex sit, qualiter fiat, & quomodo, latè Marian. in d. c. significasti, & quādo prorogetur iurisdictio ordinaria, & quādo delegata, vide latè, Card. Tusch. to. 6. cōcl. 925. per totam, qui latissimè de ista materia tractat in d. to. 6. concl. 920. cum plurib. seq. conclus. in litt. P.

Et secuta prorogatione potest ibi fieri reconuetio cū actor se submittēdo eligit illū iudicē pro se, ideò nō debet dedignari eūd. contra se habere, gl. in l. est receptū, ff. de iurisd. omn. iud. Rom. sing. 150. Petr. de Rauenn. sing. 619. Costa de subsid. remed. remed. 120. n. 6. & sub num. 21. & seqq. ponit, quod reconuentio fieri possit, vsque ad litem contestatam vel cōtinenti post, & ibi etiam per totum illud remedium, ponit illam quæstionem de clerico cōueniente laicum corā iudice laico si laicus ponit eumdem clericū coram eod. iudice sæculare conuenire, sed quicquid certent inter se doctores circa causas ciuilis clarum est, quod in crim. clericus nō possit corā iudice laico cōuenire cū sit to taliter exēptus a iurisdictione iudicis sæcularis cuiuscūque cōditionis sit cū talis immunitas sit clericis cōcessa de iure diuino, Vant. de Null. tit. fin. n. 57. Farin. q. 8. n. 1. & seq. Intrigl. sing. 82. n. 3. lib. 1. & cas. cōsciēt. 8. n. 4. Ambros. de immunit. ecclesi. c. 6. n. 4. & c. 17. n. 1. & seq. Caualc. de Brac. reg. p. 1. n. 90. vbi aduertit cauendū est tāquā ab igne ne cōcedatur facultas procedendi, neq. directè cōtra psonas ecclesiasticas, Maur. Burg. q. 65. n. 4. & seq. & in terminis declarat, Caualc. de Brach. reg. part. 4. numero 272. & latè Caball. cas. 224. numero 33. & seqq.

Præuentio quos effectus producat.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio facta ab vno iudice tollit omnem iurisdictionem alijs; & perpetuo illis præfertur.*
2 *Præuentio operatur in vno indice, vt reus non possit ex alia causa criminali forte maiori protrahere iudicium ad alium indicem.*
3 *Præuentionis exceptio quomodo per Aduocatum concipi debeat.*
4 *Præuentio operatio, vt index præueniens possit inhibere alteri Indici.*
Declara vt ibi.
5 *Præuentio operatur vt pars præuenta non possit mutare forum in præiudicium præuentionis.*
6 *Præuentio inducitur in alijs correis per citationem factam vni reo.*
7 *Accusator post præuentionē nō potuit mutare forum.*
8 *Præuentio operatur, vt index teneatur seruare stylum sui Tribunalis.*
9 *Præuentio facta in vno indice operatur, vt ceteri indices censeatur ab eo recusati.*
10 *Præuentio operatur, vt si alius succedat præuento, qui sit alterius fore tenetur tamen prosequi iudicium coram dicto iudice præueniente.*
11 *Præuentio operatur vt citatus per iudicem præuentum, coram eo non teneatur comparere.*
12 *Præuētio operatur non solū respectu einsdē personæ, & einsdē negotij pnri, sed aliqua qualitate alterati.*
13 *Præuentio elidit iurisdictionem aliorum iudicum, sed non tollit in totum.*
14 *Processus factus per alios indices præuētos valebit si non fuerit oppositū de nullitate, vel de præuentione.*
15 *Immo pars tenetur non solum opponere de præuentione, sed etiam appellare.*
Declara vt ibi.
16 *Exceptio incompetentia iudicis, vel litis pendentiæ debet opponi ante litem contestatam.*
Declara vt ibi.
17 *In crimine hæresis possunt procedere plures, & diuersi iudices.*
Declara vt ibi.
18 *Contumax non potest allegare præuentionem.*
Declara vt ibi.
19 *Testes falsum deponentes coram iudice ecclesiastico, possunt per eum puniri, & per iudicem sæcularē, & l. nullum, C. de potest. procedit cumulatiuè, & non priuatiuè.*

Indices

20 *Iudices Ecclesiasticus, & sæcularis vterque punit in delictis mixti fori, Ecclesiasticus in pœnis spiritualibus, & sæcularibus in pœnis temporalibus.*

21 *Præuentio procurata, & affectata, vel fraudolenta nõ impedit alios iudices ne procedat cõtra delinquẽtẽ.*

22 *Præuentio quando dicatur procurata, affectata, & fraudolenta per plura exempla declaratur.*

23 *Iudex secundus procedens super eodem delicto maiorem qualitatem habente præfertur primo iudici.*

24 *Iudices duo si eadem hora formauerint inquisitionem, vel citauerint, Princeps prouidebit per quem iudicem causa sit cognoscenda.*

25 *Si vero fuerint sub diuerso Principe dicti duo iudices, vel ambo iudices insimul procedunt, vel vnus tantum forte electus causam cognoscit.*

26 *Si vnus ex dictis duobus iudicibus in citatione, vel inquisitione apposuerit horam, alter vero non, ille præferendus erit, qui horam apposuit.*

27 *In dubio stabitur iuramento ipsius citati, a quo fuerit prius citatus.*

28 *Episcopus in causis mixti fori põt laicos punire pœnis legalibus, & an possit cogere ad cautionem de non offendendo.*

C A P. VIII.

1 PRo defensione inquisiti deduci poterit, quod iudex in proposito fuit præuentus ab altero iudice: & ideò omnis iurisdictio sit in illo primo iudice collata, & ab omnibus alijs abdicata l. si quis posteà de iudic. c. pen. de for. compet. Marian. Socc. in c. proposuisti n. 27. & 28. eod. tit. de for. comp. Dec. in trac. crim. to. 1. lib. 4. c. 22. n. 1. Federic. de sen. cons. 97. n. 2. vers. venio ad oppositionem, Card. Tusch. to. 6. concl. 446. nu. 1. & 2. vbi de communi, & ibi firmat, quod perpetuo, qui præuenit alijs prefertur, & ille solus dicitur habere iurisdict. Farinac. q. 7. n. 52. vbi alios allegat, Scac. de iud. lib. 1. c. 12. nu. 57. vbi alios allegat, & subdit, hoc cõtingere ne cõtinẽtia causę diuidatur, & ne iudiciũ haberet finẽ, vbi nõ habuit principiũ, Costa de subsid. remed. remed. 126. nu. 1. Mar. Ant. Mac. var. res. lib. 2. res. 60. cas. 7. circa fin. Rim. Iun. cons. 715. col. 6. & in Regno Neap. vigore Pragm. datur pręuẽtio in captura, ac impunitione latronũ & dirobatorũ variar. Moscat. de cognition. delict. in Rubr. de priuileg. fur. numero 57.

2 Et in tantũ in causa criminali si quis præueniat accusando, vel citando sit locus pręuentioni, & faciat in alijs silere iudicium, vt nõ cogatur desistere a iudicio, sub quouis pretextu, quod reus velit ex alia causa criminali forte maiori iudicium protrahere ad alium iudicem, vt post Feder. de sen. in d. cons. 96. in fi. firmat.
3 Card. Tusch. d. concl. 646. nu. 2. † sed Aduocatus, vel procurator debet esse cautus in forma excipiendi, vt non excipiat de incõpetentia iudicis, quia ineptè excipiet cum sit iudex competens, nec excipiat de priuilegio fori, quia etiam similiter ineptè excipiet, sed debet excipere contra illius processum, allegando, quod eius iurisdictio est præuenta per cognitionem alterius iudicis, vt post Bal. benè docet Marian. Socc. in d. cap. proposuisti num. 28. vers. aduerteret tit. de for. comp.

4 Secũdus effectus est, ꝙ iudex præueniens possit iurisdictionẽ suam defendere, alteri iudici inhibendo ne procedat, Marian. Socc. in c. proposuisti n. 35. de for. compet. Dec. in tract. crim. tom. 1. c. 22. nu. 2. lib. 4. vbi post alios, quos allegat declarat, ꝓcedere quãdo ambo iudices recognoscerent iurisdictionẽ eiusdẽ Principis, quia in illa causa iudex pręueniẽs dicitur maior altero, & ideò poterit dictã suã iurisdictionẽ per pœnalẽ inhibitionẽ tueri secus si essent diuersi, & separati Imperij, Iul. Clar. §. fin. q. 39. n. 3. circa fin. vers. & si ipsi iudices Baiard. ad Iul. Clar. q. 38. num. 83. & latè Marian. in d. cap. proposuisti, num. 42. & seq. ponit distinguendo quomodo iudex præueniens se habere possit contra alios iudices præuentos, latè Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 161. sub. num. ... cent. 2.

5 Tertius effect. erit respectu partis citatæ, quę postquã fuerit in causa præuẽta nõ poterit mutare forũ in præiudiciũ præuẽtionis, Ias. in l. cũ quædã puella, n. 9. ff. de iurisd. omn. iud. Marian. Soccin. in d. cap. proposuisti, n. 36. Decian. in d. c. 22. n. 5. vbi concordantes allegat, & testatur maximè procedere in cã criminali.

6 Quartus effectus est, vt si plures sint correi eiusdẽ delicti, citatio facta de vno, inducat præuentionẽ quo ad oẽs alios, Marian. Soccin. in d. c. proposuisti, nu. 37. Decin. in d. c. 22. nu. 4. Alexand. in addit. ad Bart. in l. denunciasse, §. fi. de adulter. licet Farinac. in q. 7. n. 62. non allegando supradictos Doctores teneat contrariũ, & dicat ita fuisse obtentũ in Signatura Iustitię, vt præuentio operetur quoad captos, & nõ quoad alios, cuius opinio non video quomodo substineri valeat in delictis indiuiduis, & inseparabilis, quia instãtia causæ diuideretur, & super eadem re, vel delicto possent sequi diuersæ sententiæ contrariæ, & post hæc scripta inueni Scac. de iudic. lib. 1. c. 12. nu. 78. in fine, qui etiã reprobat eumd. Moder. Romanum, & in specie adducit Decian. c. 21. num. 16. lib. 5. qui firmat, quod pręuẽtio contra mandatariũ, inducat præuentionẽ contra mãdãtẽ, & ibi ẽt respõdet ad Doct. alleg. per d. Farin. Ac possit cognoscere iudex præueniẽs super annexis, cõnexis, & emergentib. et dependentib. Dec. cons. 44. nu. 6. & post alios quos allegat Caualc. de Brach. reg. parte 4. num. 343. & seq.

7 Quintus effectus resultat, vt nec etiã accusator post præuẽtionem possit mutare forũ, & corã alio iudice accusare, Bart. in l. vbi cœptũ, de iudic. Marian. Socc. in d. cap. 22. nu. 5. quod est notandum hic in Curia vbi adsunt plura Tribunalia, quia quãdoque accusatores diuersis locis, & Tribunalibus declinãdo primũ forũ accusant ad magis aduersarios vexandũ, ꝙ erit aliqua coercitione reprimendum, prout vidi coercere plures sollicitatores per carcerationem, vel suspẽsionẽ exercitij, & ꝙ non liceat recedere à primo iudice, & recedẽs puniri debeat latè post alios quos allegat Caualc. in fragm. 94. per totum, Doct. Marta in tract. de præuent. c. 1. nu. 9. & seq. vbi subdit nisi reus fuerit contumax; quia in pluribus tribunalibus conueniri potest, Vincent. de Franch. decis. 417. num. 1. parte 2.

8 Sextus effectus resultat respectu styli, & telæ iudiciariæ, vt præueniens teneatur seruare stylum, & ordinẽ sui tribunalis, licet si reus forte coram alio iudice fuisset conuentus alia forma seruanda esset. Marian. Socin. in d. cap. proposuisti, num. 4. & Decian. in dicto cap. 22. num. 6.

9 Septimus effectus resultat, quod ex ipsa præuentione facta ad instantiam accusatoris cæteri iudices censeantur ab eo recusati. Dec. in d. c. 12. nu. 7. per l. 1. ff. de offic. Consul. & ex traditis per Ias. in l. & si, nu. 8. ff. de offic. eius.

10 Octauus effectus etiam est, quod si facta sit prçuentio, & succedat præuento alius, qui sit alterius fori, tenebitur tamen prosequi iudicium coram iudice præueniente. Ias. in l. cum quædam puella, n. 8. de iurisdict. omn. iud. Dec. d. cap. 22. num. 8.

11 Nonus effectus est, quod facta præuentione si iudex præuentus citet, citatus comparere non tenetur, cap. penult. de foro compet. Marsil. in l. fin. nu. 204. ff. de iurisdict. omnium iud. Dec. in d. c. 22. num. 12.

12 Decimus effectus est, quod intelligatur facta præuentio, non solum respectu eiusdem personæ in eodẽ negocio puro, sed etiam respectu eiusdem negocij nõ puri, sed aliqua qualitate alterati, etiam respectu alterius personæ, data forma statuti. Marian. Soccin. in d. cap. proposuisti, nu. 42. de for. competen. & plures alios effectus ponit, & recenset Card. Tusch. tom. 6. conclus. 646. nu. 15. & seq. ad quem lectores remitto, quia ibi sunt illationes, & ampliationes concernentes potius materiam ciuilem, quàm criminalem.

13 Effectus est, vt condemnatus, vel absolutus à iudice præueniente non possit alibi inquisitus molestari, de quo latè dicam infra Desens. 36.

Primo limita, & intellige istam principalem quæstionem, vt præuentio elidat iurisdictionem aliorum iudicum, sed non tollat in totum, Paris. consil 109. n. 7. volum. 4 Hinc est quod nisi opponatur de nullitate
24 processus cõtra alios iudices præuentos, valebit processus, Dec. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 22. n. 9. & seq. Boss. tit. de for. compet. n. 81. Afflict. decis. 354. n. 2. & seq. vbi Virill. in addit. n. 3. vbi de communi, Lancell. de attent. p. 2. c. 4. limit. 2. n. 59. & seq. vbi testatur ita fuisse in Rota Romana resolutionum, Farinacc. q. 7. n. 54. Ant. Gabr. concl. 170. num. 20. in 4. limit. tit. de iudic. lib. 2. Ruin. cons. 61. nu. 30. lib. 5. vbi de communi, latè Scac. d. c. 12. nu. 67. vbi alios allegat, & testatur de communi, Marta in d. suo paruo tract. de præuent. c. 2. nu. 15. si verò pars fuerit contumax, quę non posset opponere de præuentione, nec etiam iudex, qui præuenit potest allegare prçuentionem, sed sententię in vtroque tribunali latè valebunt, latè Marta, d. c. 2. n. 16. & seq. vbi subdit nisi ante sentẽtiam secundam, soluerit pœnam, quamuis minor pęna esset inflicta in prima sententia, dummodo fuerit pęna ordinaria delicti, secus si extraordinaria, quia per alium iudicem poterit imponi pęna ordinaria. quando illa extraordinaria esset, a lege reprobata, vt quia pro homicidio esset imposita pœna pecuniaria.

15 Immo non solum debet opponi de præuentione, Masc. de prob. concl. 1232. n. 13. lib. 2. sed pars tenetur appellare, si ad vlteriora iudex procedat, non obstante oppositione facta de præuentione, Curt. Iun. cons. 157. n. 2. Farinac. d. q. 7. n. 54. circa fin. vers. cõcludendo dicit, Sebastia. Vant. in tract. de nullit. ex defect. iurisd. n. 101. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 354. n. 6. dicit procedere quãdo iudex non esset penitus incõpetẽs, vel quia iudex haberet iurisdictionem limitatam, & cognosceret vltra suam iurisdictionem, quia tunc
26 sufficeret sola protestatio absque alia appellatione, Scac. d. c. 12. n. 61. dicit, quod debet appellare, vel obtinere inhibitionẽ a iudice præueniente, & si non desistat iudex præuentus reus debet habere recursum ad superiorem quando iudices sunt sub eod. principe, & ibi docet, quid agendum quando essent sub diuerso Principe, & ꝙ detur appell. ab exceptione præuẽtionis nõ admissa, Scac. de app. q. 17. lim. 47. mẽbr. 1. n. 103

16 Bene verum est, quod exceptio incompetentiæ iudicis, vel litis pendentiæ debet opponi per partẽ ante litem contestatam, Ant. Gabr. tit. de iud. concl. 1. n. 36. vbi alios allegat, Asin. sua pract. iudic. §. 13. c. 2. in 4. ampliat. Lancel. de attent. 2. p. c. 4. limit. 2. n. 75. cũ sit declinatoria fori, And. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 29. in fin. Mascard. de probat. concl. 1232. n. 13. in fin. lib. 2. nisi sit iudex penitus incõpetens quia potest opponi quandocumque, vt supra dixi in preced. cap.

17 Secũdo limita in causa hęresis, in qua speciale est, vt procedi possit coram pluribus, & diuersis iudicibus super eodem crimine, Ant. Gabr. tit. de iudic. cõclus. 1. n. 19. vbi post Alex. in l. si pluribus, n. 5. ff. de leg. 1. declarat procedere istam limitationem quando inquisitores diuersorum locorum procederent, secus si non essent diuersorum locorum.

18 Tertio limita quando reus est contumax, quia non potest declinare forum, nec allegare præuentionem, Boss. tit. de for. compet. nu. 82. latè Felin. in c. cum M. Ferrariensis, nu. 25. de constit. Farinac. q. 7. nu. 55. vbi alios allegat, Ant. Gabr. tit. 1. nu. 21. de iudic. vbi concordantes etiam allegat, latè Card. Tusch. tom. 6. concl. 646. n. 5. vbi de communi, & tom. 5. conclus. 293. n. 35. Scacc. d. c. 12. n. 68. vbi cõcordantes allegat, & testatur de communi, Doct. Marta in d. cap. 1. num. 11. vbi tamẽ ponit tres declarationes ad istam limitationem. Carauit. ritu 205. per totum, vbi multa scribit de ista limitatione, & sub nu. 1. dicit esse hoc notandum cum sit in viridi obseruantia, Vincen. de Franch. decis. 417. nu. 1. p. 2. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 38. num. 3. vbi alios allegat.

Nisi tamen compareat coram primo iudice, & reficiat expensas, quia poterit aduersus alium iudicem allegare litis pendentiam, & prçuentionem, Gramm. decis. 26. circa finem, vers. post quam remissionem. Ant. Gabr. d. conclus. 1. n. 24. & seq. vbi defendit hanc opinionem à contrarijs, & illam ampliat, etiam si primus iudex non inhibuit, vt secundus possit allegare litis pendentiam, & maxime quando ius actoris non efficitur deterius. Farinac. d. q. 7. n. 55. in fin. Card. Tusc. d. conclus. 1. nu. 5. in fine, Scac. d. c. 12. n. 69. & seq. vbi subdit idem quando paruit sententiæ iudicis præuenientis, & de veriori opinione testatur Carauit. ritu 205. n. 2. in fine, & sub n. 7. & seq. ponit, si reus contumax purgauerit contumaciam per comparitionẽ & soluendo pœnam, an teneatur aliam contumaciam purgare coram alio iudice.

19 Quarto limita quando testes falsi inducti corã iudice Ecclesiastico falsũ deposuerut, & licet Ecclesiasticus possit illos punire, Iul. Clar. §. finali, q. 78. nu. 14. & ibi Baiar. n. 38. post Vrsil. in d. decis. 219. & post alios quos allegat, dicit nisi vellet punire iudex Ecclesiasticus ipsũ laicũ post sẽtẽtiã in negocio principali, quia nõ poterit, tñ etiã iudex sęcularis punit, si corã eo fuit prçuẽtũ, & vnus procelsus nõ impedit alterũ. Afflict. decis. 219. per totam, vbi si vnus absoluat, & alter cõdemnet, quia habuit pleniores probationes, valet sẽtẽtia cõdẽnatoria, ẽt si is, qui absoluit prçuenisse quia tex. cũ sua materia in l. nullũ C. de testib. procedit cumulatiuè, & nõ priuatiuè. Couar. pract. quæst. c. 18. sub n. 8. vers. sed in hac re, & latè Petr. Caball. in q. criminali cas. 117. per tot. vbi infert ad vnã quæst. de facto, Vincen. Franc. decis. 147. p. 1. Card. d. concl. 646. n. 6.

20 † & quod in delictis mixti fori, sit locus præuentioni inter iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum, latissimè Petrus Caball. in quæstione criminali casu 194. nu. 7. & seqq. Doctor Marta in dicto tractatu de præuent. cap. 1. nu. 8. & sub nu. 16. propè finem, & num. seq. dicit in crimin. numquã posse considerari præuentionem in clerico, licet deinde assumpserit clericatum in fraudem iurisdictionis iudicis laici, & respectu personæ suffragatur clericatus superueniens etiam post sententiam datam à iudice laico, quicquid aliter isto casu dici possit respectu bonorum, vt de magis æqua, & honesta opinione testatur post alios quos allegat Mart. d. c. 1. nu. 19. & ibi etiam respondet ad contraria, & sic parũ est curãdũ quicquid aliter sentiat, Vincen. de Franc. decis. 209. per totã p. 1. vbi in fine tamẽ testatur opinionẽ cõmunẽ esse clericũ respectu personæ remanere sub iurisdictione iudicis Ecclesiastici respectu bonorũ, sub iurisdictione iudicis sæcularis, ẽt si in fraudem assumpserit ordines sacros, & latius idẽ Vincen. de Franch. in decis. 384. n. 10. reassumit istum articulum, & ibi etiam fatetur pro hac parte extare cõmunẽ opinionẽ, & refert quod Senatus bis iudicauit quo ad personã clericũ esse remittendũ ad iudicẽ Ecclesiasticũ, quo verò ad bonã causã esse decidendã per curiã sæcularem, & præsupponit in casu suo fuisse latam sententiam contra professum. Et si ex aliqua qualitate iudex sæcularis non posset procedere cõtra delinquẽtẽ, quia inciderit per delictũ excõmunicationẽ, & tunc vterque iudex procedit, & vterq. cõdẽnat eũ vterque sit offensus, & ob id Ecclesiasticus ad pœnas spirituales & sæcularis ad pœnas fiscales, Iul. Clar. §. fin. q. 36. sub n. 42. vbi refert ita fuisse obseruatũ per Amodeum Iustinũ cõciuẽ meũ insignẽ officialem in tract. de sindicatu, n. 179. vt etiam refert, & sequitur, Petr. Caball. in q. crim. cas. 194. n. 11. Farinac. q. 4. nu. 7. vbi latè.

21 Quinto limita in præuentione procurata, seu affectata, vel fraudolenta Felin. in c. cum M. Ferrarien. n. 25. vers. & adde quod extra de constit. cum alijs relatis per Franc. Becc. cons. 66. nu. 7. & seq. Farin. q. 7. nu. 64. Baiar. ad Iul. Clar. q. 38. nu. 84. Scac. de iud. lib. 1. c. 12. numero 63.

22 Procurata, & affectata diceretur, si reus procurauerit contra eum inquiri in Curia in qua minor pœna imponitur, Bald. in l. si seruus plurium, §. si quis tamẽ, ff. de legat. 1. Felin. in c. non debet num. 3. de testibus, Franc. Becc. d. cons. 69. nu. 7. & seq. Baiard. d. q. 38. nu. 84. vel per spõtaneam inquisiti constitutionẽ coram vno iudice. Becc. vbi supra, vel stante præuentione in loco delicti, reus vult se constituere in loco domicilij, ac etiã de cõmuni obseruãtia dicitur affectata quãdo post citationẽ factã a primo iudice se constituit corã alio iudice, Iul. Clar. q. 34. versic. de carcerato autem post Carauitt. rit. 269. n. 16. vbi tamen credit non esse ita absolute, & semper verum, sed iudicis arbitrio remittit, Farinac. d. quæst. 7. num. 54.

23 Sexto limita quando secundus iudex procedit super eodem delicto, sed cum grauiori qualitate, quam faciat, primus iudex erit præferendus, vt si primus iudex procedat super vulnere simpliciter secundus autem super vulnere cum animo deliberato, Boss. tit. de for. compet. nu. 102. Bart. in l. 2. §. fin. n. 2. ff. de custod. reor. & alij relati per Farinac. in d. q. 7. nu. 65. qui cõmuniter regulã constituunt, quod vbi causa est maior altera, tunc præuentioni locus non sit, Scacc. d. c. 12. num. 78. Mar. Ant. Macer. lib. 3. resolut. 38. nu. 7.

24 Septimo limita, quãdo duo iudices in eadem hora formauerint inquisitionem vel citauerint, quia si essent sub eodẽ Principe, erit recurrendũ ad eudẽ Principẽ, qui causã remittat ad illum iudicẽ, per quẽ magis iustitiæ locũ expediri videatur, † si vero sint sub
25
diuerso Principe, tunc vel ambo iudices insimul procedãt, vel vnus tantũ sorte electus causam cognoscit, Boss. tit. de for. cõpet. n. 104. vel secũdũ Vant. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. n. 164. citatus habebit electionẽ corã quo iudice voluerit cõparere per tex. in l. si quis graui §. si cum omnes ff. ad Syllan. Farinac. d. q. 7. nu. 63. & post alios quos allegat Baiar. ad Iul. Clar. d. q. 38. n. 86. & seq. latè Marian. Socc. in d. c. proposuisti,
26 n. 12. vbi ponit plures considerationes, † & præcipuè illa mihi placet, quod præferatur ille iudex corã quo fuit ille reus citatus in persona, & coram alio citatus domi, Scac. d. c. 12. n. 79. vbi post Dec reddit bonã rationẽ, & Dec. in d. c. 21. n. 10. dicit esse præferendum illum iudicem, qui maiorem potestatẽ, & iurisdictionem haberet, & sub n. 13. dicit modo dicti iudices sint pares in tempore.

27 Et in dubio stabitur iuramento ipsius citati, a quo iudice prius fuerit citatus, Marian. Socc. in d. c. proposuisti n. 22. Dec. d. c. 21. n. 11. vbi subdit, quod si citatus a pluribus iudicibus, qui ex priuilegio, & fauore ipsius rei sunt iudices, erit electio ipsius coram quo voluerit comparere Dec. d. c. 21. nu. 12. & si eadem die fuerit citatus a pluribus iudicibus, & in relatione vnus nuncius exprimat horam, in qua ipse reum citauit præfertur alteri iudici coram quo non fuit expressa hora in relatione, & si actor fecit citare reum coram vno iudice, & reus citauit actorẽ corã alio iudice præfertur actor cũ reorũ sit fugere, Marta de præuent. c. 1. n. 14.

28 Episcopus in delictis mixti fori cõtra laicos potest deuenire ad pœnas spirituales, & ad alias temporales etiam in delictis sæcularibus quicquid aliter dixerit, Iul. Clar. q. 37. vers. vnũ tamẽ, vt nouissimè post alios quos allegat tenet Petr. Caball. cas. 194 n. 11. & Scac. d. c. 12. n. 80. dicit esse seruãdã loci consuetudinem, & quod a iudice ecclesiastico in casibus in quibus laici cõueniri possunt, coram eo possint carcerari, & alijs pœnis temporalibus puniri, est verior opinio, quam attestatur, Prax. Archiep. Neap. c. 13. n. 3. vbi concordantes allegat, & firmat hodie esse expressum in Cõcil. Trident. c. 3. sess. 25. de reformat. quia curia episcopalis procedit ad pœnam pecuniarum contra non obseruantes dies festas, & quod in regno Neap. adest c. 104. pro episcopis, & Card. Tusch. latè in litt. I, concl. 59. n. 8. & seq. tom. 4. Vgol. in tract. de potest. episcop. p. 2. c. 56. n. 3. & dicã infra in defens. 49. c. 1. n. 5.

Præuentio quotuplex sit, & per quos actus legitimè fiat.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio quotuplex fiat.*
2 *Præuentio vt excludat alios iudices oportet quod legitimè fiat.*
3 *Præuentionem libelli sola oblatio non inducit nisi accedat etiam citatio.*
Declara tamen, vt ibi.
4 *Inquisitio sine citatione non inducit præuentionem.*

5 *Præuentio an inducatur si reus patiatur à iudice examinari.*

6 *Præuentio inducitur per citationem verbalem, & quoad iudicem, & quo ad partes.*

7 *Citatio simplex, & non requiritur, quod sit trina, vel peremptoria ad inducendam præuentionem.*

8 *Citatio inducit præuentionem, vt si vnus præueniat in citatione præferatur iudici, quæ præuenit in sententiando.*

9 *Citatio vt inducat præuentionem, non sufficit, quod fuerit commissa per iudicem, sed requiritur, quod fuerit executa.*

10 *Citatio requiritur ad præuentionem ad instantiam accusatoris, vbi proceditur per inquisitionem, & ad instantiam iudicis, vbi proceditur ex officio.*

11 *Citatio, vt inducat præuentionem requiritur, vt legitimè fiat.*

12 *Præuentio non inducitur per inquisitionem inceptam.*

13 *Citatio requiritur, vt inducat præuentionem de commissione iudicis, & in dubio præsumatur commissio.*

14 *Præuentio inducitur per realem citationem nempè per capturam.*

15 *Citatio realis præfertur verbali citationi.*
Declara tamen vt ibi.

16 *Citatus non potest coram alio iudice se constituere, sed erit remittendus ad primum iudicem, qui eum citauit.*

17 *Comparitio facta coram vno iudice fraudolenter non inducit præuentionem.*

18 *Citatio realis præfertur citationi verbali coram pluribus iudicibus, qui sunt sub eodem Principe secus si sub diuerso.*

19 *Captura inducit præuentionem quando captus nō opponit præuentionem verbalem coram alio iudice.*

20 *Iudex captura an possit executioni demandare sententiam iudicis, qui præuenit per verbalē citationem.*
Distingue vt ibi.

21 *Iudex, qui præuenit in fabricatione processus præfertur iudici, qui præuenit in sententiando.*

22 *Præuentio inducitur per citationem executam contra mandatarium, & contra mandantem.*

23 *Præuentio inducitur etiam per præceptum factum alicui, vt non recedat de aliquo loco.*

24 *Citatio emanata à parte propria auctoritate non inducit præuentionem etiam in casibus, in quibus posset capi reus propria auctoritate, vt in flagranti crimine.*

25 *Præuentio non inducitur per litis contestationem.*

26 *Præuentio non inducitur per confessionem rei coram vno iudice facta.*

27 *Præuentio inducitur si opponatur per partem.*

28 *Præuentio in iurisdictione voluntaria quando inducatur.*

29 *Præuentio alterius iuris, quam iurisdictionis, non inducitur per solam rescripti præsentationem.*

31 *Præuentio inducitur per actus legitimè factus secus per actus illegitimos.*

32 *Præuentio non inducitur per actus dolosè factos.*

33 *Præuentio inducitur per actum, qui sit talis, vt inferat ius, de cuius præuentione quæritur.*

C A P. IX.

1 PRæuentio duplex est, vna; quæ dicitur quando iudex præuenit, altera, quæ dicitur, quando pars præuenta est, & præuenire in ista materia iurisdictionis est præoccupare exercitium iurisdictionis, vt latè per Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 6. cap. 20. nu. 1. & latè ponit diffinitionem præuentionis ac illam declarat Doct. Marta in suo breui tract. de Præuent. cap. 1.
2 nu. 1. & seqq. † Et vt suffragetur iudici, & reus excludatur ab exceptione declinatoria fori oportet, vt legitimè fiat, Decian. in d. to. 1. lib. 4. c. 21. num. 1. cum quælibet dispositio intelligatur si legitimè fiat, Vestr. in pract. c. 11. nu. 2. vbi Grauat. nu. 5. qui alios allegat lib. 3. Bois. tit. de for. compet. num. 105. Moder. Rom. q. 7. nu. 61. Ant. Gabriel concl. 3. tit. de Citat. Scace. de iud. lib. 1. cap. 12. n. 60. in fin. vt dicam infra in 5. limit. præsentis capit. & plures sunt actus, per quos dicitur facta legitimè præuentio, latè Scace. de iud. lib. 1. c. 12. num. 58. vbi etiam loquitur de præuentione in causa ciuili, & in causa crimin.

3 Primus erit casus, in quo dubitatur an sit facta præuentio quando fuit productus libellus accusatorius, & videtur per Doctores concludi non induci præuentionem, nisi accedat etiam citatio, Bal. in l. si quis postea, ff. de re iud. latè Marian. Socc. in cap. proposuisti, nu. 16. de for. compet. Decian. in tract. crim. d. c. 21. num. 1. & ideò Marian. ibi infert, quod licet officialis anteà posuerit inquisitionem in libro, non tamen diceretur præuenisse, cum ista non sit præuentio, sed voluntas præueniendi, & Decian. etiam sibi infert, quod si iudex mādasset per Notarium fieri inquisitionem, & registrari, non tamen diceretur facta legitima præuentio, quia hæc esset declaratio, quod volebat præuenire, non autem præuentio: tamen si extaret statutum, quod productio libelli haberetur pro litis contestatione induceretur præuentio, Marian. d. cap. proposuisti nu. 16. in fin & Decian. d. c. 21. nu. 1. in fin.
4 Mascard. de probat. concl. 1232 num. 10. lib. 2. † Licet enim per simplicem inquisitionem facta præuentio non dicatur Grammat. decis. 20. nu. 10. Bois. in tit. de for. compet. nu. 103. Farinac. q. 7. nu. 57. latè Vinc. de
5 Franch. decis. 501. nu. 14. & seqq. p. 3. † tamen si iudex examinauerit etiam testes pro verificatione delicti, forsan diceretur facta præuentio, vt loquitur Marian. d. nu. 16. vers. aduerte tamen, licèt, Farinacc. in d. q. 7. n. 58. nulla facta mentione de Doctrina Marian. contrarium teneat, vt non inducatur præuentio, nisi secuta citatione, & non sufficiat si fuerit formata inquisitio, ac fuerint examinati testes super delicto, & cōtra Marianum, qui loquitur tantum per verbum fortè tenet Vincen. de Franch. d. decis. 505. nu. 16.

6 Secundus est casus per citationem verbalem, vt inducatur præuentio, & quoad partem, & quoad iudicem, vt expressè tenet Marian. Soccin. in c. proposuisti, nu. 17. de for. compet. Bois. de for. compet. n. 107. Vestr. in sua pract. lib. 3. c. 11. tit. de præuent. num... in fi. vbi Grauat. in addit. in littera A, Farinacc. d. q. 7. nu. 56. Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 21. n. 23. vbi concordantes allegat, Card. Tusch. tom. 5. concl. 293. nu. 36. & to. 6. concl. 646. nu. 7. in princ. & num. 50. latissimè, Mascard. de probat. concl. 1232. n. 6. vbi alios concordantes cumulauit, & testatur de communi, Petr. Cabal. in q. crimin. c. 117. nu. 7. Vinc. de Franch. decis. 505. nu. 15. p. 3. Scace. de iud. lib. 1. cap. 12. 59. & seqq. & sub nu. 79. post Decian. tradit, quod citatio in personam rei executa præferatur citationi domi executæ.

7 Et ista citatio sufficit quod sit simplex, & non requi-

quiritur citatio per trinam monitionem, vel vnicum edictum peremptorium, sed sufficit simpliciter quem citatum fuisse. Marian. Soccin. in d. cap. proposuisti, nu. 18. Mascard. d. concl. 1232. num. 7. vbi testatur de communi, & alios concordantes allegat, Decian. in d. c. 21. nu. 9. vbi de communi, Scacc. d. cap. 12. num. 64. Marta, d. c. 1. nu. 24. in fin.

8 Et in tantum per citationem inducitur præuentio, Petr. Caball. cas. 117. n. 7. cent. 2. vt si vnus iudex præueniat in citando, alter vero in sententiando, adhuc tamē potior erit ille iudex, qui primo citauit, & processum inchoauit, secundum Cyn. Ruy. Bald. Rain. Imol. & alios, quos allegat, & sequitur Ang. de Malef. in verb. iudex commisit, nu. 15. Farinacc. d. q. 7. n. 58. Tusch. d. concl. 293. nu. 37 tom. 5.

Ac in tantum præuentio per citationem legitimè factam perpetuat iurisdictionem illius citantis, vt priuilegium sic præueniens citato, illum non eximat à iurisdictione, Feder. de sen. cons. 97. sub num. 3. vers. 3. ad contraria. Cardin. Tusch. d. concl. 646. nu. 9. & seq. vbi declarat quid in laico præuento coram iudice seculari, si ipse laicus efficiatur Clericus, isto casu æquior, & verior opinio est; vt non continuetur iurisdictio, iudicis laici etiamsi in fraudem fuerit factus clericus, vt testatur Marta d. c. 1. nu. 29.

9 Benè verum est, quod non sufficiat, vt citatio fuerit per iudicem commisa, sed requiratur, quod fuerit executa, quoad istam materiam præuentionis ad tribuendam iurisdictionem, vt benè declarat, Marian. Soccin. in d. c. proposuisti, nu. 11. de for. compet. vbi dicit benè colligitur ex verbo, citamus, posito in illo text. & in l. si quis posteà versic. in ius vocatus, ff. de iud. cum aliud sit citatio, aliud commissio de citādo, Decian. in d. c. 21. nu. 7. Farinacc. in d. q. 7. n. 60. testatur de communi, licèt supradictos Doctores non alleget, sed post Villalob. commun. opin. in verb. iurisdictio nu. 161. in fin. dicit, quod nedum requiratur, vt citatio fuerit executa, sed quod pars citata cōpareat in termino citationis, vel si non cōpareat, quod actor contumaciam accuset, aliàs non diceretur facta præuentio, Scacc. de iud. lib. 1. c. 12. nu. 59. in fin. & quod requiratur, quod fuerit executa, Marta d. c. 1. nu. 25. licèt sub nu. 27. quoad illum effectum acquirendæ iurisdictionis teneat, quod sola commissio iudicis de citādo reo sufficiat per rationes per eum ibi adductas, secus quo ad efficiendam partem citatam, vt requiratur executio citationis vbi tamen limitat, quādo reus fuisset solum citatus ad informandam curiam, cum ex ea nō inducatur præuentio nisi fuisset citatio executa, Marta d. c. 1. num. 28. in fin. post Socc. Ias. & Afflict. in locis per eum relatis, & quod requiratur, quod fuerit inquisito intimata, Vinc. de Franch. decis. 505. nu. 14. & seqq. p. 3. Sed ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati, vel subdelegati sufficit sola citatio vel commissio absque quod fuerit executa decis. Tholos. 341. vbi Aufred. in add. dicit procedere de iure canonico. Secus de iure ciuili, sed posteà refert, quòd tam de iure Canonico, quàm de iure Ciuili vidit sæpius obseruari, vt sufficiat sola commissio, vt perpetuetur iurisdictio, vbi etiam quærit si perpetuetur per solam denegationem citationis, & si per electionem notarij, ac per subdelegationem.

Ac etiam requiritur, vt in casibus, in quibus nō potest procedi per inquisitionem, fiat citatio ad instantiam accusatoris, in alijs verò casibus fiat ad instantiam iudicis inquirentis, latè post alios, quos allegat Decian. in tractatu crim. tom. 1. lib. 4. c. 21. nu. 6. vbi post Imol. & Marian. Soccin. dicit, quod cautus esse debeat iudex, vt faciat hoc in actis describere. Doct. Marta in dicto paruo tractatu de præuent. p. 1. n. 22. in fine.

10 Et etiam requiritur, vt citatio fuerit legitima, quia per illegitimam citationem non inducitur præuentio. Marian. Socc. in d. cap. proposuisti, num. 20. Roman. cons. 412. nu. 2. vers. nunc ergo videndum, & latè post alios, quos allegat Decian. in d. c. 21. nu. 4. vbi subdit: & ideò citatio facta coram eo, qui nullam eo casu poterat habere iurisdictionem, non tribuit non habenti eam. Farinacc. d. q. 7. num. 61. Vant. in tract. de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus nu. 26. & seq. Scacc. d. c. 12. nu. 60. vbi de communi, & alios allegat, & sub nu. 65. etiam declarat, dummodò citatio emanauerit legitimis præcedentibus iudicijs alias non induceret præuentionem. Marta d. c. 1. nu. 24. vbi tamen declarat si citatus nulliter non comparuerit, & in iudicio perseuerauerit, & quod replicaretur, vt citatio fuerit legitima, latè Vinc. de Franch. decis. 505. num. 24. & seqq. part. 3.

11 Prout nec minus præuenitur, neque perpetuatur iurisdictio per porrectionem libelli, vel per inquisitionem inceptam, Bald. in l. ædita col. 13. in fin. C. de eden. Adden. ad Marian. Socc. in d. c. proposuisti num. 20. in littera C, de for. comp. Rom. cons. 412. nu. 5. & 6. vers. nunc ergo vbi ponit multa similia Card. Tusch. tom. 6. concl. 646. nu. 30.

12 Sed requiritur vt citatio fiat de commissione iudicis, vt inducat præuentionem, Decian. d. c. 21. nu. 19. vbi post Abb. in c. 1. nu. 34. de iud. dicit quod in dubio præsumitur facta de commissione iudicis per nuncium bonæ famæ.

13 Tertius casus est, vt per citationem realem, nempè per capturam inducatur præuentio, Marian. Soccin. in d. c. proposuisti nu. 21. vbi dicit, quod si per verbalem citationem inducitur præuentio, multo magis est dicendum, vt inducatur per realem, Aug. ad Ang. de Malefic. in verbo iudex commisit n. 15. Decian in d. to. 1. tract. crim. lib. 4 c. 21. nu. 8. Mascard. de probat. concl. 1232. n. 8. lib. 2 vbi alios allegat, Cardin. Tusc. tom. 5. concl. 293. n. 38. Scacc. d. c. 12 n. 59. & seqq.

14 Et realis citatio præfertur verbali, cum realis citatio sit fortior, Ang. de Malefic. in d. verb. iudex commisit nu. 14. Farinacc. q. 7. num. 53. vbi alios allegat, Decian. in tract. crim. d. c. 21. nu. 8. in princ. Mascard. de probat. d. concl. 1232. in fin. qui etiam ibi concordantes allegat, Scacc. d. c. 12. nu. 61. vbi de comm. & ibi concordantes allegat. Marta d. c. 5. nu. 29. in fin. & nu. 33. Vinc. de Franch. decis. 505. nu. 14. p. 3.

August. ad Ang. de Malef. in d. verb. iudex commisit sub nu. 14. dubitat de hac decisione, vt etiam refert Farin. d. q. 7. sub nu. 53. vers. Aug. ad Ang. & etiam refert Decian. in d. c. 21. num. 9. vbi subdit quod opinio Ang. erit vera quando eodem tempore, & momento facta esset vtraque citatio, quia tunc admitteret, vt realis sit potentior, secus si constaret, quod verbalis præcesserit, quicquid aliter distinguat, Marian. Socc. in d. c. proposuisti, num. 22. & cum opinione Ang. & Aug. transit, Marta d. c. 1. nu. 33. in fin.

Sed quod realis citatio, licèt posterior præferatur ver-

verbali anteriori tenet Gramm.decis.28.nu.12.vt refert Decian.in d.c.21.nu.9.in fi. & testatur, Farinac. d.q.7.nu.53.ante vers.sublimita primo,sequitur Mar. Ant.Macer.lib.3.resol.38.n.5. quam opinionem non admittit Scacc. d.c.12.nu.63.in fin.vel dummodo citatio verbalis fuerit certa,& non reuocetur in dubiũ, Vincent.de Franch.decis.505.nu.12.p.3.

15 Qui tertius casus procedit in verè capto, secus si spontè se constituerit coram alio iudice,qui eum non citauit,quia non potest se constituere coram alio,quã coram eo,vbi citatus fuit, & ideò isto casu erit remittendus carceratus ad primum iudicem, corã quo fuit prius citatus,vt post Boss.tit.de for.comp. nu.98.de-

16 clarat Farinac.d.q 7.nu.53. vers.sublimita primo, † quia(inquit) præsumitur dolosè se spontè constituisse coram illo iudice, tanquam non informato. Scacc.de Iud.lib.1.c.12.nu.63. firmat quod si spontanea comparatio coram alio iudice fraude careat, sit communis theorica doctorum,vt iudex capturæ præferatur, & Card.Tusch.to.5.concl.293.nu.38.dicit nisi captura, vel citatio fieret in fraudem licet alleget Decium in c.cum M.Ferrarien.in fin.de constit.vt citatio realis præferatur, licet fieret in fraudem; vel quia ab eo potuit sperare,vt mitius puniatur,vel ne delictum detegatur,vbi tamen subdit quod credit non procedere quando esset ab eodem iudice etiam citatus, & condemnatus,coram quo se constituit, quamuis citatio, & condemnatio præfatæ essent posteriores,tum quia cessat præsumptio fraudis, cum coram eo etiam fuerat citatus; tum quia cõcurrit duplex præuentio,realis,& verbalis,vt ob dicta duo vincula debeat præualere præuentio illius Iudicis præuentioni verbali alterius iudicis,quamuis fuerit anterior.

17 Ac etiam iste tertius casus procedit in pluribus iudicibus, qui sunt sub eodem Principe, & tunc realis præuentio præfertur verbali, secus in alijs iudicibus, qui sunt sub diuerso Principe,vel Dominio latè Scac. d.c.12. nu.62. vbi alios allegat lib.de iudic.Farinacc. d.q.7.nu.53.vers.2.sublimita,qui subdit quod vidit in vrbe obseruari,vt iudex capturæ habeat recursum ad Principem, vel ad eius Signaturam, vt captus ab eo, & eius causa cognoscatur, quo Princeps solet nõ detecta aliqua fraude in iudice capiente, remittere ei cognitionem dictæ causæ, vel alias aliqua iusta causa subsistente remittere ad primum iudicem, qui præuenit in citatione verbali.

18 Item iste tertius casus procedit, quãdo reus captus consentit in ipsum iudicem capientem, secus si apponat de verbali prȩuentione coram alio iudice,quia ad eum erit remittendus,Marian.Soccin. in d.c. proposuisti sub nu.22.Farinac. d. quæst.7. num.53. vers. sublimita 3.

19 Sed in proposito dubitatur an iudex capturæ possit executioni demandare sententiam iudicis,qui prȩuenit per verbalem citationem: & isto casu distinguitur quod in pluribus iudicibus sub eodem dominio, & Principe poterit iudex capturæ etiam non requisitus à iudice sententiæ dictam sententiam contra captum executioni demandare secus in alijs iudicibus diuersi dominij, quia non poterit, nisi ad instantiã iudicis.& Principis sententiæ, Boss. de for.compet.nu. 68.vbi de communi,Farinacc. d. q.7.nu.53. in fin.& latè in q.11.n.61. inferius dicã in hac defens.1. c.16.

20 Quartus casus est quando vnus iudex præuenit in incipiendo processum,alius in sententiam ferendo,vt qui cœpit processum dicatur præuenisse Ang.de Malefic.in verb.iudex commisit,nu.15. & tenent omnes in l.si pluribus ff.delegat.1. vt testatur, Marian. in d. c.proposuisti nu.15. de for. compet. sed contra Marian.tenent,Bal.Boss & alij adducti per Scacc.de iud. lib.1.c.12.nu.75.qui Boss.dicit quod Mediolani adest decretum quod per inquisitionem inducatur præuẽtio,sed Clar.q.38.in fin.dicit procedere, d. decretum per transmissionem inquisitionis, & non per solam informationem.

21 Quintus casus est, quando duo iudices æqualis potestatis, si vnus præueniat citando mandatarium dicatur præuenisse, etiam contra mandantem cum sit vnicum negocium,Nell.de bannit.quæst.7.2.p.primi temp. vbi testatur ita fuisse Florentiæ iudicatum, vt post Marian.in d. cap.proposuisti sub num.22.& seq. Decian.d.c.21.nu.16.Scac.d.c.12.nu.78.

22 Sextus casus est, quando vnus iudex præuenit in præcepto facto inquisito, vt non recedat de domo, de palatio,vel de Camera, seu de alio loco,cum velit inquirere cõtra eum,quia tale præceptum habet vim citationis,Marian.Socc.in d.c.proposuisti, n.25. Decian.d.c.21.nu.17.& in c.20.nu.14.Idemque si iudex astrinxerit reum ad se repræsentandum coram eo, & dederit ei significationem ne per alios iudices molestetur,Scacc.d.c.12.num.75.vbi testatur ita seruari in hac Curia Romana.

23 Sed animaduertendum est, quod in casibus, in quibus, quis posset propria auctoritate capere aliquẽ vti repertum in flagranti crimine,tamen non poterit quis citare tales propria auctoritate, vt dicatur præuenta iurisdictio,Aret.in c.1.de iud.& sequitur, Abb. ibi nu. 33.& Decian.d.c.21.nu.18.

Et si in omnibus plures iudices sint pares,qui citarunt,debent ipsi se concordare, & sibi inuicem deferre, & si nollent se deferre, debent sorte quæstionem dirimere,Decian.d.c.21.n.14.post Marian.Socc.in d. c.proposuisti sub nu.21.

24 Septimus casus est,vt per litis contestationem prȩuẽtio inducatur,vt post Alex.in l.si Titius,ff.de verb. obligat.firmat,Mascard. de prob. conclus.1252. numero 11.libro 2.

25 Octauus casus est,vt iurisdictio dicatur præuenta à iudice,qui habuit cõfessionem rei super delicto,Bald. in l.si domus,§.in pecunia, vbi cæteri Doctores, & præcipuè Ias.num.6. ff.delegat.1. & tradit,Masch.d. concl.1232.nu.9.

26 Primo limita, & intellige, vt præuentio in vno iudice procedat quando exceptio præuentionis deducitur,aliàs secus, vt superius deduxi, & tradit post alios,quos allegat Mascard. de probat. conclus.1232. nu.13. & firmat esse opponendum ante litem contestatam,declarando tamen vt ego dixi suprà.

27 Secundo intellige,vt in iurisdictione voluntaria inducatur præoccupatio iudicis interpellationum, Ias. in l.si pluribus nu.25. ff.delegat.1. Mascard. d.concl. 1232.num.14.

28 Tertio limita in præoccupatione alterius iuris, quam iurisdictionis, vt non sufficiat sola citatio, sed requiratur talis actus, vt inducat, vel inferat necessario ius illud; de quo præoccupando agitur, prout in procuratore, quod requiratur litis contestatio, vt efficiatur Dominus litis, & vt præferatur post Ias.in d.

l.de

l.de plurib.nu.26.firmat,Mascard.in d.conclus.1232.nu.14.& seqq.

29 Quarto,limita, vt per solam rescripti præsentationem in actis non inducatur preuentio, Speculat.in tit. de competen. iudic. §.vlt. vers.item quod impetrans, Mascard.d.concl.1232.num.11.& seq.nec per solam quærelam nec per solam inquisitionē sine illius transmissione,Scacc.d.c.12.nu.76.

30 Quinto limita, & intellige,vt præuentio inducatur per actus legitimè factos, alias actus nullus nullā tribuit iurisdictionem, Doct.adducti per Mandos.in addit.ad Roman.in cons.412. & alij cumulati per Mascard.in d.concl.1232.nu.16.& seq. Henric.Geden.in processu iudiciario p.2.rubr.28.nu.12.Quia est regula satis trita,vt ea,quæ nulla, & inualida sunt,nullum effectum operetur,Marsil. in cons.120. in princ. & in cons.131.nu.33.Cassane.in cons.1.num.1. Felin.in c. illud,nu.5.de præscrip.Scac.de iud.lib.1.c.12.nu.60. in fin.& dixi supra nu.2.

31 Sexto limita vt præuentio non inducatur per actus fraudolenter factos, cum dolus suus nemini patrocinari debeat:& ideò si probetur citatio,vel alius actus dolo factus præuentio subuertitur, vt post Rebuff. tradit Mascard.d.concl.1232.nu.20. Cardin.Tusch. to.5.conclus.263.nu.38.Scacc.d.c.12.num.63. lib.1. de iudic.

Septimo limita, & intellige, vt actus, per quem inducitur præuentio debeat esse talis, qui necessario inferat ius in illud,de cuius præuentione queritur,Riminald.cons.95.nu.40.vol.1.vbi dicit,quod si de præuentione executionis quæritur, non sufficit litis cōtestatio,sed requiritur sententia, ex qua executio nascitur,vt sequitur,Masc.in d.concl.1232.n.18.& seq.

Præuentio inter quos, & in quibus causis inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio inducitur inter plures iudices, & multa commoda percipiuntur ex præoccupatione.*

2 *Præuentio inducitur inter plures iudices ecclesiasticos, & inter plures laicos, & inter plures ecclesiasticos,& laicos in delictis mixti fori.*

3 *Præuentio inducitur inter plures iudices habentes merum, & mixtum Imperium, & simplicem iurisdictionem.*

4 *Præuentio inducitur tàm inter iudices ordinarios,quā delegatos.*

5 *Delegatus quando possit cognoscere,de delicto cōmisso per aliquem de eius familia,& an præferatur ordinario, vel è contra.*

6 *Præuentio inducitur non solum inter iudices æquales, sed etiam inter maiorem,& inferiorem.*
Declaratamen vt ibi.

7 *Præuentio inducitur inter ordinarium & illum, qui aliquo iure speciali acquisiuit iurisdictionem,dummodò priuatiuè non habuerit iurisdictionem.*

8 *Præuentus laicus coram iudice sæculari, si deinde efficiatur clericus, per quem iudicem cognosci debeat remissiuè.*

9 *Præuentio inter iudicem ciuilem, & criminalem est quando falsum depositum fuit coram iudice ciuili.*

10 *Præuentio inducitur inter iudicem ordinarium,& inter iudicem prorogatum.*

11 *Præuentio inducitur inter episcopum expulsum à suo Episcopatu,qui vult cognoscere inter subditos suos in proxima Diœcesi,& Episcopum illius Diœcesis.*

12 *Præuentio inducitur in omnibus causis, siue prophanis, siue spiritualibus, dummodò detur facultas cognoscendi.*

13 *Præuentio inducitur etiam in remedio l.diffamari.*

14 *Præuentio inducitur per præceptum alicui factum ne delinquat.*

15 *Præuentio non inducitur in crimine heresis.*

16 *Præuentio inducitur per accusationem, & præfertur iudici procedenti per inquisitionem.*

17 *Præuentio non inducitur inter iudicem ordinarium, & habentem iurisdictionem ex priuilegio, quia ille dicitur habere iurisdictionem priuatiuè.*

18 *Præuentio facta per iudicem accusationis malitiosæ non excludit iudicem inquisitionis.*

19 *Præuentio facta ante tempus non valet.*

20 *Præuentio non inducitur per iudicem inferiorem cōtra suum superiorem.*

21 *Præuentio non inducitur inter plures iudices habētes iurisdictionem,non insolidum,sed coniunctim.*

22 *Præuentio nō inducitur inter iudices æquales, si vnus eorum fuit legitimè impeditus.*

23 *Præuentio non inducitur per iudicem incompetentē.*

24 *Præuentio non inducitur inter delegatos,cum clausula,quod si omnes non poteštis.*

25 *Præuentio facta per vnum iudicem tollitur per aliū iudicem priuilegiatum à Principe, cum clausula motu proprio.*

26 *Præuentio non præiudicat, si iudex præueniens per negligentiam,vel per dolum delinquētem non puniat.*

27 *Præuentio in Regno Neapolitano in delictis mixti fori an locum habeat.*

28 *Iudex inquirens super homicidio animo deliberato præfertur inquirenti,super simplici homicidio.*

CAP. X.

1 Conclusio est in ista materia, quòd vbi plures sūt iudices,locus fit præuentioni,l.si quis postea,ff. de iud.c.penult.de foro compet. Roman. consil.412. nu.2.latè Decian.in Tract.crim.to.1.lib.4.c.20.nu.3. vbi constituit regulam generalem, vt præoccupatio in quacunque materia melior sit conditio, & multa commoda præoccupationis concernentia materiam ciuilem ponit Card.Tusch.tom.6.in conclus.645.per totam, quamuis vnus sit maior altero, Scacc. de iud. lib.1.c.12.nu.57. Doct. Marta in suo paruo tractatu de præuent.c.1.num.1.& seq.& c.2.per totum ponit quando sit locus præuentioni inter iudices Romanæ Curiæ,tam in ciuilibus,quàm in criminalibus,& inter Gubernatorem Vrbis, ac A. C. hodie est locus præuentioni etiam in capitalibus,Farinac.cons.51.n.10.

2 Primo amplia, vt procedat ista conclusio, tàm inter iudicesinter Ecclesiasticos, quàm inter sæculares inter se, ac etiam inter ecclesiasticos, & sæculares in delictis mixti fori, vt tradunt omnes in locis relatis per Marian.Socc. in c.proposuisti, nu.8. vers.& prædicta procedunt,de for.comp. Decian.in d.c.20.n.4. latè Petr.Cabal.in q.crim. cas.162. nu. . & cas.194. nu.7.8.in fi.& nu.11.Scacc.d.c.12.nu.57.

3 Secundo amplia, vt procedat, tam inter habentes merum imperium, quàm inter habentes mixtum imperium, ac etiam inter habentes simplicem iurisdictio-

Marian. Socc. in d.c. proposuisti, sub num. 8. Decian. in d.c. 20. nu. 5.

4 Tertio amplia vt procedat etiam inter iudices ordinarios, quam etiam inter delegatos, cum clausula quatenus duo, vel vnus vestrum, & inter Ordinarium, & delegatum, & Ordinarius possit praeuenire delegatum, & e contra delegatus possit praeuenire Ordinarium, vt latè prosequitur Decian. in d.c. 20. num. 6. vbi tamen subdit, quòd hodie contrarium obseruatur, & praecipuè in criminalibus, quia delegatio, semper fit priuatiuè, etiã si Ordinarius ante praeuenerit, & quod ita semper vidit obseruari.

5 Et si fuerit commissum delictũ per aliquem de familia iudicis delegati, iudex ordinarius erit praeferendus, si delictum non fuerit commissum ex causa officij, secus si deliquerit ex causa officij, vel delegationis, quia delegatus cognosceret. Boer. decis. 9. Baiard. ad Iul. Clar. q. 37. nu. 88.

Si verò deliquerit delegatus extra suum officium, poterit etiam puniri per ipsum Ordinarium, Boer. d. decis. 9. Capel. Tholos. decis. 423. vbi testatur ita fuisse decisum, Grauat. in addit. ad Octau. Vestr. lib. 3. c. 9. nu. 23. vide in Defensi. 2. c. 7. vbi alios concordantes adduxi, & rationem euidentissimam, & idem erit quãdo officialis maioris iudicis deliquit in Terra Baronis extra exercitiũ sui officij, vt possit puniri per Baronem, siue eius officialem. Boer. d. decis. 9. Carauit. rit. 40. nu. 14. latissimè Cassan. super consuetud. Burgund. fol. 305. nu. 36. vers. sed iuxta praedicta, dummodò tamen notum faciat superiori suo, vt dicit Carauit. ibi, sed Baiard. ad d. q. 37. nu. 89. dicit, quod nunquã vidit in facto, quod Ordinarius puniat delegatũ Principis delinquentem in Territorio suo, nec consuleret iudicibus, vt hoc facerent, nisi de licentia Principis, vt Bart. admonet in l. officialem, C. de off. Rect. Prouin. Et in omnem casum non erit puniendus, nisi finito officio, Maur. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 97. Prax. Arch. Neapol. c. 32. n. 6. in fin. vbi tradit aliam distinctionem, quam posui in dicta Defens. 14. cap. 7. nu. 2. in fine. Nec non Episcopus potest de facto resistere delegato volenti procedere de facto cõtra formam, c. statutum de rescript. in 6. & si vellet procedere in casu non incluso in sua commissione, vel si vellet exequi sententiam nullam notoriè ex defectu iurisdictionis, Gloss. in cap. ex litteris, de rescript. in 6. Prax. Archiep. Neapol. d.c. 32. nume.

6 Quarto amplia, vt procedat, non modo inter aequales iudices, sed etiam inter maiorem, & inferiorẽ, dummodò ille inferior ab illo Superiore iurisdictionem non recognoscat: & ideò Archidiaconus potest praeuenire iurisdictionem sui Episcopi in his, quae ad ipsum Episcopum pertinent, cap. ad hoc, & cap. cum satis, & cap. fin. de offic. Archid. & idem inter Magistratus municipales, & defensores Ciuitatis, Auth. de defens. Ciuit. in princ. Decian. in d.c. 20. num. 7. Scacc. d.c. 12. nu. 57. Doctor Marta in dicto tractatu de preuent. c. 1. nu. 3. & nu. 4. vbi dicit induci etiam inter iudices aequales ob negligentiã vnius, sed respectu principis delegantis iudex delegatus numquã dicitur praeuenire priuatiuè quo ad ipsum principem, latè Maur. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 78. in primo dubio, & dixi eam latè in defens. circa Commissarium, c. 4.

7 Quinto amplia inter eum, qui acquisiuit iurisdictionem aliquo iure speciali, & inter ordinarium, si cumulatiuè, & non priuatiuè acquisiuerit, quia si priuatiuè non rectè tractatur de praeuentione. Maria. Soc. in d.c. proposuisti, n. 9. Decian. in d.c. 20. n. 8. Gramm. decis. 30. nu. 12. Baiard. ad Iul. Clar. §. fi. q. 37. num. 90. & seq. Doct. Marta in d.c. 1. nu. 7.

8 Quid autem in laico praeuento coram iudice saeculari, si deinde efficiatur clericus per quem iudicẽ cognosci debeat, vide latissimè referentem plures opiniones, & distinctiones, Maria. Soc. in d.c. proposuisti, num. 45. & seq. de foro compet. Sed verior, & aequior opinio est quod iurisdictio non perpetuetur in iudice laico, etiam si in fraudem effectus esset clericus. Marta d.c. 1. nu. 29. Si autem clericus deliquit, & post delictum ducat vxorẽ si à iudice Ecclesiastico fuit praeuentum in cognitione causae remanet cognitio apud Ecclesiasticum, secus si non fuerit praeuentum quia debet cognosci per iudicem saecularem latè Vinc. de Franch. decis. 417. num. 4. & seq. p. 2. quamuis ipse sub n. 6. videatur tenere contrarium per illam rationem, vt ad fundãdam iurisdictionem attendatur status tẽporis cõmissi delicti, & eo ipso, quod quis delinquat acquiratur ius ei, cuius iurisdictioni subiectus erat per Bald. in l. officiales, col. 1. vers. & videtur dicendum. C. de episc. & cler. Dec. in cap. quae ecclesiarum, col. 7. vers. & per lite dicebam extr. de constitut. & si laicus relegatus à iudice laico sit, & deinde efficiatur clericus, & relegationem rumpat iudex ecclesiasticus cognoscit de fractura relegationis, Franch. decis. 705. & decis. 656. vbi etiam tenet, quod laicus obligatus pones acta curiae si efficiatur clericus à iudice Ecclesiastico cognoscitur de dicta obligatione, declarãdo tamen vt ibi per eum.

9 Sexto amplia inter iudicem, qui ex accidenti possit cognoscere, & ordinarium, vt si quis coram iudice ciuili falsum deposuit, quia poterit, & per iudicem ciuilem, & criminalẽ puniri, & inter eos erit locus praeuentioni, Maria. in d.c. proposuisti, n. 10. Decian. in d.c. 20. nu. 9. de qua ampliatione dixi latè suprà in c. 8. in 4. limit. Doctor Marta d.c. 1. nu. 8.

10 Septimo amplia, vt procedat inter iudicem ordinarium, & iudicem, cuius est iurisdictio prorogata, Io. Andr. ad Specul. in tit. de compet. iud. adi. §. 1. vers. sed numquid, declara tamen, vt per Marian. Socc. in d.c. proposuisti, n. 57. & per Decian. in d.c. 20 nu. 10.

11 Octauo amplia inter Episcopũ expulsum per vim à suo Episcopatu, qui potest cognoscere in proxima dioecesi inter subditos suos, & ipsum ordinarium illius dioecesis, in qua ipse reperitur, & in qua delictum est commissum, quia talis episcopus poterit praeuenire iuxta formam clem. vnicae de for. comp. Marian. Soc. d.c. proposuisti, nu. 13. & Decian. d.c. 20. nu. 11.

12 Nonò amplia vt procedat, in omnibus causis, siue ciuilibus, siue prophanis, siue spiritualibus, modo detur habilitas facultatis cognoscendi, Marian. d. cap. proposuisti, n. 14. & Decian. in d.c. 20. nu. 12.

13 Decimò amplia vt procedat etiam quãdo reus intentauit remedium, l. diffamari, C. de ingen. manum. declarã tamen istam ampliationem vt per Decian. in d. cap. 20. nu. 12. & per Marian. Socc. in d.c. proposuisti, nu. 26. Felin. in c. cum sit, nu. 22. de for. comp. Ias. in l. cum vtiq. nu. 5. ff. de eo, quod cert. loc.

14 Vndecimo amplia in iudice, qui praecepit delinquenti sub poena ne delinquat quia hoc potest facere, & per dictum praeceptum inducitur praeuentio, Decian.

Decian.in d.c.20. n.14. vt dixi ſupra in c.9.in 6.caſu, & ſcias generaliter quod ab exceptione præuentionis non admiſſa detur appellatio, Scac. lib.1. de iudic. c.12.nu.71.& in tract.de appell.lib.3.q.17.limit.47. membr.1.nu.103.

15 Primo limita ſupra firmatam concluſionem, vt nō procedat in crimine hæreſis,quia in eo non eſt locus præuentioni,Marian.Socc.in cap.pen. nu.29. de for. comp.Decian.in trac.crimin.d.lib.4.to.1.c.20.n.26.

16 Secundo limita in iudice, qui procedit per inquiſitionem, qui non præfertur iudici procedenti per accuſationem etiam poſteriori loco porrectam, Innoc. in cap.ſuper litteris de reſcrip.Bart.in l.3. ff.de adult. Bald.in l.ea quidem, C.de bon. vocan. lib.10. omnes allegat per Decian.in d.c.20.n.22.vbi ſubdit,quia accuſatio ſuperueniens vti remedium ordinarium facit ceſſare inquiſitionem vti remedium extraordinariū, & ibi alios concordantes allegat, Marta dict. cap.1. num.34.in fin.

17 Tertio limita, & intellige inter plures iudices ordinarios, ſecus ſi vnus haberet iuriſdictionem ex priuilegio quia ille dicitur priuatiuè habuiſſe. Felin.in c. irrefragabili,n.2.de offic.ord n.Gram.deciſ.32.n.12. vbi teſtatur ita fuiſſe in ſacro Conſilio reſolutum Decian.d.c.20.nu.23.Baiard.ad Iul.Clar.§.fin.quæſt.37. nu.90.& in priuatiuè conceſſis non eſt locus præuentioni,Plot.conſ.133.nu.30.to 2.crim.diuerſ.

18 Quarto limita quando conſtaret,quod reus procurauerit ſe accuſari coram illo iudice malitioſè, vt excludatur iudex inquiſitionis ad effectū,vt mitiori pœna puniri valeat, quia talis præuentio non valeret, Boer.deciſ.28.nu.10.in fin.Veron.caut.19. Iaſ.in l.ſi verò,nu.8. ff qui ſatiſd.cog.Decian. d.c.20. num.24. Becc.conſ.69.nu.7. & ſeqq. Baiard.ad Iul.Clar.§.fin. q.37.nu.84.

19 Quinto limita quando præuentio facta eſſet ante tempus,quia illa non valebit, Alexand.conſ.64.nu.6. verſ.& licet acceſſerint vol.3.Decian.d.c.20.n.21.

20 Sexto limita in eo, qui habet iuriſdictionē ab alio, quia non poteſt iſte inferior præuenire ſuum ſuperiorem ipſo inuito,Marian. Socc.in d. c. propoſuiſti, nu.8.verſ.ideò autem dixi,Decian.d.c.20. num.3.latè Maur.Burg.de mod.proced.ex abrupt. quæſt.78. numero 1.& ſeqq nec præuentio procedit cōtra ſupremum Principem,Decian.reſponſ.18.num.319.vol.1.

21 † Idemque erit in pluribus habentibus iuriſdictionē, non inſolidum, ſed coniunctim, & vnitam, quia non poterit hoc caſu vnus alterum præuenire ſolus Marian.Socc.& Decian. in locis ſupra adductis, vbi ſubdit, quod idem erit ſi vnus iudex haberet iuriſdictionem in defectum alterius, vel ex negligentia, vel ex impedimento,quia oporteret expectare negligentiā, vel impedimentum illius.

22 Septimo limita, quando ſunt duo iudices in iuriſdictione æquali ſub hac forma quod eſſet locus præuentioni,quia ſi vnus eſſet legitimè impeditus nō poterit ab altero præueniri quia fortè ipſe præueniſſet ſi non fuiſſet impeditus, Bartol.in l.ſi maritus, la 2. in princ.ff.de adult.Marian. Socc. in d.cap.propoſuiſti, nu.8. verſ.ideò autem dixi,Roman.in conſ.143. Decian.in d. c.20. num.18. vbi dicit maximè procedere quando intereſſet iudicis impediti,puta quia haberet intereſſe in cauſa, vel quia percipere poſſet ſportulas, vel partes condemnationis, vbi tamen Marian. Socc. declarat dictum Bart. niſi periculū eſſet in mora,ne delictum remaneret impunitum.

23 Octauo limita niſi iudex,qui vellet præuenire eſſet omninò incompetens,quia vt detur locus præuētioni requireretur habilitas iuriſdictionis, Clem. fin. vt lit. pendent. l.1. & 2.C.ſi à non compet.Iud.cap.ea,quæ fiunt à iudice de reg.iur.in 6.Decian.in d.c.20.nu.19.

24 Nono limita inter delegatos cum clauſula,quod ſi omnes non poteſtis,de qua per gl. & ibi Abb. c. quoniam,n.5.6.de offic.delegat.Decian.d.c.20.n.20.

25 Decimo limita, quando poſt præuentionem reus impetraſſet priuilegium à Principe cum motu proprio vt quis non poſſit accuſari,vel moleſtari,niſi coram tali iudice, quia tale priuilegium proderit etiam quoad iudicem, à quo fuerat præuentus, Iaſ.in l.cum quædam puella,n.9. ff.de iuriſd.omn.iud.ſecus ſi non adeſſet clauſula motu proprio, quia tale priuilegium non eximeret illum à iuriſdictione iudicis præuenientis.Iaſ.in l.ſi quis quemdam, nu.3. ff.ſi quis caut. Decian.in d.c.20.nu.23.

26 Vndecimo limita quando iudex præueniens dolosè,vel negligenter ſe gereret in cauſa,vel in puniēdo delinquentem, quia iudex præuentus poterit procedere etiam, & tunc dicatur præuentus, c.cum plures de offic.deleg.in 6. Anchar.conſ.169. num.12.& ſeq. Baiard.ad Iul.Clar.§.final.quęſt.37.nu.4. Card. Tuſc. tom.5.concl.293.nu.39. qui loquuntur etiamſi iudex negligens fuiſſet maior,vel eccleſiaſticus, adhuc poterit iudex laicus, & inferior cognoſcere de illa cauſa,& punire.

27 Duodecimo limita idem prouiſum fuerat per Piū IV.in ſtatu Eccleſiaſtico per Bullam de non admittēda appellatione de anno 1563.de menſe Iunij, quæ Bulla deinde per Pium V.de anno 1566. die 20. Iunij fuit redacta ad terminos iuris, & ad diſpoſitionē Sacri Concilij Trid.vt etiam refert Baiard. ad Iul.Clar. §.fin.q.37. nu.2.& ante eum de eiſdem declarationibus factis per dictos ſummos Pontifices mentionem fecit, Farinacc. in q.8. nu.156. & ſciat Aduocatus vt præuentio non ſuffragetur niſi opponatur Decian. reſponſ.18.nu.319.vol.1.

28 Decimotertio, limita in iudice inquirente de homicidio cum animo deliberato, vt præferatur inquirēti de ſimplici homicidio, quamuis iudex fuerit primus,Scacc.d.c.12. nu.77. poſt Boſs.tit.de for.comp. nu.102. quia iudex procedens cum maiori qualitate delicti ſemper præfertur,Farinacc.q.7.nu.65. Marc. Ant.Macer.lib.3.reſolut.38.nu.7.

Delicta mixti fori, quæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Delicta aliqua ſunt mere Eccleſiaſtica,aliqua mere ſæcularia,aliqua mixti fori.*
2 *Sodomia crimen eſt mixti fori.*
3 *Falſitas in litteris Apoſtolicis eſt mixti fori.*
4 *Pacis fracta crimen eſt mixti fori.*
5 *Blaſphemia eſt mixti fori.*
6 *Infideles quando poſſint puniri per vtrumque iudicem.*
7 *Adulterium eſt mixti fori.*
8 *Thori ſeparatio non cognoſcitur per iudicem ſæcularem.*
9 *Concubinatus eſt mixti fori, & quid ſeruetur de conſuetudine.*

10 Sor-

10 *Sortilegium quando sit mixti fori.*
11 *Sacrilegium est mixti fori.*
Declara tamen vt ibi
12 *Vsurarum crimen quando sit mixti fori.*
13 *Simoniæ crimen quando sit mixti fori.*
14 *Periurium ex mixti fori.*
15 *Iuramentum est mixti fori.*
16 *Matrimonij causa quando sit mixti fori.*
17 *Delictum commissum per laicũ quando sit mixti fori.*
18 *Delictum commissum per laicum in ecclesia quando sit mixti fori.*
19 *Delictum commissum per laicum in ecclesia contra clericum an sit mixti fori.*
20 *Iudex laicus non potest extrahere ab ecclesia laicum delinquentem in ecclesia.*
21 *Violans immunitatem ecclesiasticam potest puniri ab vtroque iudice.*
22 *Assassinium est mixti fori.*
23 *Delictum commissum in confinio, si percipi non potest cuius territorium sit, est mixti fori.*
24 *Vxores duas dicens quando possit puniri ab vtroque iudice.*
25 *Stuprum est mixti fori.*
26 *Hæresis crimen non cognoscitur per iudicem laicum.*
27 *Cerimonia spiritualia, & ecclesiastica nõ cognoscuntur per iudicem laicum.*
28 *Crimina ecclesiastica, sæcularia, & mixta quæ sint remissiuè.*
29 *Periurium, sacrilegium, adulterium, & similia commissa per clericum non puniuntur per iudicem laicũ.*
30 *Concubina clerici quando possit puniri per iudicem laicum.*
31 *Iudex ecclesiasticus in delictis mixti fori an possit deuenire ad capturam, vel solum procedere per censuram ecclesiasticas.*
32 *Clericum falsum dicens coram iudice sæculari, siue ciuili, siue criminali non potest per eum puniri.*
33 *In delictis mixti fori iudex ecclesiasticus in punitione obseruat iura Canonica, & iudex sæcularis iura Ciuilia.*
34 *Laicus immittens orizam id bonis ecclesiasticus punitur per iudicem ecclesiasticum.*
35 *Condemnatus ab vno iudice in criminibus mixti fori, quando possit puniri per alterum.*

C A P. XI.

1 DElicta quędam sunt merè ecclesiastica, siue pertinentia ad cognitionem iudicis ecclesiastici, quædam mere sæcularia, siue ad cognitionem iudicis sæcularis pertinentia, quædam mixta, nempè communis fori, in quibus potest, & iudex ecclesiasticus, & laicus cognoscere. Iul. Clar. §. fin. q. 37. nu. 1. & super quibus iudex ecclesiasticus, cognoscat, & iudex laicus, vide Maran. de ordin. iudic. par. 4. dist. 12. per totam, latissimè Farinac. q. 8. ferè per totã; & latissimè quando iudex ecclesiasticus cognoscat contra laicos, Decian. in tract. de potest. sæcul. super ecclesi. pers. reg. 2. in vlt. par. ponit 149. casus in quibus iudex ecclesiasticus potest cognoscere de laicorũ personis, & caussis, Menoch. de recuper. possess. remed. 14. num. 205. & seq. Card. Tusch tom. 2. concl. 446. nu. 15. & seq. & sciat iudex ecclesiasticus quod in casibus in quibus clericus potest reconueniri coram iudice sæculari, & ab eo condemnari, non tamen potest deuenire ad executionem nec in bonis, nec in persona, sed executio est facienda per iudicem ecclesiasticum, c. sæculares de for. compet. in 6. Ant. de Butr. in c. 7. nu. 20. in fin. de Mut. petit. & de crebriori opinione testatur, Prax. Archiep. Neap. cap. 12. nu. 1. vbi subdit, quod si laicus vellet exequi suam sententiam contra clericum tàm in bonis, quam in persona erit excommunicatus, & quod vicarius debeat facere præceptum iudici sæculari ne molestet clericum nec in bonis, nec in persona sub pœna excommunicationis, & posteà visa sententia, & processu iudice sæcularis mandet fieri executionem contra clericum, & in quibus casibus clericus non possit reconueniri coram iudice laico vide Aufred. de potest. sęcular. super ecclesi. reg. 2. & Mar. Soc. in cap. 1. de mut. petitionib. & regula est, quod iudex laicus ratione reconuentionis habeat iurisdictionem in ecclesiasticos quo ad res profanas, & sic ciuiliter, Rol. cons. 21. num. 10. cons. 37. vol. 1. & alij quos allegat Caualc. de Brach. reg. p 4. nu. 272. secus criminaliter dixi suprà, c. 7. in fin.

2 Crimen Sodomiæ dicitur mixti fori & laicus sodomita potest ne dum à iudice laico, sed etiam ab ecclesiastico puniri, & inter eos erit locus præuentioni, Abb. post Innoc. in cap. quod super his, nu. 14. de vot. & vot. redem. Plot. cons. 50. nu. 31. Iul. Clar. §. fin. q. 37. num. 5. vbi de communi. Marian. Socc. in cap. cum sit generale num. 25. de for. comp. Decian. in tract. crim. to. 7. lib. 4. c. 26. nu. 11. vbi plus subdit post alios, quod etiam infideles poterit punire cõmittentes tale horrendum scelus Farinacc. q. 8. n. 129. qui alios allegat, licet supra adductos non alleget. Card. Tusch. tom. 5. concl. 293. nu. 31. Scacc. de iud. lib. 1. c. 12. num. 15. vbi alios allegat, & testatur de communi, Farinac. q. 148. nu. 55. vbi etiam de communi, & clericus pro isto crimine de iure canonico beneficijs priuatur deponitur, & in monasterium de truditur, c. Clerici extra de excessib. prælatorum latè Farinac. d. q. 148. n. 23. & seq. vbi etiam refert vigore Bullæ Pij V. posse pœna vltimi supplicij puniri, vbi tuetur etiam si vnica vice tãtum tale crimen clericus commiserit.

3 Falsitas in litteris apostolicis potest puniri per vtrumque iudicem, & dicitur mixti fori, capitulo ad falsariorum, il primo de crim. fals. vbi ecclesiasticus punit, quia de laico non dubitatur toto tit. ff. & C. de fals. & tradunt omnes in d. cap. cum sit generale, vbi Marian. Socc. nu. 14 vers. in eadem, gl. & ibi Barbat. nu. 231. Decian. in d. c. 26. nu. 9.

4 Pacis fractæ crimen etiam dicitur mixtum, Marian. Socc. in d. c. cum sit generale num. 25. vers. item potes addere, & ibi Fel. n. 43. Decian. in d. c. 26. n. 43. & ego latius dixi in meo tractatu de Pace, Treuga, Verbo, & Cautione de non offend. 1. p. q. 41.

5 Blasphæmia quoque dicitur mixti fori, & per vtrũque potest puniri Calder. in cons. 2. sub tit. de iud. Fel. in c. cum sit generale nu. 40. de for. compet. Farinac. q. 20. num. 19. Decian. in d. tom. 1. lib. 4. c. 10. in 12. limit. & c. 26. nu. 3. vbi subdit post Calder. in cons. 489. aliàs 1. tit. de iudic. nisi fuerit blasphæmia hæreticalis quia solum per ecclesiasticos punitur, vt latè dixi in meo trac. de Pac. Treug. Verb. & caut. de non offend. q. 21. in fin. & firmat, Scacc. de iud. c. 12. num. 56. lib. 1. Farinacc. d. q. 20. nu. 39. in fin. & nisi etiam fuerit blasphæmia iudæi, quæ etiã per solum iudicem ecclesiasticum coercetur. Idem tenet Soccin. in consil. 119. vol. 4.

vol.4.ſed Decianus in d.c.26.nu.2.verſ.iudæi,dicit communem opinionem eſſe,vt poſſit iudæus blaſphæmās per vtrumq; iudicem puniri, poſtquam retulit opinionem,Bal.in conſ.100.vol.2. qui tenet quod eccleſiaſticus puniat iudæum, & etiam ſæcularis ad mandatum epiſcopi, & quod iudæus puniatur à iudice ſæculari pro blaſphæmia, & non a iudice eccleſiaſtico, Alexand.conſ.99.nu.15.lib.6. vbi de communi, Socc. conſ.119.nu.16.lib.4. Marq.de iudæis,fol.83,num.4. Clar. in §. blaſphæmia ſit mixti fori iudæus pro blaſphæmia poterit puniri ab vtroque iudice, Farinacc. d.q.20. nu.41. eoq. maximè hic in Curia, quia iudæi ſunt ſub protectione Vicarij, ideò poſſunt ad iudice eccleſiaſtico puniri, & ob id erit locus præuentioni inter ipſum,& iudices laicos,Farinac. dict.quæſt.20. num.41.in fin.vbi etiam teſtatur,quod ita practicatur hic in curia.

6 Iudæi,& Infideles ſubijciuntur iudici eccleſiaſtico, maximè quando delinquunt contra legem naturæ,vt latè docet Decian.in d.c.26.nu.2.ibi referendo plura exempla,vbi ponit,quod regulariter iſti infideles ſubiacent iudici ſæculari,& legibus imperialibus vt ſuprà dixi,& habetur in cap.gaudemus,vbi Doc.de diuort, & tot.tit. C.de iudic. & hinc dixit Anch. in conſ.15. quod quidam Iudæus, qui dum in proceſſione Letaniæ ſolemniter per Vrbem cantarentur, de feneſtra proiecit immunditias, & deturpauit crucem,debebat puniri per iudicem laicum, & pœna illi applicanda eſſet,ſed in mere eccleſiaſticis iudex eccleſiaſticus punit iſtos iudæos,& infideles, & in delictis mixtis inter eos erit locus præuentioni, in meris ſæcularibus criminibus ſolus iudex ſæcularis ipſos infideles punit, vt latè poſt alios, quos allegat Decian.in d. cap.26. ſub nu.2. verſ.concludendum ergo, & ſub num.19. dicit, quod iudæi offendentes, vel iniuriam inferentes Religioni Chriſtianæ ab vtroque iudice puniuntur, ſed in curia quidem Hebræi,qui puluerem,ac ſaxa proiecerunt in vnam ſanctiſſimam immaginem Virginis Mariæ propè montem nuncupatum Teſtaccio, fuerint puniti à ſancto officio inquiſitionis in pęnam fuſtigationis vigore facultatis dicti ſupremi tribunalis.

7 Adulterium etiam dicitur mixti fori,& per vtrumque iudicem puniri poteſt, Abb.in cap. intelleximus, nu.1.de adulter.Iul.Clar.§.fin.q.97.nu.3.vbi de communi,& alios concordantes allegat, Farinac.quęſt.8. nu.130.Decian.in d.lib.4.tom.1.c.26.nu.7.vbi etiam concordantes allegat,Card.Tuſch.to.3.concluſ.293. nu.21.Scacc.d.c.12.num.16.lib.1. de iudic.latè Farinacc.q.141.nu.42.

8 Niſi tamen agatur ad thori ſeparationem, quia de ea ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcit ſecundum cõmunem opinionem atteſtatam per Iul. Clar. in d. §. fin.q.36.nu.3.in fin. Farinacc.d.q.8.nu.190.in fin.& latius in q.141.nu.42. Iodoch.in pract.crim. cap.89. Rubr.de adulter.nu.11. Laurent.Ten. caut.6. nu.71. & ſeq.Ant.Gomez ad leg.80.Tauri,nu.47.verſ.vnum tamen, vbi dicit procedere ſiue agatur principaliter, ſiue incidenter, Decian. in d.c.26.nu.7.verſ. tertia ſit cõcluſio, vbi ſubdit idem eſſe ſi agatur pro adulterio ad pœnam excommunicationis, de qua ſolus eccleſiaſticus etiam cognoſcit, Card.Tuſch. d.concl.293. nu.22. ſed de iſta materia adulterij quando iudex eccleſiaſticus cognoſcat,vel iudex ſæcularis, Decian.in d.c.26.ſub num.7.ponit ſeptem concluſiones,vel declarationes,quas Doctorum auctoritatibus corroborat,& multa alia ſcribit Card.Tuſch. tomo 1. concl. 228 per tot.& Farinacc. d.q.141. ſub num.42. Petr. Gregor.in ſintagmat.iur.lib.36 c.6.nu.32. Petr.Barboſ.in l.2.in princ.p.1. nu.39. in antiq. & nu.140.ff. ſolut.matrim. firmat concluſionem,vt adulterium ſit mixti fori,& in eo ſit locus præuentioni quando agitur de puniendo criminaliter, ſi vero agatur ciuiliter ad Thori ſeparationem,& ad ammiſſionem dotis ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcat,& ſequitur nouiſſimè Thom. Sanchez de matrim. lib.10. tit.de diuort. diſput.7. num.16. & ſeq. qui pariter pluribus probat cauſam adulterij quo ad Thori ſeparationem ad ſolum iudicem eccleſiaſticum pertinere, quo ad pęnam ſanguinis ad ſolum ſæcularem, & quo ad alias pœnas eſſe crimen mixti fori, & in eo habere locum præuentionem.

9 Concubinatus quoque poteſt puniri per iudicem laicum, quia de eccleſiaſtico non dubitatur, cap. nemo 32.q.4.Hoſtien.in ſumm.de for.compet.§.2.Specula in tit.de competent.iud.adi.§.1. verſ.2. & quod ſæcularis etiam poſſit, quia leges nouiſſimæ abhorrent concubinatum, Authen. de leno. Auth. vt non luxurien. cõtra natur. & quia leges ciuiles amant caſtitatē,§.illud auth.quib.mod.natur.effic.ſui, & hanc opinionem tenent, Doctor.in cap.cum ſit generale, de for.competent.& in ſpecie, Barb.num.232. Felin. nu.36.Iul.Clar. §.final. q.37.num.4. vbi ſubdit, quod concubina præsbyteri notoria poteſt puniri etiā per iudicem ſæcularem,Decian.d.c.26.nu.8. Card.Tuſc. d.concl.293.nu.3.&.5.Farinacc.q.8.nu.131. qui tantummodò allegat, Iul. Clar. ſed latius reaſſumit in q. 138.nu.30. & ſeq. vbi concordantes allegat, & teſtatur de magis commun.Menoch. caſ.209.nu.20.verſ. verum apud me Baiard.in §.fornicatio,nu.7.Decian. reſponſ.5.num.44.lib.1. Hieron.Cyual. in tract.com. contr.com.q.295.num.1.& ſeqq.vbi relatis,& reprobatis contrarijs teſtatur de magis comm. Sed quicquid ſit de iure, de cõſuetudine in foro ciuili hoc crimen non punitur, vt teſtatur Decian. d.c.26.nu.8.in fin.& Iul.Clar.in d.q.37.n.4. in fine etiam dicit,quod hodie de conſuetudine iudices laici parum ſe intromittunt in puniendo delinquentes in iſto delicto, ac parum etiam eccleſiaſtici per rationem per eum, ibi allegatam,vt ipſe Iul.Clar.met.ibi teſtatur.Hodie eſt ſeruanda diſpoſitio ſacri Concilij Trid.ſeſſ.24.cap.8. de reform.& ſeſſ.25. c.14. de reformat.contra clericos,& earum concubinas,& alias mulieres,de quibus poſſit haberi ſuſpicio quod in domo, vel extra ab illis detineantur,Baiard.ad Iul.Clar.§.fin.q.37. n.13.& quæ requirantur ad inducendum concubinatum,vide latiſſimè,Farinacc.q.148.nu.8.& ſeqq.

10 Sortilegia,& diuinationes,an,& quando ſint mixti fori,vide latè Iul.Clar.§.hæreſis,nu.21. Decian.dict. cap.26.nu.10. Barbat.conſ.55.lib.3.Cardin.Tuſch.d. concl.293.nu.72.& ſeq.& Farinacc.d.q.8.num.133. & an iudex laicus poſſit cognoſcere de ſortilegijs, diuinationibus incantationibus,dęmonum inuocationibus,& ſimilibus,& de ea exercentibus ad præſciendū futura,reperiendum furta, medendum infirmitatibus hominum, captandum amorem, tentandum pudicitiam alicuius vel huiuſmodi, vide latiſſimè Petr. Cabal. caſ.127. per totum, & quid ſi poſſit cognoſcere de ſtrigis, qui certis determinatis temporibus coram

Dæ-

Dæmone se congregant, vide latissimè eumd. Caball. cas. 409. per totum. cent. 3.

11 Sacrilegium secūdum communem opinionem attestatam per Iul. Clar. §. fin. q. 37. post n. 6. post Mant. cons. 266. num. 69. dicitur mixti fori licèt, ibi, subdat, quod Mediolani, & Franciæ aliter obseruetur, quia iudex sæcularis ponit de sacrilegio, Card. Tusch. dict. concl. 295. nu. 5. Farinacc. d. q. 8. nu. 132. vbi alios allegat, & tuetur hanc opinionem esse veram, vt sit mixti fori, & repræhendit, Iul. Clar. qui aliter testatur seruari de consuetudine Franciæ, cum Mil. per eum allegatus, hoc non dicat, Decian. in tract. crim. d. c. 26. num. 1. vbi tamen distinguit, quod si agatur de imponenda pœna sanguinis pro sacrilegio, de qua in l. sacrilegij, ff. ad l. Iul. & istam imponat solus iudex sæcularis, si agatur de pœna excommunicationis imponēda, & ipse solus iudex ecclesiasticus illam imponat, aut agitur de pœna pæcuniaria, vel restitutione rei ablatæ, & tunc vterque puniat, & erit isto casu in electione accusatoris, coram quo vellet accusare, & ibi, ponit multa exempla, Cardin. Tusc. tom. 4. concl. 59. nu. 13. in fine, sed vide latè, Scacc. de iudic. lib. 1. c. 14. n. 18. & seqq. vbi etiam dicit quid contra Astrologos, & ibi declarat Bullam Sixti V. & quod sit mixti fori sacrilegium post alios, Marc. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 38. num. 1. & seq. vbi etiam firmat, quod vterque puniat si pœnæ vtriusque fori sint diuersæ, & separatæ, vt vna respicit animam & altera corpus, & bona, & ibi concordantes cumulauit, & idem est in sacrilegio commisso per laicum cum moniali per copulam carnalem vt sit mixti fori latè Osasc. decis. 103. per totam vbi in fine testatur ita fuisse per senatum quo ad pœnas temporales esse locum præuentioni salua pœnitentia salutari infligenda à iudice ecclesiastico resolutum.

12 Vsurarum crimen dicitur etiam mixti fori, Iul. Cla. q. 37. nu. 2. Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 26. nu. 3. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 3. sub num. 1. Farinacc. q. 8. nu. 134. in princ. Petr. Caball. in q. crim. cas. 188. nu. 1. licèt inter Doct. sit maxima differentia, & videntur constituere tres opiniones, prima vt sit merè ecclesiasticum, secunda, vt sit mixti fori, tertia vt fiat differentia inter quæstionem iuris quæ spectet ad iudicem ecclesiasticum, & quæstionem facti quæ spectet ad sæcularem, vt latè refert Farinacc. d. q. 8. num. 134. & seq. Decian. autem in d. tom. 1. lib. 4. c. 26. nu. 3. refert quod aliqui, quos ipse ibi allegat, tenent, quod si tractetur quæstio super substantia vsurarum, idest an cōtractus sit vsurarius, vel non, iudex ecclesiasticus cognoscat, si vero de executione nullitatis contractus vsurarij, sæcularis cognoscat.

Alij autem tenent reiecta distinctione facti, & iuris, vt sit semper mixti fori crimen vsurarum, & in specie Cabal. in tract. de vsur. nu. 155. vers. quod autem, Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 3. col. 2. vers. ego vt liberè, & ibi, dicit hanc esse verissimam opinionem, Osasch. decis. 137. nu. 6. & seqq. vbi etiam dicit hanc esse magis communem, Vulpell. respons. 140. nu. 1. & seq. Lup. in tract. de vsur. in 4. comment. ad capit. quamquam de vsur. §. 4. nu. 66. qui etiam dicit hanc esse verissimam, & vbique vsu receptam opinionem, Farinacc. d. q. 8. nu. 140. vers. Quarta sit conclusio, idem testatur, Decian. in d. c. 26. num. 3. & etiam testatur, quod ita seruatur in practica, Lud. à Pegu. decis. 30. sub num. 19. & seqq. vbi testatur ita pluries fuisse resolutum, & nouissimè. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 188. nu. 1. Nauar. in cap. nouit notab. 6. Corol. 7. de iudic. vbi reddit optimam rationem. Io. Bott. cons. 72. num. 1. & seqq. vbi refert illas tres opiniones, & auctoritatibus quālibet comprobat, sed tuetur hanc opinionem, vt sit mixti fori, & sic laicos posse puniri per iudices laicos, & clericos per iudicem ecclesiasticum, & ibi per vnā totam columnam, Doctor. hanc opinionem tenentes cumulauit, & testatur de magis communi opinione. Rim. Iun. cons. 218. num. 24. & 72. Andr. Fachin. controuers. Iur. lib. 9. c. 30.

Quæ opinio magis procedit quando ex decreto, vel constitutione alicuius principis sæcularis, vel statuto locorum vsuræ sub aliqua pœna prohiberentur, sicut fieri potest, vt ostendit, Lup. in d. 4. comment. ad cap. quamquam nu. 16. & seq. Caball. d. tract. de vsur. num. 153. & num. 156. Vulpell. d. respons. 140. num. 7. Osasch. dict. decis. 137. sub nu. 12. Farinac. d. quæst. 8. nu. 140. Decian. d. c. 36. sub nu. 3. Lud. Peguer. dict. decis. 30. sub nu. 20. & latius decis. 31. nu. 21. & seq. Bertazzol. cons. 251. cum duob. seq. lib. 2. Petr. Caball. in dict. cas. 188. num. 2.

Sed Rol. in cons. 75. num. 55. lib. 1. dicit hoc procedere, dummodò talia decreta, vel statuta sint à summo Romano Pontifice confirmata, quod refert Farinacc. in dict. q. 8. sub nu. 140. circa princip. licèt Petr. Caball. in dict. cas. 188. num. 2. in fin. hanc declarationem, vel restrictionem Rol. & Farinacc. ab alijs supra allegatis non viderit tactam, & testetur in practica non obseruari, cum summus Pontifex semper mandet Principibus sæcularibus, vt vsurarios cohibeant, Text. in cap. post miserabilem, & in cap. 4. de vsur. vt refert Vulpell. in d. respons. 140. num. 6. 7. & ego eandem opinionem sequor.

Et iudex sæcularis poterit etiam laicos culpabiles de vsura punire, ne dum pœna pæcuniaria, sed etiam alia corporali iuxta qualitatem vsurarum. Iul. Clar. dict. §. Vsura sub num. 5. & in §. fin. quæst. 37. sub numero 2. Decian. in dict. cap. 16. num. 3. versic. & licèt, Bald. Osasch. dict. decis. 137. sub num. 11. Petr. Caball. dict. cas. 188. num. 3. vbi alios concordantes allegat, eamd. opinionem tuetur vt sit mixti fori, And. Fachi. controuers. iur. libro 9. cap. 30. postquam retulit alias opiniones.

Immò non solum ad instantiam partis læsæ, seu ad quærelam iudex sęcularis procedit in crimine vsurarum, sed etiam ex officio, etiam non præcedente infamia, vt testantur, Decian. in d. cap. 26. sub num. 3. vers. & poterit etiam, & latius Lud. à Pegu. decis. 25. per totam, vbi tamen distinguit plures casus, Petr. Caball. dict. cas. 188. num. 4. sed ego quidem numquam in isto crimine procedi ex officio vidi, nisi aliquo modo fuerit iudici aperta via ad inquirendum, aut per quærelam, denunciationem, exceptionem, vel alium similem modum à iure permissum, & approbatum.

Et vbi pęna per statuta nō est determinata, ibi erit pœna arbitraria vsurarius plectendus, Iul. Clar. d. §. vsura nu. 10. Lup. in d. præfat. sub n. 18. Peguer. d. decis. 30. sub nu. 18. & poterit etiam torqueri pro habenda veritate, Caball. in. vbi suprà n. 156. Iul. Clar. d. §. vsura n. 5. Decia. d. c. 26. n. 3. vers. & poterit etiā, Pet. Cabal. d. cas. 188. n. 5. & 6. quod est notandum, quia vidi pluries in praxi super hoc valde dubitari.

Idem-

Idemque erit in alijs contractibus illicitis appellatis in Hispania, Moharras, & in Tuscia, Stocchi, Barocchi, & Ritrangoli, vt latè per Petr. Cabal. dict. cas. 188. n. 7. & seq. & in vrbe Stocchi, & Bistocch. & Rōpicolli, super quibus disponit statutū vrbis, lib. 1. c. 153

13 Symoniæ crimen dicitur merè ecclesiasticū. & ad iudicem ecclesiasticū spectat illius cognitio, Iul. Clar. §. Simonia vers. hoc crimen per gloss. fin. in c. cum sit generale de for. compet. cōiter receptam, vt testatur ibi, Anan. nu. 9. Farinac. q. 8. n. 128. Dec. in tract. crim. tom. 1. c. 26. n. 5. vbi hanc opinionem auctoritatibus comprobat, & respondet, contrarijs, sed in vno casu tantum dicit, ꝙ fortè iudex laicus posset punire laicū Symoniacum, vt si dedisset pecuniā vt ipse, vel eius filius aliquam dignitatem ecclesiasticā haberet, & tamen non fuerit electus, propter huiusmodi conatum laicus possit per iudicem sæcularem puniri.

14 Periurium est etiam crimen mixti fori, & potest puniri per vtrumq. iudicem ecclesiasticum, & sæcularem. Ancb. cons. 196. nu. 11. vers. quædā sunt crimina, Rom. cons. 512. nu. 11. vers. quod tertium, vbi testatur de communi. Dec. d. cap. 26. num. 6. vbi concordātes allegat, & testatur de communi, Card. Tusch. tom. 5. concl. 263. nu. 12. qui etiam testatur de communi.

15 Iuramentum est ēt mixti fori vbicumque agitur de obseruantia iuramenti, Felyn. in cap. cum sit, n. 6. vers. recepit d. regula de for. compet. & ibi Barbat. n. 190. text. in cap. fi. de for. compet. vbi communiter Doct. vt testatur, Card. Tusch. d. conclus. 293. nu. 13. qui cōcludunt, quod iuramentum addat forū foro, pro cuius declaratione, vide quæ latè posuit, Farinac. d. q. 8. nu. 141. cum pluribus seq. Dec. in d. c. 26. n. 6. & latissimè Card. Tusch. in d. conclus. 293. n. 13. cum plurib. seqq.

16 Matrimonij causa sine altercatione tāquam spiritualis ēt inter laicos cognoscitur per iudicē ecclesiasticum, cap. multorū, 35. q. 6. cap. auditis de præscript. cap. accedentibus de excessib. Prælator. Couar. in epithom. de sponsal. cap. 8. nu. 1. & seqq. §. 12. ēt si agatur de Thori separatione ob adulterium, fornicationem, lepram, vel ob aliam causā; Rom. sing. 664. vbi firmat hoc in iure esse clarissimū per text. in c. tuæ de procur. Couar. in epith. de sponsal. c. 7. §. 5. n. 8. nec principaliter, nec incidēter de causa matrimonij iudex laicus cognoscit, Dec. in c. 2. nu. 24. de iudic. in cap. & si clerici, num. 25. eod. tit. Couar. in d. epith. de sponsal. cap. 3. §. 3. nu. 4. vbi etiam subdit etiamsi laicus vti ab ecclesiastico delegatus de tēporali causa cognoscat. non poterit tamen causā incidenter expedire si ea ad legimationē matrimonij spectat Farin. in q. 8. nu. 149.

Nisi tamē esset quæstio facti, puta an quis sit natus ex tali matrimonio, vel an mulier sit desponsata, vel non, & sic super incidenti factum respiciente, iudex sæcularis cognoscere poterit, Couarr. in epit de sponsal. cap. 8. §. 12. nu. 3. Villalob. in comm. opin. in verb. iudex, n. 107. Arnal. Alber. in trac. de cognoscen. assert. Cathol. & hæret. quæst. 25. nu. 51. & seqq. & præsertim in q. 23. num. 12. firmat, quod criminaliter agitur Farinacc. d. q. 8. nu. 150. vbi ponit aliam limitationē, quam non refero, quia illam veram non reputo, sed Ant. à Gail. dec. Lusit. 89. refert fuisse remissam causam super validitate dispensationis ad iudicem ecclesiasticum, ac ēt super lucro dotis ex dict. matrimonio resultante, Vinc. de Francb. dec. 512. per totam p. 3. dicit, quod si contingat disputari super aliquo emergenti respicientem validitatem matrimonij, vel professionis, vel separationis Thori, vt eius cognitio remittatur ad iudicem ecclesiasticū, & supersedeatur in causa principali, & ex patetur resolutio d. emergētis, & secundū illam, deinde iudex sæcularis omnino pronunciet, & si adesset, res iudicata in sententia iudicis ecclesiastici, & allegatur coram iudice laico omnino illam admittere debeat per tex. in c. fi. de excep. in 6.

17 Laicus delinquēs vna cū Clerico ratione cōnexitatis punitur per iudicē ecclesiasticū, & quia priuilegiatus, & magis dignus trahit ad se nō priuilegiatū, & minus dignum, Marant. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 11. n. 22. Paris. cons. 154. n. 1. lib. 4. Card. Alban. cons. 13. n. 6. Menoch. de arbitr. cas. 371. nu. 13. vbi de magis communi, & alij relati per Farinac. q. 8. n. 151. Card. Tusc. tom. 5. conclus. 293. n. 28. vbi alios allegat, & testatur de communi, Petr. Calefact. cons. 101. n. 2. & seq. tom. 1. crimin. diuers. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resol. 48. n. 4 & seqq. Alex. Trentac. cons. 12. nu. 12. vol. 2.

Contrariam opinionem, vt etiam isto casu iudex laicus cognoscere possit de causa laici cōplicis cū clerico, tenēt Crau. cons. 232. vbi respōdet cōtrarijs, Couar. var. qq. c. 34. n. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 213. n. 7. & seqq. Osasch. decis. 103. nu. 10. Rebuff. in auth. Habita priuileg. 106. C. ne fil. pro patre, vbi testatur de magis recepta in praxi opinione, Iul. Clar. §. fin. q. 36. versic. euenit plerūq. Ant. Gomez tit. de Delict. c. 10. n. 6. Stephan. Lābertin. de Contract. cor. gl. fin. nu. 244. Farin. d. q. 8. n. 151. vers. contrariū, vbi alios allegat, & testatur de magis in pract. recepta cōi opinione, & ibi latè respondet contrarijs, & ibi concludit istū laicū posse ab vtroque iudice puniri, eandem opinionem tuetur, Andr. Fachin. controuar. iur. lib. 9. c. 21. vbi et'a cōtrarijs respōdet Vinc. de Franch. decis. 426. vbi latè Capic. decis 173. vbi testatur ita fuisse per Concil. Neap. obseruatū, Alexand. Trentacinq. cons. 12. n. 12. in fin. vol. 2. vbi refert, quod quo ad laicos alia opinio habet difficultatem, licet quādoq. ēt quo ad laicos seruētur teste Foller. in pract. crim. part. 1. 2. part. cap. audiētur excusatores, nu. 79. Quoniam pro ista contraria opinione facit, quod plures inquisiti de eod. delicto quilibet debeat per iudicem suu puniri, adde latè tradita per Vinc. de Francb. in d. dec. 426. Menoc. d. cas. 371 n. 13. in fi. testatur, ꝙ iudices, laici vix obseruant supra allegatam magis communc opinionem licet esset obseruanda, ne continentia causæ diuidatur vbi per totum casum declarat quando, & in quibus casibus continentia causa diuidi possit.

18 Vel saltim iudex laicus isto casu procederet cōtra sæcularem, quando pęna sanguinis esset imponenda, vel quando non esset ab ecclesia sufficienter punitus, vel si materia esset diuidua, vel quando ad fauorem tertij allegaretur, vt post Boss. in tit. de for. comp. nu. 147. Socin. in cap. 2. nu. 30. vers. sed aduerte de mutu petit. & Felyn. in cap. 1. n. 6. circa finem de præscript. Card. Tsuch. in d. conclus. 293. num. 39.

19 Laicus offendēs alium laicus in ecclesia punitur ꝑ iudicē sęcularē, & non per ecclesiasticum, secundum Bart. in l. si cui, §. fin. nu. 3. de accusat. Roland. cōs. 24. n. 5. lib. 1. Doct. in l. si quis in hoc genus, C. de episc. & cleric. & præcipuè Castr. nu. 3. Franc. Marc. dec. 989. nu. 2. lib. 1. Iul. Clar. §. fin. q. nu. 17. vbi de magis communi, Decian. in tractat. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 27. nu. 34. & cap. 26. num. 12. & cap. 30. nu. 15. lib. 6. tom. 2.

vbi reddit rationem Caualc.de Brach.reg.p.1.nu.75. 98.95.Farinac.q.28. sub num.62.Menoch.conf.100. nu.27.lib.10.Cadin.Tusch.tom.5.conclus.293.n.26. latissimè Petr. Caball. in quæst.crim.cas.194. num.2. vbi infinitos alios cumulauit,sed Cardin.Tusch.tom. 4.concl.59.n.8.& seqq.latissimè impugnat opinionē, Bart. & Iul.Clar.vt iudex ecclesiasticus possit punire delinquentes non solum pęnis spiritualibus,sed etiam tēporalibus,& hanc suá opinionē substinet,& rationibus, doctorū auctoritatibus cōi opinione scribentiū, & in specie de communi testatur sub nu. 17. & idem voluit,Caball.d.cas.194.n.11.vbi alios allegat,vt possit punire laicos delinquentes in ecclesia etiam pęna pecuniaria,Caualc.de Brach.reg.p.1.n.75.circa finē, vbi etiam decidit,quod Archiepiscopus cognoscit de delictis commissis per Clericos non regulares,& Nūcius Apostolicus cognoscit contra clericos regulares, & quod episcopus puniat laicos etiam pęnis temporalibus de veriori opinione testatur,Prax. Archiepis. Neap.c.13.num.3.vt dixi supra c.8.num.28.

20 Idēque erit quando laicus ostendit clericum in ecclesia,vt puniatur per iudicē sæcularem colligitur ex tex.in d.l.si quis in hoc genus vers.siue sacerdotib.siue alicui loco Religioso irrogetur iniura aliqua præsens,&c.Menoch.in d.conf.100.sub nu.27.Thesaur. decis.224.nu.2.& seq.Ang.de Malef.in verb.in Scalis sancti Petronij n.1.Card.Tusch.to.5.concl.293.n.27. Petr.Caball.in d.cas.194. n.9.& in fine testatur,quod pluries ipse obseruauit, & quod numquam fuit impeditus a iudice ecclesiastico, vide Caualc.d.p.1. nu.75. vbi bene loquitur, Scacc.de iud.lib.1. c.18.nu.13.

Quæ opiniones,Bar. & sequacium procedunt quādo delictū,prout sunt termini propositi est sęculare,secus si delictum esset mere ecclesiasticū, quia in eo iudex sęcularis nō se intromittit; & cū in proposito laicus offendēs Clericū,vel aliū laicū in ecclesia dicatur cōmittere vltra crimen principale etiam sacrilegium ratione personæ,vel loci vterq;iudex poterit punire, sæcularis,& iudex ecclesiasticus & sic vterque punit, vnus in pœnis tēporalib.alter in pœnis spiritualib.Iul. Clar.§.fi.q.36. sub n.47. Amod Iust.insignis officialis cōciuis meus in tract.de sindic.n.177. Dec.in d.c.26. n.1.& sub n.22.dicit esse delictum mixti fori,& idem firmat,Guid.Pap.decis.562.n.2.& seq.Farinac.q.28. n.62.vbi alios allegat,& latissimè,qui alios etiam cōcordantes cumulauit,Petr.Caball.in d.cas.194. nu.5. cum plur.seq.& n.10.& seq.Caualc.d.p.1.n.75.Card. Tusch.d.concl.293. n.22. vbi de cōmuni,qui omnes conueniunt , quod sit delictum mixti fori , & ratione sacrilegij iudex ecclesiasticus procedat contra delinquentes,sed contra Bar.& eius sequaces,vt supra dixi in delictis etiam sæcularibus commissis per laicos in ecclesia iudex ecclesiasticus poterit eos punire etiam pœnis temporalibus secundum communem opinionem attestatam per Card. Tusch. & per Doct.adductos per Petr.Caball.in locis supra adductis,& Scacc. d.c.17. n.13.etiam firmat,ꝙ iudex ecclesiasticus habet in istis delictis iurisdictionem priuatiuam quo ad iudices laicos , sed non laici quoad ecclesiasticos,qui possunt procedere ad pœnas spirituales .

21 Bene verum est, ꝙ licet iudex sæcularis etiam si in præfatis casib.procedere possit contra delinquētē in ecclesia,nō potest talē delinquentē ab ea extrahere, sed illū petere ab Episcopo, qui delinquētē capiat,& sibi tradat,Roland.conf.24.n.15.lib.2.Dec.lib.4.c.17. sub n.34.in 4.limit.Petr.Caball.in d.conf.194.nu.12. de quo dicam latè infra in materia Bullę Greg.XIIII.

22 Idemque erit dicendū in illis , qui violant immunitatem ecclesiasticā, siue extrahēdo res,vel personas, vel alia similia faciēdo,siue extra ecclesiā infra immunitatē ecclesiæ per triginta,vel quadraginta passus,vt delictū dicatur mixti fori, & vterq;procedat,de quo tamē vide latè Card.Tusch.in d.concl.293. n.11.vbi alios Doct.loquentes de ista materia cumulauit Dec. in d.c.26.n.23.& derobantes ecclesias etiam puniuntur per vtrumque iudicem,Dec.in d.c.26.nu.20.

23 Assassinij crimē dicitur etiam mixti fori c.1.de homicidio in 6. vbi notant omnes vt testatur Dec. in d. c.26.n.17.& quid in clerico assassinium committente dixi supra cap....

24 Delictum commissum in confinio Territorium , si percipi non possit, cuius Territorio ille locus subiaceat, & Territoria cōtēdātur inter iudicē ecclesiasticū,& sęcularē,vterq;iudex poterit cognoscere de illo delicto,Dec.in d.c.26.n.18.Caualc.de Brach.reg.p.4. n.250.& latè idem Dec.lib.4.c.17.nu.16.vbi infert in proposito ad multas quæstiones,& idem Caualc.p.1. n.197.dicit quod illa iurisdictio præualet versus quam occisus faciem vertit, & caput habet quia ibi præsumitur factum delictum,vel homicidium .

25 Stuprum est mixti fori,Menoc.cas.288.n.21.& seq. in addit. vbi dicit quib.iudex ecclesiasticus arbitratur dotē cōstituendā à clerico stupratore sęcularis à laico stupratore; sed alij distingunt,qnod violentum stuprū cognoscatur à iudice laico, & voluntariū sit mixti fori Thesaur.decis.148.n.4.Alij autem tradunt ꝙ si stuprum habeat adulterium annexum,quia stuprator sit vxoratus sit mixti fori, Alij autem tradūt ꝙ de stupro commisso à clerico iudex ecclesiasticus cognoscat,& commisso a laico sæcularis cognotcat , vt est videre per Doctores adductos per Moder.Rom.q.147.n.53.

26 Duas ducēs vxores, eius cognitio spectat ad sancti officij inquisitores,Arnal. Alber. in tract. de agnosc. assert.Cath.q.23. per totam,& præcipuè sub nu.64. Scac.d.c.22. n.55. vbi alios allegat,lib.1.de iudic.Secus si ista qualitas heresis non adesset,quia iā appareret,ꝙ ita fuerit factū potius ex concupiscentia,quā ꝙ male sentiāt de fide,& tunc cognitio istius delicti erit mixti fori,& inter istos iudices erit locus pręuentioni, Arnal.in loco citato sub n. 74. & seq.Farin.d.q.8.nu. 127 vers.amplia hanc,& iudex laicus ꝑcedens cōtra accusatū, vel inquisitū, ꝙ duas habeat vxores,& neget inquisitus eas esse suas vxores an super matrimonio earū possit testes recipere.Ang.de malef.in verb. *che hai adulterato*,n. 59. dicit,ꝙ sic,licet aliqui contra tenuerint,vt refert Dec.in d.tract.crimin.c.26. n. 26.lib.4.tom.1.

27 Primo limita,& intellige in crimine hęresis,in quo iudex ecclesiasticus , & non sæcularis inter alios erit Iudex competēs,Siman. in Enchir.iudic.Viol.Rebg. tit.6. & tit.66.Federic.de Sen.conf.15. vol.2.Gundisalu.in tract.de hæret.c.15. Farinacc.q.8. n.127. Iul. Clar. in §. hæres versic.hoc crimen.Decian.in tract. crimin.tom.1.lib.4.c.26.num.4.

Et plures sunt species iudicum in causa hæresis,1. sunt ordinarij,secundo delegati à lege,tertio delegati à Sede Apostolica, & quarto delegati ab Episc. vt de singulis post canonist.& alios quos allegat tradit Decian.in

cian.d.cap.26.fub num.4. fub verfic.aduertendum,& verfic.feqq.

Et fequuta declaratione per inquifitores, fi reus fuerit traditus Curiæ fęculari puniendus,iudex fæcularis non poterit denuò formare proceffum,& cognofcere caufam fecundum canoniftas, quicquid dixerint Doct.iuris Ciuilis difpofitionem fequentes,latè Felin. in c. ad abfoluendam de hæret.per text.in c.vt inquifitionis,§.prohibemus de hæret.in 6.Carrer.in pract. crimin.in tract.de hæret.n.63. Dec.in tract.crim.d.c. 26.n.4.fub verb.fed difficultas verfic.contrarium tamen,Iul.Clar.§.fin.quæft.96. nu.7. & dicam in vltim, defenfion.cap.4.

28 Secundo limita in caufis fpiritualibus, & ecclefiafticis,in quib. folus iudex ecclefiafticus,tàm principaliter,quàm incidenter eft iudex ėt inter laicos,c.tuam de ordin.cognit.capitulo lator,qui fil.fint legit. & eft communis opinio,vt per Viu.commu.opinion.lib.1.in verb. iudex,& concordat Bulla Pij IV.de non admittenda appellat.Farinacc.q.8.n.126.& fub n.18.& feq. declarat, quæ dicantur caufæ fpirituales, & Abb. in capit. cum fit generale,nu.30. & feq.de for.compet.

29 † Declarat etiam quando crimina dicantur merè ecclefiaftica,quæ merè fęcularia,quæ mixta.

30 Tertio limita vt periurium,facrilegium,& adulteriũ,& fimilia fint mixti fori,& poffint puniri p iudicẽ fęcularẽ,quando funt commifsa per laicũ,fecus fi per clericum,quia tũc ad folũ iudicẽ ecclefiafticũ fpectat eorum cognitio,Guid.Pap.decif.178.Card.Tufc.to. 5.cõcl.293.n.43.& quod Periurium fit mixti fori,poft Archid.& Guid.Pap.Mar.Ant.Macerat.lib.2. refolution.60.cafu 7.in fine.

31 Quarto limita,quod licet adulterium,& fornicatio fint mixti fori,tamen cõcubina,vel fornicaria Clerici non poteft per fæcularem iudicem puniri, nifi fit publicũ,quia hoc efset infamare Clericũ,& ratione fcãdali non eft licitum fęculari hoc facere,Anchar.conf. 196. n.4. & feq.Iul.Clar.§.final.quæft.37.num.7. vbi de communi Card.Tufch.tom.5.concl.293.n.44.vbi

32 † poft Anch.d.conf.196.n.7.& feq.dicit q ad quærelã iudex fæcularis poterit punire dictã fornicariã,vel concubinam clerici,licet delictum nõ fuerit notoriũ.

33 Quinto limita, & intellige in cafibus mixti fori,in quibus iudex ecclefiafticus poteft procedere contra laicum non poteft illum in carcerẽ conijcere, neque capi facere perfonaliter,neque eum punire,fed tantũ poteft contra eum procedere per cenfuras,vt tradũt aliqui Doct.relati per Iul.Clar.in q.36.nu.8.& ibi teftatur quod ita Mediolani obferuatur, & latè Dec. in tract.crim.lib.4.to.1.c.26.num.12.

Nifi iudex ecclefiafticus aliter pręfcripferit vt poffet laicos carcerare,vel punire,quia talis confuetudo teneret,vt per Iul.Clar.in d.§.final.q.36.num.8.in fin. Dec.in d.c.26.num.15.in fin.poft alios,quos allegat, Scacc.de iud.lib.1.c.12.num.80.in fine.

Sed contrariam opinionem tenent alij Doct.relati per Iul.Clar.in d.q.37. fub n.8.vt iudex ecclefiafticus puniat,& carceret laicos in criminibus mixti fori aliter quam per cenfuras,Couarr.pract.queft.10.n.2.vbi alios allegat plenius,Barbat. inter confil.crimin.tom. 1. confil.93.num.11.& feqq.& ibi tollit contraria,& quatenus pręfcripferit fine dubio dictos laicos carcerat.& punit.vt de cõmuni teftatur Iul.Clar.in d.q.36. fub n.8.fed talis præfcriptio non requiritur,cum hoc poffine in dices ecclefiaftici facere de iure cõmuni, vt fuit obtentum Mediolani tempore fel. record.Sancti Caroli Cardinalis Borromæi, vt refert Card. Tufch. d.concl.293.num.41.42.latiffimè Petr.Cabball.in q. crim.caf.194. nu.7. & feq. vbi concordantes allegat Card.Tufch.in litt.I, tom.4.concl.59.num.8. & feq. Prax.Archiepifc.Neap.cap.13.num.3.vbi de veriori, & dixi fupra in cap.9.num.28.

34 Sexto limita,& intellige, vt Clericus falfum dicens corã iudice criminali, vel ciuili fæculari,non põt puniri per ipfum fæcularẽ, Dec.d.c.26.nu.21. Iul.Clar. §.fin.q.38.num.13. verficulo tertia fuit opinio,vbi de cõi,vt non poffit illum punire, neq. pœna corporali, neque pecuniaria,vbi tenet,quod poterit cognofcere de caufa falfitatis,non ad effectum clericum puniẽdi, fed expediendi caufam,& quod nõ poffit puniri a iudice laico, latè poft alios, quos allegat Petr. Caball. cafu 261.per totum, Caualc.de Brach.reg.par.2.nu. 125.ficut nõ poteft puniri clericus per laicum de delicto commiffo ante clericatum,latè Petr.Caball.caf. 259.per totum,cent.3. vbi concordantes cumulauit, & quod iudex laicus non poffit punire clericũ falfum deponentem coram ipfo de veriori, & cõiori fententia teftatur,Andr.Fachin.cõtr.iur.lib.9.c.27. vbi etiã contrarijs refpondet,imò fi patiantur clerici puniri a iudice laico, & priuilegium non allegent debent per iudicem ecclefiafticum puniri pœna arbitraria,Bald. in l.1. in fine, C.de indit.vid.tollend. Foller.in pract. in verb.audiantur excufatores,nu.38. Prax.Archiep. Neapolit.cap.6.nu.8.Cabal.caf.222.n.9.& feq.cẽt.3.

Sed è cõtra iudex ecclefiafticus poterit punire laicum falfum deponentẽ coram eo, licet locus fit præuentioni inter iudicẽ laicum,& ecclefiafticũ,Iul.Clar. d.q.38.num.14.vbi refert,quod ita alias fuit iudicatũ tefte Afflict. decif.219. fed iudex ecclefiafticus non poterit illum punire poft fententiam latam in caufa principali,Vrfil.ad Afflict.in d.decif.219.& alij relati per Baiard. in dict.quæft.38.num.38.

35 Septimo limita,& intellige, q iudex ecclefiafticus in punitione iftorũ criminũ mixti fori obferuabit iura canonica, & iudex laicus iura ciuilia, ex traditis per Anch.in d.c.ea quæ nu.28.de regul.iur.in 6. Decian. in d. cap.26. num. 24.

36 Octauo limita fi laicus immiferit orizam in bonis ecclefiafticis,non poterit puniri per iudicem laicum, fed per ecclefiafticum,vt confuluit Petr.de Surd.confil. 304.per totum,volum. 1.

37 Condemnatus autem, vel abfolutus ab vno iudice in iftis criminib. mixti fori, an poffit puniri per aliorũ,latè Iul.Clar.§.fi.q.57.Cardin.Tufch.tom.5. cõcl. 293.num.46.& feq latè Scacc.de iud.lib.1.c.12.n.81. & feqq. Farinacc.quæft.4. ferè per totam, de quo dicam latè infra in defenf.2.c.7. & defenf.36.cap.11.

Iudex criminalis quando cognofcat de caufa ciuili.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex criminalis non cognofcit de actione ciuili.*

2 *Etiamfi fuerit in eum ex confenfu partium prorogata iurifdictio.*

3 *Et etiam fi in caufa fuerit ciuiliter intentata.*

4 Iudex criminalis cognoscit de actione ciuili, non principaliter, sed bene incidenter.

5 Quæstio, quæ dicatur incidens, vel emergens remissiuè.

6 Iudex criminalis condemnat criminaliter furem, & etiam ad restitutionem rerum ablatarum.

7 Iudex criminalis condemnat incidenter super actione ciuili, siue procedat per accusationem, siue ex officio.

8 Contrariam opinionem tenent ibi Doct.

9 Iudex criminalis condemnat incidenter ab interesse ciuile, etiam si per partem petitum non fuerit.

10 Contrariam opinionem tenent ibi Doct.

11 Iudex criminalis si incidenter non condemnat ad interesse ciuile, tenetur de suo.

12 Item peccat mortaliter.

13 Iudex criminalis cognoscens de amotione termini, potest etiam cognoscere de finibus.

14 Iudex criminalis cognoscens de falsitate testium, potest etiam retractare sententiam latam occasione falsorum testium.

15 Iudex criminalis potest cognoscere de actione ciuili quandocũq; ante sententiã, si pars super hoc institerit.

16 Fur punitus de furto, non debet relaxari a carceribus, nisi parti satisfecerit.

17 Iudex criminalis cognoscit de causa ciuili incidenter, licet super crimine non fuerit lata sententia.

18 Iudex criminalis potest annullare actum, licet non condemnet notarium, vel partem criminaliter; quia annullare actum est irrogare pœnam.

19 Farinacc. impugnatur, & defenditur decisio Rotæ Romanæ, vt iudex criminalis possit annullare instrumẽtum, licet absoluat notarium, & ibi respondetur motiuis factis per Farinacc.

20. Declaratio per Authorem datam ad dictam decis. Rotæ Romanæ.

21 Iudex criminalis non cognoscit incidenter de interesse ciuili quando reus non est confessus ore proprio, sed condemnatus in contumaciã, vel conuictus per testes.

22 Contrariam opinionem quando est condemnatus in cõtumaciam tenent ibi Doct.

23 Pœna imposita ab eadem lege, vel statuto potest infligi per iudicem super interesse ciuili etiam contra contumacem.

24 Conuictus per testes potest etiam per iudicem criminalem condemnari super interesse ciuili.

25 Iudex criminalis an condemnare possit super interesse ciuili condemnatum ex præsumptionibus.

C A P. XII.

1 DEfensor autem carcerati inuigilare debet, quod iudex criminalis cognoscens de crimine nõ se immisceat de interesse, vel actione ciuili per Tex. in l. solemnus §. latrũculator, ff. de iudic. Ang. de Malefic. in verb. per iudicem maleficiorum, num. 1. Farinacc. q. 1. n. 62. Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 82. n. 1. vbi firmat, quod ita notant omnes, Alex. Gambar. Imolen. inter cons. Farinacc. cons. 40. n. 27. vbi concordantes allegat, & firmat, quod processus factus per iudicẽ delegatum ad causas criminales super interesse ciuili sit nullus, ad latissimè tradita per Vant. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. per totum.

2 Quæ cõclusio est vera etiã si iurisdictio fuerit prorogata in iudicem criminalem ex cõsensu partium, vt nõ possit cognoscere de causa ciuili, Ang. de Malefic. in d. verb. per iudicem maleficij num. 1. Farinac. d. q.

3 1. num. 62. † Ac etiam in causis criminalibus ciuiliter tantum intentatis, vt non sit iudex criminalis competens Rota decis. 19. tit. de iudic. in antiq. Felin. in c. inuenimus, nu. 11. de accusat. quos refert, & sequitur, Menoch. de arbitrar. q. 82. nu. 1. & seqq. lib. 1. & Farinacc. d. quæst. 1. num. 62. in fin.

4 Quod Doctores admittunt, vt iudex criminalis nõ possit cognoscere de causa, vel interesse ciuili principaliter, sed bene incidẽter poterit de q. ciuili descẽdẽte ex eodẽ facto, de quo criminaliter cognoscit ratione connexitatis cognoscere, Boss. in tit. de for. comp. n. 121. Menoch. de Arbitr. q. 91. num. 8. & quæst. 82. n. 10. & seqq. lib. 1. & in tract. de retinen. possess. remed. 3. nu. 552. & seq. Farinacc. q. 1. n. 63. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. sub n. 47. vbi de communi, & alios allegat Baiar. ad Iul. Clar. q. 2. num. 9. in fine, latè Petr. Caball. in q. crimin. cas. 82. n. 2. & seqq. & sub nu. 7. ponit hoc dictum pro conclusione, Caual. de Brach. reg. p. 4. n. 228. vers. quãuis. Sed in iudice habente brachiũ regiũ, ac in iudice ordinario habẽte vtramq. cognitionẽ causæ ciuilis, vel criminalis principaliter permittitur cognitio causę ciuilis etiã q̃ pronũciaret super delicto quando adesset apposita clausula in querela super quibus omnibus, & singulis principaliter, & de per se, Caualc. d. p. 4. sub nu. 288. vers. at in iudice nostro, vbi testatur, quod ita seruatur Florentiæ, & ibi adducit, doct. scribentes de dicta clausula.

5 Quæ dicatur, quæstio incidens, vel emergens tradit Menoch. de Arbitr. q. 45. lib. 1.

6 Hinc infertur, quod iudex potest furem ad pœnam delicti criminaliter, & ad restitutionẽ rerũ ablatarũ, nec nõ ad damna, & interesse insimul incidenter condemnare, Bart. in l. interdũ, §. qui furem. n. 4. ff. de public. iudic. Farinacc. quæst. 1. num. 64. vbi concordantes allegat, & testatur de communi, Honded. consilio 99. num. 51. volum. 2. Petr. Caball. d. cas. 82. num. 3. qui etiam alios allegat.

7 Primo amplia, vt hoc procedat siue iudex procedat ad quærelã partis, siue ex officio, vt possit reũ cõdemnare ad dána, & interesse, ac ad rei restitutionẽ, Rol. cons. 30. n. 7. vol. 2. post Ang. Cyn. Ruin. & alios, quos allegat, & sequitur, Farinac. q. 1. n. 64. in fin. Crauett. cons. 53. n. 3. vers. quod procedit, col. 1. Iul. Clar. §. fin. q. 2. nu. 7. Petr. Caball. in q. crim. cas. 82. n. 4. & seq. Capel. Tholosan. quæst. 22.

8 Cõtrariam opinionẽ tenet Petr. de Surd. cons. 266. n. 18. & seq. vol. 2. vbi adducit alios Doctores tenẽtes contra opinionẽ Crauett. & testatur hanc esse cõmunẽ opinionem, Sed Capell. Tholos. d. quęst. 22. videtur distinguere inter iudicem iuris poli, & iuris fori, vt primus possit, secus secundus, iure fori, & arbitror, quod sit bona declaratio.

9 Secundo amplia, vt procedat si procedatur per viã accusationis, sed a parte non fuerit petitum cõdẽnari ad interesse ciuile, adhuc iudex poterit super dicto interesse ciuili pronũciare, vt post Ant. Sola in cõment. Const. Sabaud. in verb. vt nemo inuitus accusari, num. 2. fol. 170. Baiard. ad Iul. Clar. q. 2. num. 7. in fine, Petr. Caball. in d. cas. 82. num. 4. & 10. per Crauett. cons. 14. in 1. dub. consil. 53. nu. 3. & cons. 58. sub n. 2. Idem Baiard. q. 93. nu. 3. vers. item adde, vbi subdit, licet hodie iudices obliuiscantur.

10 Contrariã opinionem tenet Petr. de Surd. in d. cõs. 266. n. 18. & seq. vbi etiam testatur cõtra Crau. extare commu-

communem opinionem,& ibi adducit Doct.tenentes hanc opinionem contrariam, qui volunt,vt pars omnino petat reum condemnari ad rei reſtitutionē, vel ad damna, & intereſſe,vt iudex ſuper ei pronunciare poſſit, & ante eum alios concordantes allegando tenet Farinac.d.q.1.num.67.

11 Tertio amplia, vt in tantum iudex teneatur condemnare reum ad intereſſe ciuile, vel ad reſtitutione rerū ablatarū, ac ad damna,& intereſſe,vt ſi hoc neglexerit teneatur de ſuo inſolidū parti,Crauet.d.cōſ. 53.n.2.Baiard.ad Iul.Clar.in d.q 2.n.7.in princ.Petr. Caball.d.caſ.82. n.6.vbi alios allegat,& in ſpecie deciſ.Tholoſ.22 in princ.& ibi Aufr.in add.nu.4.

12 Quarto amplia,vt in tantum teneatur iudex criminalis pronunciare ſuper intereſſe ciuili, vt ſi hoc non faciat,peccet mortaliter,Scot.in 4.lib.ſenten.diſtinct. 15.q.2.quem ſequitur Nauarr.in Manuali c.37.n.136. Baiard.d.q.2. nu.8.vbi teſtatur opinionem Scoti eſſe communiter receptam.

13 Quinto amplia, vt iudex criminalis cognoſcens de amotione terminorū poterit ēt cognoſcere de finib. l.4.§.ſi dicetur,ff.de re iud.Petr.Caball.d.caſ.82.n.8.

14 Sexto amplia,ꝙ ſi quis accuſet aliquem de productione falſorū teſtiū, poſſit coram eodem iudice cumulare iudiciū ciuile,& petere ꝙ retractetur ſētētia prætextu ipſorū falſorum teſtium lata,vt notat Alex. poſt Imol. in l. Diuus notab.vlt.ff.de re iud.quem ſequuntur Soccin.in conſ.60. num.2. lib.4.Crau.conſ. 14.ſub numero 1.conſil.58.ſub num.2.Petr.Caball.in d.caſ.82.num.9.& ſeqq.

15 Septimo amplia, vt pars, quæ paſſa fuit damna,& intereſſe poſſit inſtare, vt ſuper eis pronūcietur incidenter quandocumq; ante ſētētiā etiā publicatis atteſtationibus,tam pro parte Fiſci,quàm pro parte rei inquiſiti, ſaltim quando ex eiſdem actis inſtitiam ſibi adminiſtrari petit,Crauet.conſil.14. ſub n.3. vbi latè, quem refert,& ſequitur,Petr.Caball.in d.caſ.82.num. 12. vbi teſtatur ita in contingentia facti fuiſſe obſeruatum,& coram iudice ſupremæ auctoritatis poteſt inſtari, vt procedat etiā ſuper intereſſe ciuili Caualc. de Brach.reg.p.4. nu.288.verſ.quamuis qui loquitur in iudice habētē brachium regium,& idem dicit eſſe in ordinario ſi petatur iudicari cū clauſula ſuper quibus omnibus,& ſingulis principaliter,& de per ſe,vel ſi tàm coniunctim, quàm diuiſim dummodo fuerit capax iuriſd.criminalis.

16 Octauo amplia,vt ſi fur fuerit fuſtigatus, vel punitus ꝓ furto,& condemnatus ad reſtitutionē bonorū ablatorū,vt nō ſit per iudicem relaxandus donec furtum reddiderit,Aufr. ad Capell.Tholoſan.quæſtione 22. num. 3. Petr.Caball.d.caſ.82. numero 7. vbi admonet cuſtodes carcerum, ne talem ſic condemnatum,& punitum relaxent,niſi prius ſit ſatisfactum Fiſco,& parti, quid ſi fuerit inſtatū per Fiſcum,vt ſententia exequatur,nō facta reſtitutione,vide latè eūdē. Petr.Caball.caſ.146. per totum in qq.crimin.

17 Nono amplia, vt iudex criminalis poſſit cognoſcere de cauſa ciuili incidenter licet aliter de crimine nō conſtet, nec ſuper eo ſententia fuerit lata,& ſi ciuiliter accuſatus fuerit condemnatus, talis ſententia erit valida,vt poſt Sim.de Druſ.conſ.49.n.2,vol.2.conſil. diuerſ. in paruis,& Menoch. de retinend.poſſeſs. remed.3.numero 549.Baiard.ad Iul.Clar.quæſt.2.num. 9.verſiculo item adde.

18 Decimo amplia,vt iudex criminalis poſſit annullare inſtrumentu abſque eo, ꝙ condemnet notariū,vel aliū de falſitate,cū annullare actū dicatur pęnę inflictio, text.in l. Turpia,& ibi Doct.præcipuè Alex.in 1. notab.& Iaſ.nu.2. ff.de leg.1.Iſenatus,ff.de contrah. empt.Iaſ.in l.cognoſcentes in 1.lect.nu.18.& ſeq.de conſt.vbi latè Alciat.reſponſ.7.nu.27.lib.2.Rim.Iun. conſ.112.n.75. & ſeq.vol.2. latè Lancell.in tract.de attent.in 3.par.c.21.rubr.de pœnis attent.n.9. & ſeq. vbi concordantes allegat, & firmat, quod annullare actum ſit pœna,& idem voluit Bocr.deciſ.1.n.16.vbi etiam ipſe alios allegat, adeſt deciſio Robuſt. in vna Bonon.nullitatis legitimationis de Sancto Petro,quā deciſionem per extenſum ponit,Farinacc.conſ.69.n. 9. in qua declaratum fuit non eſſe adhibendā fidem cuidam inſtrumento, vel ſcripturę,licet notarius non fuerit cōdēnatus ex crimine;quia ciuilis actio,vt ſcripturę, fides non adhibeatur, ex crimine deſcendit l. damnus,vbi Salic. C. de crim.falſ.& quando actio oritur ex crimine, poteſt iudex cauſæ criminalis de illa cognoſcere,Boſſ.tit.de decret.Mediolan.num. 30.

19 Modern.Roman.Farinacc.in d.conſ.69.num.2.& ſeq. videtur impugnare dictam Rotæ deciſionem, & dicit illam eſſe contra omnia iura,& Doctorum opiniones volentes iudicem criminalem non poſſe de actione ciuili etiam ex crimine deſcendente cognoſcere principaliter, ſed tantum incidenter ut tradita per Felin. in c.meminimus,num.11. de accuſat.Rot. deciſ.10.nota quod vbi agitur tit.de iud.in antiqu.cum alijs per Menoch.de arbitr.lib.1.quæſt.80. num.2. & ſeq.& ideò videtur velle hanc quæſtionem declarare, vt procedere poſſit in quibuſdam caſibus, per eū poſitis,quos hic referam.

Et primus ſit quando iudex criminalis condemnat aliquem accuſatum in pœnam criminalem principaliter,& ſecūdario ad damna,& intereſſe partis,& iſto caſu ſit vera iuxta doctrinam,Bar. in d.l.interdum,n. 4.cum alijs adductis.

Secundus caſus ſit quando iudex criminalis reum expreſſè abſoluit a criminalitate, & tunc non poſſit eundem ciuiliter condemnare,Natt. conſ.407. n.14. lib.2. Rim.Iun.conſ.106. num.8.tom.1.crim.diuerſ. Bertazz.conſ.432. lib.1.& latius dixit idem Farinac. in conſ.11.num.48.

Tertius caſus quando ommiſſa criminali condemnatione,vel expreſſa abſolutione,reū ciuiliter cōdēnat,aut ad rei reſtitutionem, aut ad annullationē inſtrumenti, & tunc vult,ꝙ nullo modo iudex criminalis poſſit ſuper annullatione inſtrumēti cognoſcere, & ibi conatur reſpondere ad dictam deciſionem Robuſterij ponderando,vel potius lacerando Doctores in ea allegatos.

Quartus erit caſus quādo iam plene conſtet de delicto, & accuſatum eſſe culpabilē,& tūc poſſit accuſatum etiam ciuiliter condemnare,ſecus ſi nō conſtat illum eſſe culpabilē, vel non conſtat de delicto,& ibi etiā conatur reſpondere ad dicta l.Turpia,ff.de leg.2. vt pęna non debeat reſpicere intereſſe partis,ſed Fiſci,vt ſubſtineri poſſit ſententia iudicis criminalis.

Quæ declarationes Farinacc. verè non adubrant, neque tollūt diſpoſitionē dictæ deciſionis,quia ferrè vnico verbo omnibus reſpōdetur, ꝙ iudex dū annullat inſtrumentum videtur non ciuiliter principaliter pronūciare ſuper intereſſe ciuilis in fauorē partis,ſed

ſecundario, & ob id poteſt criminaliter pronunciare annullando inſtrumentũ tamquam ſuſpectum de falſo, quia annullando dictum inſtrumentum, irrogat pęnam, vt figũt pedes Doct. ſupra adducti; & ſic ex iſta declaratione in fauorem Reipublicæ ne inſtrumentum ſuſpectum de falſo deducatur in iudici, nec executionem habeat arg. l. congruit, ff. de offic. pręſiden. ſubſtinetur ſententia criminalis, licet deinde reſultet in conſequentiam intereſſe peculiare ad fauorem partis.

Nec obſtat, ꝙ ſi abſoluatur notarius, vel pars, ex iſta abſolutione videatur abdicata iuriſdictio ab ipſo iudice criminali, & ſucceſſiuè ſententia ſuper annullatione inſtrumenti non ſubſtineatur, ſed ſit nulla ex defect. iuriſdict. Quoniam poteſt contingere, quod contra notarium, & partem non adſint probationes, neq; inditia ita grauia, vel indubitata ad illos condemnandum, prout requirũtur Matteſil. ſing. 110. vbi latè add. Ant. Gomez tit. de delict. c. 12. n. 25. & ſeqq. vbi Add. Burſatt. conſ. 445. nu. 11. vol. 4. vbi de communi, Iul. Clar. §. final. q. 20. n. 1. verſic. grauiſſima, Petr. de Surd. conſilio 132. num. 91. volum. 1.

Sed adſint leuiora indicia, & præſumptiones ad ſubuertendum inſtrumentũ, & declarandũ illud ſuſpectum de falſo, & non mereri executionẽ in iudicio ciuili, prout ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones immo ſola ſuſpicio habeatur pro falſitate, vt reprobetur inſtrumentum Archidiac. in capit. memoriam circa fin. 19. diſtinct. Dec. conſ. 189. numero 1. Natt. conſilio 633. num. octauo, & ſeq. lib. 3. Rim. Iun. conſil. 183. numero 5. volumine 2. Petr. de Surd. conſ. 17. numero 5. volumine 2. Burſatt. conſ. 153. nu. 2. vol. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 105. & 187. nu. 34. & ſeq. lib. 2. Sforz. Odd. conſ. 78. n. 37. & ſeq. & n. 78. vbi de communi; & ſucceſſiuè non ſit verũ, quod abſoluendo notarium, & partes a crimine, pereat iuriſdictio iudicis criminalis, ſed ſubſtineatur ex capite ſuſpicionis, vel falſitatis, quod reſpicit crimen, & publicum intereſſe.

20 Et ideò credo, quod tota iſta materia melius poſſit declarari, ꝙ ſi inſtrumentum annulletur ex defectu ſolemnitatum, quia in eo non fuerunt adhibitæ ſolitę ſolemnitates, & tunc quia iſte defectus ſolẽnitatis nõ cãtet in delictum, iudex criminalis nõ poſſit ſuper eo pronunciare, & annullare inſtrumentum, ſecus autem quando defectus reſultaret ex vitio, vel ex ſuſpicione falſitatis, & tunc cũ tendat ad delictũ iudex criminalis poſſit declarare dictum inſtrumẽtũ ſuſpectum de falſo, & executionẽ nõ mereri, & ſententiam iudicis criminalis omnino ſubſtineri quãuis abſoluatur notarius vel pars, per ea, quę latè tradit Boer. deciſione prima, numero decimoſeptimo, Lancell. de attent. parte tertia, cap. 31. num. 10. & ſeq. tit. de pœn. atten. qui abſolute firmant poſt alios, quos allegant, quod annullare actum, vel inſtrumentum ſit irrogare pœnam quãdo ſit ex aliquo vitio, vel ſuſpicione falſitatis.

Si vero iudex criminalis non pronunciaret ſuper delicto, vel pœna, tunc ſi imputatus de crimine abſoluatur, nõ poteſt pronunciare ſuper cauſa ciuili depẽdente ab illa cauſa criminaliter intentata, deciſ. Creſcen. 167. lib. 1. Farinacc. quæſt. 1. num. 65. Rim. Iun. conſilio 106. num. 8. tomo 1. crim. Natt. conſil. 407. num. 14. & ſeqq. vol. 2. Honded. conſil. 99. n. 53. vol. 2. Bertazzol. conſil. 232. nu. 2. vol. 1. Baiard. ad Iul. Clar. quæſt. 2. num. 8. Farinacc. conſilio 11. num. 48.

21 Vndecimo amplia, vt iudex criminalis poſſit etiã de cauſa ciuili cognoſcere incidenter, quando tamen ex propria cõfeſſione rei apparet illum eſſe delinquẽtẽ, ſecus ſi per contumaciã, vel per teſtes, Bald. in l. qui crimen, n. 70. C. qui accuſ. non poſſ. Rolan. conſ. 30. n. 18. & ſeq. vol. 1. Farinacc. q. 1. nu. 66. vbi firmat, quod in quantum attinet ad cõtumaciã, nemo eſt, qui Bald. impugnet, & refert Iul. Clar. in q. 2. verſic. ex hac Magon. deciſ. Lucen. 91. n. 7. & ſeq. vbi reddit rationem, Bertazz. conſ. 232. n. 7. vol. 1. Hier. Grat. conſ. 80. n. 2. & ſeq. vol. 1. Rim. Iun. conſ. 35. nu. 1. vol. 1. vbi etiam reddit rationem quando per contumaciam.

22 Cõtrariam opinionem, quod etiam in cõuicto per contumaciã poſſit condemnari ad intereſſe partis, & ad reſtitutionẽ bonorũ ablatorum ſubſtinet Baiar. ad Iul. Clar. in d. q. 2. n. 10. & ſeq. vbi firmat hanc ſuã opinionẽ eſſe cõiter receptã, quia ſi contumacia operatur vigore alicuius ſtatuti, ac Bullę quoad pęnã criminalẽ ergo multo magis quoad ciuilẽ parti applicandã, & dicit quod eſſet valde ridiculosũ ſi alicui ablatus eſſet equus, veſtis, pecunia, vel alia ſimilia, ꝙ non poſſet reintegrari de rebus ſuis per ius dicentem, qui furẽ contumacẽ condemnare potuit, ſed quod teneretur formare nouũ proceſſum corã iudice ciuili, vt bona ſua reſtituerentur: Et ꝙ contumacia tantũ operetur ẽt circa pęnam parti applicandam, & eius intereſſe, comprobatur, quia Princeps magis debet prouidere ſubditis, quam ſuo Fiſco, vt tradit Luc. de Pen. in l. 1. n. 5. C. de ſuper. in d. l. 10. alias non eſſet iuſtus Princeps; & quia quoad Fiſci commodum ſtatutum eſt a fortiori, debet eſſe ſtatutum ad commodum priuatorum, l. vnic. §. pen. C. de caduc. toll. Bar. in l. ambitioſa n. 13. de arbitr. q. 98. n. 4. lib. 1. Ego autem, vt verũ fatear, omnino peto opinionẽ Baiar. in practica eſſe ſequendam, & obſeruandam, prout ego iudicando ſemper obſeruaui, & ab alijs obſeruari vidi, licet aliquando per aliquos iudices viderim de hoc dubitari.

23 Bene verum eſt, quod ſi pœna ciuilis reſtitutionis bonorum, vel damnorum, & intereſſe eſſet impoſita ab eodem ſtatuto, vel lege, à qua imponitur criminalis, tunc ſine controuerſia poterit dicta pœna ciuilis etiam contra contumaces, imponi, Iul. Clar. in d. q. 2. in d. verſic. & hęc quidem concluſio propè finem, vbi teſtatur ꝙ ita ſemper vidit obſeruare, quam ſequitur, Farinacc. q. 1. n. 66. in fin. Cotta in tract. de remed. ſubſid. in remed. 51. nu. 1. & ſeq. vbi mentionem facit de conſt. Marc. lib. 4. c. 66. & de ſtatuto Tab. lib. 2. c. 59. Bertazz. in Add. conſil. 232. in litt. B, licet Magon. deciſ. Lucen. 91. nu. 10. contra Iul. Clar. etiam aliter ſentiat in terminis Statuti Lucen. vt dicta ſtatuta interpraetari debeant iuxta terminos iuris cõmunis, dummodo conſtet de delicto per confeſſionem rei, & non per teſtes, vel per contumaciam, tamen ego à contraria opinione non recedo.

24 Quantum vero ad conuictum per teſtes Iul. Clar. in d. q. 2. verſ. & hæc quidem concluſio, & alij relati per Farinacc. q. 1. n. 66. verſiculo, ſed quoad teſtes, tenent opinionem affirmatiuam, cum nulla ſit differentia inter confeſſum, & legitimo cõuictum, licet Magon. d. deciſ. Lucen. 91. n. 9. alios cõcordantes allegãdo ex ꝓfeſſo teneat cõtrariũ. In practica autẽ nõ recedas ab opinione, Iul. Clar. quæ cõmuniter hic in curia obſeruatur, & maxime in delicto, ꝙ ſolis coniecturis, & pręſũptionibus ꝓbatur, Coſta d. remed. 51. in princ. mo-
... nendo

nendo quæſt. in delicto non difficilis probationis.

25 Duodecimo, Amplia quando reus cōdemnatur, nō ſolū ex veris probationibus, ſed etiam ex preſūptionibus, vt poſſit per iudicē criminalē condemnari ad reſtitutionē rerum ablatarum per tex. in c. offerte nobis de probat. & ita Ego bis dum fui Locumtenēs criminalis Auditoris Cameræ pronunciaui, licet Petr. Cabal. in q. crimin. caſ. 82. n. 14. & ſeq. aliter, ex ſuo marte, ſentiat, & teſtetur ita vidiſſe millies obſeruari, & q̄ condemnatus in pœnam extraordinariam poſſit puniri, & cōdemnari ad intereſſe partis, in puncto tenet Coſta in tract. de remed. ſubſid. in d. remed. 51. n. 1. & ſeqq. Add. ad Farinacc. in conſ. 78. in litt. A, verſ. ſi tamen, ſed q̄ non poſſit condemnari deducitur ex euidenti ratione per Scacc. in tract. de appellat. q. 17. lim. 47. membr. 3. nu. 24. verſ. contrariū tamen, vbi poſteà poſt Clar. & Farinacc. videtur reſidere in contraria opinione, quando pœna criminal. & rei reſtitutio debeantur ex eadem lege, cum non debeant diuerſo iure cenſeri, ſed Rota Romana coram R.P.D. Manzanedo die 5. Iunij 1609. in vna Anconitana, declarādo meā ſententiā alias datā contra Moyſem zepillem in hebreum, tunc tenuit poſſe condemnari ad damna, & intereſſe, quando conſtat de delicto, & Rota tenuit in caſu illo non conſtare de decoctione, & ſic de delicto de quo agebatur.

Iudex ciuilis quando poſſit cognoſcere de cauſa criminalis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ciuilis non cognoſcit de cauſa criminali.*
2 *Iudex ciuilis cognoſcit de crimine, quando ciuiliter pro eo agitur.*
3 *Iudex ciuilis cognoſcit de crimine emergente coram eo ſuper cauſa ciuili, & ponit exemplum in teſte falſum deponente coram eo.*
4 *Teſtis falſum deponens coram iudice ciuili, quando poſſit puniri de falſitate; diſtinguitur inter iudicem ordinarium, & delegatum, vbi latè.*
5 *Pœna infligēda per iudicem ciuilem, tàm ordinarium, quàm delegatum teſti coram eo falſam deponenti erit extraordinaria ſecundum aliquos.*
6 *Alij autem tenent quod nec etiam pœna extraordinaria puniri poſſit.*
7 *Iudex ciuilis, vt de crimine emergenti coram eo cognoſcere valeat, requiritur, vt dicta cauſa criminalis ſic omnino connexa cauſæ ciuili principali.*
8 *Teſtis falſum deponens coram iudice ciuili poteſt puniri per vtrumque iudicem, ciuilem, & criminalem, & eſt locus inter eos præuentioni.*
9 *Fur manifeſtus, & non manifeſtus punitur ſolummodo criminaliter, & ad rei ablatæ reſtitutionem ſimpliciter, & non in duplū, vel quadruplū de conſuetudine.*
10 *Clericus falſum deponens coram iudice ciuili, non poteſt per eum, neque pœna corporali, neque alia pecuniaria puniri.*

CAP. XIII.

1 ADuocatus carcerati, vel inquiſiti debet etiam animaduertere, quod illius iudex erat ciuilis, & ideò non poterat cognoſcere de crimine, vel de cauſa criminali, Ang. de Malefic. in verb. per iudicem maleficiorum, num. 1. Corrad. in practic. titul. de inquiſit. num. 6. Farinacc. quæſt. 1. num. 56. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. num. 45.

2 A qua concluſione receditur quando iudex cognoſcit de aliquo crimine ciuiliter, vt poſſit ex ſuo officio ſine alio accuſatore incidēter cognoſcere de cauſa criminali, & ad cōdēnationē criminalē in eadē inſtātia cōtra delinquentē deuenire, vt poſt Bald. in l. q. euitandi, n. 1. & ſeq. C. de cond. ob turp. cauſ. declarat Crauett. in conſ. 53. per totum, vbi conſuluit, quod iudex in actione iniuriarū pro alio crimine priuato, pro quo ciuiliter agitur poteſt ex eodē proceſſu, & in eadē inſtantia cōdēnare reū etiam criminaliter pro dicto crimine, & maxime parte inſtante, vt refert, & ſequitur. Petr. Caball. in quæſtion. crimin. caſ. 82. nu. 14. & ſeq. vbi dicit hoc eſſe ſummè notandum.

3 Ac etiam iudex ciuilis poterit de crimine cognoſcere incidenter in cauſa ciuili corā eo vertente, cum tacitè reus delinquens videatur eius iuriſdictioni acquieſcere, l. hoc iure, §. aqua, ff. de acqu. quotidian. & æſtiu. l. nullū, C. de teſtib. Farinacc. q. 1. n. 57. & ſeq. vbi alios allegat, & præcipuè, Menoc. de arbitr. q. 91. lib. 1. Couarr. practic. q. nu. 18. n. 8. Petr. Caball. in q. crimin. caſ. 116. nu. 2. & 3. qui etiam allegat Afflict. in deciſ. 219. nu. 1. & Vinc. de Franch. deciſ. 149. nu. 1. & omnes Doctor. ſupra adducti ponunt exemplum in teſte, examinato in cauſa ciuili falſum deponente.

4 Qui Menoch. in d. q. 91. videtur diſtinguere inter iudicem ordinarium, & delegatum; & iudice ordinario ſine alia difficultate tranſeat, vt iſte teſtis falſum deponens coram iudice ciuili, per eum puniri poſſit, iuxta text. in d. l. nullum, C. de teſtibus, vbi Doctores, qui Menoch. ibi teſtatur ab hac opinione neminem diſſentire, quam ſequitur Roland. conſ. 12. n. 1. & ſeq. lib. 2. Farinacc. d. q. 1. num. 59.

In iudice autem delegato videntur etiam Doctor. diſtinguere, aut ſumus in delegato inferioris, aut in delegato Principis, & in primo caſu cōis, ac verior ſit opinio, vt teſtis falſum deponens coram iudice ciuili, poſſit per eum puniri, vt teſtatur Couarr. pract. q. cap. 18. n. 8. verſ. quamobrem, quam defendit a contrarijs Menoch. in d. q. 91. n. 3. & ſeqq. & ſequitur Rolan. in conſ. 12. n. 9. & ſeqq. vol. 2. vbi concordantes allegat, quam diſtinctionem refert And. Fachin. controuerſ. iur. lib. 9. c. 26. verſic. conciliationis gratia, niſi impediretur proceſſus ciuilis; quia etiam delegatus inferioris poterit de ea cognoſcere, vt declarat Rolan. ibi, & Farinacc. quæſt. 1. n. 60.

In delegato vero Principis eſt etiam cōmunis opinio, vt poſſit iſtum teſtem falſum coram eo deponentem criminaliter punire, vt teſtatur Couarr. in d. c. 18. ſub n. 8. Roland. in d. conſ. 12. nu. 9. & ſeq. Menoch. d. q. 91. n. 17. Farinacc. d. q. 1. num. 61.

5 Qui Doctores in vtroque iudice ordinario, & delegato videntur adhibere temperamentum, vt tantum poſſint dictū teſtē falſum coram eis deponentē punire pœna extraordinaria, non autem pœna ordinaria, vt per Couarr. in d. c. 18. n. 8. verſ. quo ſit, & recenſet Farinac. in d. q. 1. num. 59. in fin. & nu. 61. verſic. addito temperamento.

6 Alij autem Doct. tenent indiſtinctè, vt nemo eorū, neque ordinarius, neque delegatus aliqua pœna etiam extraordinaria poſſit eumdē teſtem punire, vt contra communem ſentit Menoch. in d. q. 91. num. 17. & ſeq. vbi adducit rationem, & ab eo non diſſentit, Farin. in

dicta quæst. 1.n.61.& de consuetudine ita seruari testatur, Vinc.de Franch.decis.147.n.6.p.1.vt ēt refert Petr.Caball.in q.crim.cas.116.num.1.vbi concordātes cumulauit,& sub num.3. post Castren.& Vinc.de Franc.in loco proxime citato declarat d.l.nullum,vbi generaliter datur facultas cunctis iudicibus, quorum aures testis offenderit, in eū pro qualitate delicti animaduertendi, vt huiusmodi facultas concedatur illis iudicibus,qui de illo crimine posent ordinarie punire, alias secus,& sequitur Andr. Fachin. controuers. iur.lib.9.c.26.in fin.ac in omnem casum talis potestas concedatur iudici ciuili cumulatiuè, & non priuatiuè quo ad iudicem criminalem, vt testatur, Vincent. de Franch.d.decis.147. num.5.vbi etiam infert ad quæstionem illius, qui se opposuit executioni vnius iudicis habentis iurisdictionem priuatiuam, vt non tollatur, ꝙ non possit per alios iudices criminales puniri, sed Vincent.de Franch.d.decis.147.n.6.testatur quod in Curia Vicariæ testis falsum deponens coram iudice ciuili puniatur per iudices criminales, & non per ciuiles,prout etiam in hic in Curia Romana seruatur.

7 Et in omnem casum intellige procedere, vt iudex ciuili possit cognoscere de crimine coram eo emergenti, quando illud crimen, vel causa criminalis est taliter principali causæ connexa, vt sine ea dicta principalis causa definiri non possit, alias secus, vt declarat Menoch. in d. quæst.91. num.9. Farinacc.in d.q. 1.numero 58.

8 Ac etiam vt iudex ciuilis non impediat quia iudex criminalis possit etiam de dicta falsitate cognoscere, sed sit inter eos locus præuentioni,& d.l.nullum procedat cumulatiuè,& non priuatiuè,vt per Bal. in d. l. nullum sub n.9.& seq. Vinc.de Franc. in d.decis.147. Petr.Caball.in q.crim.cas.117.n.10.vbi per tot.dictū casum decidit illam quæstionem de resistentia facta Curię in actu executionis,vt de ea cognoscere valeat & executor,& alius iudex criminalis,& quod sit inter eos locus præuentioni, Thesaur.decis.90.nu.6.

9 Sed scias, quod licet de iure fur manifestus teneatur in quadruplū, & nō manifestus iu duplum,tamen recessit ab Aula, vt condemnetur in dictis pœnis,sed solum condemnetur reus in pœnam criminalem iuxta qualitatem delicti,& simpliciter ad rei ablate restitutionem, vt testatur Petr. Caball. in quæstione crimin.cas.82.num.16.

10 Clericus autem falsum deponens coram iudice laico,an possit puniri ab eo de falso,tres sūt opiniones, quas recenset, Iul.Clar.in q.39.n.13.sed illa est verior, ac in pract.obseruata, vt non possit nec corporaliter, neque alia pena pecuniaria puniri, vt tenent Doct.relati, Petr.Caball.cas.224.cent.3.& Iul.Clar.in d.q.39. sub n.13.circa finem, vbi etiam testatur quod ita Mediolani obseruatur, vbi subdit quod iudex laicus solū cognoscit de dicta falsitate ad effectum expediēdi causam coram eo vertentem, de quo dixi in c.11.n.34.supra in hac prima defensione.

Iudex quomodo cognoscere possit de crimine commisso extra territorium.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex non potest procedere contra subditum pro delicto commisso extra illius territorium.*
2 *Iudex originis, & domicilij in ista materia pari passu ambulant.*
3 *Locus originis qualis dicatur, quomodo probetur, & qui dicatur originarius.*
4 *Domicilium quomodo contrahatur, ex quibus dignoscatur, & quomodo probetur.*
5 *Contrariam opinionem quod iudex domicilij, vel originis possit cognoscere de delicto commisso extra territorium per subditum, tenent ibi Doct.*
6 *Quid in pace, & promissione de nō offendendo dicatur.*
7 *Iudex non cognoscit de crimine per subditū commisso extra Territorium etiam in persona alterius subditi.*
8 *Iudex nō cognoscit de crimine per subditum commisso extra Territoriū, tā de iure Canonico, quàm Ciuili.*
9 *Statutum disponens vt iudex punire possit subditum pro delicto intelligitur; dummodo delictum commiserit in Territorio.*
10 *Iudex originis, vel domicilij tenetur remittere suum subditum ad locum delicti.*
11 *Quod procedit, siue iudex procedat per accusationem, siue per inquisitionem.*
12 *Absolutus per iudicem loci delicti non poterit inquietari per iudicem originis.*
13 *Idem erit in gratiato, vel condemnato.*
14 *Declara tamen vt hic, ibi latè.*
15 *Punitus in loco originis non iuxta qualitatem delicti, poterit vsque ad supplementum ordinariæ pœnæ puniri per iudicem loci delicti.*
16 *Condemnatus in contumaciam vigore Bullæ Pij IV. non potest se constituere nisi coram iudice, qui eum condemnauit, vel coram præside eiusdem Prouinciæ.*
17 *Iudex originis, vel domicilij qua pœna punire possit an statuti loci delicti, an originis, vel domicilij, siue iuris communis subditum delinquentem extra territorium.*

C A P. XIV.

1 NOn debet Aduocatus prætermittere pro defensione inquisiti obijcere contra iudicem, vt procedere non valeat contra eius subditum pro delicto cōmisso extra territoriū, Paris.cons.159.per tot.cōs. 169.n.16.& seq.vol.4.Rolan.cons.15.n.20.vol.2.vbi firmat hanc esse magis communem opinionē, Grammat.decis.26.nu.9.& 11.vbi etiam de magis cōmuni, Tob.Non.cons.98. num.1.& seq.vbi etiam de magis communi, Farinacc.q.7.n.19.vbi infinitos alios, quasi per duas colūnas cumulauit, & vltra illos per eū adductos tenet Thes.dec.90.n.1.vbi etiā testatur de cōi & magis communi opinione legistarū & canonistarum, & ibi reddit rationē & sub n.6.dicit cū ista opinione transire Senatum Pedemontanum, Iul. Clar.in q.39.n.3.vbi addentes in litt.B, qui etiam testātur de magis communi opinione,& Rolan.in d.cons.19.n.9. dicit, quod nullo iure cauetur, quē posse puniri ratione originis, vel domicilij de delicto commisso extra Territorium, Dec.in tract.crim.tom.1.lib.4.c.16.n.2. vbi infinitos alios, quasi per duas colūnas cumulauit,
& refert hanc esse magis cōmunem opinionem,& c. 2
29.per totum etiam ponit plures casus in quibus quis possit iudicare extra suū territoriū, cū suis ampliationibus,& limitationibus, Viu.commu.opin.lib.1.opin. 177. vbi alios cumulauit,& testatur de magis cōmuni

opinione,

opinione, vbi ſubdit ita eſſe intelligendum ſtatutum per quod diſponitur, vt in delictis poſſit procedi per inquiſitionem de illis commiſſis in territorio & non, extra & maxime quando per iudicem loci delicti fuit proceſſum contra delinquentem, Bonifac. de furt. §. 3. nu. 35. vbi plus ſubdit etiam ſi reus voluntarie voluiſſet prorogare iuriſdictionem in iudicem originis vel domicilij, & quatenus eſſet puniendus per iudicem originis pœna tantum extraordinaria puniretur ad triremes, & in aliam pœnam iuxta qualitatem delicti, Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 249. verſic. Decimus quintus caſus eſt, & fragmen. 84. circa finem, verſ. verum enim. Imò ſi tranſmitteretur ad locum commiſſi delicti poſtquam fuit punitus extraordinariè in loco originis vel domicilij, non poterit puniri pœna ordinaria eiuſdem delicti, & Farinacc. q. 7. num. 26. verſic. ſed tertia eſt verior opinio.

2 Et ſcias, quod in hac materia nulla aſſignatur differentia inter iudicem originis, & domicilij, & quod diſponitur in vno eſt diſpoſitum etiam in alio vt declarat Decian. reſp. 93. nu. 9. verſ. 3. quæſt. vol. 2. & in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 16. nu. 12. in fin.

3 Qui dicatur locus originis, & quot modis quis dicatur originarius, & quomodo probetur vide Pariſ. d. conſ. 159. nu. 14. & ſeq. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 16. nu. 21. & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 1141. volum. 3.

4 Et domicilium quomodo contrahatur, & ſortiri, qualiter, & quando de iure quis dicatur, Decian. in d. lib. 4. c. 16. nu. 8. & ſeqq. vbi latè Maſcard. de probat. concl. 134. vol. 2. vbi docet quomodo domiciliũ probetur, & ex quibus dignoſcatur, Menoch. de arbitr. caſ. 86. lib. 2. & Gramm. deciſ. 87. quærit an famulus exterus, qui ſtat ad ſeruitia alicuius dicatur illius loci de quo dicam latè infra in c. 24. & ſeqq.

5 Contrariam opinionem quod iudex domicilij, vel originis poſſit cognoſcere de delicto commiſſo per ſubditum extra territorium, & non teneatur illum remittere ad iudicem loci commiſſi delicti, tenẽt Doct. relati per Iul. Clar. in d. q. 39. ſub n. 3. verſ. contrariam autem, & alij cumulati per Farinacc. in q. 7. nu. 20. qui ferè ſunt infiniti, & adducit teſtantes de communi, & magis communi opinione legiſtarum, & canoniſtarum, & vltra illos tenent Theſaur. deciſ. 90. nu. 2. vbi addentes, qui reddunt bonam rationem, latè Hier. Magon. deciſ. Lucen. 70. nu. 3. vbi de veriori, & magis communi, & eſt magis vtile Reipublicæ ad expurgandam prouinciam malis hominibus, & quia delictum ſequitur delinquentem ſicut lepra leproſum. Ioſeph. Ludoui. deciſ. Lucen. 16. nu. 26. & ſeq. & ſecundum hanc opinionem affirmatiuam ita fuiſſe decisũ poſt Vinc. de Franch. deciſ. 66. teſtatur Baiard. ad Iul. Clar. in q. 39. nu. 12. & ſeq. vbi refert etiam fuiſſe iudicatum officialem Baronis habere facultatẽ procedendi contra vaſſallum delinquentem extra territorium, etiam quod Baro non haberet priuilegiũ cognoſcendi delicta extra Territorium, latè Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 16. n. 1. vbi cõcordãtes allegat.

Pro conciliatione iſtarum opinionum deducitur ſi procedat ad quærelam partis, poſſit Iul. Clar. q. 39. ſub nu. 4. Farinac. q. 7. ſub num. 22. Didac. Camter. in ſuis quæſtion. crim. tit. de inquiſit. q. 7. nu. 1. fol. 26. vbi de communi, Theſaur. deciſ. 98. ſub nu. 5. Petrus Caball. in q. crim. caſ. 162. nu. 3. vbi cõcordantes allegat, & teſtatur de communi opinione vtriuſque iuris. Si vero procedatur ex officio, antiqua eſt quæſtio, & valde difficilis, tamen vt quoquo modo Reſpublica malis hominibus expurgetur, Doctores magis communiter tenent opinionem affirmatiuam, Iul. Clar. d. q. 39. nu. 4. Franc. deciſ. 66. p. 1. Theſaur. deciſ. 90. n. 2. Canter. in d. q. 7. ſub nu. 1. & 2. Petr. Cabal. d. caſu 162. nu. 4. & ſeq. vbi alios allegat, & teſtatur ita practicaſſe, & infinitis vicibus in varijs Italiæ partibus practicatum vidiſſe, Card. Tuſch. to. 4. concl. 443. & quod tàm per inquiſitionem, quàm per accuſationem poſſit procedi tenuit Senatus Luſitan. vt teſtatur Anto. à Gamb. deciſ. 53. in 1. dub. nu. 1. & ibi etiam teſtatur de communi, poſt Couar. pract. quæſt. q. 11. Caualc. de Brachio reg. fragm. 84. qui etiam teſtatur ita ſeruari, & maximè in delicto excepto, & notorio, & ibi alios allegat, Andr. Fachin. controuerſ. iur. lib. 9. c. 20. Vinc. de Franch. d. deciſ. 66. p. 1. qui alios allegat, & teſtatur ita fuiſſe deciſum.

6 Quid autem ſit dicendum in pace, vel in promiſſione de non offendendo, ſi rupta fuerit extra territorium iudicis corã quo pax facta, vel promiſſio data de non offendendo fuit, dixi latè in meo tractatu de Pace, Treuga, Verbo, & de Cautione de non offendendo in 1. p. q. 59. per totam. Et Decian. in tractatu crim. to. 1. c. 17. nu. 38. lib. 4.

7 Et tenendo primam opinionem negatiuam, vt iudex non poſſit procedere contra ſubditum delinquẽtem extra territorium, vt procedat etiamſi offenſio fieret extra territorium in aliquem ſubditum, Pariſius conſ. 159. nu. 10. vol. 4.

8 Primo Amplia, vt ſit vera cõcluſio, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, Viui. commun. opin. in verbo iudex domicilij nu. 2. mihi, fol. 235. vbi allegat Bald. & alios lib. 1. opin. 77. Pariſius conſ. 169. num. 18. vol. 4. vbi firmat hoc eſſe certiſſimum, Marſil. ſingul. 576. dicit procedere in terris Eccleſiæ, & hoc eſſe notandũ, & alij Doct. adducti ſupra in princ. iſtius capituli.

9 Secundo Amplia in ſtatuto diſponẽte quòd iudex poſſit procedere contra ſubditum, vt intelligatur ſecundum diſpoſitionem iuris communis, dummodò delictum commiſerit in territorio, & non extra, vt poſt Bald. & alios firmat Viui. in dicto verbo iudex domicilij, opin. 177. nu. 3. & latiſſimè hanc opinionẽ tuetur, Pariſius conſ. 159. per totum, & in conſil. 169. nu. 17. vol. 4. & ſub num. 19. dicit maximè procedere quando ſtatutum impunit aliquam ſpecialem pœnã, vt iudex originis non poſſit procedere contra ſubditum pro delictis commiſſis extra Territorium, ni ſi ſtatutum originis, vel domicilij diſponeret, vt poſſit etiam extra Territorium puniri, Vide Decian. in tractatu crim. to. 1. lib. 4. c. 16. nu. 6. vbi tamen firmat extare communem opinionem in contrarium, vt ſuperius retuli.

10 Tertio, amplia vt adeo iudex originis, vel domicilij non poſſit procedere contra ſubditum extra territorium delinquentem, vt ſi illum haberet in ſuis carceribus teneatur illum remittere ad iudicem loci cõmiſſi delicti Viu. comm. opin. in d. verb. iudex domicilij opin. 177. n. 4. vbi teſtatur quod ita ſentiunt omnes ſcribentes in authen. qua in Prouincia, C. de crim. agi oport. Andr. Fach. controu. iur. lib. 9. c. 20. de qua ampliatione dicam latè in 17. capit.

11 Quarto amplia, vt procedat, non ſolum quando iudex

dex

dex originis procedit per accusationem, sed etiā per inquisitionem, Viu.comm.opin. in d.verb. iudex domicilij, nu.7.vers.& ista non tantum, latè Thesaur.decis.90.nu.6.Caualc.de Brach.reg.fragm.84. vbi dicit maximè procedere quando iudex loci delicti cōmitti transmitteret informationes ad ipsum iudicem domicilij, vel originis.

12 Quinto Amplia, vt absolutus per iudicem loci delicti, non possit amplius accusari coram iudice originis, vel domicilij Franch. Viu. d.verb. iudex domicilij, nu.6.sequitur Baiard.q.39.nu.3.in princ.Thesaur. decis.90.nu.5.in fin.Iul.Clar.q.39.num.3.in fin. Fari-
13 nacc. q. 1. nu.26. in princ. † qui loquitur generaliter in absoluto, gratiato, vel condemnato, quod à iudice loci delicti molestari, & in loco originis, vel domicilij, vel è contra non possit, qui tandem distinguit, aut loquimur in gratia, vel in absolutione, vel condemnatione, si in gratia tunc si locus delicti, originis, vel domicilij sit subiectus eidem Principi, possit delinquenti vbicunque locorum facta fuerit, secus si esset diuersi dominij, quia tunc gratia facta in vno loco nō suffragatur in altero, secundū Boss.titul.de for.comp. nu.85.Iul.Clar.q.39.vers.sed quaero in fine.

Si vero simus in absolutione, vel condemnatione, si nulla fraus, vel collusio interueniat, & simus sub eodem Praeside vel Principe, tunc punitus, vel absolutus in vno loco non potest amplius inquietari in altero loco, secus fraude, vel collusione interueniente, Boss. d.tit.de for.comp.nu.99.& num.101.Iul.Clar.d.vers. sed quaero numquid in fin.Farinacc.dict.q.1.num.29. Petr.Cab.d.cas.162.nu.27.in fin.& per nouam reformationem, S.D.N.Pauli V.in Rubr.de iudic.crim.est dispositum, vt relaxatus ab vno iudice non possit ab alio procedi, nec carcerari.

14 Si territoria essent sub diuersis Principibus de consuetudine obseruatur, vt condemnatio facta ab vno iudice, vel pœnæ executio non tollat accusationem, neque punitionem coram alio, vt testatur Iacob. de Belui.cons.9.circa finem, to.2.diuers.crimin.vbi firmat, quod ita seruatur in Italia, & sequitur, Iul.Clar. q.57. vers.scias autem, Viu.in d.verb.iudex domicilij, nu.5. & seq.distinguit quod absolutus, vel condemnatus in loco delicti non potest amplius alibi molestari, secus in absoluto, vel condēnato in loco originis, vel domicilij, quia poterit in loco delicti accusari, & molestari.

Farinacc.autem in d.q.1.nu.26. vers.sed tertia, indistinctè tenet, quod fraude, vel collusione cessante, absolutus, vel condemnatus in vno loco, non possit alibi molestari, & quod nunquam aliter audiuit, nec vidit obseruari in Vrbe, neque in tota Italia, & aliter facere, esset contra bonos mores, & erit consuetudo irrationabilis, & ita in iudicando, & consulendo tenendum esse arbitratur, alias sequeretur, quod quis de eodem crimine bis puniri posset contra text.in l.licet in fin.ff.Naut.Caup.Stabul. & cap.de his, de accusat. Decian.in tract.crimin.tom.1.lib.3.cap.30.nu.1. Sed contra opinionem Farinacc. insurgit Baiard. in q.39. nu.19.& q.57.num.26.inquiens, quod in casu absolutionis in loco originis, vel domicilij non sit vera eius opinio, ne detur materia fraudandi, quia delinquentes confugerent ad locum domicilij, vel originis, vbi de facili ob defectum probationum vel alia de causa absolutionem obtinerent, & de fraude constare nō posset, sed benè si fuerit absolutus in loco delicti credit, quod non possit alibi in loco originis, vel domicilij inquietari; Ego autem arbitror, quod cessante penitus fraude sit vera opinio, Farinacc. & fraus poterit colligi si fuerit praeuentum per iudicem loci delicti in procedendo, & reus, vel inquisitus se spontè constituerit in loco originis, vel domicilij, vel affectauit etiā in eodem loco domicilij, vel originis capi, vel si non fuerint assumptae debitae informationes, vel si fuerit absolutus, quia iudex originis, vel domicilij non poterit facere constare de corpore delicti, vel alijs similibus collusionibus, vel fraudibus, per ea quę latè scripsi supra in materia praeuentionis, quam opinionem Farinacc. etiam sequitur Petr. Caball. in quaest.crimin. cas.162.nu.26. & seqq. vbi dicit illam esse veriorem, & sub nu.30.post Farinacc.in q.11. nu.62.& seqq.dicit procedere, siue absolutio fuerit facta reo comparente siue existente contumace, quod tamen raro cōtingere solet, cum in vtroque casu militet eadē ratio, licet Caualc.de Brac.reg. p.4. dicat opinionem Farinacc.de consuetudine seruari.

15 Bene verum est, quod si punitus in loco originis non fuerit punitus condigna pœna, qua puniri debebat, tunc poterit in alio loco, puta delicti iterum puniri vsque ad supplementum debitae, & ordinariae pœnae iudicis arbitrio secundum Bald.in l.pœn.q.7. C.de exec.rei iudic. Sebast.Medi.in tract.de sepultur. opuscul.5.pag 321. vers.6. non habet locum praeuentio. Hier.de Mont.in tractat.de fin.reg.c.25.num.10. latè Farinacc.q.4.nu.2.vers.limita hanc ampliationem, & vers.seq.& in q.7.num.26.vers.Benè autem, licèt post Alciat.cons.3.lib.7.Baiard.in q.37.nu.4. teneat quod cōdemnatus in loco delicti poterit puniri in loco originis, vel domicilij etiam ad publicationem bonorū, nisi soluerit primam condēnationem, & quando reus passus fuit condemnari in contumaciam in vtroque loco, quia ipse non poterit allegare praeuentionem tanquam contumax, & ob id ab vtroque iudice pœna exigi valeat, quam opinionem nō admitto, quia esset destruere totam supra firmatam conclusionem, & licèt contumax non possit declinare forum, ne sequatur condemnatio, secuta autem condemnatione gratiatus in vno loco non poterit amplius in alio molestari.

16 Item in statu Ecclesiastico habemus Bullam Pij Quarti emanatam sub 12. Kalend. Iunij anni 1565. vt condemnatus in contumaciam non possit se constituere coram alio iudice, sed debeat se constituere coram eodem Praeside, qui tulit sententiam, vel in curia generali eiusdem prouinciae, vt etiam de ista Bulla mentionem facit Farinacc.d.q.7.nu.26. in fine, vel in Curia suprema, Prout in Vrbe Romae, qui sunt condemnati in statu Ecclesiastico, vel ab Episcopis, & ita ego semper practicaui dum fui Locumtenens Auditoris Camerae, & ab alijs practicari vidi, qui sciebant iurisdictionem Aud.Cam.defendere; cum persona supremi Principis circa cognitionem causarum numquam censeatur exclusa, immo ipsa est totaliter exēpta, ideoque statim, quod incipiat cognoscere de causa intentata per iudicem inferiorem censetur iurisdictio abdicata ab ipso iudice, vt est latè videre per Maur.Burg.de modo proceden.ex abrupt.q.78 nu.1. & seq.cum Aud.Cam. super istis emergentibus soleat facere verbum cum Sanctissimo.

17 Et quando iudex originis, vel domicilij procedere possit

possit contra subditum delinquentem extra territorium, & qua pœna huiusmodi delinquens puniri debeat, an pœna statuti loci delicti, an originis, vel domicilij, siue iuris communis. Doctores videtur distinguere, quod si statutū loci originis, vel domicilij puniat delicta commissa extra etiam Territorium, illud attendendum sit; si vero puniat simpliciter, tunc sint attendenda statuta loci commissi delicti, si vero nulla adsint statuta, tunc attēditur dispositio iuris communis, Iul. Clar. §. final. q. 85. vers. Tertius casus. Curt. in c. final. n. 767. de consuetud. Decian. respons. 11. n. 187. lib. 1. & latè post istos; addentes ad Hieron. Magon. decis. Lucen. 70. in litt. B. & latissimè qui alios cumulauit. Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 162. num. 31. & seq. & dicam infra Defens. 34. c. 25.

Fur, qui rem furatam ex vno territorio, asportauit in aliud, & ibi cum ea fuerit inuentus, an in eo molestari possit.

SVMMARIVM.

1 *Fur, qui rem furatam asportans ex vno Territorio in aliud, si fuerit ibi inuentus, an ibi molestari possit, duæ fuerunt opiniones, vna affirmatiua altera negatiua.*

2 *Res furatæ per furem sunt restituendæ vero Domino.*

3 *Fur isto casu erit cogendus restituere res furatas, vel prætium à iudice capturæ.*

4 *Fur si permanserit cum re furata per spacium vnius diei in aliquo loco non supposito ratione originis, vel domicilij, secundum aliquos poterit ibi puniri criminaliter.*

5 *Alij autem tenent contrarium.*

CAP. XVI.

1 Defensor debet considerare, quod in hac quæstione, duæ fuerunt principales opiniones, vna Bartol. in l. si dominium, num. 2. ff. de fur. quod possit propter nouam contractationem, quia sicut mutatione dominij nascitur noua actio furti ad pœnam applicandam parti, sic mutatione Territorij, & iurisdictionis noua nascatur actio furti ad vindictam publicam, quam Bart. opinionem sequitur Bal. in l. vnica, nu. 14. vers. quæro de tali quæstione, C. de confess. & in cap. 1. §. iniuria patitur, nu. 11. vers. quæro aliquis, de pace iuram. firman. in vsib. feud. vbi hoc videtur tenere, etiam si cum armis rapuisset in vno territorio, & posteà se in aliud contulisset cum re ablata. Paul. de Castr. in l. siue manifestus, nu. 13. ff. de condit. furt. vbi testatur ita practicari per totum mundum, & iudices habere istam opinionem pro Euangelio, Ang. de malefic. in verbo etiam vestem cælestem, nu. 15. vbi latè, & testatur ita semper obseruasse, Boer. decis. 13. sub nu. 47. & decis. 218. sub num. 2. vbi etiam testatur, quod ita communiter in praxi obseruatur. Plot. consil. 133. sub nu. 11. to. 1. crimin. Farinacc. q. 7. nu. 7. vers. limita quarto, in fine. Iul. Clar. quæst. 38. sub nu. 56. vers. tu scis, Ludou. Peguer. decis. 28. num. 2. & seqq. vbi disputat hanc quæstionem ad partes, & tuetur hanc opinionem, & testatur ita in illo Regio Senatu fuisse sententiatum. Quæ opinio vtilis est Reipublicæ ad reprimendam audaciam furum, & alios refert eamdem opinionem tenentes Petr. Caball. in quæst. crim. casu 163. n. 1. & seq. Viu. opin. 177. lib. 1. in fi. testatur hanc esse communem opinionem, & in practica obseruatam, & ibi refert, quod secundū eam in pluribus locis fuit obseruatum in contingentia facti, etiam si in loco capturæ, nihil possideat, & Capobianc. in tractatu de Baronibus pragm. 8. nu. 234. testatur ita fuisse iudicatum, vt puniatur à iudice capiente etiam si furtum fuisset commissum intra ciuitatem Neapolis, Vincent. de Franch. decis. 681. p. 4. vbi post Capic. in decis. 104. testatur, quod sacrū cōsilium iudicauit pro hac opinione Bertazzol. cons. 209. nu. 1. & Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 135. vers. 13. 14. & 15. casus, & fragmen. 84. qui loquitur quando quis occidit aliquem, & deinde ei bona furto subtraxit, cum quibus se contulit ad aliam iurisdictionem, vt ibi puniri possit, & maximè si examinatus & interrogatus, an vellet ibi iudicari respondeat sic, & idē voluit Farinacc. q. 7. nu. 3. licèt sub nu. 4. aliter se declaret, sed vide eumdem Farinac. ibi sub nu. 26.

2 Contrariam opinionem tenent Collegium Bononien. cons. 10. tom. 1. crimin. Salicet. in lib. adiecta, sub nu. 6. C. de furt. vbi latè insisht plura adducendo contra Bart. & sequaces. August. in addit. ad Angel. in d. verbo & vestem cælestem, sub nu. 16. dicit opinionem Bart. esse falsam, & reprobatam à pluribus illustribus Doctorib. Rimin. Iun. cons. 106. sub nu. 1 1. to. 2. crim. vbi concordantes contra Bart. allegat, & latius prosequitur Marsil. cons. 30. nu. 25. & seq. Nell. de Bannit. in 2. p. primi temp. q. 5. vbi relatis Doctoribus pro vtraque parte dixit opinionem Bart. suffragari tantūmodo officiali ad se defendēdum in sindicatu ob varietatem opinionum. Couar. practicarum quæst. c. 11. num. 9. & nonnulli alij Doct. adducti per Iul. Clar. in q. 38. sub nu. 16. vers. sed certe, & per Farinac. in q. 7. sub nu. 7. vers. sed contra Bart. & per Peguer. in dicta decis. 28. sub nu. 1. vers. hæc quæstio in fine, latissimè Decian. in tractatu crim. lib. 4. c. 17. nu. 15. & cap. 28. nu. 4. vbi alios allegat, lib. 6. to. 2. & Andr. Fachin. cōtrou. iur. lib. 9. c. 19. & contrarijs respondet.

3 Ac etiam essent retinendæ per iudicem illius loci res furatæ, vt vero Domino restituantur, quarum respectu quilibet iudex etiam quod aliàs contra talem furem procedere non possit, ad restitutionem cogere potest, vt per Plot. in d. cons. 133. nu. 46. vers. sed si loquantur, quem sequitur Bertaz. in d. cons. 40. num. 4. vers. 2. & si standum, lib. 1. qui loquuntur etiam quando sine rebus furatis fuerunt capti, vt adhuc illas, vel

4 æstimationem restituere cogantur, vt etiā refert Petr. Caball. in d. cas. 163. sub num. 6. & seq. vbi subdit, licet viderit opinionem Bartol. in varijs Italiæ prouincijs seruari per iudices, & quod nonnumquam ipse etiam non seruata opinione Bart. dimisit tantum fures sine rebus furatis.

5 Nonnulli autem volentes substinere opinionē Bar. dicunt posse tueri, si fur cum re furata per spacium vnius diei ad minus moram traxerit in loco non supposito ratione delicti, nec originis, nec domicilij, cum tunc possit cadere noua contractatio rei secus si minori spacio ibi cum re furata commoratus fuerit, Bal. in l. qui furem in 1. lectu. de stat. homi. August. in addit. ad Angel. in verb. & vestem cælestem, sub nu. 16. vers. item 17. intelligo, Boer. decis. 13. num. 48. Marsil. sing. 677. Bertaz. cons. 40. n. 1. vers. tertia opinio. Bart.

6 limitatur. Quam limitationem consilium Neapolitanum in contingentia facti non seruauit, sed indistinctè seruata fuit opinio Bart. vt testatur Capic. decis. 104. sub

sub num.2.& seq.& Petr.Cabal.reiecta d.restrictione in d.caf.163.nu.8.testatur,quod postea videns obseruantiam Curiarum pro opinione Bart.mutato in melius proposito,cum eadem Bar.opinione transiuit,sed Vincen.de Franch. decis.681.p.4 in fine refert quod sacrum conf. remisit causam ad iudicem loci commissi furti, quia ex processu apparebat nullam in loco capturæ fecisse rei furatæ contractationem, quæ resolutio d. sacri consilij videtur multum iustificata per ea quæ,ibi Vincent. de Franc. longa serie recenset,& ego libenter huic opinioni adhæreo, nisi aliter in loco de consuetudine obseruaretur, & quo ad pœnam tantum furibus infligendam secus quoad bonorum restitutionem, & ad damna, & interesse, vt fur nullo modo relaxetur nisi bonis restitutis, & iniuncto exilio ei à loco capturæ, vt expurgetur similibus hominibus facinorosis super quo semper præses inuigilare debet, l. congruit, ff. de offic. præsid. cum alijs vulgaribus.

Sententia lata in vno territorio an exequi possit per iudicem alterius territorij.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per iudicem alterius iurisdictionis non potest exequi per iudicem captura.*
2 *Etiam si lata fuisset ab officiali, sub eodem Principe, existente tamen sub diuerso Præside Prouinciæ.*
3 *Contrarium seruatur in Statu Ecclesiastico.*
4 *Condemnatus in aliena iurisdictione per quinquaginta milliaria à loco delicti, potest exequi in Statu Ecclesiastico.*
5 *Sententia lata in aliena iurisdictione non facit inditium ad torturam.*
6 *Fallit in Statu Ecclesiastico.*
7 *Sententia lata in aliena iurisdictione operatur, vt procedi possit contra condemnatum per iudicem originis vel domicilij, etiam si non constet de corpore delicti.*
8 *Sententia lata in aliena iurisdictione mandatur exequutioni de iudicem capturæ ad instantiam iudicis sententia.*
9 *Adhibita tamen cognitione causa per iudicem exequentem.*
10 *Et si fuerit lata de iure Romanorum, secus de iure municipali, nisi vigeret idem ius in loco captura.*

CAP. XVI.

1 ADuocatus, qui clientem suum carceratum habet, si fiscus, vel pars producat sententiam condemnatoriam, animaduertat, quod si fuerit lata per iudicem alterius iurisdictionis, obijciat, vt non possit cōtra dictum carceratum exequi, quando iurisdictiones sunt diuersæ distinctæ,& separatæ, Imol. in l.pen.n.3. vers.circa primum, ff. de public. iudic. Ias.in l.properandum, §.fin autem, nu.2. C.de iudic.Boss.in titul.de for.compet.sub n.86.vers.sed an iudex domicilij Clar. §.fin.q.54.sub nu.6. vers.sed pone, & latius q.96.n.9. vers.item quæro, Farinacc.q.11.n.61.vbi refert, quod in Vrbe quidam Nobilis Gallus de pluribus capitalibus delictis condemnatus per sententiam fuit, sed sententia exequutioni demandata nequaquam fuit, quãtis pro illius exequutione per eius inimicos pluries fuerit in Statum Flam. Cart. in Tract. capt.bannit.c. fin.num.11.& num.12.vers.propotereà in proposito. Petr.Caball.in quæst.crim.cas.161.nu.1. & sub nu.4. & seq.reddit bonam rationem. Et n.45.Scacc.de iud. lib.1.cap.63.sub nu.26. vbi latè Horat.Carpan.super nou.Constit.Mediol.in c.Homicida,n.1012.& seqq.

2 Et hoc Aduocatus tueatur, etiam si sententia fuisset lata per officialem sub eodem Principe existente tamen sub diuerso Præside prouinciæ, quia tunc cum dominia sint separata,& distincta & sub diuersis Præsidibus, idem est, ac si sub diuersis Principibus territoria sita essent, Iul.Clar.d. q.96. sub nu.9. vbi infert, quod officialis in Ducatu Mediolani non potest exequi sententiam latam per officialem Regni Neapolis, quia licet illa territoria sint sub eodem Rege Hispaniarum, tamen in omnibus, & per omnia habentur tamquam Regna, & dominia separata, sequitur Cart.in d.tractatu c.1.sub nu.241.& cap.finali nu.11. & seq.Farinacc.in d.q.11.sub num.61. vers. sublimitat hanc Petr.Caball.in d.casu 161.nu.2. & latè Scac.de iud.lib.1.c.63.nu.6.vers.aut vero sunt.

3 Quæ defensio in Statu Ecclesiastico vigore Bullarum Summorum Pontificum parum prodesset, quia sententia lata in vna Prouincia exequitur in alia diuersa,& sub diuerso Præside; quia sufficit loca esse subiecta Romanæ Ecclesiæ, Vulpel. resp.59. sub num. 19. vers.nec dicatur Bullas Cart.in dict.c.1.n.237.& seq. Farinac.d.q.11.sub nu.61.Petr.Cabal.d.cas.161.n.3. Baiar.ad Iul.Clar. in q.96. num.16.vbi dicit ita fuisse prouisum per Bullam Clementis Septimi, confirmatam per Pium Quartum,& Pium Quintum, Cauale.de Brach.reg.p.4.nu.269. vbi firmat,quod tenetur illam exequi sine alia causæ cognitione, nisi notoriè, vel euidenter de iniustitia constaret, & si iudex requisitus parere nolit porrecta quærela contra eũ erit cogendus à superiore, & quod in statu Ecclesiastico vnus iudex exequatur sententiam alterius latè Scacc. de iud. lib. 1.cap.63.sub nu.6.

4 Ac etiam talis exceptio in eodem statu Ecclesiastico parum prodesset quando reus fuisset condemnatus in alijs locis per quinquaginta milliaria à loco delicti, quia poterit dicta sententia exequi in toto Statu Ecclesiastico, cum intelligatur etiam bannitus ab vniuerso territorio mediate, vel immediate subiecto per bullas Sixti Quarti, Clemētis Septimi,& Pij Quarti, vt in term.inis post Cornel. in conf.292. per totum libro tertio, Tob.Non.conf.98. num.7. Baiard. q.96. num.15.in fine. Idemque si loca essent confederata; Scacc.d.c.12.nu.6.vers.aut ista loca.

5 Quæ sententia lata in aliena iurisdictione, vel prouincia, nec etiam grauat condemnatum ad torturam, Afflict.super Constit.Regn.lib.2.rubr.10. in Constit. Rubr.48.de Adult.num.44. vers. sed iuxta præmissa, quæro, Foller.in pract.crim.in verbo, & si confitebūtur, nu.26.vers.nono limitatur,& Farinacc. q.11. nu. 75.vers.Limita secundo, Petr.Caball.d.cas.161.nu.7. vbi tamen post Cart.in d. capit.1. sub num.241. vers. qui tamen, hoc intelligit, & post Farinacc.vbi supra, dicit quod in Statu Ecclesiastico, faceret inditium ad torturam.

7 Bene verum est, quod sententia lata in loco delicti contra condemnatum, sufficit, vt non constito aliter de delicto, possit procedi contra eum per iudicem originis, vel domicilij, Iul.Clar. quæst.54.vers.sed pone. Cart.d.cap.fin.num.12. vers.sed tantum. Farinacc.d. q.11. sub nu.75.circa fin. Boer.decis.163.sub num.5. Boss.

boſſ. tit. de foro comp. ſub n. 86, Petr. Caball. dict. caſu 161. nu. 6. Baiard. in q. 54. nu. 18.

8 Sed verum eſt, quod tales ſententiæ exequi ſolent per iudicem alterius territorij diuerſi, & ſeparati ad petitionem, vel litteras iudicis, qui ſententiam tulit, Paul. de Caſtr. in l. cum quædam puella, num. 5. ff. de iuriſdict. omn. iud. Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſententiam. nu. 5. & ſeq. Iaſ. nu. 1. & 3. & ſeq. ff. de re iudic. Cart. d. c. 1. nu. 137. & ſeqq. Decian. lib. 4. c. 34. nu. 1. Farinac. d. q. 11. nu. 61. vbi refert ita in Vrbe fuiſſe exequutum contra illum nobilem Gallum per litteras Regis Gallorum, Petr. Caball. d. caſu 161. nu. 9. Marſil. ſing. 138. vbi teſtatur, quod ita pluries practicauit Scacc. dicto c. 63. ſub nu. 6. vbi latè, & ſi nollet illam exequi, poteſt cogi per eius ſuperiorem. Bart. in l. a Diuo Pio, §. ſententiam Romæ num. 5. de re iudic. Scacc. de iud. lib. 1. d. c. 63. nu. 9. Aufred. ad Cappell. Tholoſ. q. 412. nu. 1. & ſeqq. vbi etiam firmat, quod poterit cogi per ſuperiorem ſuum, & quod tenebitur parti actione in factum ad intereſſe.

9 Quæ ſententiæ latæ per iudices alterius territorij non exequuntur ad petitionem iudicum, qui illas tulerunt, niſi cum cognitione cauſæ, & viſo quod ſint ritè latè, & a iudicibus competentibus, & præcedentibus legitimis inditijs, & ſecundum iuſtitiam. Iul. Clar. quæſt. 54. in fine, vbi refert, quod ſenatus ita reſcripſit Prætori Cremonæ, Guid. Pap. deciſ. 574. ſub num. 1. Boſſ. in tit. de ſent. ſub nu. 115. & in tit. de foro comp. nu. 87. & ſeq. Crot. cap. fin. nu. 1. & ſeqq. vbi ſubdit, & ob id videndi ſunt proceſſus, vt cognoſci poſſit de validitate, & iuſtitia condemnationis, quod multis rationibus comprobat, & ſequitur Farinacc. in d. q. 11. nu. 61. in fine, & nu. 62. Petr. Caball. in dict. caſu 161. num. 10. & ſeq. Marſil. ſing. 138. in fine. Si verò Eccleſiaſticus requiſiuit iudicem laicum de Brachio laico in delicto mero eccleſiaſtico contra perſonam regularem, & eccleſiaſticam tenetur abſque cauſæ cognitione ſententiam exequi, niſi conſtaret ſententiam eſſe notoriè iniuſtam, ſed in dubio tenetur exequi, vt latè firmat Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 269. & ſeqq. vbi ſubdit, quod in delictis mixti fori poteſt adhibere aliquam cauſæ cognitionem, & dicitur cum cauſæ cognitione, quando proceſſum vidit, vel partem citari fecit ad allegandum, quare exequi non debeat, vbi etiam ſubdit, quod non poterit dari ſuſpectus etiā ſi proceſſum non viderit, & ibi cōcordantes allegat, & quod debet videre proceſſū, & non exequatur ſententiam ſi non fuerit iuſta, latè Scacc. de iudic. libro 1. c. 63. nu. 8. vbi etiam alios allegat, & plus dicit, quod ſi iudex ſententiam iniuſtam ad litteras alterius iudicis exequeretur, pœnam non euaderet, vide latè Horat. Carpan. in d. §. Homicida, num. 1017. & ſeq. Card. Tuſch. in littera S, concluſ. 162. num. 1. & per totam, Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 38. nu. 2. & 7. & quando iudex laicus debeat exequi, & quomodo ſententiam iudicis eccleſiaſtici latiſſimè ponit Farinacc. quæſ. 97. nu. 82. cum plurib. ſeq.

10 Ac etiam Aduocatus animaduertat, quod illa ſententia iudicis alterius territorij requiſita à iudice, qui condemnauit ſit lata de iure communi Romanorū, & non de iure municipali tantum illius loci, in quo facta fuit, quia tunc exequi non poſset, ex quo iudex exequendo ſuam, & non alterius iuriſdictionem ſequi debet, Bald. in l. vnica, in fin. C. de confeſs. quem ſequitur Alexand. in d. §. ſententiam, ſub nu. 6. circa medium. Boſſ. in tit. de ſentent. ſub n. 115. verſ. ideo conclude, vbi tamen hoc limitat quando in loco iudicis exequētis in quo reus reperitur, vigeret idem Statutū, in quo fundata eſt ſententia iudicis, qui eam protulit, quia tunc exequeretur ſententiam, ac ſi lata eſset iure cōmuni Romanorum, vt ſequitur Petr. Caball. in dicto caſ. 161. nu. 12. & ſeq. vbi dicit eſse nouum ſingulare, & notandum dictum. Decian. lib. 4. cap. 34. nu. 2. & 7. Aufred. ad Capel. Tholoſ. q. 412.

Si vero fuerit lata à iudice ſub eodem Principe poteſt exequi ab alio ſine alia requiſitione illius iudicis, qui tulit ſententiam, ſi videat, quod exequtionē mereatur, Iul. Clar. q. 96. nu. 9. vbi de communi, & ita paſſim obſeruatur hic in Curia, & pluries ego practicaui, & per alios practicari vidi, latè Scacc. d. cap. 63. ſub nu. 6. vbi multa alia tradit circa iſtam quæſtionem. In ſententia autem lata in crimine hæreſis, non eſt dubitandum, quod debeant illā exequi iudices laici abſque alia requiſitione, vt de communi, & obſeruata opinione poſt alios fere infinitos, quos allegat, firmat Scacc. d. c. 63. num. 7. verſ. contrariam. Horat. Carp. d. cap. Homicida, nu. 1018. & dicam latè in vltima defenſione. Decian. in tractat. criminal. lib. 4. c. 34. nu. 5. to. 1. Farinacc. q. 67. nu. 102. & ſeq. vbi latè.

Bene verū eſt, quod ſi iudex requiſitus de exequtione ſententiæ excedat in exequendo, poteſt appellari, ſed ad quem ſuperiorem appelletur an ad ſuperiorem primi iudicis, vel exequentis, ſeu auxiliū præbētis, latè ponit Aufred. ad Capell. Tholoſ. q. 412. n. 2.

Remiſſio delinquentis ad iudicem requirētem, quando fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio rei ad alium iudicem non fit, ſi non petatur.*
2 *Hoc procedit quantum ad neceſſitatem, ſecus ex vrbanitate, & ſi iudex ex ſe voluerit.*
3 *Remiſſio non petitur, niſi à iudice, qui habeat aliquam iuriſdictionem.*
4 *Iudex requirens debet per litteras publicas quærere remiſſionem, & mittere aliquam ſummariam cognitionem de delicto.*
5 *Quod duobus modis limitatur.*
6 *Princeps tenetur remittere reos ad Pontificem.*
7 *Iudex nullam habens iuriſdictionem in capto an poſſit reum impunitum relaxare.*
8 *Iudex requiſitus de remiſſione rei antequam remittat debet aliqualem cognitionem delicti prius adhibere.*
9 *Cognitio præfata in quibus conſiſtet.*
10 *Quæ cognitio ad quem iudicem ſpectet.*
11 *Remiſſio rei in leuibus delictis, vel vbi ciuiliter agitur, non fit, numero duodecimo.*
13 *Item non fit in atrocibus delictis, ſi ciuiliter agatur, nec etiam in furto ſi ciuiliter agatur.*
14 *Nec etiā vbi agitur de reddenda ratione adminiſtrationis rerum priuatarum, ſecus rerum publicorum.*
15 *Captus vti ſuſpectus de fuga an debeat remitti ad iudicem competentem.*
16 *Remiſſio in grauibus delictis fit ex vrbanitate.*
17 *Quæ opinio non procedit in iudice originis, vel domicilij, qui tenetur remittere delinquentem ad iudicem loci delicti etiam ex neceſſitate.*
18 *Quod declara prout ibi.*

19 Re-

19 *Remissio non fit quando iudex originis, vel domicilij capit delinquentem ad instantiam iudicis delicti.*

20 *In isto casu requiruntur litteræ publicæ, & non sufficiunt litteræ priuatæ.*

21 *Remissio per iudicem delicti fit quando fuit negligens in puniendo.*

22 *Iudex captura si vult punire delinquentem non tenetur illum remittere.*

23 *Remissio non fit per iudicem originis vel domicilij ad iudicem delicti quando sunt sub diuersis Principibus, secus quando sunt sub eodem Principe, vel sub eodem Præside.*

24 *Remissio hodie de consuetudine non fit, & vbi vigat talis consuetudo seruanda est.*

25 *Remissio de consuetudine à pari ad parem non fit.*

26 *Consuetudo non remittendi viget in multis ciuitatibus, quæ hic referuntur.*

27 *Remissio vbi dubium esset si facienda foret, recurrendum erit ad consuetudinem.*

28 *Remissio non fit inter Ciuitates confederatas.*

29 *Remissio fit in pluribus casibus, non obstante dicta cõsuetudine ibi relatis.*

30 *Remissio non fit per iudicem maiorem ad inferiorem.*

31 *Imperator licet non compellat Papam ad remittendum, potest tamen concedere represalias contra subditos Papæ pro habenda remissione.*

32 *Remissio non fit post sententiam, & condemnationem.*

33 *Contrariam opinionem alij tenent.*

34 *Remissio per Iudicem domicilij, vel originis non fit, si præuenit iudici loci delicti.*

35 *Iudex, qui absoluit, vel condemnauit potest petere remissionem rei, si per iudicem appellationis fuerit condemnatus.*

36 *Remissio in crimine hæresis fit per omnes iudices, & delinquentes à quocumque Regno ad italiam remitti debent.*

37 *Remissio in foro ecclesiastico indistinctè fit.*

38 *Remissio de persona raptoris non fit, sed punitur in loco delicti.*

39 *Vagabundus, vbique puniri potest, & non remittitur.*

40 *Contrariam opinionem tenet Decian.*

41 *Iudex, qui tenetur remittere, si non remittit punitur tanquã inobediens.*

42 *Qui puniatur à Principe, & non à iudice requirente.*

43 *Remissio in regno Neapolitano quando fiat inter officiales Regios, & Barones.*

44 *Pragmatica Regni Caroli Quinti circa remissionem quomodo intelligatur.*

45 *Remissio non fit ad iudicem offensum, vel suspectum.*

46 *Remissio non fit de vno ad alium iudicem quãdo reus esset vtrique iudici aliqua ratione subiectus.*

47 *Mandans, & mandatarius capti sub diuersis iudicibus non remittuntur.*

48 *Remissionem petens quatuor probare debet, & quæ sint.*

49 *Præses prouinciæ non potest in alium locum suæ Prouinciæ remittere reum.*

50 *Remissio de iure fieri debet ad iudicem loci delicti.*

51 *Barones non dicuntur sub eodem Principe ratione remissionis, quamuis sint sub eodem imperio.*

52 *Remissiones sub eodẽ Præside fiunt per ipsos iudices, sed extra iurisdictionẽ requiritur licentia Principis.*

53 *Iudex in pari causa præfertur qui pro grauiori delicto inquirit, & qui præuenit in captura.*

54 *Conuentiones, & capitula circa remissionem sunt obseruanda.*

55 *Conuentiones inter sedem Apostolicam, & Proregem regni Neapolis.*

56 *Conuentiones non comprehendunt subditum vtriusq; iurisdictionis.*

57 *Remissio non fit inter contendentes de iurisdictione.*

58 *Contumax potest in pluribus locis molestari, & condemnari.*

59 *Et si compareat coram vno iudice poterit opponere exceptionem litis pendentiæ coram alijs iudicibus.*

60 *Condemnatus in contumaciam in vno loco poterit etiam condemnari in alijs locis, si pœnam non soluerit, & poterit ab omnibus iudicibus peti executio pœnæ.*

61 *Secus si condemnationem soluerit in vno loco.*

62 *Et sufficit quod soluerit pœnam ante sententiam aliorum iudicum.*

63 *Quod procedit etiam si alij iudices procederent super eodem crimine cum maiori qualitate.*

64 *Condemnatus, non in contumaciam, sed quia comparuerit soluendo pœnam, facit silere alios iudices.*

65 *Nisi minori pœna fuisset condemnatus, qua puniri debebat.*

66 *Absolutus ab vno iudice an possit per alios iudices molestari, remissiuè.*

67 *Remissio vt concedi debeat, octo requiruntur.*

68 *Iudices inferiores, qui non possunt cognoscere de graui pœna, debent remittere captum ad Superiorem, adhibita aliquali cognitione super qualitate delicti.*

69 *Remissio non fit quando suspicatur, quod iudex, ad quem fieri debet remissio, non puniret delinquentem.*

70 *Remissio non fit quando aliqua ciuitas priuilegium habet, vt delinquens extrahi non possit.*

71 *Iudex, qui remisit potest punire reum remissum, si ille iudex, ad quem remisit, fuerit morosus in puniendo.*

72 *Bannitus captus in alieno territorio, non à iudice, sed ab alijs priuatis personis, an remittendus sit; vel relaxandus.*

73 *Et quid si fuerit insecutus ab exequutoribus in alienum territorium.*

74 *Declara vt ibi.*

75 *Carceratus inquisitus de pluribus delictis, & detineatur pro vno delicto, et ab alijs requiratur pro alijs delictis, an sit remittendus.*

76 *Declara, & intellige prout ibi.*

77 *Delictum si fuerit commissum, & inchoatum in vno territorio, & consummatum in altero, quis de eo cognoscere debeat, & ibi dantur plura exempla.*

78 *Delictum cõmissum si nesciatur, vel dubitetur in quo loco fuerit commissum, non fit remissio.*

79 *Suppositus vni iurisdictioni ex duplici capite debet puniri per iudicem illius loci.*

80 *Remissio delinquentis debet fieri sub bona custodia iudicis remittentis, 81. 82.*

83 *Expensis cuius declaratur ibi.*

84 *Carceratus cum elogio nempè cum Indicijs, & scripturis existentibus penes iudicem remittentem remittitur.*

85 *Iudex, cui fuit facta remissio non tenetur stare processui fabricato per iudicem remittentem.*

86 *Nisi iudex remittens fuerit etiam iudex competens, & ex vrbanitate remiserit.*

87 *Confessio facta per remissum coram primo iudice facit tantummodo iudicium ad capturam.*

88 Car-

Carceratus remissus si fuerit tortus coram primo iudice sine inditijs, an sibi suffragetur tortura coram iudice remisso.

C A P. XVII.

1 ADuocatus carcerati debet etiam perspicere, quod non sit cognoscenda eius causa per iudicem capturę, sed sit remittendus ad alium iudicem; ideo videamus i qu bus causibus fiat remissio de vno iudice ad alium, pro cuius vera declaratione pœnam infrascriptas conclusiones.

Prima conclusio est vt si à nemine petatur remissio non sit facienda. Marian. Socc. in cap. proposuisti nu. 13. vers. proposuisti nu. 14. vers. breuiter dic de foro competent. Farinacc. q. 7. nu. 38. vbi alios allegat, & testatur de communi, Cassan. super consuetud. Burgund. lib. 12. §. 1. nu. 18. Guid. Pap. decis. 302. nu. 1. Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 19. num. 1. Aufr. ad Cappell. Tholos. q. 320. nu. 1.

2 Sed conclusio procedit quantum ad necessitatem, vt iudex capturæ non teneatur remittere, nisi petatur, secus ex vrbanitate, quia si erit locus remissioni, debet iudex capturæ remittere ex se etiam non requisitus, vt testatur post Couarr. Iul. Clar. in quæst. 38. vers. est autem num. 19. Farinacc. in loco citato, & remissio peti debet per litteras publicas, nec sufficerēt litteræ priuatæ ipsius iudicis petentis, vt latè post alios, quos allegat declarat Decian. in dict. cap. 19. sub n. 1. circa medium, Card. Tusch. to. 6. concl. 152. n. 9. Andr. Fach. controuer. iur. lib. 9. c. 23. in fin.

3 Alia sit conclusio quod remissio peti non potest à quocumque iudice, sed ab eo tantum, qui iurisdictionem aliquam habet in reum, nempè ratione originis, domicilij, vel ex alia causa legitima. Aretin. in cap. fin. col. 4. Felin. nu. 17. de for. compet. Marian. Soccin. in dict. cap. proposuisti nu. 14. de for. compet. Farinacc. q. 7. n. 27 Boss. tit. de for. compet. n. 52. inquiens quod si quis delinquat Pataui j, & Mantuam aufugiat, non poterit iudex Mantuæ reum remittere, cum debeat iudex remissionis aliquam causæ cognitionem facere, latè Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 19. nu. 2. vbi subdit, quia verbum remissio proprie in iure intelligitur cum aliqui causæ cognitione, quæ opinio cōmuniter recipitur à cōsuetudine, vt testatur Farinac. d. q. 7. nu. 27. vers. sed quicquid vbi prius retulit nonnullos Doctores contrarium tenentes, eamd. contrariam opinionem tuetur, Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. cap. 22. & de eadem consuetudine testatur Decian. in d. c. 19. nu. 2 sub vers. item quia.

4 Bene verum est, quod petens remissionem delinquentis debet in litteris requisitorijs summatim delicti probationem inserere, ex qua oriatur summaria cognitio apud iudicem requisitum, sine qua remittere non teneretur, secundum communem, & practicatam opinionem attestatam, per Couar. pract. quęst. c. 11. sub nu 8 & per Iul. Clar. q. 38. vers. est autem, & per Farinac. q. 7. nu. 34. & seq. in fine, de quo dicam in sequenti conclusione.

5 Quæ conclusio duobus modis declaratur, & primo, vt non procedat quãdo iudex capturæ recognosceret in superiorem eumdem, quem recognoscit etiã iudex loci delicti petentis remissionem; quia tunc licet nullam iurisdictionem haberet in delinquentem, tamen quia vterque curare debet, vt territoria Principis purgentur malis hominibus, teneretur remittere, Decian. d. c. 19. nu. 4.

6 Secundo declaratur quando supremus Pōtifex requireret reum captum, quia tunc imperator vti habitu iurisdictionem habens in singulis locis, teneretur reum ad Papam remittere, Decian. d. c. 59. num. 3. vbi refert ita fuisse obseruatum, per Venetos tempore Pauli Tertij, cui remiserunt quemdam, qui subtraxerat pecunias Thesaurario suo, & sic nō procedit cōclusio in Principibus, qui possunt remittere delinquētes ad alios iudices, licet in capto nullam habeāt iurisdictionem, Iul. Clar. q. 39. sub versic. hoc tamen, Roland. cons. 19. vol. 2. Farinacc. q 7. num. 39. Flam. Cartar. in trac. capto Bannito cap. fin. nu. 263. Bonac. comm. opin. p. 1. vers. remissio rei Bertazaol. consil. 410. in fin. vol. 2. vbi dicit: ideo Venetos esse commēdandos, quia obseruant conuentiones circa remittēdos delinquentes, Baiard. q. 37. nu. 72. in fine, & hodie ad nutum summorum Pontificum omnes Principes remittunt delinquentes ad Curiam, & ego dū fui Locumtenens criminalis Auditoris Cam. aliquos suspēdere feci, qui fuerūt remissi per Principes ad Paulum Quintum summum Pontificem.

7 Sed circa istam conclusionem secundam dubitari contingit, si pars læsa petat, & instet penes iudicem capturę, vt delinquentem puniat, an possit, vel debeat illum impunitum dimittere, quam difficultatem tangit post alios, Farinacc. Modern. Roman. in dict. q. 7. nu. 30. & tenet, quod omnino captus impunitus sit relaxãdus etiam in quocumque graui, & atroci delicto, & ibi ad contraria respondet, & ratio est in promptu, quia si caret iste iudex iurisdictione, quomodo poterit reum punire, nec sola instantia partis sufficeret ad prorogandum in eum iurisdictionem, sed requiritur consensus vtriusque partis, & actoris, & rei, vt dixi supra in c. 7. nu. 5. & iudicis loci, Cassan. super consuet. Burgund. dub. 22. §. 1. nu. 19. vbi latè.

8 Tertia sit conclusio, vt iudex requisitus nō debeat statim reum remittere, sed debeat aliqualem cognitionem prius facere, ne forte in vinculis remissus ex hoc infamiam iniustè patiatur, Gloss. in Clem. Pastoralis in verb. de more de re iudic. Felin. in capit. fin. nu. 9. de for. compet. vbi firmat quod iudex requisitus non tenetur sequi varios, & iniustos appetitus requirentis sed debet summariè cognoscere de delicto, & vbi non præcessit suspicio criminis, non debet reus nec capi, nec detineri, nec remitti, Farinacc. q 7. n. 35. vbi reiecta opinione Ant. Gomez in tit de delict. c. 1. nu. 87. in fin. in hac opinione residet, & eamdem sequitur, Decian. in tract. crim'n. lib. 4. to. 1. c. 19. nu. 15. vbi etiam concordantes allegat, Card. Tusch. tom. 6. concl. 1561. nu. 8. vbi loquitur quando iudex requisitus esset iudex ordinarius, vel domicilij, vel originis Caualcan. de Brach. reg. p. 4. nu. 246. in fin. dicit procedere dictum Anton. Gomez, quando delictum esset notorium, vel extraiudicialiter iudex requisitus sciret delictum esse commissum, vbi tamen subdit, quod de consuetudine iudices non remittunt nisi habita fide, quod vere delictum commissum fuerit in iurisdictione iudicis petentis remissionem, & quod iudex requisitus debeat summariam cognitionem adhibere super delicto, Mar. Ant. Macer. lib. 3. resolut. 33. nu. 2.

9 Quæ cognitio versatur, si ostēdatur, quod reus fuerit condemnatus in contumaciam, vel si contumax

non

non fuerit summarie cognoscatur, quia non tenetur credere iudici requirenti remissionem, si delictum esset notorium in loco iudicis petentis, vel si in eodem loco esset fama publica, vt latè per Corrad. tit. de inquis.n.12.in 6. limit. per Farinacc.d.q.7.nu.35. vers.1. & latissimè per Decian.d.c.19.nu.15.

10 Et ista summaria cognitio non spectat ad iudicem remittentem secundum aliquos, cum ille sit merus exequutor; sed bene verum est, quod iudex petens remissionem sufficit, quod in litteris requisitorijs summatim probationem delicti inferat, ex qua oriatur summaria cognitio apud iudicem requisitum secundum communem, & practicatam opinionem, vt post Couar.& alios, quos allegat, Iul.Clar. §.fin. q.78.vers. bene verum est, & post Ias.in l.magistratibus, ff.de iurisd.omn.iud.Cassan.super consuet.Burgund.rub. 12. §.1. nu.6. vbi ponit hoc pro cautela, vt iudex petens remissionem instruat iudicem requisitum de delicto commisso per aliqualem informationem, alias requisitus non tenebitur reum petitum remittere, Cardin. Tusch.to.6.concl.152. num.4. dicit quod debet prius constare de delicto aliter, quam per dictum delinquentes, licet post Iul.Clar.§.fin.q.38.num.19.in fin. dicat hoc in practica non obseruari, & ibi testatur de communi, qui Card.Tusc.sub nu.6.etiam dicit, quod si petatur remissio à superiore, non fiat aliqua causæ cognitio, secus si ab æquali, vel ab inferiore, & allegat Imol.in Clem.Pastoralis, nu.93.de re iudic.& talis requisitio fieri debet per litteras publicas secundum communem opinionem attestatam post Iul. Clar. in §.fin.quæst.39.sub nu.19. per Card.Tusch.to.6.conclus.152.num.9.

11 Quarta sit conclusio, quod in leuioribus delictis, vel in ijs, pro quibus ciuiliter agitur, non conceditur remissio, sed tãtum in grauibus, & atrocibus Iul.Clar. §.fin.q.38.vers.scias tamen, Farinacc.q.7.num.36.vbi de communi, latè Decian.in tract. crimin. lib.4. to.3. c.19.nu.5. vbi reddit rationem, & concordantes allegat, eamdem rationem reddit, Cassan. in constit.Burgund.rub. 12.§.1.nu.8. quia in leuibus non possunt sequi terrores, vel affinium consolationes, ex quibus remissio fieri solet, Card.Tusch.d.concl.152.num. 54. vbi de communi, Aufred. ad Capell. Tholos. q.320. nu.1.vbi reddit eamdem rationem.

12 Imò nec etiam in atrocibus, si ciuiliter agatur conceditur rei remissio Iul.Clar. q.38. vers.item scias vbi alios allegat, & rationem reddit, Farinacc.q.7.nu.37. vbi de communi, & concordantes allegat, Cassan. d.§.1.nu.10.Decian.d.c.19.nu.5. vbi etiam alios allegat, Baiard.q.38.nu.74.Aufred.in d.q.320.nu.1.

13 Et in furto quando agitur ciuiliter, non conceditur remissio furis, sed si agatur criminaliter sic Bolognet.in addit.ad cons.Io.de Anan.55. in fin.Io.Bapt. Bonifat.in tract.de furt.§.contrectatio nu.32.vbi etiã testatur ita fuisse per legem Venetam die 20.Augusti

14 1506. sancitum, † & quando agitur de reddenda ratione administrationis rerum publicarũ fit remissio, secus quando agitur de ratione reddenda rerum priuatarum Io.de Imol.cons.35.nu.3. vbi dicit hoc esse speciale, Card.Tusch.to.6.d.concl.152.nu.64. & seq. & in capto fugitiuo, vel suspecto de fuga debet fieri remissio ad iudicem competentem quando iudex, qui cepit fugitiuum non est iudex competens, & illum punire non potest.Bolognett.in addit.ad Anan. consilio 55. in fin.Cardin.Tusch. dicta conclusione 152. numero 66.

16 Quinta sit cõclusio, quod in grauibus, & atrocibus delictis fiat remissio ex vrbanitate, Decian.in tractat. crimin.c.19.nu.6. lib.4. to.3. vbi firmat hanc conclusionem esse verissimam, & idem dicit procedere etiã in leuibus delictis, & ibi testatur ita fuisse alias per Gubernatorem Mediolani Ferdinandum Gonzagam nomine Caroli V.cum ciuitate Venetiarum obseruatum, ad cuius dominium ex vrbanitate fuit remissus Ludouicus ab Armis Bononiẽsis, vbi fuit capite mulctatus, & Baiard.ad Iul.Clar.q.38.num.72.dicit quod Iulius Clarus debebat laudare Principes remittentes delinquentes, & non damnare, prout fecit in d.q.38. ne delicta remaneant inpunita, & fiat etiam, vt cæteri timeant, & parentes offensorum consolentur, vt firmat idem Baiard.in d.q.38. nu.65. & Card.Tusch.in d.concl.152.nu.23. & seq. & dicit, quod similibus sceleratis non est præbendum auxilium, vt sunt sacrilegi, derobatores ecclesiarum, notorie inquisiti, & condemnati de atroci delicto, vt post Iul.Clar. in d.q.38. sub nu.21.vers.bene verum est, dat pro cautela, vt tales delinquentes procurent saluum conductum quia non fiet remissio, vt tutè commorentur in alienis iurisdictionibus, & quod Principes remittentes delinquentes sint laudandi ad effectum puniendi, & non damnandi valde exclamat Caualc.de Brach.reg. p.4. n.248.& ibi ponit vtilitates, & cõmoda d.remissionis.

17 Quæ conclusio restringitur in iudice originis, vel domicilij, qui in atrocibus non solum ex vrbanitate, sed etiam ex necessitate tenetur ad iudicem loci delicti delinquentem remittere ex quatuor rationibus assignatis per Couarr.pract.quæstion.cap.11.num.2. quas longa scire etiam recenset, Decian.in d.cap.19. num.7. vbi etiam post alios, quos allegat testatur de communi, quam opinionem sequitur Anch. in capit. postulasti in repet.n.12.de for.compet.Boss. in pract. crim.§.opportune nu.32.vers.si vero agitur idem voluit, Bald.in l.2.n.2. C.de seru.fugit.licet deinde dicat de consuetudine non seruari, vt etiam refert Decian. in d.c.19.nu.7. in fin.& Cardin.Tusch. conclus.152.

18 nu.76.to.6.† dicit quod in iudice subiecto tenetur in delicto atroci remittere reum, secus in iudicibus diuersæ iurisdictionis, & dominij, Caualc. d.p.4. n.246. vers. quod verum existimo latè Aufred. ad Capell. Tholos.q.320. nu.2. qui etiam testatur de consuetudine non fieri remissionem inter iudices diuersæ iurisdictionis vbi tamen ponit vnam limitationem, quia si denegaret remissionem iudex diuersæ iurisdictionis non posset puniri; nec tamen iudex requisitus vellet ipse exequi, & facere iustitiam, si etiam in istis delictis grauibus non fieret remissio, Couarru.Pract. q. c.11. per totum, Card.Tusc.to.6.d.concl.152.nu.75.

19 Sexta sit conclusio quod si iudex loci delicti requisiuit iudicem originis, vel domicilij, vt caperet reum ad hoc, vt sibi reum remitteret; tunc iudex requisitus tenetur hoc facere, & vbi nolit, cogitur à superiore, & captum tenetur remittere ad iudicem loci delicti, Boss.tit.de for.compet.nu.48. vbi de communi, Iul. Clar.q.38.sub vers.est autem Marian. Socc. c. postulasti, nu.14.de for.comp. cum alijs allegat per Farin. in d.q.6.num.23. vers. vnde secus Thesaur. decis.60. nu.6.Decian.in tract.crim.lib.4.c.19. num.1. tom.1.

20 vbi etiam concordantes allegat, & ibi subdit † quod rem-

remissio peti debet per litteras publicas, nec sufficerent litterę priuatę ipsius iudicis petentis: Nec obstat quod Pilatus spontè remisit saluatorem nostrum, quia illa non habuit effectum, & postea ad se remissus iterum fuit condemnatus.

21 Septima sit conclusio, quando iudex loci delicti cõmissi fuerit negligens in procedendo, & puniẽdo delinquẽtẽ, & tunc ne delicta remanerent impunita non prohibetur q iudex originis, vel domicilij non possit procedere cõtra subditũ delinquentẽ extra territoriũ Tob. Non. cons. 98. n. 4. & seq. Ang. de Malef. in verb. Hæc est quædam inquisitio n. 63. cum alijs allegatis per Farinac. q. 7. nu. 23. vers. limita tertio faciunt, quæ scribit Dec. in d. c. 19. n. 27. to. 2. lib. 4. Card. Tusch. d.
22 conclus. 152. num. 72. tom. 6. † vbi firmat, quod iudex capturæ si vult punire, non tenetur remittere, alias secus, & ibi alios allegat.

23 Octaua sit conclusio, vt iudex originis, vel domicilij nõ teneatur delinquẽtẽ remittere ad iudicẽ loci delicti, quãdo sunt sub diuersis Principibus, vel dominijs, secus quãdo essent sub eodẽ Principe, & multo magis quando sunt sub eodem Præside prouinciæ, Corrad. tit. de inquis. nu. 12. in 8. limit. in fin. Veronen. consil. crim. 58. num. 2. & seqq. Iul. Clar. q. 39. versic. sed numquid, in fine, Boss. tit. de foro compet. n. 52. & seq. Farinac. quæst. 7. num. 25. in fine, vbi testatur ita seruari de consuetudine, & n. 29. & 31. latè Decian. in d. cap. 19. num. 10. & seq. vbi alios cumulauit, & ibi testatur de communi, & quod hodie de consuetudine ita seruatur. Boer. decis. 29. n. 5. & seq. latè Cassan. super consuetud. Burgũn. Rub. 12. §. 1. nu. 13. vbi etiam testatur ita seruari de consuetudine, & de communi opinione vtriusque iuris. Card. Tus. to. 6. concl. 152. num. 17. vbi alios allegat, Io. Bapt. Bonif. in tract. de fur. §. contrectatio, n. 32. latè Petr. Caball. in q. crim. cas. 161. n. 14. & seq. & cas. 162. nu. 9. & seqq. vbi alios cumulauit, & firmat, q sub diuersis Principibus, vel sub diuersis Prę sidibus etiã existentibus sub eodẽ Principe, nõ fiat remissio, sed tantũ sub eodẽ Principe, vel Præside, licet de iure cõmuni locus delicti tamquã magis offensus, quam locus originis, vel domicilij esset præferendus, & alij iudices ad eum remittere debet delinquentem per eos captũ, & q ita de cõsuetudine seruatur, vt nõ fiat remissio per iudices diuersi dominij, & diuersæ prouinciæ, & ibi multos alios cõcordantes congessit, & q ius commune seruetur tantũ in iudicibus existentib. in eodem dominio, & sub eodem Pręside prouinciæ. Caualc. de Brach. reg. p. 4. n. 246. Bonif. de furt. §. contrectatio n. 34. licet Andr. Fachin. contr. iur. lib. 9. c. 23. non admittat dictam consuetudinem per rationes per eũ allegatas, & de eadem consuetudine testatur Mar. Ant. Macer. vat. resolut. lib. 3. resolut. 33. n. 1.

24 Nona sit conclusio, vt hodie de consuetudine non fiat remissio, latissimè qui alios concordãtes adduxit Petr. Caball. in d. cas. 162. n. 9. & seq. quæ consuetudo est seruãda, vbi viget Oldr. cons. 124. in fine, vbi testatur, quod Curia Romana nũquam remittit, Iul. Clar. §. fin. q. 38. n. 25. vbi reddit rationem, quia vbique delinquentes in ipsa Curia puniuntur, cum Romana sit cõmunis Patria, & si nõ pœna ordinaria saltim extraordinaria puniuntur. Farinacc. q. 6. n. 12. Baiard. q. 38. nu. 75. & seq. Bonifac. de furt. §. 3. nu. 33. vbi post alios quos allegat, dicit, q licet aliqui voluerint, q hodie Roma nõ sit cõmunis quo ad alios, qui delinquerunt extra ditionem Romanæ Ecclesiæ, tamen concedit quo ad pęnã extraordinariã adhuc dici patriã cõmunẽ, & quia bannitus de vna ciuitate intelligitur etiam bannitus ab Vrbe Romæ, Iacob. Beluis. in sua pract. crim. tit. de fug. reor. n. 20. Ant. Scap. in tract. iuris non scripti, lib. 5. c. 6. nu. 3. & quia Papa est iudex ordinarius singulorum, 9. q. 3. c. cuncta, & c. per principalẽ, de elect. tex. in l. Roma, ff. ad municipal. cap. fin. de foro compet. Card. Tusch. tom. 6. conclus. 152. num. 13.

25 Item hodie de consuetudine nõ fit remissio de pari ad parem, Bal. cons. 18. lib. 4. & cons. 478. isti sacrilegi lib. 4. Card. Tusc. d. concl. 152. n. 12. licet post Bal. subdat non esse confouendum sceleratis, sed debeant capi, remitti, & puniri maxime, quando sunt latrones rerum Ecclesiasticarum, & sacrilegi.

26 Quæ consuetudo viget in multis ciuitatibus, prout in ciuitate Ferrariæ. Boer. decis. 29. circa fi. in magna Curia Vicariæ Neapolis, quæ nũquã remittit reũ alicui inferiori, etiã si adsit clausula abdicatarũ in cõcessione feudi. Capic. decis. 122. quẽ sequitur Vrsil. ad Afflict. decis. 155. in fi. Capobl. in tract. de Baronib. prag. 8. n. 234. vbi etiam subdit, quod causę Neapolitanorũ non remittuntur ad Barones, licet de iure cõmuni forũ in terra Baronis ratione delicti cõtraxissent. Idẽ in ciuitate Auenionen. in principatu Auraicẽsi, & in Comitatu Venusino, & in Comitatu Prouinciæ, Bellam. cons. 11. n. 7. versiculo ad propositum, vt de omnibus istis locis loquitur etiam Card. Tusc. to. 6. concl. 152. nu. 13. & seq. & de consuetudine totius Italiæ, vt post alios, quos allegat, testatur Dec. in d. c. 19. n. 11. vbi latè, qui tamen subdit, q vbi non vigeret talis consuetudo si non fieret remissio, iudex peccaret mortaliter, & de eadem consuetudine Italiæ, testatur Card. Tusc. d. conclus. 152. n. 19. & sub n. 26. reddit rationem dictæ cõsuetudinis, de qua consuetudine remittendi, & non remittendi, plura, idem Card. Tusch. scripsit in tom. 1. conclus. 849. per totam, Aufr. ad Cappell. Tholosan. quæst. 320. num. 2.

27 Et vbi esset dubium, an fieri deberet remissio, erit recurrendum ad ipsam cõsuetudinem, quia illa seruit pro interpretatione. Bellam. d. cons. 11. n. 6. vers. 4. videtur. Card. Tusc. to. 6. d. concl. 152. n. 18. in litt. R.

28 Ac talis consuetudo obseruatur etiam inter diuersas ciuitates confederatas, inter quas non fit remissio, vt post Fulgos. in cons. 149. in princ. firmat idem Tus. in suprad. concl. nu. 27. vbi ponunt exemplum in ciuitatibus Florentiæ, & Senarum.

29 Primo Declara, & intellige istam cõclusionem inter pares, vel quod maior non remittat minori, secus è contra Bald. cons. 28. lib. 4. quem allegat Car. Tusc. d. concl. 152. num. 21.

Secundo limita, quando sunt ciuitates sub eodem Principe, quia tunc fit remissio, non obstante consuetudine, Iul. Clar. §. fin. q. 38. sub n. 21. vers. hoc tamen, vbi de communi opinione vtriusque iuris, Card. Tus. d. conclus. 152. num. 22. in litt. R.

Tertio limita in delictis atrocibus, idem Tusc. in allegata concl. 23. & seq.

Quarto limita, & intellige, vt dicta consuetudo negatiua remittendi valeat, oportet, quod iudex retinens delinquentem sit competens, Bellam. cons. 11. sub n. 6. versic. 4. Card. Tusc. d. concl. 152. n. 25.

Quinto limita, & intellige, vt in casibus in quibus ex aliqua necessitate iudex capturę tenetur remittere

reum intelligitur de vnica remiſſione, & non de pluribus vicibus, Bellam.d.conſil.11.num.11.verſ.ſeptima ratio, Card.Tuſch.d.concl.152.num.32.

Sexto limita in homicidio animo appenſato commiſſo, vt non valeat conſuetudo remittendi, ſed puniatur per iudicem capturæ. Plot. conſ.178. per tot. tom.2.crim.Baiard.q.38. num.55. Card.Tuſch.concl.152.num.77.in littera R.

Septimo limita, quãdo remaneret delictũ impunitũ, ꝙ erit contra ius publicũ, & ideo ad hoc, vt valeat conſuetudo prędicta requiritur, vt iudex capturę velit delinquentẽ punire, Abb.in c.fin.n.23.de foro cõpet. Dec.d.c.19.n.18.vbi latè Boer.deciſ.29.n.6.Gramm. deciſ.26.nu.6.Baiard.q.38.n.56.vbi teſtatur de communi Card.Tuſc.d.concl.152.n.70. vbi alios allegat.

30 Decima ſit concluſio, ꝙ remiſſio non fiat a iudice, vel Magiſtratu, vel Curia maiori ad inferiorem, Oldr. conſ.124.Caſſan.ſuper conſuet.Burg.rub.12.§.1.n.16. vbi latiſſimè Bellam.conſ.11.n.10.& n.11.verſ.itẽ ꝓ hoc, Card.Tuſ.to.6.d.concl.152.n.11.Parin.q.7.n.33. vbi ſubdit ꝓcedere, vbi Curia, vel iudex maior poteſt causã cæptã corã inferiori auocare, aut retinere cuiuſcumq. appellationis occaſione, ſecus ſi nõ haberet talẽ poteſtatẽ, & eãdẽ declarationẽ ponit Cou.pract. qq.c.11.n.10.verſ.illud, quam ſequitur etiam Baiar.q.38.n.71.Dec.in d.c.19.n.9.vbi tamen opinionẽ Oldr. & aliorum dicit eſſe veram, quãdo remiſſio peteretur ab alio iudice inferiori, qui nõ eſſet eiuſdẽ iuriſdictionis, vel ſub eodẽ Principe, ſecus autẽ in ſubditis eidẽ Principi, quia tũc fieret remiſſio, etiã à ſuperiori iudice ad inferiorẽ per doctrinã Bald.in l.fin.n.16.C.ſi nõ à compet.iudic.qui exẽplificat in poteſtate Paduæ, vt teneatur remittere Poteſtati Mõtagnane. Sed licet Imperator tanquã inferior nõ cõpellat Papã ad remittẽdũ pręciſe, bene poterit cõcedere cauſatiuè cõcedendo repræſalias contra ſubditos Papæ, ſi credere velimus. Vital.in Clem. Paſtoralis, §.nos tamen, nu.58. & ſeq.de re iud.relato per Card.Tuſ.to.6.concl.152.n.56.in littera R.

32 Vndecima ſit cõcluſio, vt iudex originis, vel domicilij nõ teneatur remittere delinquentẽ ad iudicẽ cõmiſſi delicti poſt cõdemnationẽ, vel ſententiã, Augu[?]. ad Ang. de Maleſ.in verb.& caput a ſpatulis ſub nu.26.verſic.& in quantũ, quam opinionẽ poſt Bald. Salicet.& Anch.ſequitur Dec.in d.c.19. n.12. & ibi reprobat contraria, Baiard.q.38.n.62. poſt Gramm.in deciſ.26. n.5.Card.Tuſch.d.concl.152.n.32.vbi ſubdit poſt Bellam.conſil.11. n.8. verſic.ſed ad hoc, vt ſi à principio non fuerit petita remiſſio amplius fieri non debeat, quia vbi ceptum eſt iudiciũ ibi finiri debeat, & poſt eumdem Bellam.in eodem conſ.11.verſ. ſexta ratio etiam dicit, quod de reo confeſſo non fiat remiſſio, cum non remaneat niſi executio facienda, Andr.Fachin.controuerſ.iur.lib.9.c.21.Couar.pract. qq.c.21.n.6.Farinacc.q.7.n.24.verſic.verum iſtorum latiſſimè Caſſan. ſuper conſuetud. Burg.rub.12. §.1. num.1. & Petr.Caball.in quæſt.criminal.caſ.162.nu.25.vbi dicit hoc eſſe notandum, quicquid aliqui contrarium dixerunt, & latius dicam infra in hoc eodem capitulo in concluſione 28.

33 Alij autem contrarium tenent, ꝙ licet quoad proceſſũ fabricãdũ, & ſententiã proferendam iudex originis, vel domicilij remittere non teneatur delinquentem ad iudicem loci cõmiſſi delicti, ſecus ſit poſt ſententiam, quoad executionem, vt tranſeat in aliorum exemplum condemnatus debeat remitti, Boſſ. in tit. de foro compet.n.48.poſt Alexand.& Fulgoſ.in locis per eum relatis, Card.Tuſch.to.6. concluſ.152.n.34. poſt Abb.in conſilio 24.in fine, libro 1.

34 Duodecima ſit concluſio, quod ſi iudex domicilij, vel originis præuenerit in ꝓcedẽdo cõtra delinquẽtẽ nõ tenebitur remittere reum ad iudicem loci delicti, antequã abſoluet, vel condemnet, Anchar.in cap.poſtulaſti, num.12.Marian.Soccin.n.14.de foro competenti, Alex.in l.à Diuo Pio, §.1.nu.4.circa finem de re iud.quia eſſent fruſtratoria iura diſponentia, quod iudex domicilij, vel originis poſſit de delicto cognoſcere, vt in l. 1. C.vbi de crim.agi oport.Dec.in d.lib.4. tom.1.c.19. n.14.& ibi teſtatur, quod ita in pract.obſeruatur, vt præuentus iudex non petat remiſſionem, idem tenet Guid.Pap.deciſ.202. n.2.Iacob.de Beluiſ. in repet.c.Romana §.cõtrahentes n.121.de for.cõp. in 1.Card.Tuſch.cõcl.152.n.33.Petr.Cab.in q.crim. conſ.162.n.25.& procedat ſiue præuenerit per accuſationem ſiue per inquiſitionem de iure canonico nõ fiat remiſſio in caſu præfato, vt teſtatur Vincent. de Franc.dec.36.n.3.p.1.vbi ſubdit poſt Marian.nõ data præuentione omnino fiat remiſſio ad iudicem loci delicti, & ibi teſtatur de communi, & dec.88.n.6.p.1.

35 Decimatertia concluſio, vt ſi iudex loci delicti abſoluiſſet, vel in minus cõdẽnaſſet, & iudex appellationis condemnaſſet abſolutũ, vel maiori pœna puniret iudex, qui in prima inſtantia pronũciauit, poterit petere, ꝙ ad eum remittatur delinquens puniẽdus, Alex. in l.à Diuo Pio nu.2.verſ.ſed contrariũ, & n.4. verſ.in contrariũ facere videtur de re iudic.Dec.d.c.29.n.13. vbi tamen ſubdit hanc concluſionem eſſe verã, quando petitur remiſſio a iudice loci delicti, qui tulit primam ſententiam, ſecus ſi eſſet iudex domicilij, vel originis, vide eumd.Dec.in tract.cri.to.1.lib.4.c.34.n.2.

36 Decimaquarta ſit concluſio, vt in crimine hæreſis quilibet inquiſitor petat remiſſionẽ a quocũq; alio iudice cũ omnes inquiſitores hæreſis ſint Romani Põtificis legati, & nulli Domino tẽporali ſubſint, & ob id delinquentes in iſto crimine ab Hiſpania, & alijs locis in Italia remitti debeãt, vt tradit D.meus Franc.Peg. modo Decanus Rotę Romanę Scol.45.ad 3.p.col.3. direc.inquiſ.Baiar.q.38.n.27.latiſſimè Dec.c.19.n.23. & idẽ eſt in Clerico delinquẽte capto ꝑ iudicẽ laicũ, vt debeat remitti ad iudicẽ eccleſiaſticum, Iul.Clar.q.38.n.27.Card.Tuſc.d.concluſ.152.n.50.to.6.& ſi iudex laicus recuſet illum remittere debeat excommunicari, Caualc.de teſtib.p.4.n.220.

38 Decimaquinta ſit concluſio, vt in foro eccleſiaſtico indiſtinctè, & vniformiter fiãt remiſſiones, cũ omnes eccleſiaſticæ perſonæ ſubiaceant ſummo Põtifici 9.q.3. c.cuncta per mundũ, qui poterit cogere dd.eccleſiaſticas perſonas recuſantes remittere, & ideo in iſtis eſt eadẽ ratio, quę eſt in foro tẽporali ſub eodem Principe, Caſſan.ſuper conſuet.Burg.rub.12.§.1.n.14. ſub verſ.& hoc eſt verum poſt Card.in clem.paſtoralis in gloſſ. ſuper verbo de more de ſentent.& re iud. Baiard.ad Iul.Clar.q.38.num.80.& ſeqq.

38 Decimaſexta ſit concluſio, vt in crimine raptus nõ fiat remiſſio, ſed raptor puniatur in loco delicti text. in l.vnica iunct.gloſſ.in verb.fori præſcrip.C.de rapt. virg.Caſſan.in d.rub.12. §.1. nu.11.vbi dicit credere hoc procedere etiam de conſuetudine.

39 Deci-

39 Decimaseptima sit conclusio, vt vagabundus non
remittatur, sed vbi inuenitur ibi iudicatur, Cassan. d.
rubr. 12. §. 1. nu. 12. vbi declarat, quis vagabundus di-
catur, qui non habet habitationē, vel domiciliū certū,
Couar. pract. qq. c. 11. nu. 7. Guid. Pap. dec. 22. sub n. 1.
Iul. Clar. q. 39. n. 6. vbi testatur, quod ita in facto sena-
tus obseruauit, & ibi ēt declarat, quis dicatur vagabū-
dus, Baiar. §. fi. q. 38. n. 54. Card. Tus. t. 6. cōcl. 152. n. 41.
vbi refert post Bellam. cōs. 11. n. 9. ꝙ ita tenēt omnes.
40 Sed Dec. in trac. crim. t. 1. lib. 4. c. 16. n. 17. substinet
contrariā opinionē, dūmodo non cōcurrāt qualitates
habiles ad remittēdū, vt delictū sit atrox, nō sit pręuē
tus iudex, vel nisi extaret consuetudo remittendi tales
vagabundos, Andr. Fach. contr. iur. lib. 9. cap. 34.
41 Decimaoctaua sit conclusio, vt si iudex requisitus
de remissione in casib. permissis, & illū recusaret fa-
cere puniretur de inobedientia, Cass. in d. rub. 12. §. 1.
n. 54. vers. quib. casib. Beluis. in c. Romana, §. cōtrahē-
tes, n. 113. de for. cōp. in 6. Ant. Scap. in trac. iuris non
script. lib. 5. c. 8. n. 9. Caualc. de Brach. reg. p. 4. n. 236. &
in pract. de test. p. 4. n. 220. dicit, quod iudex laicus re
cusans, remittere clericū dēt excōicari, Dec. in d. c. 19.
n. 16. docet post alios, quos allegat, quod requirēs re-
42 missionē debeat adire Princepē cū non possit iudicem
requisitum cogere, nec punire, cum par impari non
habeat imperiū, Baiar. §. fi. q. 38. nu. 66. vbi docet, quid
43 obseruetur in illo Regno Neapolitano inter Officia-
les Regios de vno ad alium, vel de Barone, ad Baro-
nē, & de Curia Regia ad Barones, post Foller. in pra-
ctic. crim. in verb. audiant excusatores, nu. 89. & Vinc.
de Franc. dec. 426. p. 2. vbi declarant, quomodo intel-
44 ligatur Regia pragmatica Caroli Quinti, quę est quin
ta sub tit. de delict.
45 Decimanona sit conclusio, quod remissio non fiat
ad iudicem offensū, vel suspectū, Old. cōs. 133. ī princ.
vbi dicit Regem Angliæ nō posse esse iudicem in cā
propria, Card. Tusc. to. 6. concl. 132. n. 10. vide lat. de
Beluis. in loc. relato per Caual. de Brac. reg. p. 4. n. 245
46 Vigesima sit cōclusio, vt si Dux Venetiarū promi-
serit remittere Ferrarienses Duci Estensi, & ē contra
Dux pmiserit remittere Venetos, Dominio Veneto
nō sit remissio de eo, qui est Venetus, & Ferrariensis,
& sic de subdito remittentis, Io. de Imol. cons. 35. in
princ. nu. 9. licet sub nu. 10. & seq. teneat contrariū ob
verisimilem mentem contrahentiū, & ibi cōfutat, quę
adducebantur pro contraria parte, Card. Tusch. to. 6.
concl. 152. n. 37. & seq. licet viderim aliquando con-
trariū seruari, & iudicio meo male licet, in his termi-
nis dicat, Caual. de Brach. reg. p. 4. n. 248. i fi. quod ne-
mo audeat dicere Principi, cur ita facias, vel remittas
46 Vigesimaprima sit conclusio, vt si mādans, & mā-
datarius delicti sint capti coram diuersis iudicibus nō
fiat remissio licet petatur, Baldus in l. nō ideo minus,
C. de accus. quod notandū dicit Clar. in q. 38. n. 6. vers.
item quæro in fi. vbi tamen subdit, quod non seruare-
47 tur in practica, quando vterq; iudex esset sub eodem
Principe, Card. Tusc. d. concl. 152. n. 39. quā Baldi do-
ctrinā, sequitur Ang. de Malefic. in verb. & Semproniū
mādatorem, q. 20. n. 41. Capyc. dec. 122. n. 7. latè Boss.
tit. de for. cōp. n. 109. Baiar. q. 38. n. 13. vbi subdit quia
licet sit idem factū, tñ diuersę oriūtur obligationes, nec
vna accedit alteri, Caual. de Brac. reg. p. 5. n. 245. in fi.
48 Vigesimasecūda cōclusio sit, quod petens remissio-
ne delinquentis quatuor probare debeat, alias sibi nō
sit, primū, vt sit Dominus loci cōmissi delicti, secundū
quod habeat iurisdictionem, tertium, quod delictū vbi
fuerit cōmissū, quartū, quod ibi habitent. Bellam. cōs.
11. nu. 5. vers. 3. videtur cū per punitionē delinquentis
in loco alij teneantur, & ideò si in loco non adessent
habitatores, qui teneri possēt nō fieret remissio, Abb.
cōs. 23. col. fi. vers. sed nūquid lib. 1. vbi ēt subdit, quia
magis cōgruit, vt puniatur in loco delicti Card. Tusc.
tom. 6. concl. 152. n. 42. & seq. & Cabal. cas. 162. sub n.
11. & Caualc. de Brach. reg. par. 4. nu. 149. dicit, quod
decem requisita requirantur ad hoc, vt iudex requisi-
tus de remissione rei teneatur illum remittere, & ipsa
decem requisita, ibi recenset.
49 Vigesimatertia sit conclusio, quod Præses, qui ra-
tione originis punire vult delinquentē in alio loco, vel
ciuitate suæ Prouinciæ nō tenetur remittere ad locū
delicti, quia Pręses in tota prouincia habet iurisdictio-
nē, Abb. cons. 23. per totū, maximè in fi. lib. 1. licet non
possit extrahere delinquentem ex vna ciuitate inuito
Gubernatore illius ciuitatis, vt ipse Pręses illū puniat,
Abb. in d. consil. 24. in fi. lib. 1. & Socc. reg. 4. ponit re-
gulam affirmatiuā, ad quam tradit sex fallentias, quæ
deseruiunt pro ampliationibus in casu isto, Card. Tu-
sch. tom. 6. concl. 154. num. 43. & seq.
50 Vigesimaquarta sit conclusio, quod de iure cōi fiat
remissio delinquentis ad iudicem loci delicti, secundū
cōmunem opinionem attestatā per Iul. Clar. q. 39. nu.
19. vers. est aūt tantæ potentię, & maximè sub eodem
Principe, quia semper fit remissio, Vital. in clem. pa-
storalis, §. nos tamen, nu. 51. de re iud. Boer. decis. 29.
in princip. Iul. Clar. d. q. 38. nu. 21. vers. hoc tamen vbi
de cōi, Bellam. cons. 11. in princ. Card. Tusc. to. 6. con-
clus. 152. nu. 57. vbi etiam de communi latissimè; Pe-
tr. Caball. in q. crim. cas. 162. nu. 10. vbi concordantes
allegat, & per illam rationem, quia iudex loci delicti
dicitur magis potentior, & magis lęsus, Vinc. de Frāc.
decis. 57. nu. 1. par. 1. vbi dicit, quod talis remissio est
facienda nō solum per iudicem domicilij, vel originis
ad iudicem loci commissi delicti, sed etiā per quem-
cunque alium iudicem, qui careat iurisdictione in
delinquente.
Sed aduerte, quod non dicuntur sub eodem Princi-
pe, licet sint duo Barones Imperij, quia Imperator nō
est Dominus particularium personarū, Bellam. d. cōs.
11. nu. 4. Card. Tusc. d. concl. 152. num. 58 & procedit
siue iudex requisitus præuenerit, siuè non reprobato.
Oldrad. contrarium tenentem, vt per Vitall. in Clem.
pastoralis, §. nos tamen nu. 5. de re iud. Card. Tusch.
tom. 6. d. conclus. 152. nu. 60.
52 Et tales remissiones in casu permisso non fiunt
sine licentia Principis, Iul. Clar. §. fin. d. q. 38. nu. 22. in
fi. Card. Tusc. d. concl. 52. n. 61. Nec in statu ecclesia-
stico sine licentia Sacræ Cōsultæ, vel legati, seu Præ-
sidis prouinciæ; sed in pari causa inter iudices cōpe-
tentes eiusdem loci, est locus præuētioni, vel præfer-
53 tur qui pro grauiori delicto inquirit, vel qui capturā
primo fecit, Iul. Clar. d. q. 38. in fi. licet secus sit in Gal
lia, quia remissio fit ad iudicem originis, vel domici-
lij, Iul. Clar. d. quæst. 38. num. 20. in fin. Card. Tusch. d.
conclus. 152. num. 51. & seq.
54 Vigesimaquinta sit conclusio, quando adsunt cā-
pitula, & cōuentiones cum ciuitatibus, vel Principib.
circa remissionem delinquentium, quia illa seruanda
sunt, Card. Tusc. d. concl. 152. n. 62. Baiar. ad Iul. Clar.

q.38. sub n.72. vbi summè laudat Venetos, qui dictas cõuẽtiones obseruarũt, prout fecerũt aliquando DD. Veneti cũ Marchione Estẽsi, de qua cõcordia mentionẽ facit, Imol.in conf.35. & eosdẽ Venetos defendit Bertazz.consf.410.n.21.in fi.vol.2.contra Cassan. in rubr.12.§.vnico in princ.n.14.super consuet.Burg. & Iul.Clar.d.quęst.38.num.20.circa finem. Et adsunt aliæ conuentiones factæ cum Prorege Regni Neapolis cum Sede Apostolica, vel Pontificibus de remittendis ad inuicem quosdam bannitos, & delinquentes, de quibus in dictis conuentionibus cum declarationibus, prout in eis de quibus conuentionibus mentionem facit Mar.Ant.Macer. var.resolut.lib.3. resolut.33.num.2.& seqq.vbi ponit aliquas declarationes ad dictas conuentiones, & in ciuitate Neapolis nõ fit remissio ad consules artis lanæ seu serici, quando delinquens principaliter artẽ gladatoris exerceret, prout in facti contingentia obseruauit magna curia, Vincent.de Franch.decis.175.p.1.

56 Bene verum est ꝙ si vnus delinquens fuerit sub dominio vtriusque Principis ratione originis, domicilij, vel loci delicti illa conuentio Venetorũ cũ Marchione Estẽsi forsan nõ procederet, vt dicit Imol.ibi n.10. & Card.Tusch.in d.concl.152.n.32.& latius de eisdẽ conuentionibus, vt non sit remittendus si aliquis per longam habitationem cõtraxerit domicilium in vno ex illis dominijs, latè scribit Bertazzol, consilio 410. per totum libro secundo, & ibi respondet contrarijs.

57 Vigesimasexta sit conclusio, quod si contendatur de iurisdictione inter petentes remissionem non fiat remissio, Bellam.consilio 11.num.11.versiculo tertia ratio, Card.Tusch.dicta conclus.112.num.42.& licet non fiat remissio delinquẽtium quando loca sunt sub diuersis dominijs, Roland.consil.60.nu.9.lib.2.tamẽ si iudex remittat delinquentem captum in suo territorio ad iudicem, qui illum cõdemnauit, poterit eum sic remissum punire, Iul. Clar. §.fin.quæst.96. num.6. versiculo si quis bannitus, Card.Tusch.d.conclus.152. numero 69.

58 Vigesima septima sit cõclusio, ꝙ si reus fuerit cõtumax, & corã aliquo iudice nõ cõpareat, tũc omnes iudices loci delicti originis, & domicilij in eius cõtumaciã procedere poterunt, nec poterit ipse reus obijcere dependẽtia litis corã alio iudice, nec etiam ipse iudex loci delicti, qui primò incepit processũ, poterit impedire processũ aliorũ iudicũ, nec petere remissionem ob generalẽ consuetudinem superius relatã, nec ipsa pars offensa, quę prius querelã instituit corã d.iudice loci delicti poterit opponere exceptionẽ pẽden-
59 tis litis corã iudice originis, vel domicilij, cũ per secũdũ processũ nõ impediatur primus, vt per Bart.in l.sepulchri violati numero 2.vers.circa primum, & num. 3. ff. de sepulchro violat. Boss.titul. de foro competent. num. 83. versiculo istam tamen, & 96. vers.sed licet pars, Cirill. in sua summ.crim.in prima particula titulo vbi de crim. agi oportet num.6. & seq.vbi latè, & ibi adducit rationes Farinacc.quæst.7. numero 55. versiculo limita tertio, qui loquitur tantum de reo opponẽte exceptionem, idem dicit Vinc. de Franch. decis.417.numero 1.parte 2.Caualcan.de Brach.reg. parte 4. numero 250. idem Franch. dicta decis. 417. num. 1. dicit, quod contumax amittat beneficium, l. vbi ceptũ de iud.vbi alios allegat, & latissimè de omnibus supradictis exceptionibus loquitur Petr.Caball. dicto conf.162.num.12.cum pluribus seqq.vbi sub n. 13. firmat secus vero si reus comparuerit coram iudice loci delicti poterit opponere exceptionem litis pendentis coram alijs Iudicibus, quia tunc cessabunt rationes per DD.adductas.

60 Vigesimaoctaua sit conclusio, quod lata sententia condemnatoria cõtra delinquẽtẽ in alieno territorio per iudicẽ loci delicti poterit cõtra ipsũ in loco originis, & domicilij ꝓcedi, & deueniri ad sẽtẽtiã si fuerit in vno loco condẽnatus in contumaciã, si cõdẽnationẽ nõ soluerit, quia exceptio rei iudicatę nõ prodest nisi ei, qui cõdẽnationẽ soluit, Bart.in l.sepulchri violati sub num.6. versic.circa secundo inquiens sic pluries de facto iudicasse assistendo, & consulendo, & sub num.7.dicit adeo hoc esse verum, quod si in pluribus locis delinquens fuerit condemnatus tanquam cõtumax de eodem maleficio potest cogi ad solutionem omniũ cõdemnationũ, quia sibi imputandũ erit, quod in vno loco non comparuerit, & sententiæ non paruerit, & in vtroq; dicto Bart. sequitur Ang.de Malef.in verb.hæc est quædam inquisitio sub n.86.& ibi August.in addit.Alber.de rosf.de stat.li.4.q.81.formaliter dicit, quod non obstante sentẽtia capitali lata in contumaciã in loco delicti iudex originis, vel domicilij potest delinquentẽ punire, Gramm.decis.26.sub n. 20.Versic.& idem esset Boss.tit.de for.competent.sub n.82.& seq.Decian.in tractat.crim.tom.1. lib.4. cap. 16. num.7. vbi de comm.Petr.Caball.cas.192.nu.19. qui alios concordantes cumulauit.

61 Si vero condemnationẽ in vno loco soluisset amplius ꝓ eodẽ delicto molestari non posset, Bart.in d.l. sepulchri violati n.7. Alber.in d.quæst.81. Aret.conf. 58. sub nu.12. verficulo 2.principaliter adduco, Boss. tit.de foro competent.sub nu.82. & seq.Decian.d.c. 16. sub n.7.versiculo notandũ tamen, Iul.Clar.quæst. 39.sub numero 4.versiculo, sed quero in fin.Petr.Caball. in dicto cas. 192. numero 20. vbi concordantes allegat.

62 Et sufficit, quod ante sententiã aliorũ iudicũ soluta sit pœna primæ condemnationis, vt alia condemnatio minime sequi valeat, Boss.de for.compet.n.83.& num. 100. vers.& nota semper, & Bald.in l.& si seuerior nu.18.versic.vnde dicit capitulo ex quib.caus.in fam.irrogati dicit procedere etiã si omissa esset in primo iudicio aliqua qualitas, quæ aggrauaret delictum, quia iterato nõ potest condemnatus puniri supplẽdo defectum primæ condemnationis, ex quo enim sub-
63 stantia delicti non potest refricari propter solutionẽ condemnationis, & impossibile est quod sola qualitas per se sine speciali subiecto in iudicio deduci possit, & Bald. opinionem sequitur, & pluribus alijs rationibus confirmat, Ant.Gomez.tit.de delict.c.1.sub num.27. post versic.item iuxta prædicta, vbi concordantes allegat, licet alios contrarium tenentes adducat, Petr. Caball.in qq.crim.d.cas.162.num.20.21.

64 Si vero non in contumaciam fuit cõdemnatus, sed comparuerit in iudicio, idem est firmandum si nõ soluerit condemnationẽ, vt possit condemnari per iudicem originis, vel domicilij, ne delicta remaneant impunita, & quia exceptio rei iudicatæ, non prodest nisi ei, qui condemnationem soluit, secus vero si condemnationem soluerit, quia etiã in alio loco non poterit molestari, Boss.tit.de for.compet.sub num.85.versic. sed quid si esset, Iul.Clar.q.39.vers.sed quæro nũquid

Farinacc.

Farinacc.q.7.sub n.26.versic.sed tertio vbi de veriori opinione,Petr.Caball.d.cas.162. num.22. & seqq.vbi dicit ita in iudicando, & consulendo tenendum esse; Nisi sententia, vel pœna fuerit minor ea,quæ imponi debuisset,quia poterit vsque ad supplemetum debitæ pœnæ puniri per iudicem originis,& domicilij, Farin. d.q.7.sub n.26.vbi alios allegat Boss.de foro compet, sub n. 84. versiculo hanc conclusionem,Petr. Caball. d.cas.162. n.24.in fin.Ant.a Gamb.in decisione Lusitan. 55. n. 2. in fine,dicit,quod si leui pœna fuit condemnatus absens à iudice loci delicti poterit per Iudicem originis vel domicilij iterum puniri.

65 Si vero non fuerit lata sententia condemnatoria, vel fuerit absolutus per iudicem loci delicti an possit per alios iudices molestari dixi supra in c.14.nu.14.

65 Vigesimanona sit conclusio,vt requirantur sex requisita tradita per Guid.Pap.in decis.202. quæ refert Card.Tusch.to.6.concl.152. n.2.ad remissionē concedendam.Primum vt constet de delicto,& debet de eo constare plenè per veram probationem,& nō sufficiant coniecturæ,latè per Ant. à Gamb. decis. Lusitan.363.per totam,secundum quod constet delictum esse cōmissum in territorio iudicis petentis remissionem;tertium quod delinquens non sit vagabundus,quartum quod delictum non consistat in hæresi, quintum quod nō commiserit crimen in loco à quo petitur remitti, quia si ibi commisisset,deberet prius ibi illud expediri, sextū quod iudex debite requiratur,& ibi Add.addunt duo alia requisita,vt delictum non sit minimum, & quod nō petatur à iudice inferiori à maiori iudice, sed Dec.in dicto cap.19.num.20.reprobat Guid.Pap. vt dicta requisita posita per eum nō sint omnia vera, neque necessaria ad remissionē concedendā,& aliud requisitum est,quod iudex remittens habeat aliquam iurisdictionem in delinquentem alias non tenetur illū remittere Doctores adducti per Andr.Fachin.cōtrouers.iur.lib.9.cap.22.licet in fi. ipse teneat contrariū.

68 Trigesima sit conclusio,quod inferiores iudices,& Magistratus, qui non possūt cognoscere de grauiori pœna, debeāt remittere captū ad superiorē,qui maiorē habet potestatē etiā si nō fuerint requisiti per tex. in l. tutor.§.tutor.ff. de suspect.tutor.ubi dicitur suspectū tutorē si grauius delinquat, ad Præfectum remittendum; & per alia iura adducta per Decian. in d. c. 19.num.26. vbi tamen subdit,quod si fuerint requisiti,vt remittant,nō debent statim remittere nulla præhabita cognitione, sed debent cognoscere an tale sit delictum,quod dignum minori pœna sit, quam eorum iurisdictio patiatur.

69 Trigesima prima sit conclusio quod si iudex à quo remitti petitur delinquens,videat,vel suspicetur,quod facta remissione iudex ad quem facta fuerit non puniet ipsum, sed illum relaxabit, iudex requisitus non debet illum remittere, ne delicta remaneant impunita,Marian.Socc.in cap.postulasti,nu.15.de foro com petent. Mars.in pract.crimin.§.opportunè,sub nu.33. Decian.d.cap.19.num.24.

70 Trigesimasecunda sit conclusio,quod si ciuitas aliqua habeat priuilegium,vel consuetudinem, quod nō possit ab ea quis extrahi,non fiat remissio, vt de consuetudine in Curia Romana refert Oldrad.consil.124. & de priuilegio Ciuitatis Ferrariæ, vt post alios quos allegat firmat Dec.in d.cap.15.nu.25. Boer.decis.29. num.7.& sub nu.8. dicit quod plures Ciuitates Regni habent talem priuilegiū,quod quis ab eis extrahi non possit. Cardin.Tusch.tom.6.concl.152.nu.13.& seq. de quo dixi supra latè in conclusione nona, & è contra viduæ,& virgines possunt obtinere remissionem, cum habeant beneficiū fori, l.1.C.quand.imperat inter pupill.& vid.latè Vincenc. de Franch. decis.100. per totam, & decis.599. vbi tuetur, vt habeat virgo beneficium fori,etiam post stuprū,si de eodem stupro accusetur, vt possit petere remissionē et ad inferiorē, iudicē, & causā auocari à supremo tribunali M.C.V.

71 Trigesimatertia sit conclusio,quod si iudex ad quē fuit facta remissio fuerit negligens, vel iniustè relaxauerit remissum, poterit iudex, qui remisit procedere, & punire cū cōtumax, & morosus nō possit allegare pendentiam litis in alio loco, Bart.in l.vbi ceptū ff.de iudic. Alexand. in l.de die,§.fin.nu.8. ff.qui satisd.cog. Dec.d.cap.19.num.27.vbi subdit, quod iudex ad quē facta fuit remissio si fuerit in mora, & negligēs in puniendo nō possit opponere exceptionem remissionis, & ideò post Alex.Dec.ibi dicit,quod remittens poterit vti cautela,vt præfigat terminū remissio intra quē faciat expedire causam aliter, quod ipse procedet.

72 Trigesimaquarta sit conclusio, quod si Bannitus,vel delinquens à territorio vbi cōmisit delictum fuerit in alio territorio nō à iudice,seu executorib.loci delicti, sed ab alijs priuatis personis captus,& cōductus ad iudicē loci bāni,seu delicti,nō poterit ab illo iudice tūc puniri,sed debet relaxari,& poni in pristinum statum tāquam spoliatus sua naturali libertate,latè Ant.Gomez.tit.de captur.reorū n.5. Iul.Clar.q.96.vers.quid si bānitus,n.6. Flam.Cart.in tract.capt.bannit.c.final. n.263.Farinac.q.7.n.40.vbi post Rolan.cons.60.in 1. dubio,vol.2. testatur de communi,Card.Tusch.to.6. concl.152.num.67.& seq.qui post Iul.Clar.in d.q.96. sub nu. 6. videtur facere differentiam inter captam à priuatis,& à iudice; in primo casu non remittatur ad iudicem, sed relaxetur in pristinam libertatem, in secundo casu debeat remitti,& non relaxari.

73 Quæ limitatio est vera, etiam si quis existēs in suo, & delicti territorio à familia, vel executoribus illius territorij insecutus ad alienum territorium confugerit, ibidemque à familia insequente capiatur, debeat pariter dimitti, & relaxari secundum magis communem, & practicatā opinionē, quām attestantur,Barb. consil.26. in fin.lib.1.Boss. titul.de captur.num.34 & tit. de defens.reor.num.2. in fin.Ant.Gomez.titul.de delict.de captur.reor.num.5.vbi Suarez.in add.Iulius Clar. §. fin.quæst.29. versic.final.Farinacc. quæst.7. numero 41. vbi recenset contrarium tenentes, & præcipuè Paris de Puteo in tractat. de Sind.capit.4. numero 2.qui loquitur in quodam,qui commisit delictum Perusij, & fuit insecutus à familia vsque ad ciuitatem Florentiæ, & ibi fuit captus,& remissus ad ciuitatem Perusij, & tamen illos reprobat, & testatur contrariam opinionem esse magis communem, & in practica obseruatam.

74 Quæ tamen omnia procedunt in territorijs diuersi dominij, & sub diuersis Principibus existētibus,secus si sub eodem Principe,Marsil.cons.121.n.21.Roland. cons.60.n.23.vol.2.Farin.q.8.n.41.in fine.

75 Trigesimaquinta sit conclusio, quod si carceratus inquiratur de vnico delicto, & tūc nō remittatur, secus vero si de plurib.delictis,& vnus iudex illū detineat pro vno delicto,alter vero petat sibi remitti pro alio delict.

quia tunc finito per vnũ iudicem processũ super vno delicto, carceratus remittitur ad alium iudicẽ, vt perficiat processum suum super altero delicto, Guid. Pap. decis. 202. sub n. 2. Boss. tit. de for. compet. nu. 58. vbi testatur ita obseruari, Iul. Clar. q. 38. num. 26. versic. hæc autem, Farinacc. dicta quæst. 7. num. 42. Cardin. Tusch. tom. 6. conclus. 152. num. 55.

Quæ conclusio procedit quando isti diuersi iudices sunt sub eodẽ Principe, secus si sub diuersis Principibus, vt declarat, Iul. Clar. in d. q. 38. n. 26. vers. hæc autem, Card. Tusch. d. concl. 152. num. 55.

Sed si esset necesse Principi originis vel domicilij habere delinquentem pro alijs delictis detegẽdis, potest remitti sub saluo conducto, & per modũ præstiti seu cõmoditati, ea cõditione, vt finito processu restituatur delinquẽs in fortijs Principis cõcedẽtis, Caual. de brach. reg. p. 4. n. 248. vbi cõmendat tales remissiones pro quiete publica cõseruãda. Et procedit quãdo vna pœna imponenda per vnũ iudicẽ, non impediret executionẽ pœnæ alterius, puta, quia esset mortis, tũc a pœna minori inchoandũ esset, & ideò erit remittendus carceratus ad illum iudicẽ, qui minorem pœnã imponit, & deinde erit restituendus ad alium iudicẽ, qui maiorẽ pœnã imponere velit, secus vero quãdo pœnæ essent incõpatibiles inter se, quia vterque iudex vellet imponere pœnã mortis, quia tũc in pari causa præfertur iudex, qui habet reum in manibus, vt declarat Beluis. in pract. crim. tit. de fuga reorum n. 22. & seqq. & sequitur Farinacc. q. 7. num. 42. in fin.

77 Trigesimasexta sit conclusio, quod si delictũ fuerit cõmissũ in duob. locis, & in vno inchoatũ, in alio perfectũ, & consummatũ, dubitatur quis eorum præferri debeat, & ponunt Doct. exemplũ in tractatu facto in vno territorio de cõmittendo delicto in alio territorio, & Iul. Clar. §. fin. quæst. 38. num. 7. refert quod secuto delicto, Senatus Mediolani decreuit non posse puniri per iudicem loci facti tractatus; licet male fecerit, Bolognett. in consil. 8. in secundo dubio, & post Bart. Ang. & alios Hier. Grat. consilio 91. num. 7. vol. 1. tradit posse puniri etiam in loco tractatus, & maxime quando tractatus est punibilis per se, Baiard. in d. quæstione 38. num. 13. Sed Bart. in l. & si amicis, ff. de adulter. ponit hanc distinctionẽ, aut si quis tractauit, vel ordinauit, quod ab alio fieret delictum, & tunc puniatur tractatus in loco commissi tractatus, aut per se ipsum quis tractauit de aliquem occidendo, & tunc puniatur in loco sequuti homicidij, quam opinionem sequitur post Marian. Vinc. de Franch. decis. 37. num. 5. & seqq.

Idemque erit si quis selopum, vel sagittã exonerauit in vno territorio, & vulnerauit in alio territorio, vterque iudex puniat, Iul. Clar. d. q. 38. n. 8. vbi de cõi.

Idemq. erit in eo qui insultauit in vno territorio, & vulnerauit, vel occidit in alio, vt vnus possit d' insultu punire, alter de vulnere vel occiso. Secus si insultus, & vulnera essent cõmissa in eodẽ territorio, quia insultus compenditur cum vulneribus, vt post alios tradit Baiard. in d. q. 38. num. 16. & seq. latè Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 27. num. 9. & seq.

Idemque erit in rapiente puellam, vt in vtroque territorio puniri possit, vt post Bald. firmat Baiard. in d. q. 38. num. 23. vers. adde quod.

Si vero statutum dictet, quod puniatur vulnerans, vel percutiens, sed iniuriãs puniretur a iudice loci consummati delicti; & non a iudice loci vbi infertur iniuria, vel emittitur sagitta, vel exoneratur selopum, Baiard. d. q. 58. n. 18. vbi alios allegat.

Alij autem dicunt, quod ista quæstio pendet ab altera quæstione quãdo in delictis attendatur finis, quę brocardica est, & plures pro eius resolutione dãtur distinctiones p Boss. in tit. de foro cõp. n. 59. vbi remissiuè per Marsil. in pract. crim. §. vlterius, n. 1. & seq. vbi ponit regulã cũ plurib. ampliationib. & limitationib. & p Felin. in c. fin. n. 13. & seq. de foro cõp. ponuntur tres casus, & primus fit in delictis inchoatis in vno loco, & perfectis in alio, tũ respectu agẽtis, quã patientis, 2. casus in delictis inchoatis, & perfectis in alio nõ respectu vtriusq; sed agẽtis tantũ, vel patientis tantũ, tertius est in delictis inchoatis in vno loco, & perfectis in alio, nec respectu agentis, nec respectu patientis, de quibus omnibus casibus latè scribit Farin. in q. 7. n. 44. & seq. vbi dicit, ꝙ maior difficultas consistit, quãdo quis existẽs in vno territorio, & mãdat fieri delictum in alio, vt si ceptus mãdãs a iudice loci mãdati fit remittẽdus ad iudicẽ loci delicti, vbi ad plenũ discurrit istũ articulũ cũ pluribus rationibus, & distinctionibus, ideò remitto lectorem ad eum, & Baiard. ad Iul. Clar. q. 38. n. 24. post Felin. tradit, quod si vnus fuit ligatus in vno territorio, & in alio derobatus, poterit ab vtroq. iudice procedi contra delinquentem.

Nec nõ sciat Aduocatus, quod ad fundandã iurisdictionẽ attẽdatur status in quo erat tẽpore cõmissi delicti gl. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. quã sequuntur Bal. Alex. & alijs quos allegat Vinc. de Franch. decis. 417. n. 3. p. 5. & ob id si clericus tempore cõmissi delicti, postea vxorem ducat, debeat puniri, & cognosci ab episcopo, & non a iudice laico etiamsi a iudice ecclesiastico non fuisset præuentum, latè Franch. d. decis. 417. num. 6. 7. & sub n. 9. dicit etiam quod si laicus deberet conueniri coram certo iudice ratione exercitij, quod exercebat si in eo, vel tempore delicti exercitij delinquat quamuis desierit exercere dictũ exercitium, nihilominus deberet puniri a iudice dicti exercitij, & ibi adducit text. in l. 1. vbi de ration. agi oportet, & quod ita Castrens. ibi affirmat, & latè Aufred. ad Cappell. Tholosanam quæst. 144. in fin. latè ponit plura exempla.

78 Trigesimaseptima cõclusio ꝙ si certum est in quo loco delictũ fuerit cõmissum, & tunc fiat remissio, secus si dubiũ esset in quo loco cõmissũ fuisset, quia fuerit paratum in confinibus duarum terrarum, quia tũc nec etiam fieret remissio, sed vtraq. ciuitas procederet, cum ambæ ciuitates sit offensæ, & tot dicũtur delicta, quot sunt personę offensæ, vt tenet Bart. in tract. de iurisd. omn. iudic. n. 14. Marian. iun. in capitulo postulasti, versiculo circa septimum de foro competent. Iul. Clar. in quæst. 38. numero 10. versiculo præterea quæro, Farinacc. quæstione 3. numero 51. vbi testatur de communi, & seruata opinione, Cras. commun. opinion. tomo secundo, libro primo, capitulo quinto, quæstione nona, Caualcaneus de Brach. reg. parte quarta, numero 250. Sed Marianus in dicto capitulo postulasti, num. septimo, de foro competent. & Baiard. in quæstione trigesimaoctaua numero trigesimo, dicunt, quod non est de æquitate, vt reus vexetur a duobus iudicibus, sed debeant inter se concordare, vt alter vices amborum sustineat, & sub nu. 29. post Baldus, & Boss. etiam dicit, quod si homo reperiatur mortuus,

mortuus; & prostratus tangat de vtroque territorio iudex poterit procedere contra delinquentem.

79 Trigesimaoctaua sit conclusio, vt si quis esset suppositus vni iudici, duplici capite ab illo că decidenda est, Dec. in tract. crim. tomo 1. lib. 4. cap. 17. num. 19. Baiard. quæst. 38. num. 28. vbi ponit exemplum in eo, qui est suppositus ratione originis; et dumicilij, vt nō remittatur ad iudicem loci delicti.

80 Trigesimanona sit conclusio, q in casib. in quibus est reus remittendus, vt debeat remitti sub bona custodia expensis remissionem petentis, alias iudex a quo petitur remissio nō teneatur remittere, Corrad. tit. de inquisit. num. 12. lim. 9. Farinac. q. 7. n. 39. Dec. in trac. crim. tomo 1. lib. 4. cap. 19. num. 19. vbi alios cumulauit, & firmat, quod ista est veritas, & ita obseruatur, nisi iudici remittenti aliquid imputari possit. Baiard. quæst. 38. num. 59.

81 Qui Farinacc. in d. quæst. 7. sub num. 39. dicit, quod ista conclusio non transit sine difficultate, cum Ioan. Fab. contrarium sentiat in l. vnica, C. de offic. Proconsul. & leg. vt Iudex remittens suis expensis remittere debeat. Et Carauit. ritu 235. num. 13. & seqq. dicit remissionem fieri expensis carcerati, & si non sit soluēdo carceratus expensis accusatoris, & in eius defectu iudicis requirētis, & vltimo loco iudicis requisiti, & cum hac opinione transit, Afflit. in sua practica, in tractatu de expens. §. 32. ampliat. 61. num. 2. & seqq. Capoblanc. in tractato de Baronibus pragmat. 8. numero 260. dicit, quod si remissio petatur ad instantiā Baronis, vel partis, & quod à decreto remissionis non detur appellatio, neque per iudicem possit reuocari. Capoblanc. d. pragmat. 8. nu. 268. post Cap. Franch. decis. 332. num. 4. par. 2.

Vbi tandem idem Farinacc. in d. quæst. 7. sub num. 39. firmat, quod si carceratus fuerit culpabilis, quia sit confessus, vel legitimè conuictus, & tunc eius expensis remittendus erit; Si vero fuerit tantum indiciatus, & tunc fiat remissio expensis instigatoris remissionē petentis; si verò petatur ab ipso carcerato, quia forte est Clericus, & petat remitti ad iudicem suum, & tūc fiat expensis eiusdem carcerati. Si verò carceratus petens remissionem, non possit subministrare expensas, tunc fiat remissio expensis, vel instigatoris, vel Curię.

82 Sed carceratus debet remitti sub bona custodia, & periculo iudicis remittētis, & si fuerit negligēs puniatur pęna trium librarū auri, & debet transmitti honestè, & nō cū ignominia, vt cū mitra, catenis, cornibus, vel turbis sonantibus, alias punietur tamquam vim publicam inferens, vt post Boer. decis. 303. in fine, & sub num. 13. firmat Deciam. in d. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 19. in fine, Caualc. de testibus, p. 5. num. 220.

Ac debet remitti à suo iudice competenti, & nō ab alio, vt si fuerit captus clericus in aliquo loco debet remitti à iudice Ecclesiastico, & non a laico, vt firmat Andr. Fachin. in suis controuer. iur. lib. 9. c. 22. versic. ego his consentio, & è contra si iudex laicus recuset clericum remittere potest, & debet excommunicari, Caualc. de testib. p. 5. num. 220.

83 Quadragesima sit cōclusio, q carceratus sit remittendus cū elogio, vt cū indicijs, & scripturis, quæ corā iudice, qui remittit, factæ, & assumptę sunt. l. Diuus in princ. l. nō dubiū ff. de custod. reor. Dec. in tract. crimin. to. 1. lib. 4. c. 9. n. 21. in princ. Mar. Ant. Macerat. variar. resolut. lib. 3. resolut. 3. num. 14.

84 Sed iudex ad quem fit remissio stare non tenetur processui iudicis remittentis, sed iudex cui fuit facta remissio, debet formare per se nouum processum, Gui. d. Pap. decis. 201. n. 6. & decis. 419. nu. 1. Farinacc. q. 7. n. 42. vbi alios allegat, & testatur de cōm. Flamin. Cart. in tract. de execution. sentent. cap. final. nu. 4. & seq. Dec. d. cap. 29. num. 21. & seq.

85 Nisi tamen iudex remittens fuerit etiam iudex cōpetens, sed ex vrbanitate remissionem concesserit, quia tunc cessaret incompetentia iudicis, & propterea standum esset eius processui, vt credit, Farinac. in d. quæst. 7. num. 43. in fin. & tenet Deciand. in d. cap. 19. numero 22. in fin. versic. quod verum ego, vel nisi reus interrogatus a iudice an velit stare processui fabricato per iudicem remittente dixerit, quod sic, quia tunc processus iam contra reum, quam contra Fiscum valeret, vt post Beluis. dicit Caualc. de Brach. reg. p. 5. num. 245. in fine.

86 Si verò reus remissus confessus fuerit coram primo iudice, licet non potuerit ex ista confessione condemnari tamquam emanata coram iudice incompetenti, ex ea tamen poterit torqueri, vt in ea perseueret, Farinacc. d. quæst. 7. sub num. 43. Decian. in cap. 19. sub num. 22. de quo tamen dicam latè infra in materia confessionis.

87 Quid autem si coram iudice remisso ratificet confessionem, an sibi præiudicet, Marsil. in pract. crim. §. occurrit in princ. tenet partem negatiuam, & sub nu. 3. versic. quoad secundum, etiam dicit quod tortura illata per iudicem remittentem ad expurgationem indiciorum debet torto suffragari coram iudice remisso. Sed Dec. in d. cap. 19. sub num. 22. in fin. putat huc verum, quando iudex remittens erat etiam incompetens, quia omnia per eum acta, nulla sunt, de quo etiā dicam latè infra suo loco in materia torturæ.

Pro complemento scias in hac materia, quod si tractetur de remittenda causa ad aliquem Baronem per superiorem non erit remittenda, nisi prius contumax vel delinquens se constituat coram superiore ad tollendas collusiones cum Barone, ita tradit Capoblanc. in tractat. de Baronibus pragmat. 8. numero 229. vbi testatur, quod ita obseruatur in illo regno Neapolitano subdit tamen, quod remissio peti potest per Barones vsque ad sententiam, & non vltra.

Superior an possit cognoscere de iniuria sibi vel eius Officialibus aut familiaribus illata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per superiorem in propria offensione vel suorum familiarium parte non opponente valet.*
2 *Officials in causa propriæ iniuriæ illatæ odio particulari potest in ea se intromittere, & iudicare, secus si iniuria fuerit sibi illata ratione officij.*
3 *Iniuria an ratione officij, vel particularis odij fuerit illata, recurritur ad coniecturas, & ibi ponuntur aliquæ coniectura.*
4 *Iniuria in dubio præsumitur illata odio particulari.*
5 *Iniuria contemplatione officij si esset notoria, poterit iudicari per iudicem.*

6 *Notorium in proposito debet esse facti, permanentis, & non transeuntur.*
7 *Pœna in proposito debet esse certa & non arbitraria, vt possit iudex offensus super ea indicare.*
8 *Magni Domini de consuetudine habent facultatem cognoscendi in causa propria, licet ex modestia alteri committant.*
9 *Cõsuetudo, vt superior cognoscere possit de causa propria, an valeat.*
10 *Iudex recipiens aliquid ab iniuriante ne illum puniat, tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ.*
11 *Officialis non potest cognoscere de iniuria facta filio.*
12 *Officialis non potest de iniuria priuata sibi, vel suis assumere informationes, sed tantummodo deuenire ad Capturam.*
13 *Dominus Castri, nec eius Officialis cognoscit de iniuria facta eidem Domino.*

C A P. XVIII.

QVamuis fuerit iudex competens tamen potest contingere, quod iurisdictionem exercere non possit in delinquentem, quia fuerit ipse superior offensus, vel eius familia, & ob id defensor ad hoc animaduertere debet, ne patiatur officialem, vel superiorem iudicare in dicta causa, quia si sententiam in causa suorum contra delinquentem proferret parte non opponente valeret. Vt per Vant. in tract. de nullit. tit. de defect. iurisd. ordin. num. 97. secus in causa propria, quia etiam parte non opponente nulla erit, Doct. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. Vant. vbi supra n. 93. post alios per eum congestos, Baiard. ad Iul. Clar. in q. 35. nu. 35. & seq.

Et in hac quæstione Oldrad. in cons. 7. tradit magistralem distinctionẽ quod si iniuria fuerit facta officiali, vel superiori ratione particularis odij, & inimicitiæ possit esse iudex in dicta causa, secus si ratione vel colore officij quam Doct. communiter sequuntur, vt testatur Alber. in l. Senatusconsulto, nu. 3. ff. de offic. Præsid. Iul. Clar. q. 35. nu. 20. Farinacc. q. 17. num. 46. Menoch. de arb. cas. 163. n. 7. lib. 2. Crauet. cons. 232. sub n. 7. latissimè Roland. cons. 16. n. 4°. lib. 2. & Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 128. num. 1. & 2. vbi omnes concludunt, quia quando iniuria est facta iudici contemplatione officij non ipsi vti priuato, sed vti iudici facta censetur, ideo non ipse in suo negotio, sed vt alius procedit & condemnat, secus quando infertur iniuria contemplatione propriæ inimicitiæ, Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 42. nu. 1. Boer. decis. 9. nu. 4. & seqq. quem allegat Baiard. in d. q. 35. num. 29. vbi dixit idem esse dicẽdum in iudice delegato, vt cognoscat de iniuria facta officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tunc iudex ordinarius cognoscet.

Et an iniuria fuerit illata tanquam officiali, vel tãquam priuato ad coniecturas, & præsumptiones recurrendum est, Capic. decis. 130. nu. 12. Par. de Put. de Sindic. in verb. iniuria officialis processus num. 4. Baiard. d. q. 35. nu. 24. Rol. cons. 1. nu. 35. vol. 3. Farinacc. q. 17. num. 41. inter alias vero coniecturas, erit, quod contemplatione officij fuerit offensus officialis, quãdo offensa esset facta iudici sedenti pro tribunali, vel in actu executionis, vel in aliquo alio actu iudiciario, vt per Bart. in l. si quis obrepserit in fi. ff. ad leg. Corn. de fals. Ang. de malefic. in verb. falsario num. 20. Farinac. d. q. 17. nu. 42. Petr. Caball. d. cas. 128. in fine. Quibus coniecturis cessantibus, in dubio erit iudicandum offensionem fuisse factam propria inimicitia, & non calore officij, vt maius delictum excludatur. Farinac. ibi nu. 43. post Rol. in d. cons. 1. n. 36. & seq. vol. 3.

Si vero iniuria facta officiali contemplatione officij esset notoria, vt puta sedenti pro tribunali, vel coram decem hominibus facta, tunc Doct. volunt ipsum esse competentem Iudicem, etiam in ipsa causa propria, Crau. cons. 232. nu. 7. latè Rol. in cons. 48. nu. 1. & seqq. & nu. 14. lib. 2. Iul. Clar. dicta q. 35. sub nu. 20. vbi de communi, Farinacc. dicta q. 17. nu. 45. vbi alios allegat, & testatur de communi vbi subdit, quia tunc iudex offensus non dicitur iudex in causa sua, sed iuris executor. Bonae. p. 1. commune opinione pag. 92. col. 1. vers. iniuria sibi factæ notoriæ, Petr. Caball. in dicto cas. 128. num. 9. vbi alios allegat, & testatur de communi.

Sed scias, quod tale delictum debet esse notorium notorietate facti permanentis, & non sufficeret si esset facti transeuntis, cum tale notorium indigeat probatione, gl. 1. q. 2. de transact. & multa dicantur notoria, quæ non sunt cap. consueuit de appellat. & in his probationibus recipiendis iudex posset grauare partem, ideo vti suspectus per defensorem recusabitur, vt post Filippum Franc. & Abb. in cap. proposuit, de appellat. & Doct. in cap. cum venissent col. 5. de iudic. firmat Baiard. dicta q. 35. nu. 30.

Ac etiam pœna debet esse certa, & determinata à lege, vel statuto, secus si fuerit arbitraria Iul. Clar. dic. q. 35. nu. 30.

Ac etiam pœna debet esse certa, & determinata à lege, vel statuto, secus si fuerit arbitraria Iul. Clar. dicta q. 35. sub nu. 20. vers. quod intellige, Roland. cons. 40. num. 16. vol. 2. Menoch. de Arb. cons. 263. num. 9. vers. quod tamen scriptum est lib. 2. Farinacc. q. 17. nu. 45. in fin. & q. 21. num. 130. Petr. Caball. d. cas. 128. n. 9. vers. dummodo tamen, quia poterit vti suspectus recusari, Iul. Clar. d. q. 35. circa finem, & ibi Add. in lit. D, post Iacob. de S. Georg. in l. qui iurisdictioni nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud.

Nec poterit esse iudex competens in arbitrando mortem ob alapam sibi illatam contemplatione officij, Farinacc. dicta quæst. 17. numero 39. vbi concordantes allegat.

Immo si pœna esset certa, & veniret impõnẽda ratione proprij interesse poterit etiam recusari tanquã suspectus iudex in causa propria is ad quem pena veniret applicanda, vt post Salic. in l. 1. col. 2. C. ne quis in sua caus. tradit Baiard. in dicta q. 35. num. 31. Et in omnem casum vbicumque agitur de iniuria illata officiali superior semper debet esse promptus in committendo causam alteri cognoscendam, præsertim parte petente, vel saltem in dando illi adiunctum, vt iudicia pertranseat sine suspicione, vt per Iul. Clar. in dicta q. 35. nu. 20. cira finem.

Sed hodie magni Domini habent de cõsuetudine, vt possint cognoscere de propria iniuria, vt per Bald. in l. 1. C. vnde ui, relatum per Parid. de Put. & Iul. Cla. in dicta q. 35. nu. 20. in fine, vbi tamen subdit, quod ex eorum modestia cognitionem causæ, vt plurimum alteri committunt.

Sed an cõsuetudo valeat, vt iudex, vt superior possit cognoscere de causa propria, vide Io. Ant. de Nig. in ca-

in capit. Regni 119. Item statuimus nu. 8. & Baiard. in dicta q. 3\ .nu. 33.

Immò si iudex iniuriatus aliquid receperit ab iniuriante ne ipsum puniat, tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ, Oldr. dicto consilio 7. Baiard. dicta quæst. 35. num. 32.

Amplia, retenta dicta distinctione Oldrad. vt officialis non possit cognoscere de iniuria priuata facta eius filio, Petr. Caball. dicto cas. 128. nu. 6. & 7. in quæs. criminal. & post Bart. in l. si quis forte §. si quos post princ. vers. quæro quid, ff. de pœn. Alber. in l. vnica, nu. 4. & seq. C. ne quis in sua caus. iul. Clar. dicta q. 35. nu. 20. vers. solet causa.

Immo non poterit pro iniuria priuata sibi vel suis facta processum fabricare, testes examinare, & assumere informationes, cum iste sit actus nimis præiudicialis, in quo iudex possit valde lædere inquisitos, & imputatos de delicto, vt latè tuetur, Petr. Caball. in d. cas. 128. n. 10. & respondet, Bald in l. Senatusconsulto in fi. vers. in gloss. ff. de offic. Præsid. & Salic. in l. vnica sub num. 5. C. ne quis in sua caus. iudex: & Alber. de Rosat.

Iudex suspectus qui dari possit, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Nil grauius est, quam coram iudice suspecto litigare.*

2 *Concilium non remittit causam ad Papam grauantẽ, maxime si pronunciauit ad relationem alterius.*

3 *Causa per Principem non committitur notoriè suspecto.*

4 *Papa causas suorum familiarium, & causas proprias non cognoscit, sed alteri committit.*

5 *Causa commissa cum clausula remota exceptione recusationis dubitatur an valeat.*

6 *Tenendo opinionem affirmatiuam declara prout ibi.*

7 *Causa commissa appellatione remota non dicitur exclusa causa recusationis.*

8 *Causa commissa simpliciter accusatione remota intelligitur de friuola, & non reuelanti.*

9 *Causa recusatione remota supremus Princeps tantum committit, & nõ alius inferior etiam si fuerit legatus à latere.*

10 *Causa appellatione remota potest committi per supremum Principem de plenitudine potestatis.*

11 *Iudex criminalis allegatur suspectus secundum communem opinionem.*

12 *Iudex criminalis etiam ordinarius allegatur suspectus secundum communem opinionem.*

13 *Quod seruatur etiam de consuetudine.*

14 *Maiores Magistratus non allegantur suspecti.*

15 *Delegatus à Principe etiam allegatur suspectus siue fuerit delegatus ad vnam causam tantum, siue ad vniuersitatem causarum.*

16 *Decem viri in ciuitate Florentiæ allegantur etiam suspecti.*

17 *Iudex siue examinator per solum iuramentum datur suspectus.*

18 *Testes examinati per dictum examinatorem suspectum, possunt repeti sumptibus petentis.*

19 *Notarius, & consultor solo iuramento recusantur adhibita aliquali extraiudiciali informatione.*

20 *Suspectus iudex datur in casibus, l. lex Cornelia de iniur. & l. qui iurisdictioni de iurisdict. omn. iudic.*

21 *Arbiter, & Arbitrator, & quicumque alius cognitor dantur suspecti.*

22 *Episcopus, & Archiepiscopus in causa an dentur suspecti.*

23 *Consilium, Collegium, Vniuersitas, Tutor, Curator, Testis, Procurator, & quicũque alius dentur suspecti.*

24 *Iudex datus suspectus potest interrogari super causis suspicionis.*

25 *Intellige si interrogetur per iudicem, & non per partem.*

26 *Nec tenetur recusatus respondere interrogationi criminose.*

27 *Quæ interrogatio fit summarie, & extraiudicialiter.*

28 *Recusatio, quoad probationem fit incidenter, & summarie, & non principaliter.*

29 *Iuramentum requiritur, vt deferatur per iudicem, nec sufficit attestatio partis.*

30 *Tertius habens interesse in causa allegat iudicem suspectum.*

31 *Adiuncto dato, statim cessat iurisdictio recusati, vt nõ possit solus procedere in causa.*

32 *Iudex pronuncians se iudicem competẽtem, si appelletur non potest procedere ad vlteriora in causa.*

33 *Iudex recusatus potest appellare à sententia recusationis.*

34 *Minor restituitur aduersus non allegatã suspicionem.*

35 *Iudex ordinarius cui fuit datus adiunctus, si in totum non cesset suspicio in totum remouetur.*

36 *Iudex recusatus non potest esse præsens discussioni, & relationi super recusatione.*

37 *Recusatione pendente iudex recusatus nõ potest procedere ad vlteriora.*

38 *Nisi suspicio esset notoriè iniusta.*

39 *Vel nisi reiectis suspicionibus.*

40 *Iudex recusatus probatis suspicionibus cui causa sit remittenda tam de iure ciuili, quam Canonico, & quid seruetur in Regno.*

41 *Delegatus suspectus allegari potest sub conditione quatenus sit iudex, & antequam litteræ delegationis præsententur.*

42 *Locus iudicij datur suspectus.*

43 *Nec teneretur comparere per Procuratorem.*

44 *Nec tenetur comparere, si iudex offert saluum conductum.*

45 *Nisi quando guerra esset generalis, & offeratur saluus conductus per Duces belli, ob metum militum.*

46 *Sed tenetur allegare locum comparitionis non esse tutum, & tenetur probare causas.*

47 *Locus quomodo probetur quod non sit tutus.*

48 *Loci non tuti exceptio iuuat, etiam si culpa allegantis euenerit.*

49 *Loci non tuti exceptio requirit speciale mandatum in procuratore.*

50 *Contrariam opinionem tenent alij Doct. declarando tamen vt ibi istam contrariam opinionem.*

51 *Practica Curiæ Romanæ, quando prætenditur, quando locus non sit tutus.*

52 *Iudex suspectus pluries recusari potest quãdo superueniunt nouæ causæ.*

53 *Ordinarius suspectus erit etiam suspectus Vicarius.*

54 *Suspicionis sola allegatio cum iuramento sufficit, vt detur adiunctus, secus vt in totum remoueatur.*

55 *Processus factus per iudicem post recusationem est ipso iure nullus.*

56 Sin-

56 Sindicatores tàm ordinarij, quàm delegati allegantur inspecti per iudicem sindicandum.
57 Causæ iustæ, vt sindicator remoueri possit, ibi narrantur.
58 Vniuersitas, Collegium, & Consules, & Vniuersitas possunt dari suspecti.
59 Plures iudices dati in vna causa, vt vnus sit suspectus quid sit agendum.
60 Ordinarius non remouetur in totum, sed datur ei adiunctus.
61 Mandatum speciale requiritur ad causam suspicionis.
62 Allegantes suspicionem debet reuerenter loqui.
63 Suspicionis allegatio sola sufficit de Iure Ciuili sine expressione causæ.
64 Idem seruatur in Regno Neapolitano.
65 Nisi ageretur de magno praiudicio.
66 De iure canonico requiritur expressio causæ, & coram sit exprimenda.
67 Arbitris electis iudex recusatus præfigit terminum ad expediendam causam cum comminatione procedendi elapso termino.
68 Electio Arbitrorum pertinet ad iudicem recusatum.
69 Causa in tribus casibus non committitur arbitris.
70 Arbitri in causis criminalibus hodie non eliguntur, sed superiores cognoscunt de causis.
71 Suspicio in iudice tollitur per nouam comparitionem coram iudice.
72 Cautela, vt per nouam comparitionem non dicatur sublata suspicio.
73 Causa noua superueniens post comparitionem operatur, vt denuò possit allegari suspectus.
74 Iudices omnes in Ciuitate an possint dari suspecti.
75 Lista diffidentium, & confidentium est danda, vt superior eligat iudicem non suspectum.
76 Allegando omnes iudices suspectos censetur fieri in fraudem.
77 Consilij caput, vel omnes præsidentes suspecti, vel aliquis magnæ auctoritatis potest totum tribunal dari suspectum declarando vt ibi.
78 Duo iudices in eadē causa dati, vnus datus suspectus, alter procedere potest in causa quando habent iurisdictionem insolidum.
79 Papa, Concilium, Imperator, & alij Principes non possunt dari suspecti.
80 Omnes de Collegio non dantur suspecti.
81 Electus de communi consensu partium, nisi causa superueniente non datur suspectus.
82 Executor merus non datur suspectus.
83 Ordinarius suspectus quando est, an sit etiam eius Vicarius delegatus, & successor.
84 Notorium delictum non recipit suspicionem iudicis.
85 Declara tamen vt ibi.
86 Aduocatum eligens in iudicem, non potest allegare suspectum.
87 Exceptio recusationis debet opponi ante litem contestatam.
88 Sublimita pront in num. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. & 98.
99 Criminosus notorius non allegat iudicem suspectum.
100 Causa incepta allegata non suspendit iurisdictionem, declara vt ibi.
101 Processus non dicitur nullus quando fuit factus per iudicem recusatum, qui non poterat recusari vigore statuti.
102 Cardinales non dantur suspecti nisi in causa alterius Cardinalis.
103 Forma recusandi iudicem suspectum & libellus quo modo concipiatur.
104 Libellus in Curia Romana non datur super suspicione, sed sufficit protestatio in actis, & instantia penes superiores.
105 Succumbens ob defectum solemnitatis quando causa suspicionis est vera, potest iterum recusare.
106 Sententia est ipso iure nulla, quando fuit pronunciatum non extare causam si causa legitima extabat.
107 Sententiam arbitrorum recipit appellationem.

C A P. XIX.

1 QVamuis aliquando iudex ordinarius, & competens tamen contingit, vt eius iurisdictio in eo extinguatur ratione suspicionis ad quam defensor animaduertere debet cum nil grauius, ac periculosum sit quam coram iudice suspecto litigare, & ab eo iudicari capitulo quid suspecti 3. quæstione quinta, capitulo secundo, requiris in fine, de appellat. l. cum apertissimi C. de Iud. Rom. cons. 521. num. 6. vers. aduertat Mars. sing. 292. Card. Tusch. to. 6. concl. 910. n. 1. in tantum quod pactum non valeret inter partes, vt iudex non possit iusta causa dari suspectus l. stipulatio hoc modo concepta vbi Bart. ff. de verb. oblig. Caualc. de Brach. reg. par. 3. nu. 318. & nouissimè latè scribit de ista materia Laurent. de Beneuento in suo elegantissimo tractatu de suspecto iudice, & costa de subsid. remed. remed. 124. refert quod Rondobaldus Pasinus Ticinēsis pollicitus fuit edere nouum tractatum de Recusation. omn. Iud. qui ad manus meas adhuc non peruenit.

2 Et ideo non desunt, qui dicant, quod Sacrum Concilium non debet remittere causam etiam ad Papam grauantem, maxime quando Papa pronunciauit ad relationem alterius, & appellationem interpositam cassauit cum sit tollere defensionem, vt per Rom. d. cons. 521. nu. 6. sed quomodo substineri possit hæc illatio cum in supremo Pōtifice cessit omnis præsumptio timoris suspicionis, nec possit dari suspectus vt dicam infra nu. 41. ideo erit firmandum, quod ad eūdem Pontificem sit recurrendum, vt male informatum, & ne concilium sit supra Papam. Nec Princeps ex certa scientia causam notorie suspecto committere valeat, sed intelligitur esse saluum & reseruatū parti ius recusādi, vt post alios firmat Marsil. d. sing. 292. vers. iudices, Nec Sedes Apostolica vnquam ex certa scientia causas suspectis iudicibus committit c. si inter, de except. Rom. d. cons. 521. nu. 6. Card. Tusch. d. concl. 910. n. 3. Imo Papa alijs committit causas suorum familiarium, ne ipse suspectus cognoscere videatur, Rom. d. cons. 521. n. 7. Idemque obseruat. in causis facti proprij glos. in c. cum dilecta de confirm. vtil. per inutil. Rom. d. cons. 521. nu. 8. Card. Tusch. d. conclus. 910. nu. 4. & 5. licet Papa Imperator, & alij non recognoscentes superiores non possint recusari. Aufred. in tit. de recusat. nu. 6. cart. 66. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 314. vbi reddit rationes, tamen quando agitur de aliquo vero præiudicio ex honestate solent dare iudices non suspectos, & alteri causam delegare Caualc. d. p. 3. nu. 314. qui etiam loquitur in Senatoribus & Duce Ianuę, qui solent recedere à senatu quādo votatur, licet ipsi in dicta causa suspecta non votent.

5 Si vero Princeps commiserit causas cum clausula non obstante exceptione recusationis, dubitatur si talis commissio teneat, quia ita committendo videtur tollere defensionem, quæ est de iure naturali, & sine causa tolli non possit per Principem Clem. pastoralis de re iud. §. sed & naturalia instit. de iure naturali Abb. in c. ad hæc extr. de rescript. & in c. eum inter de except. Rom. cons. 521. n. 6. latè Ias. in l. Apertissimi nu. 17. & seq. C. de iudic. Card. Tusch. d. concl. 910. nu. 2. licet nonnulli alij contrarium tenuerint vt Bal. in l. fi. C. de sent. & interlocut. Ang. Imol. & alij in l. 1. §. interdum ff. a quib. appell. non liceat.

6 Quicquid tamen super hoc dubitetur, certum est, quod quando Princeps committit cum dicta clausula appellatione remota, etiam notorie suspecto, intelligatur de causa friuola, & non graui, & iusta suspicionis, vt post alios quos allegat ita declarat Mars. in d. sing. 292. per totum, & in fin. dicit prædicta esse mẽti tenenda quia sunt multũ quotidiana. Sed Phil. Franc. in c. postremò nu. 2. & seq. de appell. disputat istum articulum, & tandem concludit quod Princeps possit committere causam recusatione remota, sed eum infrascriptis declarationibus.

7 Prima est vt cõmissa causa appellatione remota nõ dicatur commissa recusatione remota 2. quod licet princeps committat causam notoriè suspecto nõ per hoc dicetur tollere exceptionem recusationis.

8 Tertia quia si Princeps committat causam recusatione remota, simpliciter vt non intelligatur sub lata causa recusationis, quæ fuerit iusta, & releuans, sed tantum friuola 4. quia si committat causam recusatione remota ratione certæ, & nominatæ causæ, & tunc potest, & non detur suspectus iudex ex quacunque causa, & ita dicit tenere Lapum & Speculat. in locis per eum relatis.

9 Sed non potest committi causa, cum dicta clausula appellatione remota, nisi per supremum Principem, & non per alium inferiorem etiã per legatum de latere, vt post alios quos allegat, ita declarat Philip. Franc. in d. c. postremò nu. 5. in fin. de appellat.

10 Et Princeps supremus potest de plenitudine potestatis committere causam recusatione remota. Ias. in d. l. apertissimi nu. 19. C. de iudic.

11 Et conclusio est in hac materia, vt iudex criminalis tanquam suspectus recusari possit glos. magna in cap. qualiter & quando in verb. item si ille de accusat. quam docti cõmuniter sequuntur, vt testatur ibi Marian. Socc. nu. 78. Iul. Clar. §. fin. q. 43. num. 1. Osasch. decis. 15. nu. 1. vbi alios allegat Card. Tusch. d. conclus. 910. nu. 10. vbi de communi to. 6.

12 Amplia istam conclusionem, vt procedat etiam si iudex fuerit ordinarius, Osasch. d. decis. 1. nu. 10. in fi. vbi testatur, quod ita alias ille senatus obseruauit. Et licet ordinarius de iure recusari non possit auth. si vero contigerit C. de Iud. Menoch. de arb. q. 54. nu. 13. lib. 1. vbi reddit rationem Osasch. d. decis. 15. nu. 1. vbi alios allegat, & testatur de communi Thesaur. decis. 255. nu. 2. qui omnes concludunt, vt ordinarius non amoueatur per suspicionem, sed detur ei adiunctus. Quod procedit de iure ciuili, secus de iure Canonico, quia in totum tollitur Mi sing. obseru. decis. 53. in fin. Carauit. ritu 265. nu. 13. Mascard. de probat. conclus. 953. nu. 14. & seq. vol. 1. vbi concordantes allegat, & ita sæpius congregatio super episcopis declarauit sacrum Conc. Trid. nu. 26. sess. 24. vt ordinarius ex legitima causa etiam in prima instantia suspectus dari & causa ab eo auocari possit, & late Costa de subsid. remed. rem. 123. n. 7. & seq. per tex. in c. licet de for. cõp. cap. suspicionis de offic. deleg. c. cum special. de appell. Lancell. de attent. p. 2. c. 6. nu. 13. 35. & seq. dummodo in vtraque casu adiuncti, vel recusationis vna saltẽ suspicio, ex legitimis causis probetur post alios quo allegat Costa d. rem. 123. nu. 8. & seq.

13 Ac etiam de consuetudine penitus remouetur per suspicionem, vt testatur Bald. in d. Auth. si vero contigerit Menoch. de Arb. q. 54. nu. 13. in lib. 1. Baiard. ad Iul. Clar. q. 43. nu. 2. Card. Tusch. to. 7. concl. 907. nu. 1. Ias. in l. apertissimi nu. 4. & seq. C. de iudic. & in curia Romana data aliqua suspicione legitima passim summus Põtifex, & signatura remouent iudices, & ordinarios Criminales, vel adiunctum eis præbet iuxta qualitatem causæ suspicionis, vt etiam attestantur addentes ad Farinac. in cons. 7. in litt. E. in fin. Baiard. in q. 43. nu. 18. etiam dicit, quod numquam vidit eligere arbitros, sed superiores ipsorum iudicũ, alios non suspectos deputant, & idem seruatur in Regno Neapolitano, vt testatur Baiard. ibi.

14 Sed Magistratus maiores immediatè à Principe procedentes non possint dari suspecti per text. in d. auth. si vero contigerit, C. de iud. vt declarat Osasch. in decis. 15. nu. 10. vers. potest etiam prout bene obseruatur in Curia, eũ Gubernator vrbis, Auditor Cameræ, Vicarius, & Senator rarissime remoueantur tamquam suspecti; Quamuis de iure recusari possint circa negocia forranca, & controuersias iudiciales, latè Caualc. de Brac. reg. p. 3. n. 315. vbi alios allegat, & loquitur in Cardinalibus, legatis de latere in Prorege Neap. ac in iudice brachij regij, sed oportet vt constet de vera, & legitima causa antequa remoueatur, Carauitt. rit. 265. quem refert Baiard. q. 43. n. 16. & latè sequitur Caualc. de Brach. reg. d. p. 3. nu. 273. & seq. vbi subdit solũ principem cognoscere de causis suspicionis contra iudicem brachij Regij.

15 Secundo amplia, vt etiam delegatus à Principe recusari possit tamquam suspectus, Carauit. titulo 265. num. 13. & seq. Io. Ant. de Nigr. super constit. Reg. cap. 218. n. 55. vbi dicit idem in delegato à Papa latè Franch. in cap. postremò, nu. 15. de appellat. in 6. vbi loquitur etiam in delegato a Papa, & ibi reddit rationem, & Bald. in l. apertissimi n. 5. C. de iudic. dicit nullam esse faciendam differentiam inter delegatum ab vna causa tantum, vel ad vniuersitatem causarum, & ibi Add. in litt. D, & Ias. in dicta l. apertissimi num. 1. & seqq. vbi tamen limitat in tribus casibus, Mynsing. obseruat. decis. 52. qui dicunt, vt etiam de iure ciuili delegatus sine adiuncto in totum remoueatur latè Menoch. q. 54. nu. 11. & seq. lib. 1. Baiard. q. 43. nu. 2. Cardin. Tusch. tom. 6. concl. 504. nu. 1. qui etiam dicit procedere in subdelegato, in quasi delegato, in assessore, & simplici auditore, in legato de latere post alios Caualcan. dicta p. 3. nu. 319.

16 Tertio amplia in decem viris de Balia, qui in ciuitate Florentiæ quandoque creantur, suspecti dari possint, Cald. consil. 212. alias sexto de appellat. Cardin. Tusch. d. concl. 908. nu. 2.

17 Quarto amplia in iudice destinato ad recipiendũ examen, vt detur suspectus, immo facilius iste examinator remoueatur ab examine, quam iudex, & sufficiat

ciat solum iuramentum Hier. Cagn. in l. si librarius n. 47. de reg. iur. Thesau. decis. 255. nu. 6. & seq. vbi dicit, quod poterit etiam dari adiunctus, ac possent, etiam testes iam examinati, repeti expensis petentis illos repeti, addentes ad Farinacc. cons. 17. litt. G.

19 Quinto amplia in consultore, & Notario, qui solo iuramento recusantur suspecti, Gram. super rit. Mag. Cur. Rub. item si contigit, nu. 1. Anchar. cons. 263. per totum, Cagnol. in dict. l. si librarius nu. 47. Card. Tusc. to. 4. concl. 531. nu. 8. & to. 7. concl. 1507. nu. 12. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 322. qui loquitur in Notario, Actuario, vel Cancellario, & ibi concordantes allegat, & sub nu. 325. in fin. dicit procedere licet notoria esset exceptio, vel recusatio falsa, vel affectata, quia ipsi semper præiudicare possunt etiã in exemplando processus, & sententias, & eis saltem semper est dandus adiunctus, & sub nu. 338. quod sufficiat solum iuramentum, Carauit. rit. 265. nu. 8. vbi tamen dicit seruari per iudices, vt adhibeatur aliqualis informatio extraiudicialis, & licet fuerit leuis, tamen sufficiat. Et examẽ receptum per Notarium sit nullum, licet scripserit examinasse de commissione ipsius iudicis, decis. Alex. cons. 104. num. 2. & seq. lib. 5. Card. Tusch. d. concl. 907. nu. 14. concl. 913. nu. 30. vbi dicit nihil esse immutatum de iure canonico super hoc, & ibi alios allegat.

20 Sexto Amplia in casibus cõprehensis in l. lex Cornelia, ff. de iniur. & in l. qui Iurisdictioni. ff. de Iurisdict. omn. Iud. vt post alios quos allegat Osasc. decis. 15. nu. 8. sub vers. 2. limitant.

21 Septimo Amplia in arbitro, arbitratore, & quocũque alio cognitore, vt possint suspecti recusare Cald. d. cons. 212. vers. recusantur etiam alias 6. de appell. Card. Tusch. de concl. 907. nu. 3. vbi tamen post Bald. in consil. 472. num. 4. lib. 1. firmat, quod in arbitratore grauis causa requiratur & in exequutore, qui post & inferre grauamen. Caualc. d. p. 3. nu. 323. vbi secus dicit in executore nudi facti cui conuenit magis resistentia quam recusatio.

22 Octauo Amplia in Episcopo, Archiepiscopo, qui licet possint cognoscere de causa eorũ Ecclesiæ dantur tamen suspecti, & eis adiunctus assignatur, Capic. decis. 137. per totam. Io. Ant. de Nigr. super constit. Regni c. 217. nu. 35. in fin. Franc. in c. postremò, n. 13.

23 de † appell. in 6. idem erit in consilio, Collegio, Vniuersitate, in tutore, curatore teste, procuratore, & in quocunque alio habente potestatem Cardin. Tusch. d. concl. 907. in 6. & seqq.

24 Nono Amplia, vt Iudex possit recusari suspectus, & interrogari super causis suspicionis, & iudex teneatur etiam illas medio iuramento respondere Aufr. in tract. de recusat. q. 9. nu. 46. qui testatur ita pluries vidisse seruari, & practicari in parlamento. Rebuff. in tract. eiusdem tit. art. 1. glos. 3. in fin. Caualc. decis. 18. nu. 109. p. 2. Vinc. de Franch. decis. 408. nu. 28. par. 2. Thesau. decis. 6. per totum vbi latè respondet contrarijs, & testatur quod ita senatus obseruauit, Baiard. q. 43. nu. 5. in fin. addentes ad Farinacc. in consil. 17. in littera G.

25 Quæ opinio non est vera, neque procedit quando interrogaretur per partem, quia eius interrogationi respondere non tenetur, cum adhuc non sint electi arbitri, & ideò eius iurisdictio durare dicatur, vt sequutus fuit Senatus Pedemont. quicquid aliqui dixerint in contrarium, vt refert & testatur Thesaur. decis. 6. num. 2.

26 Nec recusatus teneretur respondere criminosæ interrogationi, Aufr. in tit. de recusat. q. 9. in fin. Thes. dicta decis. 6. nu. 1. in fin. vbi firmat hanc opinionem humaniorem esse, & quod illã senatus sequutus fuit.

27 Et talis interrogatio fit summarie, etiam extraiudicialiter, vt per Imol. in c. 1. de except. Franc. in c. cum speciali q. 7. de appell. & post conclusum Thesau. d. decis. 6. nu. 2. in fin. vbi testatur quod ita obseruatur.

28 Decimo Amplia, vt ista causa recusationis nõ principaliter, sed incidẽter deducatur Cou. pract. qq. c. 26. nu. 3. sed Thesau. in d. decis. 6. nu. 1. sub vers. is tamen, dicit quod ab opponente, & recusante principaliter deducatur, licet articuli sũmarie sine cognitione causæ & incidenter examinentur.

29 Vndecimo Amplia quod in casibus in quibus probatur causa suspicionis per iuramentum, vt à iudice deferatur, nec sufficeret sola partis attestatio. Ruin. cons. 6. nu. 6. & seq. lib. 5. Mascard. de probat. conclus. 953. nu. 1. & seqq. vbi in hoc articulo allegat Doct. tenentes partem affirmatiuam, & negatiuam, sub dicit esse tenendam opinionem, vt deferatur iuramentum ne detur materia calumniandi, & nemo vellet iurare falsum in detrimentum salutis æternæ, licet addentes ad Farinacc. in d. cons. 17. in littera G, vers. istud tamen, post Couar. teneãt in practica contrariũ seruari.

30 Duodecima Amplia, vt etiam quilibet tertius possit allegare iudicem suspectum, quando ante illum ageretur de suo interesse. Abb. in cap. cum super col. 2. vers. & ex hoc, de offic. deleg. quod dicit esse mẽti tenendum, quia alibi non reperitur Mascard. qui alios allegat in d. concl. 953. nu. 4. Franc. in cap. postremò nu. 20. in fine de appell. in 6.

31 Decimotertio Amplia, vt dato adiuncto statim cesset iurisdictio iudicis causæ, vt solus procedere non possit Thesau. decis. 255. nu. 7. vbi subdit, quod adiunctus poterit inhibere Iudici, ne sine ipso procedat.

32 Decimoquarto Amplia, quod si iudex pronũciaret se iudicem competentem, & appellatum fuisset, appellatio ligaret manus iudicis, vt non posset procedere ad vlteriora in causa principali, quando ad instantiam alicuius Baronis, vel alterius iudicis fuisset petita remissio causæ, secus si ad instantiam inquisiti, Curt. iun. cons. 124. nu. 13. Rebuff. in tract. de sentent. execut. art. 3. glos. in princ. & art. 9. gl. 6. vol. 1. Baiard. q. 43. nu. 16. vbi subdit, quia in primo casu quoad Barones absolue iudices habet vim diffinitiuæ, secus in secundo casu, & ita quotidie in practica obseruatur, vt etiam firmat Carauit. rit. 259. in fin. sed iudex recusatus per sententiam potest appellare, vt post Abb. cons. 92. Mando. cons. 95. lib. 1. dicit Baiard. in q. 43. nu. 13. glos. in c. suspicionis in verb. ad quos de offic. deleg. nu. 3. Card. Tusch. to. 7. concl. 911. num. 6. dicit quod appellatur ad Papam.

34 Decimoquinto Amplia, vt minor aduersus omissam & non allegatam suspicionem restituatur, Vinc. de Franch. decis. 431. par. 2. Baiard. d. q. 43. n. 12. idem Vincent. de Franch. decis. 692. p. 4.

35 Decimosexto Amplia, vt iudex ordinarius, cui fuit datus adiunctus si suspicio perfecte non cessaret etiã de iure ciuili in totum recusabitur, Bart. in 2. lect. in fin. num. 30. ff. si quis in ius vocat. non iuerit. Carauit. rit. 265. num. 14.

36 De-

36 Decimoseptimo Amplia, quod sicut Iudex suspectus, iudex in causa esse non potest, nec esse poterit præsens discussioni, & relationi, Capic.decis. 138.n.5. Rebuff.in tract.recusat.art.6.glos.fin.nu.8.vol.3.Carauit.rit.265.n.1. vbi latè, & quid seruetur in Regno, & quid Barones non habentes cognitionem secundarum causarum non possint cognoscere de suspicione suorum officialium quicquid aliter dixerit Marinus Frez.in loco per eum relato. Cardin.Tusch. tom.7. concl.91.nu.1.vbi alios allegat, Caualc.d.p.3.n.338. in fin.vbi dicit, quod si moriatur interim iudex datus suspectus succesor potest iudicare, & debet statuere terminum parti ad reportandam resolutionem, vel moratoriam, ne causa in expedita remaneat.

37 Decimo octauo Amplia, vt pendente recusatione, vel eius suspicione Iudex non debet se intromittere in causa, Lap.allegat.1.Alex.cons. 104. num.4. vol.5. Rom.cons.120.nu.3.Io.Ant.de Nigr.super constitut. Reg.cap 217.n.65. in fine, vbi subdit nisi suspicio esset notoriè iniusta, Carauit.rit.265. nu. 17.& seqq.ea reiectis suspicionibus iudex procedat in causa c. cum

39 speciali de appellat. Addentes ad † Iul. Clar. q.43.in littera A, vers.non probat Carauit.rit.265.nu.21. vbi subdit non esse verum, quod dicitur, vt quia fuerit datus suspectus semel amplius iudex esse non potest, cũ potuisset in fraudem allegari suspectus, & fraudibus occurrendum sit.

40 Decimonono Amplia, vt iudex recusatus de Iure Ciuili reassumit causam probatis suspicionibus vna cum Archiepiscopo, vel Episcopo, vel cum alio bono viro adiuncto auth.si vero C.de Iud.vbi Doct.de iure autem canonico idem iudex reassumit iurisdictionē, & alteri causam committit, vt illam ad superiorē remittat cap.cum speciali, vbi Inn.nu.11.de appell.latè Capic.decis.137.nu.10.Carauit.rit.265.nu.31.vbi refert, quid seruetur in illo Regno, & docet si appelletur ad quem sit habendus recursus, Io.Ant.de Nigr. c.217.num 58. vbi latè sup.Constit.Reg.ponit de ista ampliatione.

41 Vigesimo Amplia, vt delegatus possit allegari suspectus pure, & sub conditione, quatenus sit iudex etiam antequam litteræ delegationis suæ fuerint præsentatæ, quia iudex est à die datæ, licet non habeat exercitium iurisdictionis Feder.de Sen. in cons.24.per tot.Card.Tusch.to.7.concl.906.nu.1.& 2.

42 Vigesimoprimo Amplia, vt etiam locus iudicij detur suspectus, quia vbi est citatus ad comparendũ non sit sibi tutus ob insidias aduersariorum Iul.Clar.§.fin. q.34.nu.5.latissimè Card.Tusch. to.2.in verb.citatio indiscreta, & nulla ad locum non tutum concl. 236. per totam & to.7.concl.914.n.1. Ant.Gabriell. concl.3.tit.de exception.lib.2. Lanfr.d.capit.postremò nu.20.in 40.caus.vbi declarat, quod locus non dicitur tutus, non solum ratione loci iudicij, sed etiam quia non possit haberi accessus ad locum iudicij, nisi per alium locum suspectum.

43 Imò non tenetur etiam comparere per procuratorem citatus ad locum non tutum, Ang.in l.2.§.quod diximus ff.si quis caut.Afflict.dec.29.nu.4. vbi tenet, quod si iudex sciebat, quod tute non poterat comparere, totus processus erit nullus, secus si iudex ignorabat impedimentum, quia processus valet, sed citatus restituitur, Baiard.q.34.nu.25.& nu.27.

44 Nec teneretur comparere etiam si ille iudex offerret citato saluum conductum, cum sit fragile remedium saluus conductus, vbi inimici essent potentes, & ideo non teneatur comparere Boss.titul.de citation. nu.37.Iul.Clar.§.fin.q.34. nu.5. vbi de communi vbi subdit, & maximè quando inimicitia esset cum dominis, vel Rectoribus loci ad quem citatur. Nisi tamen

45 guerra esset generalis, & Duces Belli offerrent saluũ conductum, quia tunc allegans metum militum non excusatur, Afflict.decis.289.nu.20. & seq. vbi allegat decis. 12.in nouis de dolo & contum.Baiard.quęst 34. nu.26.in fin.

46 Sed bene tenetur citatus ad locum non tutum mittere procuratorem, & allegare locum comparitionis, non esse tutum, & instare, quod sibi detur terminus ad probandum, quod locus citationis non sit sibi tutus, & non suffragabitur, si generaliter allegaretur locus non tutus, sed tenetur probare causas, Ruin.cons. 118.nu.9.lib.5.Cephal. cons.304. num.100. & seqq. vol.3.vbi latè.Et quomodo probetur non esse tutum latissimè Mascard.de probat.vol.1.concl.17.cum tri-

47 bus seq.Vant.de nullit.ex defect.iurisd.ordin. n.156. Foller.in pract.crim.canon.in verb. non comparētes contumaces, Menoch.de Arb.cas.153.num.6.lib.2.& Philip.Franc.in c.ex parte tua n.14.& seq. de appell. dicit tria esse consideranda ad hoc vt locus dicatur non tutus quæ ibi illa refert.

48 Quæ exceptio loci non tuti potest allegari, & suffragatur etiam si culpa sua propria euenerit. Philip. Franc.in d.ex parte tua d.nu.15.& seq. Baiard.q.34. num.3.in fin.

49 Sed non potest opponi per Procuratorem huiusmodi exceptio non habentem mandatum, Bart. in l. pen.§.ad crimen.col.pen. in 2.casu suæ distinct.ff.de public.iud.Henric.Boich. in cap. veniens de accusat. Ang.in sua disputat.incipiente Bononiensis in vltimo casu dicit esse istam opinionem seruādam in iudicando quam etiam sequuntur alij relati per Ant. Gabr. tit.de citat.lib.2.concl.3.nu.1.

50 Contrariam opinionem contra Bart.vt possit allegari per quemcumque absque alio mandato, & satisdatione tenet, Bald.in l.pen. §.ad crim. Ang. in d.disputatione in vltimo articulo, & alij relati per Ant. Gabr.in d.concl.3.num.4.Philip.Franc. in c.ex parte tua nu.15.& seq.de appellat.Baiard.q.34.nu.30.in fi. & tenentes istam opinionem contra Bart. limitant. quando persona citata ad locum non tutum posset venire bene associata, itaut excluderet omnem suspicionem loci non tuti, quia tunc non poterit allegare locum non tutum per excusatorem sine mandato, vt post Imol.& Io.de Anan.tradit Ant.Gabr.d.concl.3. nu.4. vbi etiam videtur velle conciliare istas opiniones per distinctionem, quam sub num.2.& 3.ponit. In Curia autem est practica, vt quādo fieri debet in partibus extra curiam repetitio testium examinatorum pro informatione Curiæ ad conualidandum processum informatiuum, vt reus per fiscum, & actorem citetur ad concordandam de loco, & loco loci, Idemque obseruatur quando Reus vult facere suas defensiones extra curiam, vt etiam ipse citet fiscum, & instigatorem ad concordandum de loco, & loco loci.

52 Vigesimosecundo Amplia, quod licet iudex ex eadem causa non possit nisi semel recusari, & suspectus allegari poterit tamen ex causa superuenienti iterum recusari, & suspectus dari, Rom. consilio 220. num.7. versi-

versiculo 3. quia Cardin. Tusch. tomo 7. conclusione 912. numero 2.

53 Vigesimotertio Amplia, vt si suspectus fuerit ordinarius, erit etiam suspectus eius Vicarius; & è contra dummodo vigeat eadē causa suspicionis in Vicario, quæ est in Ordinario, vt post Bald. tradit Io. Ant. de Nigr. d. cap. 217. num. 42. de qua ampliat. dicēt infra in 2. lim.

54 Vigesimoquarto Amplia, vt sola allegatio suspicionis cum iuramento sufficiat, vt detur adiunctus, secus vt in totum remoueatur, quia causa debet legitimè probari, vt post Capic. decis. 137. nu. 10. Cardin. Tusch. to. 7. concl. 913. nu. 40.

55 Vigesimoquinto Amplia, quod si iudex ex legitima causa datur suspectus, gesta deinde per eum sunt ipso iure nulla Bart. in l. quia poterat num. 4. ff. ad Trebell. Alex. cons. 89. col. fin. in princ. lib. 1. vbi dicit communem, & etiam communem dicit Dec. in consilio 175. col. 2. in princ. Et licet causa suspicionis respiciat solum allegantē, tamen processus sit nullus quoad omnes. Cephal. cons. 241. nu. 19. Osasch. decis. 84. per totam, Lancell. de attent. p. 2. c. 6. n. 4. & seq. vbi ampliat procedere tam de iure Canonico, quàm de iure ciuili, Cardin. Tusch. dicta concl. 913. num. 25. & seq. de quo dicam in seq. capitulo.

56 Vigesimosexto Amplia, vt etiam sindicatores deputati cōtra officiales, siue fuerint Ordinarij, siue delegati, possunt per iudicem sindicandum allegari suspecti, vt latè post alios quos allegat firmat Paris. de Put. in tract. de sind. in verb. suspicio num. 1. 2. & 3. vbi etiam firmat, quod licet quando recusatur suspectus ordinarius non in totum remoueatur, sed detur ei adiunctus Episcopus, vel Archiepiscopus, si non sit causa sanguinis, tamen vbi causa suspicionis esset euidēs in totum remouetur l. solet. ff. de iurisd. omn. iud. Paris. de Put. in d. c. 1. nu. 1. circa finem.

57 Et inter alias causas, vt sindicator possit remoueri, erit si ipse Sindicator, vel aliquis de sua familia tēpore officialis sindicādi per ipsum inquisiti, puniti, aut carcerati, fuerint quia præsumitur, quod ipse carceratus, inquisitus, vel condemnatus habeat inimicitiam contra iudicē, vt latè prosequitur Paris. de Put. in d. verb. suspicio c. 1. nu. 3. & 5.

Eritque iusta causa contra sindicatorem, si probetur quod ipse sindicator protulerit verba contra iudicem sindicandum, dicendo expectabo eum in sindicatu, vel alia similia verba Paris. de Put. in dicta verb. suspicio c. 1. nu. 5. vers. & etiam erit iusta causa.

Ac etiam iusta causa erit, quando sindicator se ingesserit contra iudicem conuocando alios, vt quærelarent. Paris. de Put. in d. verb. suspicio cap. 1. numero 6. in princ.

Poterit etiam sindicator remoueri, vt suspectus si in eo perciperetur odiū ex verbis per eum prolatis, vel quia dixit iudicem non deligere, quia nemo præsumitur dicere, quod mente non agitat. Paris. de Put. in d. verb. suspicio c. 1. nu. 6. vers. erit etiam iusta causa, vbi plus subdit, vt non sit habenda differentia si proferens illa verba fuerit consuetus dicere cum effectu.

Et poterit etiam tanquam suspectus remoueri si ad tempus ad inuicem loquuti non fuerint, & etiam vnica vice non se salutauerint, maximè si per prius se dilixerint & alloquerentur, vt latè etiam prosequitur in terminis nostris Paris. de Put. in d. verb. suspicio c. 1. num. 6. circa finem.

Poterit etiam sindicator recusari suspectus quando deberet iudicare de iure, & esset imperitus per ea quæ dixit Bald. in l. fin. C. de hæred. instit. quod causæ subtiles non sunt committendæ Aduocatis grossis, vt sequitur in terminis nostris Paris. de Put. in d. verbo suspicio c. 1. nu. 7.

Et quando sindicatores sunt suspecti eorum officiales etiam, ac familiares dicuntur suspecti Paris. de Put. in d. c. 1. nu. 7. in fin. post Bald. in l. 1. C. de Episc. & Cler. qui allegat Inn. in c. insinuante de off. deleg.

Generaliter omnes suspiciones, quæ opponuntur contra iudices, tam ordinarium, quam delegatū, possunt opponi contra sindicatores, vt firmat Paris. de Put. in d. verb. suspicio c. 1. nu. 10. circa princ. & circa finem in vers. vnum tamen, dicit, quod si iudex sindicandus fideiussionem coram sindicatoribus præstiterit non tollitur, quod non possit illos recusare tanquam suspectos Capell. Tollos. quæst. 118. vbi Aufred. in addit.

Bene verum est, quod si essent plures sindicatores, & vnus tantum datur suspectus, nō remouebitur, quia alij non suspecti supplebunt suspicionem illius, nisi ille suspectus esset principalior, vel eius successor. Paris. de Put. in d. verb. suspicio c. 1. nu. 8. & seq.

58 Vigesimoseptimo Amplia, in quacunque Vniuersitate, Collegio, Rectore, Consule collegiorū, qui possunt dari suspecti. Franch. in c. postremo nu. 17. de appellat. in 6. Card. Tusc. to. 7. concl. 907. num. 6. & seq. latè Cauale. de Brach. reg. p. 3. num. 315. vbi alios allegat, & sub nu. 318. dicit procedere etiam si dd. iudice essent integræ bonitatis, & religionis, & dignitatis.

59 Vigesimooctauo Amplia, non solum vnus iudex possit dari suspectus, quādo est solus, sed etiam si haberet alios iudices vel plures, cum clausula, quod si non omnes, vel quo l si ambo, licet si vnus recusatus fuerit alter, & alij ī causa procedere possint, & si fuit processum in causa cū iudice recusato redderetur totus processus inualidus, quia admixtio iudicis recusati, vitiat totum, dato quod alius sine illo procedere potuisset, vt firmat Franc. in d. c. postremo num. 20. in fin. vers. secundo adde, licet secus dixerit in pluribus sindicatoribus, Paris. de Put. de sindicat. in verb. suspicio c. 1. nu. 8. si vnus fuerit datus suspectus sustinebitur per non suspicionem aliorum, declarando tamen vt dixi supra in ampliatione, 26. vide Cauale. de Brac. reg. p. 3. sub nu. 318.

60 Primo limita in iudice ordinario, qui non allegatur suspectus, sed datur ei adiunctus auth. si vero contigerit C. de Iud. Osasch. decis. 15. nu. 1. vbi alios allegat, & testatur de communi Card. Tusch. tom. 7. concl. 906. num. 3. & latè dixi supra in princ. Laurent. in tract. de suspect. iud. c. 5. nu. 2. & seq. Thesaur. decis. 255. nu. 6. Costa de subsid. remed. remed. 123. nu. 4.

61 Secundo Limita, vt ad allegandum iudicem suspectum in procuratore, requiratur speciale mandatum Rebuff. in tract. de recusat. art. 1. glos. 1. num. 1. vol. 3. ratio est, quia procurator aliquid agere nō potest per quod Dominus incidat in pœnā nisi ad id fuerit specialiter cōstitutus, & ibi testatur fuisse decisam, quod Dominus esset absens, & iudex esset suspectus procurator possit allegare suspicionem offerendo, Dominum ratum habiturum, petendo terminum ad habē-

dem

dam ratificationem, & ſpeciale mandatum, & iudex
deberet ſe abſtinere, ſed hodie ex communi ſtilo ap-
ponitur, per principales, facultas recuſandi iudicē ſu-
ſpectum, vt poſt Carauit. rit. 265. n. 25. firmat Baiard.
in q. 43. nu. 8. Card. Tuſch. tom. 7. concl. 913. num. 38.
poſt Rom. conſ. 220. nu. 7. verſ. 2. ex defectu mandati
vbi Add. in verbo mandatis Caualcan. de Brach. reg.
p. 3. nu. 334. vbi firmat requiri ſpeciale mandatum, &
ſi non fuerit allegata per procuratorem, poteſt alle-
gari per principalem, & ibi concordantes allegat.

62 Tertio limita, vt allegantes iudices ſuſpectos, de-
beant reuerenter loqui, & ſe ab iniuria temperare l.
quiſquis, C. de poſtulan. cap. in loco 5. q. 4. Sebaſt. de
Neap. ſuper conſtit. Reg. c. 217. nu. 20. & ſeqq. quem
ſequitur ibi Io. Ant. de Nigr. ſub nu. 38. verſ. ad vnum
tamen, & non probatis cauſis ſuſpicionis, tenebitur
actione iniuriarum, Bal. in c. ſuper de off. deleg. Ang.
in l. quæ omnia, Baiar. in q. 43. nu. 7. Carauit. rit. 265.
nu. 23. & 24. vbi teſtatur quod in illo Regno punire-
tur arbitrio iudicis, tàm principalis, quàm Procura-
tor, & Aduocatus.

63 Quarto limita, & intellige, quod licet de iure ciuili
ſufficiat ſimplex allegatio abſque expreſſione cauſæ,
gloſſ. in l. apertiſſimi in verb. recuſare, & ibi Bar. Bald.
& alij, C. de iud. dummodo allegans ſuſpiciones ſe nō
cauſa calumniæ id agere iuret. Lanfranc. in repet. c.
quoniam contra in verb. recuſationes. De iure autem
canonico ſecus eſt, c. 2. requiris, extra de appell. Ro-
lan. conſ. 19. num. 14. conſ. 31. in fi. vol. 3. Gram. in rit.
64 mag. Cur. rubr. item ſi contingit, nu. 1. Carau. rit. 265.
nu. 6. vbi teſtatur in illo Regno ſeruari diſpoſitionem
iuris Canonici, & n. 30. verſ. quia de iure ciuili, Maſc.
de prob. d. concl. 943. nu. 8. vbi de communi, & ſubdit
niſi cauſa fuiſſet famoſa, qui ſufficeret ſolum iuramē-
tum, Baiard. quæſt. 43. nu. 1. Seraf. de priuil. iur. priuil.
7. nu. 6. & ſeqq. Farin. conſ. 17. nu. 16. in fin. vbi adden-
tes in litt. G, qui alios allegant.

65 Imo de iure ciuili quando agitur de magno præiu-
dicio alicuius, requiritur expreſſio cauſæ ſi nō a prin-
cipio ante capturam, ſed ſaltem poſt capturam, & le-
gitimè etiam probetur, vt latè per Maſcard. de prob.
concl. 959. n. 10. & ſeqq. vol. 2. vbi cōcordātes allegat.

66 Quinto limita, vt de iure canonico cauſa ſuſpicio-
nis quæ concernit iuriſdictionem ipſius iudicis pro-
ponatur coram eodem iudice recuſato, probanda ta-
men corā arbitris ſi exceptio non fuerit famoſa con-
tra perſonam illius, ſecus ſi fuerit famoſa, quia erit
proponenda coram ſuperiore ſecundum cōmunem
opinionem atteſtatam per Iul. Clar. §. fi. q. 43. in fi. per
cap. 2. requiris, §. fi. de appell. c. cum ſpeciali eod. tit.
Philip. Franc. in d. c. 2. requiris nu. 12. ponit differen-
tiam, quare iudex recuſatus non cognoſcat de ſua ſu-
ſpicione, & tamen cognoſcat an ſit iudex competēs,
Io. Ant de Nig. ſuper conſt. reg. c. 217. nu. 38. verſ. ad
rem, & ſub nu. 8. & ſeq. quærit ſi coram recuſato poſ-
ſit opponi exceptio contra libellum, & actorem, &
ſub 63. videtur facere differentiam inter iudicem or-
dinarium, & delegatum. Add. ad Farin. conſ. 17. in lit.
E, vbi alios allegant, & teſtātur de communi, & quod
ſit ſeruanda diſtinctio ſupra in principio limitationis
poſita, & quid ſeruetur de iure ciuili, & de iure cano-
nico. Caualc. d. p. 4. nu. 335. & ſeqq. latè.

67 Et electis arbitris iudex recuſatus illis aſſignare de-
bet terminum ad finiendam cauſam cum de iure ex-
preſſus non reperiatur iunct. c. legitima de appell. in
6. latè Carauit. in rit. 295. nu. 31. per tex. in c. cum ſpe-
ciali. iunct. gloſſ. in verb. terminum, de appell. ſi fuerit
ordinarius, Borgn. deciſ. 28. n. 104. Caualc. de Brach.
reg. p. 3. nu. 332. & latè etiam Coſta de ſubſidiar. re-
med. remed. 132. per totum. Si vero fuerit delegatus
faciat illum ſtatuere per iudicem ordinariū per text.
in l. apertiſſimi verſ. neceſſitate, C. de iud. cum com-
minatione, quod elapſo termino ipſe procedet in cau-
ſa principali mediante iuſtitia, Card. Tuſc. to. 7. con-
cl. 911. n. 7. dicit, quod arbitri cogunt ad exprimendā
cauſam, & iudex recuſatus cogit illos ad cauſā finien-
dam. Et non probata cauſa ſuſpicionis iudex in ea
ſua vtitur iuriſdictione d. c. cum ſpeciali, & probata
remittit negotium ad ſuperiorem, vel cauſam com-
mittit de recuſatoris conſenſu d. cap. cum ſpeciali la-
tiſſimè Io. Ant. de Nigr. in d. c. 217. nu. 58. & ſeqq.

68 Electio autem arbitrorū pertinet ad iudicem, Fa-
rinacc. conſ. 17. num. 5. vbi concordantes cumulauit,
Sed in tribus caſibus cauſa non tractatur coram Ar-
bitris de quibus in c. ſi contra de offic. deleg. in 6. &
69 tria ſunt diſtinguenda tēpora, vt iudex recuſatus poſ-
ſit committere cauſam cap. iudex de offic. deleg. Su-
70 per qua arbitrorum electione, & eius materia vlte-
rius non inſiſto cum in cauſis criminalibus in multis
locis non ſeruetur iſta electio arbitrorum, cum ho-
die ſuperiores cognoſcant ſuper tali exceptione, &
alium iudicem, vel adiunctum concedant, vt teſtantur
Iul. Clar. q. 43. nu. 4. in fin. & ibi Baiar. nu. 18. latiſſimè
Carauit. rit. 265. in princ. & nu. 30. add. ad Farinace.
in conſ. 17. in litt. E, in fin.

71 Sexto limita, quando pars quæ allegauit iudicem
ſuſpectum coram eodem iudice comparuit allegādo,
producendo teſtes, inſtrumenta petendo, vel recipien-
do dilationes, aliaque faciendo tanquam coram iudi-
ce, quia per talem conſenſum erit expurgata ſuſpicio
iam allegata, cap. per ratum in fin. cap. cum veniſſent
extr. de teſtib. c. inter Monaſterium, extr. de re iudic.
Maſcard. de prob. concl. 943. nu. 42. lib. 2. vbi concor-
dantes allegat. Card. Tuſc. to. 7. concl. 113. nu. 34. poſt
Bald. in conſ. 498. nu. 2. verſ. item hoc demonſtratur
lib. 2. latè Cappell. Tholoſ. deciſ. 193. vbi Aufr. Ma-
rant. par. 6. in verb. Appellatio, nu. 74. Franc. cap. po-
ſtremo n. 9. de appell. in 6. vbi ſubdit dummodo tem-
pore impetrationis ignorauerit cauſam ſuſpicionis,
latè Io. Ant. de Nigr. ſuper conſtit. reg. c. 217. num. 2.
72 & ſeqq. vbi tradit cautelam, vt poſt allegatam ſuſpi-
cionem in qualibet eius comparitione, vel actu prote-
ſtetur, quod non intendit conſentire in eum vti iudi-
cem, & ſub n. 63. poſt Felin. in c. cum M. extr. de con-
ſtit. docet, quod ſit addenda alia clauſula niſi quate-
nus de iure, alias ſine hac vltima clauſula poterit vt
contumax puniri, & firmat, quod ita ſolet practicari
ad tollendum conſenſum in ipſum iudicem recuſatū,
prout vere vbique obſeruatur, & hic in curia etiam
ſemper vidi obſeruari per practicos curiales appo-
nentes illam citra conſenſum in iuriſdictionem.

73 Niſi tamen poſtea noua cauſa ſuperuenerit, quia
de nouo poterit dari iuri ſuſpectus, cū ea, quæ de no-
uo emergunt, nouo indigeant auxilio, l. 1. in princ. ff.
de ventr. inſpic. Io. Ant. de Nig. in dicto cap. 217. nu. 2.
verſ. quod ſanè Maſcard. de probat. dict. concl. 953.
nu. 43. vbi loquitur, quando iudex fuit electus de con-
ſenſu partiū, & poſteà ſuperueniat. Card. Tuſch. dict.

conclus.913.nu.39.post Roman.in dict.consi.22.n.2q
vers.3.quia Caualc.de Brach.reg.p.3.n.326.in fin.
74 Septimo limita, & intellige, vt non possint dari su-
specti omnes iudices in ciuitate existentes, & prout
exclamat Io.Ant.de Nigr.super constit.reg. cap.217.
nu.17.& seqq.contra Aduocatos, & Procuratores il-
75 lius regni, qui ad differendam expeditionem causa-
rum, soleant aliquando dd. omnes iudices suspectos
dare, vbi tamen subdit, quod quando dantur suspecti
plures iudices debeat dari lista diffidentium, & con-
fidentium,& si in vtraque lista in aliquo conueniant,
ille sit eligendus, alias superior vnum ex officio eli-
gat, prout seruari etiam solet hic in Curia Romana,
Qui Io.Ant.de Nigr.in dict. c.217. nu.49. dicit,quod
allegãdo omnes suspectos censeatur fieri in fraudem,
maximè quando causa esset parua, & commodè non
76 posset mitti extra ciuitatem. Mascard.de probat.cõ-
clus.953.n.31.& seq.lib.2. refert Doct.tenentes,quod
possint omnes sapientes vnius ciuitatis allegari su-
specti,sed dicit non esse recedendũ ab opinione con-
traria, quã firmat esse communem,& ibi concordan-
tes pro ista cõmuni opinione allegat, & Bald. in c.1.
77 col.4.& seq.extr.de iudic. tenet,quod si caput cõcilij
sit suspectus,vel omnes Præsidentes, sint suspecti, vel
si aliquis magnæ auctoritatis, & præheminentiæ, ita
quod alij non audeant contradicere totum cõsilium,
vel tribunal potest recusari, quia Præsidentes in con-
silio obtinent vices instar totius consilij, Par. de Put.
in tract.de sindic. in verb. suspicio colum.4. in princ.
circa med.Felin.cons.24.col.4.in princ. vers.item di-
cit,& post istos Io.Ant.de Nigr.in d.cap.217. nu.47.
Carauitt.rit.265.nu.27. vbi alios allegat,Mascard.de
probat.concl.953.nu.33. vol.2. Card.Tusch. tom.7.
concl.907.nu.8. vbi concordantes allegat,& testatur
de communi. Declara tamen vt per Bero.in capit.1.
nu.119.vsq.ad n.125. de iudic.vbi facit plures distin-
ctiones,sed posset esse vera resolutio, quod præsuma-
tur fraus quando Senatus,& omnes magistratus dan-
tur suspecti, sed cessante fraude, possint bene omnes
suspecti dari,vt declarat Caualc. de Brac. reg. p.3.nu.
315. & ibi etiam firmat,quod dato suspecto V. rege
ge Neapolis erunt suspecti omnes officiales illius re-
gni, quia quãdo caput dolent omnia membra dolent,
& ibi etiam loquitur,quod omnes de collegio possint
dari suspecti, & ibi ponit, quid si fuerint dati tres de
collegio an erit suspectum totum collegium.
78 Si vero dati sint duo iudices in causa,& vnus sit su-
spectus,& alter non, ille solus procedere debet si ha-
beant potestatem insolidum, Felinus in cap. cum su-
per,col.2.in fine,extr.de offic.deleg. & post eum, Io.
Ant.de Nigr.in d.c.227.nu.40.
79 Octauo limita in Papa, in Concilio legitimè facto,
in Imperatore, & in alijs de quibus per Bero.in cap.
quoniam contra,n.154.de probat.Card.Tusch. to.7.
907.nu.18.Franc.in cap.postremò,num.17. & seq.de
appellat. in 6. vbi reddit rationem, secus esse dicit in
Cõcilio Prouinciali,Caualc.de Brach.reg.p.3. n.319.
& loquitur in alijs nõ recognoscentibus superiorem,
& reddit rationem.
80 Nono limita,vt omnes de collegio suspecti dari nõ
possint.Bero.in c. 1.nu.121. de iud.Card.Tusch.dicta
concl.907.nu.19.declarando vt suprà posui.
81 Decimo limita in Auditore, vel in quolibet alio
electo ex consensu partiũ, vt etiam minimè suspectus
allegari possit post electionem text.in l.item si suspe-
ctus,ff.de Procurator.Calder.in cons.212. in fin.alias
6.de appell.Card.Tusc.d.concl.907.nu.17. vbi dicit,
quod ita debet intelligi,Speculat. qui contrarium vi-
detur tenere,Mascard.de prob.concl.953. nu.42. vbi
subdit nisi postea causa suspicionis superuenerit.
82 Vndecimo limita in mero executore,qui cum nul-
lum præiudicium inferre possit, non recusatur tãquã
suspectus,Calder.cons.212.in princip.vers.solus autẽ
alias 6.de appellat.Bero.in dic.cap. quoniam contra,
nu.154.Card.Tusc.tom.7. concl.907.nu.13. vbi post
Bero.in d.c quoniam contra,sub n.155. dicit nisi ha-
beret causæ cognitionem,Caualc.d.p.3.nu.322.
83 Duodecimo limita,& intellige, quod si Episcopus
est suspectus,non dicitur suspectus eius Vicarius, vel
delegatus ab eo, nec è contra nisi causa suspicionis
concernat Episcopum,Vicarium,vel Delegatum,Io.
Ant.de Nigr.d.c.218.nu.42.vbi alios allegat, & dicit
quod suspicio, quæ concernit dignitatẽ,inducit suspi-
cionem in successore, & quod suspectus iudex, non
dicatur suspectus eius Vicarius,Mascar. de prob.con-
clus.953.nu.41. vol.2. nisi vigeat eadem causa suspi-
cionis in Vicario.Nigr.d.c.217.nu.42.contrariũ vo-
luit, vt suspectus Episcopus dicatur suspectus Vica-
rius,Capic.decis.137.nu. 10.vers.3. declaratio, Card.
Tusc.concl.908.nu.3.to.7.
84 Decimotertio limita in delicto notorio in quo nõ
datur iudex suspectus, Anton.Gomez. titul. de delict.
cap.1.nu.46. latè Farinacc.q.21.nu.129. vbi testatur
de communi,& concordantes allegat,Iul.Clar. q.43.
vers.vnum tamẽ, Bursat. qui etiam alios allegat cons.
21.nu.25.lib.1.Lancell.de attent.p.1.c.6.nu.24.prout
quando notoriè constat, quod per calumniam ex per
causam affectatam datur suspectus maximè in crim.
iudex debet procedere ad vlteriora latè Caualcan.de
Brach.reg.p.3.nu.32.
85 Quæ limitatio non procedit quando pœna pro ta-
li delicto notorio non esset determinata, sed esset ar-
bitraria,Ant.Gomez d.c.1. nu.46. Bursat.d.cons.21.
n.23.lib.1.vbi alterius declarat procedere in notorio
facti permanentis, secus in notorio facti transeuntis,
item procedere in criminalibus, & non in ciuilibus,
Lancell.d.c.6.n.25.& seqq.Carauitt.rit.275.n.11.Fa-
rinac.in q. 21. nu.130.& seqq. & in cons. 17.nu.6. vbi
addentes in littera B,ponunt alias limitationes,& de-
clarationes.
86 Decimoquarto limita,quando quis elegit in iudicẽ
aduocatum suum, quem suspectum,deinde dare non
potest,Philip.Franc.in c.accepta,n.20.de appell. sed
poterit dari suspectus ab altera parte ĩ eadem causa,
in qua fuit Aduocatus eius in alia,Ioan.Ant.de Nigr.
d.cap.217.nu.50.super constit.regni, & ibi alios con-
cordantes allegat.
87 Decimoquinto limita,& intellige,vt talis exceptio
recusationis opponi debeat ante litem contestatam,
Io.Ant.de Nigr.super constit.reg. cap.217. num.24.
Grammat.super rit.mag.cur. in verb. item si contin-
git,nu.2.Marant.de ord.iud.in verb.accusatio nu.25.
Mascard.de probat.conclus.9053.nu.34.vbi de com-
muni volum.2.Bertazz.consil.8.nu.5. vol.1. & quan-
do sumus in causis summarijs in quibus lis non con-
testatur, tunc primus actus, qui solet fieri post litem
contestatam, includit contestationem litis,Io.Ant.de
Nigr. d.c.217.nu.15.per tex.in l.apertissimi vbi glos.
C.de

C.de iud.Carauitt.rit.265.num.10.vbi de communi, Marant.p.6.in verb.appellatio,nu.74.& primo debet oretenus, & poſtea in ſcriptis proponi non tamen in forma libelli,& ante litem conteſtatam,Caualc.dicta p.3. num.327. de Brach.reg.

Imò exceptio recuſationis debet præcedere alias exceptiones ẽt dilatorias,Gram.in d.verb.item ſi cõtingit,nu.2.Io.Ant.de Nig.in d.cap.217.vbi alios allegat,& teſtatur de cõmuni,& licet ibi afferat aliquos contrarium tenere tamen firmat non eſſe a d.cõmuni opinione recedendum, latè Felinus in capit. inter Monaſterium,colum.3.& ſeq.de re iud.Marant.in d. verb.recuſatio,num.25.Bertazz.conſil.8.nu.5.vol.1.

88 Primo ſublimita iſtam 15. limitationem, quando plures proponerentur exceptiones dilatoriæ, & inter eas proponeretur etiam exceptio recuſationis cõtra iudicem, qui ẽt quod talis recuſatio vltimo loco proponatur, non inducitur conſenſus in iudicem per ordinem iuris,vt primo cenſeatur oppoſita recuſatio,& ſuſpicio,& præpoſteratio non nocet, vt poſt Ang. in l.ſed & ſi ſuſceperit, col.1. de iud. Felyn.in cap.inter Monaſterium,num.5.verſ. prima declaratio,Io.Ant. de Nig. in d.c.217. nu.27.& latè prius dixi ſub nu.9. & ſeqq.vbi ſubdit,quod tutius erit,ſi prius opponatur exceptio contra iudicem.

89 Secundo ſublimita, niſi exceptiones dilatoriæ oppoſitæ ante recuſationẽ eſſent dilatoriæ concernẽtes iuriſdictionẽ iudicis,prout eſt incompetentia iudicis, & ſimiles, quia tales exceptiones non impediunt recuſationem iudicis,cum teneant ad declinandũ illius perſonã,& oſtendãt animũ excipientis diſpoſitum ad diſſentiendum, Felyn.in d.c.cum Monaſterium,nu.5. verſ.ſecūda declaratio,Io.Ant.de Nig.in d.cap.217. n.28.poſt Io.Andr.Butr.& Bal.in locis per eõ relatis.

90 Tertio ſublimita, quando diſputaretur ſuper dilatoria oppoſita prouocatus ab aduerſario,puta ſi reus opponeret recuſationem contra iudicẽ,& actor contra talem exceptiones replicaret,& reus reſpõderet, vel ſi reus a principio petiſset copiam libelli, ſeu reſcripti,vt poſset deliberare,an vellet cedere,vel contendere,& actor replicaret, quod non debet dari, & ſuper hoc diſputaretur,in his caſibus,non cẽſetur renunciatum recuſationi iudicis,Abb.in d.c.inter Monaſterium in 6.opponit, vbi Fel.in 3.lim.nu.9.& 13. Io.Ant.de Nig.in d.c.217.nu.28.& 35. Maſcar.cõcl. 9053.nu.6.lib.2. Bertaz.conſil.8.num.5. volum.1.

91 Quarto ſublimita,quando reus dediſset fideiuſſionẽ de iudicio ſiſti,vel de parendo mandatis iudicis,nõ excluderetur recuſatio iudicis,auth.offeratur,vbi Bal. in 2.notab.in princ.C.de lit.conteſt. Io.Ant.de Nigr. d.c.217.nu.10.& 31.vbi ſubdit,vt intelligatur,quatenus de iure parere teneatur, Fel. in d.c. inter Monaſterium in 5.declarat.latè Marſ.ſing 127. Guid.Pãcirol cõſ.115.n.4.& ſeq.idẽq.erit ſi ſoluit ſportulas, latè Paris de Put.de ſindic.in verb.ſuſpicio,c.1.n.11. circa finem,Io.Ant de Nigr.d.c.217.nu.10. Maſcar. de probat.concl.9013. num.6.lib.2.

Quæ ſublimitatio procedit, quando iuſſu iudicis, quis fideiuſſit,vel ſi fuiſset captus,& præſtitit cautionẽ de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui non cenſeatur cõſenſiſse in iudicem, Marſ.ſing.227. ſecus ſi ſua ſpõtè, vel præſtitit cautionem ſcienter,quod tenebatur corã illo iudice litigare, ſecus ſi erraſset, putans ſe teneri ibi litigare,in dubio autẽ error præſumitur,niſi ſimus in perſonis,quas iuris ignorantia non excuſat,Felyn. in d.c.inter monaſterium in 5. declarat.Ioan.Ant.de Nigro in d.c.217.num.31.

Item intellige,quando quis fuit contumax, & poſtea ſatis dedit ad reuocandam tenutam,quam paſſus ſuit ex primo decreto in odium ſuę contumaciæ, vt non poſſit amplius allegare Iudicem ſuſpectum, Felyn in d.c.inter monaſterium in 1.declarat. vbi alios allegat,Io.Ant.de Nigr.d.c.217.num.3.in fin.

92 Quinto Sublimita, quando excipiens proteſtatur, quod non intendit conſentire in iudicem,niſi quatenus iuris eſſet,vel ordo rationis expoſtulat, Bal.in d. c.inter monaſterium in 4.declarat.nu.8.Abb.in c.cumana n.9.ext.de elec.Fel.in c.cũ alijs adduct.per Io. Ant.de Nigr.in d.c.217. n.30.vbi ſubdit ꝙ talis proteſtatio ,pdeſt,ſiue fiat in princ.ſiue in fi.ſed ꝙ omnino addantur illa verba,niſi & quatenus de iure,&c.

93 Sexto Sublimita, quando quis per procuratorẽ reſpondit,vel diſputat exceptiones,vt non dicatur cõſentire in iudicẽ.Felyn.in d.c.inter monaſteriũ in 9. declarat.poſt Ant.de But.in c.1.col.25.verſ.nota 1. de Iud.ſed Franc.in d.c.1.contrariũ tenet,vt nõ ſit ratio diuerſitatis,an quis reſpõdeat per ſe,vel per procuratorẽ,cũ qua opinione trãſeunt Ancar. cõſ.158.n.19. Card.Tuſc.t.7.concl.909.n.3.& Felin.vbi ſupra, Io. Ant.de Nigr.in d.c.217. n.36.vbi tamen poſt Felyn. docet tutius eſſe,vt conſtituens procuratorem apponat clauſulam ſaluis exceptionibus recuſationis.

94 Septimo Sublimita,quando poſt litẽ cõteſtatã reus ſimpliciter interrogationib.à iudice ſibi factis reſpõderet, vt non dicatur excluſus à recuſatione iudicis. Bertazz.conſ.8. nu.5.& ſeqq.vol.1.vbi firmat magis procedere, quando fuit detruſus in carceres,& iudex recuſauerit notarium ſcribere ſuſpicionem,& ad largam poſitus recuſationem oppoſuerit, vel ante examen iudicem ſuſpectũ dedit,quia per interrogationẽ deinde ſubſecutam non dicitur renuntiaſſe ſuſpicioni,Bertazz.d.conſ.8. n.5.vbi tamen videtur dubitare, quando fuiſſet interrogatus ſuper alijs non exiſtentibus tempore allegatæ ſuſpicionis.

95 Octauo Sublimita, quando cauſa ſuſpicionis ſuperueniſſet de nouo,quia tunc poteſt opponi etiam poſt concluſum in cauſa,Franc.in c.iudex col 2. de offic. deleg.Io.Ant.de Nigr.d.c.227. nu.ſeqq.& n.37.Marant.p.6.in verb.appellatio nu.74.Carauit.rit.265.n. 10. vbi alios concordantes allegat, & teſtatur de veriori opinione,licet Aret.in tit.de except.in Rub.nu. 36. inſtit. videatur tenere contrarium per rationem per eum allegatam,& ſic de conſuetudine poteſt opponi in qualibet parte iudicij iuſta cauſa ſubſiſtente ad inſtar appellationis,Caualcan.de Brach. reg.par. 3.numero 327.

Cauſa autem ſuſpicionis,quia ſuperuenerit poſt litẽ cõteſtatã,vel cõcluſũ in cauſa, probetur per Iuramentum illius DD. adducti per Maſcard. in concluſ. 9053.n.17.vol.2.vbi poſt Ruin.ſubdit,quod requiratur etiam, vt fuerint diligens in perquirendo conditionem iudicis.

Quæ limitatio tamẽ procedit, quando notoriè,ac clarè appareret,ꝙ exceptio poſt litẽ conteſtatã, vel poſt cõcluſum in cauſa ſuperuenerit. Franch.in d.c. iudex col.2.Nigr.in d.c.219. n.37.Maſcard.d.concl. 9013. nu.35. ſecus ſi non ſuperueniſſet ante concluſum in cauſa,quia nec etiam de iure Regio Neapolitano

tano possit deduci post conclusionem in causa per d. c.217. prolixitatem, Baiard.in q.41.n.11.& ideo non potest proponi postquam causa fuit instructa,& postquam iudex dedit motiua, quia tunc dicetur recusatio affectuata, Caualc.d.p.3. num 330.

96 Nono Sublimita, non procedere respectu aliarum exceptionum declinatoriarum, quia licet per tacitũ consensum sibi praeiudicasset circa recusationem, & suspicionem iudicis, non tamen perdit alias declinatorias iudicij, Bald. in c.exceptionem col.fin.extr.de except. Nisi procederet a l aliquem actum, qui etiam non competeret cum illa declinatoria, & idem tenet Felin. in d.c.inter monasterium in 6. declaratione,& allegat tex.in l.sed & si susceperit,ff.de iudic.vbi etiã Felin.dicit allegando, Bart.in d.l.& si susceperit, quod qui consentiet in iudicem prorogando iurisdictionẽ, non per simplicem prorogationem, sed faciendo alium actum coram eo, nõ potest poenitere etiam ante litem contestatam, vt ibi latius per Felin.Io.Ant.de Nigr.in d.c.217.nu.32.super constit.Regni.

97 Decimo Sublimita, quando exceptio recusationis iudicis concerneret defectum naturae iudicis, quia index esset mutus, furiosus, vel infans, quia talis exceptio potest opponi etiam post litem contestatam, vt post Bart. Ang. Rom. Innoc. Archidiac. & Gemin. firmat. Felin. in d.c.inter Monasterium in 8. declaratione,& in c. exceptionem in 8. limitatione extr. de except. Io. Ant. de Nigr. in d.c.217.num.33.

98 Vndecimo Sublimita, quando iudex inquirit in casu prohibito, quia poterit opponi ista exceptio cõtra processum, etiam post litem contestatam, cum illa reddat iudicium retro nullam, quia licet iudex fuit competens, tamen modus procedẽdi fuit incompetens,& exceptio ipso iure nullam iurisdictionem reddit, ideo quandocunque opponi potest, & litis contestatio nõ valeret, & ideo semper dicitur esse in principio litis, vt post Bal. Alex. & alios notat Felin. in d.c.inter Monasterium in 10.declaratione de iudic.Io. Ant.de Nigr. in d.c.217. n.34. vbi subdit, quod est notandum in Regno Neapolitano, quia adest Cap. Regni, vt delatos,& c. ne tuorum, ex quibus disponitur iudicem nõ posse inquirere ex officio nisi in casibus in quibus venit imponenda poena mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscissio,& in alijs casibus ibi positis,& si extra illos casus procederet, processus esset nullus, quae exceptio igitur poterit opponi, etiam post litem contestatam.

99 Decimosexto Limita, principaliter, vt a criminoso notoriè non allegetur suspectus iudex, sicut non potest appellare, Cardin. Tusch. tomo 7. conclus.909.n.1.Caualc.d.par.3.num.325.

100 Decimoseptimo Limita, quando causa inepta allegaretur, quia sola allegatio suspicionis non suspendit iurisdictionem, Bald.cons.417.n.4 lib.1.Card.Tusch. to.7.concl.913.n.35.nisi iudex post ineptam suspicionem processerit in causa, & per partem fuerit appellatũ, & iudex detulerit appellationi, vel eidem fuisset inhibitum, & tunc deinde facta sunt ipso iure nulla, Alex.cons.89.n.6.lib.1.Card.Tusc.d.concl.913.n.36.

101 Decimoctauo Limita, quando per statutum prohibetur, prout Senis, quod iudex non possit allegari suspectus, quia allegatio non anullat processum. Rom. cons.220. sub n.7.vbi addentes, qui concordantes allegant Card. Tusch.d.conclus.913. num.37.

102 Decimonono in Cardinalibus, qui non dantur suspecti, nisi essent iudices in causa alterius Cardinalis, vt post alios, quns allegat tradit Franc.in c.postremò num.15.de appellat.in 6.

103 Forma autem recusandi iudicem suspectũ,& quomodo concipiatur libellus recusationis, docet Spec.in tit.de offic.deleg.in 4.p.& in tit.de recusat.in 1.p.vbi latè Io.Ant.de Nigr.in d.c.217. nu.57.Bald.cons.26. n.2.vol.1.& in l.apertissima n.4.C.de iudic.& in specie debet in scriptis recusatio iudicis, & non tenet si fiat viua voce, Ias. in l.fin.nu.11. C.de iudic.& data in scriptis recusatio non requiritur alia appellatio Farinac.cons.17. nu.2. & 4. vbi concordantes allegat,& maxime si non potuit adire superiorem, Carauit. rit. 265.num.32.Bertazz.cons.8.num.6.& seq.vol.1.Caualc.d.p.3.n.327.dicit, quod prius debet proponi ore tenus postea in scriptis, sed nõ in forma libelli, & sub nu.331.post Menoch.cas.457.n.12.dicit, quod est exprimenda vnico contextu causa iusta & legitima, & debeat proponi infra tempus datum ad recusandũ & si causa fuerit scandalosa, tunc non exprimitur in actis, sed debet proponi superiori, qui de ea habita fide, causam alteri delegare debet. Auf.in tract.de recu-

104 sat.n.67.Caualc.d.p.3.n.340.& in statu Ecclesiastico habemus constitutionem Marchiae lib.5. c.17. & ibi latissimè addentes, in curia autem absque alia solemnitate in causis criminalibus datur suspectus iudex per simplicem protestationem in actis factam cũ expressione aliquarum causarum, & aliae vrgentiores solent exponi ad aures Pontificis contra supremos officiales, & è contra alios inferiores ad aures eorum superiorum.

105 Et si informãda causa suspicionis ob defectum solemnitatis succumbuerit si causa fuerit vera, poterit tamen succumbens iterum bene proponere, vt post Castren.in cõs.313.col.2.vers.debet ergo lib.2.Card. Tusc.to.7. concl.912.n.1.sed iudex non potest a decreto emanato super recusatione appellare Carauit. rit. 265. nec petere, quod articulus iste committatur consilio sapientis, Caualc. d.p.3. num. 331. In Regno Neapolitano rit. 265.non datur appellatio siue dicatur, quod iudex suspectus nõ interueniat in causa siue interueniat. Vinc.Franc.decis.409. par.2. vbi etiam ponit quaestionem si possit appellari in causa suspicionis ante sententiam.

106 Et sententia erit ipso iure nullam, quando constat extare causam suspicionis, si fuerit declaratum per iudicem non extare, vel non esse legitimam, quia esset sententia contra ius scriptum, 2. q.6. diffinitiua l.expressim ff.de appellat. Franc.in c.postremò, nu. 20. in penul.col.in fine, tit.de appellat.

107 Poteritque à sententia arbitrorum appellari, & si fuerint electi ob suspicionem delegati à principe, causa deuoluetur ad principem, nisi fuerint electi ob suspicionem subdelegati, deuoluitur ad delegantem proximum, Bald.in l.fin.nu.9. vbi Add.in litt.D,C.de iudic.& recurritur non ad iudicem recusatum, sed ad eius superiorem, c. ab arbitris, de offic.deleg.lib.6. & not. Bald.in d.l.fin.n.4. & ibi late Ias.n.6.cum pluribus sequentibus,& post Abb.& Mandel.Baiard.quest.43. nu.13. de quibus dixi latè in discursu totius materiae, & praecipuè sub numero 33.

Suspi-

Suspicio iudicis legitima allegata quando suspendat iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus per iudicem recusatum est ipso iure nullus secundum magis communem opinionem.*

2 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores, & testantur de communi.*

3 *Pro conciliatione istarum opinionum dantur hic pluries declarationes.*

CAP. XX.

1 Defensor carcerati debet eaueri, vt postquã fuit iudex allegatus suspectus, vt eius iurisdictio expirauerit, & processus deinde factus per iudicem recusatum sit nullus, & sententia nulla. Bart. in l. quia poterat, ff. ad Trebell. Castren. cons. 121. n. 2. lib. 2. vbi disputat articulum, & concludit pro hac parte Lap. allegat. 1. in princ. vbi reprobat Innoc. contrarium tenentem, & de magis communi addit. ad Lap. in d. allegat. in verb. processu, testatur Card. Tusch. tom. 6. concl. 903. nu. 1. Io. Ant. de Nigr. latè super constit. Reg. c. 216. n. 16. vbi defendit opinionem, Bart. & reprobat Innoc. Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de iudic. concl. 5. n. 1. vbi concordantes cumulauit, & testatur de magis communi. Vant. de nullitate ex defectu iurisd. ord. n. 140. Bertazz. cons. 8. n. 3. vol. 1. vbi post Cappel. Tholo. 479. vbi Aufr. in addit. testatur, quod alias ita fuit decisum, Baiard. q. 43. n. 6. & seq. Farinac. cons. 76. nu. 26. in fin. vbi testatur de magis cõmuni, & quod procedat etiam respectu omnium in causa interesse habentium, Osasc. decis. 84. vbi de magis comm. & quod ita ille senatus obseruauit Lancell. de Attent. 2. p. c. 6. Hier. Hispan. in tract. comm. contra comm. q. 780. vbi de magis com. sed firmat, quod in ista quæstione erit videndus, Auendanus de execut. mand. 2. p. cap. 23. n. 14. & Couarr. & alij ibi per eum relati, & Claud. Bertazz. ad patrem, cons. 8. in litt. A, Caualcan. de Brach. reg. p. 3. n. 274. vbi dicit hoc procedere in iudice ordinario, vt sola allegatio cum iuramento suspendat iurisdictionem, secus in iudice Brachij regij, quia requiritur, vt constet de legitima causa.

2 Contrarium opinionem tenet Innoc. in c. speciali de appellat. vbi affirmat nõ meminisse se legisse processum esse nullum Franc. in c. iudex, n. 4. de appellat. vbi alios allegat Rom. consil. 220. in secundo dubio Add. ad Bertazz. cons. 8. in litt. A, lib. 1. Ant. Gabriel. d. concl. 5. n. 2. vbi allegat sequentes opinionem Innoc. & testatur de communi, Card. Tusch. concl. 913. nu. 4. tom. 7. vbi etiam alios allegat, Neuizan. cons. 36. nu. 8. in fin. Hier. Hispan. in d. q. 680. in princ. etiam de communi, Cauale. de Brach. reg. p. 3. n. 342. vbi plus firmat quod non solum requiratur appellatio verum etiam, quod pars appellationem prosequatur & deueniat, ac petat electionem arbitrorum vbi de communi.

3 Quæ opiniones contrariæ Doct. conantur ad concordiam reducere, vt opinio Innoc. in Terris ecclesiæ seruetur, & opinio Bart. seruetur in Terris Imperij, Alex. cons. 104. n. 3. lib. 1. Osasc. decis. 84. nu. 5. in fine, Card. Tusch. to. 7. concl. 913. nu. 7. & 28. Claud. Bertazz. in add. ad patrem, cons. 8. in littera A, Farinacc. consil. 17. num. 1.

Alij autem tenent, quod si post recusationem effectualiter iurisdictio iudicis est in alium translata per recursum ad arbitros, vel per appellationem, & tunc processus sit omnino nullus iuxta opinionem, Bart. & omnia veniant reuocanda per viam attentatorũ, etiã quod appellatio fuerit deserta, vel etiam si de desertione notoriè non constaret ex actis, Lancell. de att. cap. 6. & c. 12. in 1. ampliat. num. 9. Add. de Farinac. in cons. 17. in littera A, vbi firmant, quod ita tenet Doct. sine aliqua controuersia, & ibi Farinac. in eod. cons. 17. n. 1. testatur de magis communi Lap. d. alleg. 1. nu. 5. vers. deserta vero, vbi dicit esse veram hanc declarationem, etiam si appellatio fuerit deserta Cardin. Tusch. d. conclusione 913. num. 24. Cauale. de Brach. reg. par. 3. numero 342. in fin.

Aut non fuit appellatum, & iurisdictio iudicis recusati non reuocata, nec in alium translata, & tunc non sit seruanda opinio, Innoc. vt processus nõ sit nullus, neque sententia per solam recusationem, Io. Ant. de Nigr. in constit. Reg. cap. 218. n. 18. in fine, & alij relati per Lancell. in d. cap. 2. parte 2. num. 1. 2. & 3. & 48. Rot. diuers. par. 2. decis. 1. num. 6. & seqq. & decis. 563. num. 1.

Alij autem tenent, vt etiam absque alia appellatione omnia gesta sint nulla post recusationem, & hanc veriorem, & magis communem appellant Cephal. consil. 241. num. 19. lib. 2. Mandos. ad Lap. alleg. 1. num. 3. in litt. B, in verb. momenti, Lancell. in d. cap. 5. num. 1. & seqq. vbi pluribus modis hanc opinionem ampliat, & declarat, quod supra allegatus stilus Rotæ sit seruandus in Rota, & non alibi, prout etiam referunt, & sequuntur Add. ad Farinace. consil. 17. sub litt. A, Card. Tusch. tomo 7. conclus. 913. num. 8. vbi etiam testatur de magis communi, & ibi ponit etiam plures declarationes ad istam opinionem.

Alij autem tenent, quod de iure ciuili omnia acta post solam allegationem sint nulla ipso iure, secus de iure Canonico, sed veniant annullanda postquã fuerit decretatum suspiciones militare, & sic validitas actorum factorum per iudicem allegatum suspectum dependeat a finito euentu, vt si suspiciones militauerint, acta sint nulla, alias valida, Rom. cons. 120. qui post relatas quinque opiniones in hac opinione videtur residere, & illam sequitur Carauit. rit. 275. nu. 30. vbi reddit rationem differentiæ inter Ius Canonicum, & ciuile, Io. Ant. de Nigr. in d. c. 217. n. 65. vbi de communi, & ibi ponit duas limitationes ad istam opinionem, Aufred. ad Capell. Tholos. q. 479. num. 4. & ob id subdit, quod si recusatio iudicabitur iniusta, valebit processus, si iusta non valebit.

Et si Aduocatus vellet habere alias declarationes, & intelligentias ad istam materiam quando requiratur appellatio, & quando non, & quando acta sint nulla, vel valida, videat latissimè Card. Tusch. in verb. iudex suspectus qualiter, conclus. 411. & in conclusione suspicio iudicis legitima allegata suspendit iurisdict. conclus. 913. tomo 7. per totam, & nouissimè Laurentius Beneuent, in suo eleganti tractatu de suspect. iudice.

Cauſæ, quæ ſint ſufficientes ad recuſandum iudicem ſuſpectum.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſuſpicionis erga iudicem remiſſiuè.*
2 *Cauſa, quæ ſufficit ad allegandum, teſtem ſuſpectum multo magis ſufficiat ad allegandum iudicem.*
3 *Suſpicio allegata contra teſtem non reddit examen nullum, ſecus contra iudicem.*
4 *Inimicitia eſt cauſa releuans ad allegandum iudicem.*
5 *Item eſt in omnibus de domo, & parentela, & nu. 11.*
6 *Item procedit quando adeſt cauſa inimicitiæ.*
7 *Item ſi cauſam inimicitiæ ignoraret.*
8 *Item ſufficit qualibet inimicitia etiam ſi non fuerit capitalis.*
9 *Itemque erit in iudice reconciliato de recenti.*
10 *Itemque erit ſi iudex fuerit inimicus mei amici. Declara tamen vt ibi.*
11 *Cauſa inimicitiæ particularis debet exprimi, nec ſufficeret generalis.*
12 *Iudex compatriota alterius partis pōt dari ſuſpectus. Declara tamen vt ibi.*
13 *Iudex imperitus in cauſa graui datur ſuſpectus. Declara tamen vt ibi.*
14 *Iudex litigans pro eadem cauſa datur ſuſpectus.*
15 *Omnis cauſa erit ſufficiens per quam veriſimiliter præſumitur iudex inclinare in fauorē alterius partis.*
16 *Iudex in cauſa propria datur ſuſpectus.*
17 *Item eius Aſſeſſor, vel officialis.*
18 *Prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ eſt ſuſpectus, & etiam eius conſanguineus, & numero 41.*
19 *Conſanguinitas, vel affinitas repellit iudicem tamquam ſuſpectum.*
20 *Niſi eſſet in pari gradu affinitatis, vel conſanguinitatis, & ibi ponuntur aliæ declarationes.*
21 *Iudex familiaris vel domeſticus repellitur.*
22 *Iudex criminalis repellitur tamquam ſuſpectus.*
23 *Iudex commenſalis repellitur tamquam ſuſpectus.*
24 *Iudex, qui fuit teſtis in cauſa, repellitur.*
25 *Iudex, qui ſemel in vna cauſa iudicauit, repellitur.*
26 *Et in alijs cauſis ſi pendeat appellatio ſuper cauſa ab eo deciſa etiam repellitur.*
27 *Iudex intimus repellitur.*
28 *Loquutio facta ad aures iudicis repellit iudicem tamquam ſuſpectum. Declara vt ibi.*
29 *Commenſalitas in iudice repellit illum, & ſi habitaret in domo vnius partis.*
30 *Comminatio facta per iudicem ſufficit ad allegandum illum ſuſpectum. Declara vt ibi num. 39.*
31 *Tortura illata denegatis defenſionibus, inducit iuſtam cauſam ſuſpicionis.*
32 *Omnes cauſæ non expreſſæ ſi ſint maiores expreſſis a iure ſufficiunt.*
33 *Arbitrio iudicis remittunt, quæ cauſæ ſint ſufficiētes.*
34 *Suſpicio poteſt verſari circa tria, circa locum, circa tempus, & circa perſonam.*
35 *Iudex vaſſallus ſuffraganeus, vel ſubditus repellitur tamquam ſuſpectus.*
36 *Vicarius eſt ſuſpectus, quādo eſt ſuſpectus ordinarius.*
37 *Dominus quando eſt ſuſpectus etiam tota eius familia dicitur ſuſpecta.*
38 *Iudex nimis ſeuerus alteri parti eſt ſuſpectus.*
39 *Salutationem denegans iudex eſt ſuſpectus etiam per vnicam vicem.*
40 *Votum ſuum propalans dicitur ſuſpectus.*
41 *Iudex datus ad petitionem partis eſt ſuſpectus, idem ſi procurator affectauit illi cauſam committi, idem ſi ipſe iudex etiam procurauit habere cauſam. Multæ autem cauſæ hic recenſentur per quas iudex datur ſuſpectus, num. 42. & ſeqq.*
43 *Recuſatio notoriè iniuſta poteſt ſperni, & ſi proponatur in calculo ferenda ſententia.*

CAP. XXI.

1 SI vellem recenſere omnes cauſas ſufficientes ad recuſandum iudicem ſuſpectum, oporteret occupare multas membras, vt etiā dicit Carauit. ſuper rit. 265. nu. 62. vel compilare vnum tractatum, vt etiā firmat Io. Ant. de Nigr. ſuper conſt. Regn. c. 217. n. 38. Ideò defenſor, vel Aduocatus in propoſito videat Doct. in l. apertiſſimi, C. de iud. Bar. in tract. de ſuſpect. iudic. & nouiſſimè Laurent. qui etiam confecit vnum tractatū de ſuſpecto iudice, Philipp. Franch. in c. cum ſpeciali, & in c. poſtremo extr. de appell. vbi enumerat 40. Cauſas. Specul. in tit. de offic. deleg. §. ſupereſt Par. de Put. in tract. de ſind. in verb. Appellatio n. 28. vbi etiam ipſe ponit 40. Cauſas. Carauit. rit. 265. n. 32. & ſeq. Card. Alex. in c. poſtremo extr. de appell. vbi ponit 90. cauſas firman. in repertor. in verb. iudex ſuſpectus vbi ponit 60. cauſas, Io. Ant. de Nigr. ſuper conſt. Regni c. 218. n. 38. & ſeq. Lanfranc. in c. quoniam cōtra in verb. recuſationes de probat. Capic. deciſ. 137. & deciſ. 138. Maſcar. de prob. vol. 2. concl. 952. Card. Tuſch. to. 7. concl. 908. per totam, & alij doct. adducti per Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 344. qui ibi firmat pro regula, quod omnes cauſæ ſuſpicionis ortum habent a quinque fontibus, & ſunt amor, odium, prætium, timor, & ignorantia, & ab his pendeant omnes aliæ cauſæ ſuſpicionum mediatè, aut immediatè, & Iaſ. in d. l. apertiſſimi 12. cauſas recenſet, Carol. de Graſſ. in tract. de excep. in 24. except. 20. cauſas adducit Rom. ſingul. 261. 40. cauſas recenſet Maran. in ſuo ſpecul. 2. actu principali 40. cauſas enumerat. Borgn. deciſ. 28. n. 214. 84. recenſet Polid. Rip. obſeruat. 197. Coſta de ſubſid. remed. remed. 123.

2 Ego autem pro vtilitate inquiſiti, & proceſſati, & pro facilitate Aduocati, & procuratoris referam in præſenti tractatu cauſas magis quotidianas, practicabiles, reuelantes, & dubias. Prima eſt, vt omnis cauſa, quæ ſufficit ad allegandum ſuſpectum teſtem, multo magis ſufficiat ad allegandum ſuſpectū iudicem, quia facilius repellitur iudex a iudicando, quam teſtis a teſtificando. Card. Tuſch. to. 7. concl. 908. n. 11. Maſcar. de prob. vol. 2. concl. 9053. n. 18. vbi concordantes allegat, & reddit illam rationem, vt facilius ſit inuenire alium iudicem, quam alios teſtes. Lanfranc. in c. poſtumo, num. 20. ſub verſ. 4. de appellat. in 6.

3 Immo allegatio ſuſpecti teſtis non reddit examen nullum, prout reddit proceſſum iudicis nullum, Bald. conſ. 462. n. 4. verſ. 3. dicitur lib. 1. Card. Tuſch. d. concluſ. 908. n. 12. vbi ſubdit, quod cauſa leuis in cauſa criminali ſufficit pro ſuſpicione iudicis in tantum ſecundum aliquos Doct. vt non requiratur expreſſio cauſę, ſed ſolum allegatio ſufficiat, & adducit Calderin. in conſ. 313. col. 1. verſic. item quod lib. 1.

4 Secunda cauſa eſt inimicitia magna inter iudicem, & allegātem ſuſpectum, vt ex capite iſtius inimicitiæ

poſſit

possit in totum remoueri iudex vti suspectus, Art. in l. apertissimi n.6. & Ias. ibi n.7. Mascard. de probat. vol. 2. conclusion. 953. num. 16. Carauitt. rit. 265. num. 33. Ofasch. decis. 25. num. 6. & seqq. Marant. p. 6. in verb. Appellatio, num. 35. Ias. in l. apertissimi num. 7. C. de iudic. vbi dicit, quod idem est in omnibus, qui sunt de Domo vel parentela, & quod ita obseruabat episcopus Senatum.

5 Quod procedit etiam nō solū quando in effectu interuenerit inimicitia; sed quando adest causa inimicitiæ, quia isto casu medio iuramēto tanq; suspectus remoueri potest, Inn. in c. cū de re iud. quem sequuntur Bal. Salic. & Rom. in locis relatis per Masc. in d. cōcl. 953. n. 17. vbi subdit post Bart. in l. 1. in fi. ff. de his qui bus vt in dig. q̃ procedit, & si ignoraret causam inimicitiæ esse commissam, Par. de Put. de sind. in verb. suspicio c. 1. nu. 5. Ias. in d. l. apertissimi sub num. 7.

Quod mirabile dicit Ias. in d. l. apertissimi C. de iud. Osasc. decis. 25. n. 7. vers. vbi idem dicit Card. Tusc. to. 7. concl. 928. nu. 10. & nu. 20. dicit procedere in omni inimico, siue publico, siue secreto, & sufficiat probare, quod dixerit non diligere, vel quod noceret, si posset, & allegat Bart. in tract. de iudic. suspect. ante med. vers. Generaliter, Marant. p. 6. in verb. appellatio nu. 35. in fi. dicit sufficere quamlibet inimicitiam, etiā nō capitalem, idem latè firmat Franc. in d. c. postremo n. 20. in 32. Caus. & glos. in cap. Adrianus 63. distin. ait quod si iudex nō resalutat me, qui prius illum salutaui, potest recusari, quia ex hoc præsumitur inimicus.

6 Et quælibet inimicitia sufficit etiam si non sit capitalis, vel grauis, sed solū probabilis allegata in specie, & nō autem in genere, vt firmat Franc. in d. c. postremo in 32. caus. Capic. decis. 138. nu. 3. per tex. in c. quia suspectio. 3. q. 5. cap. cum semper de offic. deleg. Carauit. rit. 265. n. 33. Card. Tusc. to. 7. cōcl. 908. n. 13.

7 Item idē erit in iudice inimico reconciliato de recenti, qui potest vti suspectus remoueri Marant. in d. verb. appellatio, n. 64. Franc. vbi supra, & per Masc. in d. conclus. 953. num. 18. vbi declarat, quod sicut testis esse non potest, qui ante extremum diem, aut nudius tertius inimicus fuit, nec etiam poterit esse Iudex, cum isto casu de recenti dicatur reconciliatus, prout ego latè declaraui in meo tract. de pac. treug. verbo, & caut. q. 9. n. 4. par. 1.

8 Et idem erit quando alius iudex erit inimicus iudicis mei amici, quia iniuria facta socio meo, censetur mihi facta, Alex. cons. 90. vers. ita nec etiam vol. 1. Ias. in d. l. apertissimi n. 7. vers. adde 4. ea ratione, quia tales repellūtur à testimonio, c. repellatur c. cum oporteat, & c. cū P. de accus. Masc. d. concl. 953. n. 19. & seq. vbi concordantes cumulauit, vbi sub n. 22. post Bart. dicit procedere quando ex amicitia vnius resultaret odiositas alterius, nam alias per se amicitia, quæ est virtus nunquam esset causa, vt quis suspectus diceretur, idem Mascard. de probat. conclus. 86. n. 14. vol. 1. post Alex. in cons. 4. vol. 6.

9 Itemque erit vera nō solum, quando est inimicitia cū eo, sed etiam cum tota familia eius, & domus text. in l. vnica C. si quis præd. potest, vbi Bart. Masc. in d. concl. 953. n. 23. vbi post Innoc. dicit procedere in illis, qui alijs familiaribus interpretādo, ita verbum domus, de quo in d. l. vnica Ias. in d. leg. apertissimi num. 7. C. de iudic.

10 Sed debet particularis causa inimicitiæ exprimi, nec sufficeret in genere Franc. in d. c. postremo n. 20. in 32. caus. vbi tamen subdit, quod inspicitur an habuerit ortum a causa vera, vel falsa, vel ab ipsis partibus, vel à tertio.

Si baro fuerit inimicus vassalli, & per hoc suspectus reddatur, non per hoc tollitur iurisd. ipsi Baroni, sed superior committit ei, vt prouideat de iudice non suspecto. Capoblan. in tract. de Baronib. prag. 8. n. 92.

11 Tertio Erit causa quādo iudex esset compatriota vnius partis, quia poterit recusari, vti suspectus, Abb. in c. postremo de appell. Io. Ant. de Nigr. super const. Reg. c. 217. sub nu. 38. vers. quæro numquid vbi post Dec. in d. c. postremo col. 2. Marant. in d. ver. appellatio, n. 39. post alios quos allegat dicit, quod in longinquis partibus solent compatriotæ vti fratres se diligere, Franc. in c. postremo n. 20. in caus. 19. dicit nō esse indistinctè verum, sed remaneat in arbitrio iudicis cōsiderata qualitate personarū de alijs, vt ibi per Dec.

12 Quarta causa est, quando iudex esset imperitus, & causa super qua iudicandum esse in se contineret magnā discussionē, & subtilitatē, vt possit ab eo causa auocari, & tanquā suspectus recusari, ex quo causa subtilis repugnat, cū Doct. Grosso nō committatur causa ardua, Marant. in d. verb. appellatio, n. 67. & post Bal. in l. vlt. q. 16. C. de hæred. instit. Ias. in l. apertissimi n. 7. vers. secunda est. Mascard. d. conclus. 953. nu. 14. licet Felin. in c. citatus col. 6. vers. illiteratus, extr. de rescript. teneat, quod non possit recusari suspectus ex isto cap. cum etiam illiteratus possit esse iudex, prout refert Io. Ant. de Nigr. in d. c. 217. n. 41. credo autem quod opinio supra firmata sit verior, quando articulus erit dubius, & subtilis, & maxime in Vrbe. Dec. respons. 18. nu. 20. lib. 1.

13 Quinta est causa, quādo iudex ipse litigaret in alia causa simili, quia clarum est, quod non iudicabit, nisi prout vellet iudicari in causa sua & ideo siue delegatus, siue ordinarius poterit iurari suspectus, glos. notabilis in c. cum super de offic. deleg. in 6. Abb. in c. eam quæ il 2. de iudic. vbi declarat causam similem esse quando ex illius decis. concurritur ad decisionē causæ, quam habet vt priuatus Masc. d. conclus. 913. num. 25. & seqq. Franc. in d. cap. postremò, num. 20. in 25. caus.

14 Septima erit generalis conclusio in ista materia, vt iudex possit iurari tanquam suspectus in omni causa, per quam verisimiliter præsumitur inclinare in fauorem alterius partis, ita firmat Mascard. in d. conclus. 913. n. 30. post Abb. in d. c. causam quæ il 2. ver. fuerit datus ad instantiam partis aduersæ Bertaz. cons. 8. n. 4. & si non admitteret suspicionem & magis reddatur suspectus, Bertaz. in d. cons. 8. num. 8.

15 Septimo Amplia, vt iudex in causa propria potest allegare suspectus. Oldrad. cons. 301. nu. 2. vers. quod autem Card. Tusch to. 7. concl. 908. nu. 1. & latius in verb. iudex ordinarius non remouetur, conclus. 422. Marant. de appellat. n. 33. in p. 6. in tantum quod nec Dux debet esse iudex in causa propria, sed debet illam alteri delegare, ita dicit post And. de Isern. & Felin. Marant. ibi n. 30. in fin & sub nu. 34. subdit, quod si vellet princeps esse iudex in causa propria, quam habet cum suo subdito, poterit, secus si cum non subdito, post Socc. in cons. 120. col. 9. in princ. vol. 1.

16 Et ne dū ipse iudex de cuius causa tractatur possit recusari, sed et eius assessor, vel officialis l. qui iurisdi-

ctionem ff.de iurisd.omn.iud.Oldrad.cons.301. num. 2.& sub n.3.disputat an officialis,vel assessor si detur suspectus causa suspicionis sit cognoscenda coram officiali etiam suspecto.

17 Et ideo Praelatus in causa suae Ecclesiae poterit vti suspectus recusari,Abb. & Dec.in c.postremo de appell. & in c.cũ venissent extr.de iud.Io.Ant.de Nigr. in d.c.217.n.38.in fine,& etiam consanguineus Praelati.Marant.in d.verb.appellatio.num.30.in fin.

18 Octaua causa est consanguinitas,vel affinitas,vt iudex suspectus recusetur Doct. in d.c.postremo de appell.Io.Ant.de Nigr.super Constit.Reg.c.317.nu.38 vers.similiter etiam Bald.cons.472.nu.6.lib.1.Bart.in tract.de iudice suspecto in prin.Card.Tusc.to.7.concl.908.n.14.17.23.Philip.Frãc.in c.postremo nu.6.7. & 8. vbi latè dicit procedere tàm in consanguinitate quàm affinitate Marant.in d.verb.appellatio,n.24.& n.36.Franc.d.c.postremo latè Franc.in d.c.postremo n.20. in princ.de appellat.in 6. idem dicit procedere quando esset affinis,vel cõsanguineus alicuius partis qui esset inimicus ipsi parti.

19 Nisi esset iudex coniunctus vtrimque parti impari gradu, vel nisi qualitas persona aliud suaderet puta si esset aliqua valde religiosa persona,Marant. d. verb. appell.n.30.& post Dec.in d.c.postremo,& ibi Frãc. n.14.Firmat Io.Ant.de Nigr.d.c.217.nu.58.Franc.in eod.c.postremo nu.18.Concurrant iudicia disparitatis, vel nisi essemus in consanguinitate,vel affinitate non successibili,quae non inducit suspicionem,glos. in c.postremo de appell.Card.Tusch.d.concl.908.n.18. latè Philip. Frãc.in d.c.postremo n.6.vbi subdit,quia ratione successionis durat affectio,nisi vigeat consuetudo,prout in tuscia, quod etiam vltra illum gradum fiant,& vindicentur offensae & gradus successibilis ab intestato tàm inter agnatos,quàm cognatos sit,vsque ad decimum gradum inter collaterales,& inter ascẽdentes vsque in infinitum. Et nisi actor impetrasset consanguineum in iudicem, quia non poterit postea recusari.Franc.d.c.postremo nu.9.Et iudex recusatus suspectus exceptione affinitatis si in totum fuerit remotus etiam cessante causa non per hoc cessabit causa suspicionis.Vinc.de Franc.dec.719.par.4.

20 Nona erit causa si fuerit iudex familiaris vel domesticus, dummodo non fuerit leuis familiaritas, vt post Abb.Dec.& alios firmat Io.Ant.de Nigr.d.cap. 217.n.38. circa finem,sed debet esse magna,quia leuius non sufficit.Maran.p.6. in verb.appellatio.n.27. Franc.in d.c.postremo n.20.vers.12.idem dicit etiam si fuerit commensalis inimici alicuius partis.

21 Decima est si iudex fuerit corriualis allegantis illum suspectum Abb. in c.vt debitus col. pen. extr. de appell.idemque firmat esse,quando iudex esset suspectus ex culpa ipsius partis,Ioann.Anton.de Nigr.dict. capitulo 217.num.39.

22 Vndecima est, quando Aduocatus partis aduersae est commensalis cum iudice vt post Abb.in c.1.col.2. cert. de offic. iud.firmat Io.Ant.de Nigr.in d.c.217. n.40.vbi subdit hoc totum esse remittendum arbitrio iudicis,idem firmat Franc.in d.c.postremo nu.19.sed Marant.in d.verb.appell.§.tenet contrariũ ẽt si fuerit filius iudicis aduocatus,vel commensalis licet prima facie quilibet diceret forsan cõtrariũ,sed Par.de Put. de sind.in ver.suspicio c.1.n.10.circa fin.dicit ꝙ saltẽ ista suspicio coadiuuaret alias suspiciones, & sic nisi concurrent alia adminicula iudex nõ poterit dari suspectus licet aduocatus esset pater, aut filius siue gener iudicis,Lancel.de Attent.2.p.c.6.n.7.& seq.Caualc.de Brach.reg.p.3.num.343.

23 Decimasecunda erit causa, si iudex fuerit testis in ipsa causa vt possit recusari suspectus Dec.in d.c.postremo in 3.notab.de appell.Ioan.Ant.de Nigr.d.ca. 217.n.43.Marant.in d.verb.appellatio nu.54.Franc. in d.c.postremo nu.20.in 8.causa.

24 Decimatertia erit causa, si semel in vna causa iudicauit, vt possit recusari in eadem causa ne sit sibi contrarius, cum nec etiam praesumatur velle mutare opinionẽ ab eo quod iam fecit,vt post Aret.cons.29. col.pen.firmat Ant.de Nigr.in d.c.217.n.43.& si in diuersis casibus pronunciauerit, & super eis pendeat appellatio poterit etiã in praesente causa allegari suspectus c.ad haec de appell.vbi Imol.qui hanc opinionẽ tuetur Franc.in d.c.postremo nu.20.Marant.in d. verb.Appellatio,n.61.& ita passim dũ fui locũtenens A.C.ab ordinarius locorũ auuocabã ex d.c.causas,& introducebam coram me allegata suspicione in actis per partem, & habita fide de appellatione pendente in alijs causis licet d.c. ad haec non ita simpliciter intelligatur secũdum opinionem Imolę, sed requiratur quod constet etiam de grauamine in d. causa appellationis secundum Ioann. Andr. ibi quem Doctor. communiter sequuntur,vt testatur ibi Franch.nu.4. si vero probetur,quod iudex per appellationem soleat vlcisci contra appellantes transit sine difficultate vt procedat, d. c. ad haec,vt testantur doct. adducti per Scacc.in tract.de appell.quaest.17.limit.47.memb.3. num.1.cum pluribus seq.vbi latè.

25 Decimaquarta causa erit, si iudex fuerit intimus partis aduersae, vt possit suspectus allegari, & recusari.Calder.cons.213.in princ.alia septima de appellat. Card.Tusch.d.conclus.908.num.8.

26 Decimaquinta causa erit si pars litigans loquatur ad aures iudicis, quia poterit dari suspectus, Ias. in l. apertissimi in 11. causa C.de iud.Franc.in d.c.postremo nu.20. in 34. caus.nisi causa esset commissa sine strepitu,quia tunc potest audire ad aures.Bar.in tract. extrauag. reprimen:vers.sine strepitu,Card.Tusch.d. concl.918.n.7.Polid.Rip.obseruat.197.n.10. Qui in ead.obseruat.n. 7. & seq.dicit quod si nil aliud obstet semper istã causam inanem opinatus fuit,& quod sibi nunquã talis exceptio ius dicẽti fuit apposita & ꝙ potest talẽ suspicionẽ purgare propalãdo, ꝙ sibi ad aures fuerat dictum cum non censeatur mẽtiri ex traditis per Borgn.in d.decis.28.n.114.sed ex traditis per Ias.in d.l.apertissimi ibi Ripa n.12. credit si pars accedat occultè, vel clandestinè ad iudicem oriri iustã suspicionẽ, qui accessus in curia nil aliud obstaret nõ esset sufficiens causa suspicionis,quia passim aduocati, & partes accedunt ad iudices loquendo occulte & Clandestine, & si tales exceptiones proponerentur contra iudicem non attenderentur.

27 Decimasexta causa est,si commensalis iudex fuerit eius,qui litigat,quia potest allegari suspectus,c. accedens el secondo,vt lit.non contest.Oldrad.consil.301. num.2. Card.Tusch.d.conclus.918. num.6. Marant. par.6.in verb.appellatio num.38. num.59.vbi loquitur idem esse quando iudex habitaret in eadem domo cum altera parte. Franc. in c.postremo,num.20. in 12.causa de appellatio.in 6.

28 Deci-

28 Decimaseptima causa erit grauaminis comminatio extraiudicialiter facta quae licet non sufficiat ad appellan. sufficit tamen ad recusandum iudicē & facta recusatione, processus erit nullus. Paul. de Castr. consil.101. lib.2. per totum vbi firmat, secus in cōminatione iudiciali, quia ex ea datur appellatio. Cardin. Tusch. d. conclus.908. num.31.

29 Decimaoctaua causa est, si iudex denegatis copijs indiciorū, vel sine indicijs posuit reū in torturam, quia praesumitur suspectus, animosus, & fauorabilis parti aduersae. Pau. de Castr. cons.313. in prin. lib.2. nu.32.

30 Decimanona, Quod omnes causae nō expresse sufficiant si sint maiores expressis à iure, vel non expresse, saltē sint arbitrariè iudicibus, & arbitris relinquantur. Bal. cons.472. n.6. vers. breuiter quędam causę lib. Card. Tusch. d. conclus.908. n.15. & n.33. in fin. Frāc. d. c. postremo n.20. circa fin. vers.7. & vide ad omnia, vbi subdit, quod in hoc versatur arbitrium iudicis & si male arbitraretur potest appellari.

31 Vigesima Regula etiā generalis datur, vt suspicio versari possit circa tria, nempè circa personam, circa locum, & circa tempus, & ideò sententia lata in loco inhonesto, vel de nocte, non valet, quia versatur, secus uersari potest suspicio. Signor. consilio 52. per totum Card. Tusch. in d. conclus.908. num. 34.

32 Vigesimaprima causa erit, si iudex fuerit Vassallus suffraganeus, subditus, vel familiaris, vt ex istis causis remoueatur, vti suspectus, latè Bar. in tract. de iudic. suspect. in prin. Par. de Put. defend. c. in verb. suspicio c.1. n.10. Card. Tusch. d. concl.908. n.19. & seq. ver. substitutus, vt de omnibus istis dicit Marant. p.2. in verb. appellatio nu.40. & seq. Franc. d. c. postremo, num.20. in 13. causa & in 15.

33 Vigesima secunda causa si iudex ordinarius de aliqua causa est suspectus ex eadem causa erit suspectus eius Vicarius licet nulla contra Vicarium adesset suspicio, vt post Fel. in c. insinuate col.1. de offic. deleg. firmat Marant. par.6. in verbo appellatio num.28.

34 Vigesima tertia causa est quando Dominus est suspectus quia ipse, & tota eius familia dari potest suspectus. Marant. d. verb. appellatio num.31. Franc. in d. c. postremo num.20. in 16. causa.

35 Vigesimaquarta causa est, quando iudex nimis fauet alteri parti demonstrando ei nimiam amicitiam, & alteram partem grauando. Franc. c. postremo nu. 20. de appellat. Marant. p.6. in verb. appellatio n.43. vbi tamē declarant, quando fauet nimio fauore, quia modicus fauor, vel modica amicitia non sufficeret, & idem Franc. in d. cap. postremo, num.20. in 21. causa dicit, quod relinquitur arbitrio iudicis quando dicatur nimis fauorabilis.

36 Vigesimaquinta causa est, quando iudex minatus fuit alteri parti, quod ei nocceret, Marant. p.6. d. verb. appellatio n.49. Par. de Put. de sindic. in verb. suspicio num.4. Franc. in d. c. postremo num.20. in 37. caus.

37 Vigesimasexta causa est, quando iudex non vult aliquem salutare, quia praesumitur inimicus, & potest suspectus recusari. Maran. d. verb. appellatio num.50. Par. de Put. in d. verb. suspicio num.6. & dicit sufficere vnicam non salutationem.

38 Vigesimaseptima causa est, in causa suae ecclesiae, quia licet Prelatus possit esse iudex, tamen potest dari suspectus, Marant. d. verb. appellatio nu.51. Franc. in d. cap. postremo num.20.

39 Vigesima octaua causa erit in consultore, qui propalauit votum suum, quia recusatur suspectus, secus si non propalauerit, Marant. d. verb. appellatio nu.52. Franc. d. c. postremo n.20. in 7. causa.

40 Vigesimanona causa erit, quando iudex fuit datus ad petitionem alterius partis, quia ex hoc solo potest per alteram partem recusari. Marant. d. verb. appellatio n.53. Franc. d. c. postremo n.20. in 22. causa, vbi subdit idem esse si procurator affectauit illi causam committi. Bertazz. cons. 8. num.4. vol.1. Caualc. de Brach. reg. p.3. num.344.

41 Trigesima causa erit, si iudex solicitauit, vel curauit se iudicem deputari, quia vti suspectus recusari potest. Marant. in d. verb. appellatio n.60. Franc. d. c. postremo num.20. in 23. causas.

42 Trigesima prima causa erit, quando iudex accepit aliquam donationem ab altera partium, Franc. d. c. postremo nu.20. Marant. d. verb. appellatio nu.62.

43 Trigesimasecunda causa erit, quando iudex, a quo est subrogatus iudex in causa appellationis, quia redditur suspectus in illa causa, in qua pronunciauit. Franc. in d. c. postremo num.20. Marant. in d. verbo appellatio num.63.

44 Trigesimaseptima causa erit, quando causa deducta in iudicio aliquo respectu respiceret commodum, iudicis, quia forsan teneretur de euictione. Marant. d. verbo appellatio num.65. Franc. dicto cap. postremo num.20. in 30. caus.

45 Trigesimaquarta causa erit, quando iudex fuerit corruptus prece, vel preci, quia dari potest suspectus. Marant. d. verbo Appellatio, num.66. Franc. in d. cap. postremō num.20. in 28. caus.

46 Trigesimaquinta causa est, quando iudex esset nimis seuerus, & crudelis vt post Bald. & Ias. firmat Marant. d. verb. appellat. num.68.

47 Trigesima sexta causa erit, si iudex fuerit indiscretus, quia potest recusari, sicut si fuisset iniquus, vt post Bald. in c. ad nostram in fin. extr. de probat. Marant. d. verb. appellatio n.69. Idemq; dicitur esse si cōsueuit esse iniquus Franc. in d. c. postremo n.20. in fi.

48 Trigesima septima causa erit, quando iudex est cōpater alterius partis, Marant. in d. verb. appell. nu.71. Par. de Put. de sindic. in verb. suspicio, c.1. num.10.

49 Trigesimaoctaua causa erit si iudex non vult audire aduocatum in causa, quia licet causa sit clara, poterit nihilominus dari suspectus, Lanfranch. in clem. saepe, versic. de plano col.1. de verb. signif. Marant. d. verb. appellatio, num.71.

50 Trigesimanona regula generalis in nostra materia est, quod omnis causa, quę est sufficiens ad remouendum procuratorem vel arbitrum, illa eadem sufficiat, ae remouendum iudicem Franc. d. c. postremo, n.8. in fin. & n.20. in 10. causa, Marant. in d. verb. appellatio, n.73. & Rot. Romana diuers. decis.93. n.1. p.1. dicit, quod materia recusationis iudicis, dicitur fauorabilis, & decis.2. n.13. p.2. dicit, quod leuis causa sufficiat.

51 Quadragesima, si iudex fuerit Aduocatus in causa, vel procurator, quia licet possit esse iudex, potest tamen recusari vti suspectus, Franc. in cap. postremo in prin. & n.20. vers.6. quia de appell. in 6. & ego dimisi omnes causas in quibus eram Aduocatus, quando fui deputatus Locūtenens A.C. sub Paulo Papa V. Quod tamē verū est in illo negocio, in quo fuit Aduocatus, secus in alijs negocijs nō dicitur suspectus, nisi alia ne-

gocia,& causę essent cõnexę,& inuicẽ dependentes, vt declarat latè Lanfranch.in d.c.postremo in princ.

52 Quadragesimaprima, quando quis esset iudex inter ciuem suum, & forensem, quia per forensem poterit recusari tanquam suspectus, Franch. in d.c. postremo num.20.in 20.causa.

53 Quadragesimasecunda, quando scholaris esset iudex sui doctoris in causa contra alios non scholares, secus si contra alios eiusdem scholaris, Franch.d.c. postremo,num.20.in 24.caus.

54 Quadragesimatertia, quando essent iudices reciproci,quia vnus impetrauit alium,& alius impetrauit alterum,Franch.in d.c.postremo,nn.20. in 26. causa.

55 Quadragesimaquarta, quando iudex esset inimicus Domini ipsius partis, quia propter Dominũ recusari potest suspectus,vt post Bart.& Io.Andr.& Lanfranc. in d.c.postremo nu.20.in 34.causa.

56 Quadragesimaquinta quãdo Prælatus,vel iudex nõ admisit partes ad osculum pacis, & sic ad participiũ humanitatis,quia præsumitur inimicitia,& iusta causa recusationis,Franc.d.c.postremo,n.20. in 36.caus.

57 Quadragesimasexta, quando iudex cum altera partium litem habet, etiam si causa esset sub nomine dignitatis,vel alicuius beneficij,Franc.d.c.postremo, num.20.in 38.causa.

58 Quadragesimaseptima causa est ratione spiritualis cognationis in patrem Lauantem, & filium lauatum in sacro fõte,vt latè disputat, & ita resoluit post alios quos allegat Franch. in d.c.postremo,nu.20.circa finem,versiculo an ratione cognationis spiritualis latè Par. de Put. in tract.de sindic.in verb.suspicio cap.1. num. 10. & ibi adden.in littera D,dicit quod ecclesia solet dispẽsari in cognatione carnali in spirituali non.

59 Quadragesimaoctaua, quando causa non est in iure determinata.sed est dubia an sit legitima,vel nõ,& tunc an sufficiat ad recusandum iudicem suspectum, vide Ant.& Spec.in locis relatis per Frãch.in d.c.postremo,num. 20. circa finem,vers.quod talis causa,& Rot.Roman.decis.2.diuers.parte 2.nu.10.dicit,quod reliquatur arbitrio iudicis.

60 Quadragesimanona,quando iudex esset oriũdus ex vna terra,quę haberet graues inimicitias cũ terra litigantis,quia potest dari suspectus,Paris de Put.de sindicat. in verbo suspicio,c.1. num. 10. circa finem,vbi subdit, nisi committatur causa personæ valde fidedignæ,de qua nulla posset haberi suspicio, licet subdat etiam, quod suspicio fraudis cadat aliquando in persona honestissima, & ob id in suo tractatu de re militari dixit,quod Rex Franciæ electus ab vna parte non poterat allegari suspectus, sed dat pro consilio ibi ꝙ Aduocatus quærere debeat, vt suus cliens caueat a iudice,qui aliquam suspicionem habeat cum sit consilium legislatoris in l. 1. C. vbi pupilli educ. deb.cum malo soleant sortiri euentus.

61 Quinquagesima regula est enim in ista materia suspicionis, & recusationis iudicis, vt omnis causa,quæ sufficit ad repellandũ testẽ,illa eadem magis sufficiat ad recusandum iudicem suspectũ, quia facilius est inuenire aliud iudicem, quam alios testes,vt firmat Iaf. in l.apertissimi,num.7.in princ.C.de iudic.

62 Quinquagesimaprima etiam repellitur, & recusatur iudex tanquam suspectus, quando fuit recusatus, & non admisit recusationem,Paris. consilio 98.nu.9. volum. 3. Bertazz. consilio 8. num. 8. volum. 1. vbi firmant,& si recusare nõ expressisset causas reiectionis,& recusationis.

63 Quinquagesimasecunda, quando post electionem factam de aliquo iudice causa superuenit post dictam electionem,quia erit sufficiens ad illum recusandum, Simon.de Præt.cons.188.numero 22. Thesaur.decisione 255. num. 4. vbi alios allegant, & ego pluries superius dixi.

64 Quinquagesimatertia causa erit sufficiens, quãdo iudex propalauit votũ suum ad sententiam, quia poterit recusari suspectus post Innoc.& Cępoll.Crauett. consil.134.num.2.& ita passim obseruatur,Iaf.in d.l. apertissimi causa 10. C. de iudic. Costa de subsid.remed.remed. 123.num. 19.secus si motiua in causa dedit, vt non possit dari suspectus,immo dicta motiua omnem dolum in iudice excludant,Caualc.de Brach. reg.p.3.num.330.& p.5.num.55.

65 Sed postremò est firmandum, quod recusatio notoriè frustatoria potest sperni per recusatum,nec parit effectum attentatorum,Capel. Tholos.479.Franc. Marc.decis.705. num.2. p.2. Costa de subsid.remed. remed. 123. num. 18. subdit,quod non sufficit,quod sit notoria causa iure,sed debet esse notoria in facto, & in actis est exprimenda.

Nec non sciendum est, quod si appareat recusationem esse calumniosam veluti si in limine expeditionis, ac in actu,vel in prolatione sententiæ proponatur,erit reijcienda, Rot.Rom.decis.563.num.5. & seq.par.1.in nouissimis.

Nisi causæ suspicionis essent nuper exorte de nouo ad notitiam peruenerint, Lancell.de attent.par.2. cap.6. num.49. & seqq. Costa de remed.remed. 123. numero 16.

Iudex an possit remoueri tamquam criminosus & inhabilis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices eligendi, debent habere omnes illos quinque sensus corporeus.*

2 *Inhabilitatis exceptio contra iudicem opponi non potest circa eius personam.*

3 *Exceptio proueniens a natura, vt si iudex fuerit mutus, & surdus, & similis reddit processum ipso iure nullum, absque protestatione.*

4 *Defectus perpetuus, vel diu daturus in iudice operatur, vt alio eius loco subrogetur.*

5 *Excõmunicatio in iudice suspẽdit eius iurisdictionem.*

6 *Excommunicationis pœna est maior pœna, quæ infligatur ab ecclesia.*

7 *Excõmunicatus ferens sentẽtiã, ipsa sẽtẽtia est nulla.*

8 *Iudex condemnatus de furto, adulterio, & de alijs similibus criminibus, non poterit in eisdem causis similibus esse iudex, secus si non fuisset condemnatus.*

9 *Iudici incapaci, quando Princeps possit causã cõmittere, & tunc an requiratur, quod talis exceptio opponatur.*

10 *Iudæi non possunt esse iudices.*

11 *Iudaorum causa in terris Christianorum sunt committenda iudici Christiano.*

12 *Hæretici, & alij infideles an possint esse iudices remissiuè.*

13 *Clericus an possit esse iudex sæcularis an Vicarius Episcopi, an Arbitrator, & arbitrer.*

CAP.

C A P. XXII.

1 Erit in præſenti capitulo præmittendum, quod Principes ad officia publica adminiſtranda deberent eligere homines, quorum vita præterita fuiſſet laudabilis, & quinque ſenſibus corporis integri ſe repræſentare debent, vt idonei dici poſſint, vt poſt Dec. Abb. & alios firmat Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. ordin. nu. 134. in fin. latè de electione officialium facienda ſcribit nouiſſimè Peregr. Iannin. de citat. reali, lib. 1. cap. 1. nu. 30. & ſeqq. & in iſta materia conſtituo regulam.

2 Quæ eſt, vt exceptio criminis contra iudicem opponi non poſſit ad iuriſdictionem impediendam, vel ſuſpendendam tàm in ordinario, quàm delegato ſecundum communem opinionem affirmatã per Marian. Socein. in cap. qualiter, & quando poſt num. 72. de accuſat. & ibi etiam Card. Alexand. col. 2. verſic. item decipitur, Iul. Clar. q. 43. nu. 3. vbi ſubdit, quod ſi hæc exceptio admitteretur, pauci poſſent iudicare, cum nemo ſine crimine viuat.

3 Primo limita in exceptione, vel defectu prouenientè à natura in ipſo iudice, vt ſi efficeretur mutus, ſurdus, furioſus, & ſimilis, quia proceſſus impediretur, abſque alia partis proteſtatione, & erit ipſo iure nullus, nec fides ſuper hoc erit exhibenda, cum facti proprij ignorantia prætendi non poſſit l. quicquid, vbi gloſſ. ad Velleian. Doct. in cap. ſuſcitatus de reſcript. Bald. in l. ſi procur. col. 4. verſ. tenet, ff. de procurat. quem ſequitur Felin. in cap. ad proban. in princip. de re iudic. Vant. tit ex defect. iuriſd. ordin. num. 136. vbi alios concordantes allegat, & vide Lanfr. in cap. quoniam contra in §. interlocutoriè in princ. de prob. & etiam mente capti, ſurdi, muti, cœci. Minores 18. annorum, furioſi, excommunicati, & ſimiles ſunt incapaces ad iudicandum, vt latè declarat, Caualcan. de Brach. reg. fragment. 3.

4 Secundo, & ſi defectus eſſet perpetuus, vel diu duraturus, alius illi iudici ſubrogandus erit l. iudex in fin. l. ſi longius in princ. ff. de iudic. capit. quamuis, & tota illa q. 7. q. 2. Vant. d. tit. ex defect. iuriſd. ord. n. 135.

5 Tertio limita, quando iudex efficeretur incapax ad iudicandum per ſententiam excommunicationis, de qua conſtaret, quia eius poteſtas, & iuriſdictio ſuſpenderetur in tempus habilitatis, & abſolutionis, gl. in d. cap. ſuſcitatus in verb. infamum, & in cap. propoſuit in verb. tempore de cler. excom. miniſ. facit text. in cap. is cui de offic. deleg. in 6. Innoc. in cap. cum ſuper Abbatia col. 3. in fin. eod. titul. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. ordini nu. 137. Franch. in cap. quoniam contra in §. interloquutoria nu. 2.

6 Quæ eſt maior pęna, quæ inflигi poſſit ab Eccleſia, Bero. in cap. ſi quis presbyterorum, nu. 7. de reb. eccl. non alien. Iul. Clar. q. 77. nu. 1. & ibi recenſet eſſe duplicem, maiorem, & minorem, & recenſet quoſdam caſus in quibus incurritur in dictam pœnam excommunicationis.

7 Et ſi talis ſententiam iudex ferret tempore excommunicationis, eſſet nulla, cap. excommunicamus, §. credentes de hæret. cap. aduerſus, §. quia nemo, & ibi gloſſ. in verb. valituræ de immunit. eccleſ. & faciunt, quæ ponit Bald. in l. omnes populi, in 7. q. 1. q. princ. ff. de iuſt. & iur. cum alijs allegatis per Vant. in d. tit. ex defect. iuriſd. ordin. nu. 137. verſ. & ſi talis.

8 Quarto limita, & itellige ſi iudex eſſet fur, adulter, vel homicida, & de talibus criminibus condemnatus etiam eſſet, non poterit eſſe iudex in cauſa, ſecus ſi non fuerit de eis condemnatus, Innocent. in capit. ſuper litteris de reſcript. Angel. in l. cum prætor, §. non autem omnes, ff. de iudic. Lanfranc. in d. cap. quoniã
9 contra, §. interloquutoriæ, nu. 1. de probat. † Vbi ſubdit, quod ſi Princeps delegaret cauſam ſimili damnato, omiſſa in reſcripto tali condemnatione, etiã quod illam ſciuerit, non erit reſcriptum nullum, ſed debet opponi contra perſonam iudicis, quod ſit incapax iuriſdictionis, & quod cauſa non poterat committi incapaci, & tunc commiſſio eliderctur, vt docet poſt Innoc. in d. cap. ſuſcitatus, vbi latiſſimè Doct. & Ang. in d. §. non autem omnes, Lanfranc. in d. §. interloquutoriæ, n. 3. in fin. item condemnatus per occaſionem, quæ infamiam irroget, non poteſt eſſe iudex, & admiſſus repelli debet, l. iudices, C. de dignit. lib. 12. Ant. à Gamb. deciſ. Luſitan. 139. nu. 1.

10 Quinto limita in iudæis, qui non poſſunt eſſe iudices, gloſſ. in auth. ius iurãdum, quod præſtari ab his, in verb. Chriſtus, & ibi Bart. in fine. qui dicit de hoc eſſe text. in l. final. C. de Iudæis, & in l. fin. C. de poſtul. & ſunt indigni nomine iudicis, nam iudices, in quantum Deus communicat eis officium regendi in Sacra pagina dij appellantur Exod. 22. & latè proſequitur Marquard. in tract. de iudæis, c. 6. n. 13. & ſeqq.

11 Et firmat, quod in terris Chriſtianorum non poſſunt Iudæi fungi officio iudicis, ſed debẽt ipſi in quacunque cauſa inter ipſos Iudæos, vel Iudæos, & Chriſtianos, Iudicem Chriſtianum, tam in ciuilibus cauſis, quam in criminalibus adire, quid autem dicendum de cauſis mere concernentibus eorum ritus, & ſuperſtitiones inter eos vertentibus cauſa ſimplicis ſuperſtitionis, an poſſint coram eorũ ſenioribus pertractari, ad plenum ponit Marquard. in d. tract. de iudæis, c. 6. nu. 15. cum plurib. ſeqq. Vant. de Nullit. ex defect. iuriſd. ſub nu. 131. Caualc. de Brach. reg. fragm. 3. in fin.

12 Erit autem videndum, quid in Hæretico, & in alio infideli, ſed remitto curioſum lectorem ad illos, qui de hac materia latè ſcripſerunt, quos non ignoro, licet hic omittam illos recenſere, ſed interim, quis videat, c. excommunicationis el primo extr. de hæret.

13 Clericus autem, vel religioſus an poſſit eſſe iudex ſæcularis, & an poſſit eſſe arbiter, & arbitror etiamſi fuerit Monachus, & an poſſit eſſe iudex eccleſiaſticus, nempè Vicarius Epiſcopi, & ſimiles, vide Lanfranc. in d. cap. quoniam contra cap. 10. §. interlocutoria, nu. 4. & ſeqq. vbi canoniſtas cumulauit.

Officialis de geſtis in officio à quibus iudicetur.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis de iure communi ſindicatur per Præfectum prætorium.*
2 *Præfectus prætorio hodie in Italia non reperitur.*
3 *Officialis hodie ſindicatur per ſindicatores deputatos à qualibet Communitate.*
4 *Sindicatores non cognoſcunt de exceſſibus commiſſis finito officio, niſi coram eis fuerint commiſſa.*
5 *Sindicatores non cognoſcunt de geſtis extra officium.*
6 *Equites Hieroſolymitani non puniuntur neque ſindicantur per principes ſæculares licet deliquerint in officijs*

ficijs ſibi commiſſis à dictis principibus ſecularibus.

7 *Conſuetudo puniendi Clericos per iudices ſeculares quocunque tempore fuerit præſcripta non valet.*

8 *Officialis de conſuetudine non ſindicatur niſi de furtis, barattaria, & illicitis extorſionibus.*

9 *Officialis de dolo, & barattaria ſindicatur, etiam ſi per ſuperiorem fuerit exemptus à ſindicatu, quia talis exemptio reſtringitur ad culpas, & negligentias.*

10 *Officialis non abſolutus, neque condemnatus in tempore habetur pro abſoluto, & vlterius non poſſit moleſtari.*

11 *Quod magis procedit quando ſtatutum diſponeret, quod poſt præfixionem termini habetur pro abſoluto. Declara tamen vt ibi vbi latè.*

12 *Officialis de exceſſibus non cõcernentibus officium poterit puniri per iudicem ſuæ Patriæ.*

13 *Officialis de barattaria poterit puniri infra decem menſes à die abſolutionis ſi noua ſuperueniãt indicia.*

14 *Officialis in ſex caſibus poteſt remoueri ab officio non expectato ſindicatu.*

15 *Officiali quando pendente accuſatione poſſit interdici adminiſtratio.*

16 *Sindicatores de conſuetudine cognoſcunt de exceſſibus comiſſis etiam non concernentibus officium.*

C A P. XXII.

1 Officialis pro geſtis in eius officio de iure communi habet ſuos ſindicatores, & iudices qui ſunt principes, qui ei conceſſerunt officium. Præfectus prætorio, vel Epiſcopi, l. 1. C. vt omn. tam ciuil. quam milit. auth. vt iud. ſine quoque ſuffrag §. nuptias & alij adducti per Scacc. de appellat. q. 15. num. 300. Iul. Clar. §. fin. q. 35. num. 15. Parid. de Put. in tract. de ſindic. in verb. iudices ad ſindicandum qui ſint c. 21. nu. 1. vbi ſubdit quod iuriſdictio epiſcopi non eſt in vſu. Et quod non reperiatur hodie præfectus prætorio, & ideo intelligi debeat de quolibet † Præſide pro-
2 uinciæ, prout etiam teſtatur Iul. Clar. in d. q. 35. n. 11. quod in Italia hodie non detur præfectus prætorio, ſed eius loco ſucceſſerunt Cardinales S.R.E. Præpoſ. in c. quamquam n. 92. c. 7. Franc. Marc. deciſ. 245. p. 1. Scapp. de iure non ſcripto lib. 1. c. 10. & quod iuriſdictio epiſcopi receſſerit ab Aula, in Regno autẽ prouiſum fuit per conſtit. vt vbi aliter non fuit prouiſum per ſtatuta locorum officialis coram ſucceſſore loci ſindicetur, vt teſtatur Par. de Put. in d. cap. 1. n. 1. & in officiales dicuntur habere merum, & mixtum imperium, Put. de ſind. in verb. iudices ad ſind. c. 1. num. 9. Caualc. de Brach. reg. p. 5. nu. 93. & Rondinel. de ſindic. num. 184.

3 Hodie autem quicquid ſit de iure communi, quælibet ciuitas vel Prouincia in hoc ſua habet ſtatuta, & conſuetudines à quibus nullo modo eſt recedendum Iul. Clar. d. q. 35. nu. 15. Par. de Put. in d. c. 1. nu. 2. & in Patria mea Gubernator ſindicatur ab epiſcopo, Gubernatore ſucceſſore, & ab vno Nobili deputato à ciuitate, Scacc. d. q. 15. num. 300. vbi dicit, quod vbi non eſt prouiſum ſucceſſor in officio eſt ſindicator, vel Præſes Prouinciæ.

4 Sed ſindicatores non cognoſcunt de exceſſibus cõmiſſis finito officio, ſed de eis cognoſcit poteſtas loci, niſi deliquerit coram Sindicatoribus in exercitio ſindicatus Parid. de Put. in dict. c. 1. nu. 8.

5 Nec ſindicatores cognoſcunt de geſtis extra officium, & non contemplatione officij commiſſis, ſed de his tantum, quæ concernunt officium, vel cõtemplatione officij geſta ſunt, vt ſi cognouiſset mulierem citatam, inquiſitam, vel carceratam, vt per Parid. de Put. in d. c. 1. nu. 8. poſt Bald. in l. fi. C. vbi de ratione, Card. Tuſch. in litt. S, concl. 273. nu. 2.

6 Minuſque poſſunt cognoſcere ſindicatores de exceſſibus commiſſis in officio per Clericos vel per Equites Hieroſolimytanos, dum inſeruiebant in aliquo officio Principibus laicis vel ſæcularibus, vt latè tuetur Petr. Caball. in qq. criminal. caſu 64. per totum, & ibi reſpondet contrarijs, idem tenet Vinc. de Franch. deciſ. 479. nu. 4. p. 3: & ob id dicit non eſſe iſtos Clericos admittendos per Principes ſæculares ad officia publica, in quibus ſi delinquãt non poſſint puniri per iudices ſæculares, cum vigore priuilegiorũ dictæ Religionis ſancti Ioannis Equites Hieroſolymitani ſint remittendi ad eorum magnum magiſtrũ, vel ad Auditorem Cameræ, vt conſtat de eorum priuilegijs per Bullas ſummorum Pontificum inſertas in fine ſtatutorum eiuſdem Religionis.

7 Immo plus firmat Petr. Caball. in dicto caſu 64. nu. 5. & ſeqq. poſt alios quos allegat, vt nec etiam valeret conſuetudo in contrarium etiam ſi eſſet præſcripta tanto tempore de cuius initio memoria non extaret, tanquam irrationabilis, vt latè, ac optimè oſtendit Decian. in tract. criminal. lib. 4. c. 9. nu. 14. verſ. extenditur concluſio, & etiam ſi Papa eſſet conſcius de tali conſuetudine, idem Decian. d. c. 9. nu. 16. verſ. extenditur quoque, Petr. Caball. d. caſu 64. num. 7. vbi alios allegat.

8 Ac etiam hodie de generali conſuetudine nõ ſindicatur officialis niſi de furtis Barattaria, & illicitis extorſionibus, Iul. Clar. q. 73. nu. 3. in fine, vbi concordantes cumulauit, Amod. Iuſtinus conciuis meus in tract. de ſindic. num. 137. in fin. qui in magiſtratibus optimè exercendis omnes alios ſuperauit vt teſtatur poſt Brun. Boſſ. in tit. de capt. nu. 13. Granut. Theor. 11. nu. 8. Ioſeph. Lud. deciſ. Lucenſ. 1. nu. 50. & ſeqq. Baiard. ad Iul. Clar. in q. 73. nu. 33. verſ. adde, & nu. 36. & ſeqq. vbi alios adducit Bertazzol. conſ. 71. per totũ vol. 1. Fab. Turret. conſ. 4. num. 3. Farinacc. conſ 64. n. 10. & extorſio dicitur quando iudex petit ſibi dari, quod non eſt debitum, vel quod eſt vltra debitum, vel ante tempus petitur, vel ſi minimũ petatur, quod ſibi non debeatur, etiam ſi ſponte ſibi offeratur Caualc. de Brach. reg. p. 5. nu. 22. Nec poteſt vexare ſubditos equis, & expenſis occaſione Caualcatæ Put. de ſindic. in verb. iudices c. 5. num. 1. & ſeqq. Rondinell. de ſind. nu. 59. & ſeq. Guid. Pap. ſing. 13. & deciſ. 147. & officialis condemnatus in ſindicatu non appellat, ſed tãtum recurrit ad ſuperiorem per viam ſupplicationis, Viu. commun. opin. lib. 1. opin. 181.

9 Quod procedit, vt poſſint ſindicari de dolo, & Barattaria, & illicitis extorſionibus, etiã ſi officialis haberet officium cũ priuilegio, quod non teneatur ſtare ſindicatui, quia reſtringitur ad culpas, & negligentias, & non ad Barattariam, furta, & illicitas extorſiones, Marſ. ſing. 595. & poſt Afflict. Baiard. in d. q. 73. nu. 73. & Præſides ac viri clariſſimi etiam ſi ſint Comites, Duces, vel Aulæ imperialis officiales, Præfecti Militares exercitus Imperiales officiales, aut eiuſdem conſiliarij omnes ſindicatui ſtare, & de geſtis rationem reddere debeant, l. 3. C. vt omn. cauſ. & ita obſer-

tatū fuiſſet teſtatur Put. de ſindic. in loco relato per Caualc.de Brach.reg.p.5.nu.16. vbi ſubdit,quod nec etiam valeret pactum, quod contra bonos mores officiales non teneantur ſtare ſindicatui per Affl. ſuper conſtit.volumus,nu.4.& minoribus num.6.licet conſuetudo extet in cōtrarium, vt aliqui ſupremi iudices non exiſtant ſindicatui vt ſunt in ſtatu eccleſiaſtico omnes Præſides prouinciarum,& omnes officiales in Curia licet aliter in vrbe per ſtatutum prouiſum fuit.

10 Si verò ſindicatores in tempore non abſoluerent neque condemnarent officialem, habetur pro abſoluto,nec poterit vlterius moleſtari Par. de Puteo, in tract.de ſind.in verb.officialis,num.2. vbi dicit quod licet dubiū ſit, an abſolutoria lata in criminibus, quia non fuit probatum, pariat exceptionem rei iud. ſi de eodem crimine quis accuſetur, tamen in cauſa ſindicatus ſpeciale ſit,quod non poſſit vlterius moleſtari, quem ſequitur Rim.Iun.conſ.495.n.13. vol.5.& latè Catald.in tract.de ſind.in q.290.nu.184.vbi per plura fundamenta, quod poſt præfixum tempus ad ſindicādum non poſſit officialis moleſtari neque conueniri in loco originis vel domicilij affirmat, Caualcan. de Brach.reg.p.5.nu.138.& ſub num.10. dicit quod iſte terminus dicitur peremptorius, & quod nullo modo prorogari poſſit Boſſ.tit.de offic.corrupt.pecun.Rōdinell.de ſindic.nu.32.

Nec in practica receptū eſt, quod ex capite ignorantiæ banni vel abſentiæ elapſo termino quærelātes audiantur vt per Caualc.d.p.5. nu.11. vbi reddit bonas rationes, quicquid aliter ſenſerit, Put.in loco per eum allegato, ſed erit bona cautela pro officiali, vt inſtet ante lapſum terminum, pro expeditione, quia tunc eo minus, lapſo termino, quærelantes poſſunt audiri latè Caualc.dicta p.5. nu.25 t. vbi ſubdit,quod ſi non ſteterit per iudicem numquam debeāt audiri, & ibi teſtatur de communi, & in omnem caſum non debeant audiri niſi refectis expenſis.

Et ſi fuerit iudex quærelatus pœnes ſuperiorem, qui nihil contra eum ſtatuit poſt auditā partem cenſetur ad quærela liberatus Caualc.de Brach.reg. p.5. ſub nu.48.verſ.at eam,quod eſt valde notandum quia ſæpè contingit hoc in facto.

11 Quod magis procedit, quod ſtatutum poſt præfixionem termini ad quærelandum diſponat, quod officialis habeatur pro abſoluto, quia tunc tranſit ſine difficultate,vt non poſſit vlterius moleſtari elapſo dicto tempore, etiamſi verba ſint directa ad ſindicatores, vt ipſi teneantur infra decem dies expedire cauſam,vt declarat Rimin.Iun.conſ.495.num.29. vol.2. vbi ſubdit, quod quando vlterius ſtatutum non procederet,ſed ſolum dictaret, vt ſindicatores teneantur infra dd.decem dies expedire cauſam, tūc etiā elapſo termino poterunt ſententiare, & cauſam determinare,Bart.& ceteri Doct.in l.properandum in fin.princip.C.de iudic.& in l.fin. C. vt omnes tam ciuil. Dec. in conſ.550.nu.5.vbi alios citat. Pariſ.conſ.67. col.2. vol.1.Rim.Iun.d.conſ.495.num.2. vbi concordantes allegat,& teſtatur de cōmuni,& nu.29.& ſeqq.vol.5. vbi firmat, quod in primo caſu ſuccedit quod dicit Pariſ.de Put.in tract.de ſindic.§.officialis num.20. vt ſemel abſolutus in ſindicatu amplius moleſtari non poſſit,& obſtet exceptio rei iudicatæ.

Item ſi verba fuerint etiam directa ad ſindicatores, tamen ſi ſtatutum imponat pęnam ipſi ſindicatoribus, ſi infra decem dies non expediant cauſam, & tunc ſententia lata poſt d.terminum teneat, ſecus ſit ſimpliciter diſponat nulla adiecta pœna dd. ſindicatoribus, quia tunc ſententia erit nulla, quia in primo caſu non cenſetur voluiſſe annullare ſententiam puniendo ſindicatores, in ſecundo vero ſine pœna,cenſetur dirixiſſe nullitatem in ſententiam, ita diſtinguēdo tradit Paul.de Caſt.in conſ.326. col.3.in antiquis, quam Caſtrenſis diſtinctionem ſequuntur Soc. Sen. conſ.66.nu.28.verſ.& hæc opinio vol.1.Grat.conſil. 30.nu.33.vol.1.Soc.Iun.conſ.39.nu.78 vol.2. Ceph. conſ.306.nu.38.Decian.reſponſ.28.nu.8.vol.1.Rim. Iun.d.conſil.495.nu.37.& ſeq.vol.5. Cardinal.Tuſch. tom.4.concluſ.206.nu.1. & ſeqq. vbi alios allegat,& teſtatur de communi Marant. par.5. in verbo inſtantia,num.50.

Ac etiam ſi ſtatutum perſonaliter loquatur iudici, ſi tamen aliter præfigat Principum inſtantiæ, quam fiat de iure communi, vtique tempus dicitur præfixū inſtantiæ non autem iudici vt ſi diſponat,quod iudex infra duos menſes à die citationis cauſam determinet,vtique tempus dicitur præfixum inſtantiæ ex quo noua inſtantia inducitur a ſtatuto, cum de iure communi incipiat à die litis conteſtatæ,Alexand.conſ.42. nu.2. verſ.ſequitur vbi Add.in verb. conteſtata lib.3. Cardinal.Tuſch.to.4.concl.204.n.6. ſiue in cauſa ciuili, ſiue in cauſa criminali, ideò inſtantia perempta, ſindicatores non poſſunt amplius pronūciare, vt declarat Salic.l.properandum in princ.C.de iudic.quem ſequitur Rim.Iun.in dict.conſ.496. nu.34. vol.1. vbi ſubdit ſub nu.39. & ſeq.quod quærelatus illo caſu debeat petere à principe prorogationem termini iam elapſi,&quod princeps ſpiritū vitæ poſſet inſufflagare per Doct. per eum ibi adductos, & ſi verba dirigātur inſtantiæ elapſo tempore ſententia ſi ferratur ſit nulla, ſecus ſi dirigantur ad iudicem, Alex. conſil.75. nu.10.verſ.2.reſpondeo lib.6.Boer.deciſ.58.num.21. Cardinal.Tuſch to.4. concl.206. num.2. & ſeqq.vbi alios allegat, & teſtatur de communi cum ſindicatores non poſſint nec augere nec minuere inſtantiam, Scacc.de appell.q.15.nu.290.vbi alios allegat.

12 Bene verum eſt, quod officialis de exceſſibus non concernentibus officium vt de homicidio, & ſimilibus poterit inquietari, & moleſtari in patria ſua,& in loco originis, etiam elapſo termino, vt latè declarat Pariſ.de Put.de ſindicat. in verb. iudices ad ſindicandum qui ſint,cap.2. nu.13, 14. & de pluribus exceſſibus officiallu ſcribit latè Capoblanc. de auct. Baron. pragm. 4. per totam, & quæ ſint eis interdicta, & à quibus ſe abſtinere debeant.

13 Et in Barattaria, etiam ſi fuerit datum iuramētum officiali purgationis, ſi ſuperueniant indicia, & probationes infra decem mēſes poterit puniri, licet per ſindicatores fuerit abſolutus, & non obſtat exceptio rei iudicatæ in iſto caſu per Parid: de Put. in d.cap.2. nu.14 in fin.& latius in verb. Officialis finito officio, cap.7.ſed ſciat Aduocatus officialis,vt omnia acta in ſindicatu debeant ſcribi gratis ab actuarijs Amod. conciuis meus de ſindic. num. 216. Scipio Ruinus in pract.regn.Neapol.rubr.de ſindic.offic.nu.1. vbi declarat idem eſſe de communibus,quę fiunt ad inſtantiam officialis, & ad inſtantiam quærelantiū Caualc. de Brach.reg.p.5.nu.119.

14 Ac durante officio in omni caſu pro quo imponitur

tur priuatio officij potest conuenirí,& remoueri,nec est expectandus sindicatus,quia elusoria esset pœna,si sindicatus esset expectandus post alios, quos allegat Capoblanc.in tract.de auctorit.Baron.prag.5.nu.37. & seq.vbi exemplificat in furto, in adulterio , stupro in subditam , vel carceratam commisso , & etiam sex casus refert, & enumerat Amod. Iustinus concius meus in tract.de sindic.num.43. & primo in crimine Barattariæ , qui testatur,quod ita in ciuitate Castelli patria nostra obseruatum fuit contra quendam officialem,ac etiam Florentiæ 2.Remouetur officialis,& sindicatur propter longam corporis infirmitatem. 3. propter nimiam negligentiam. 4. si videatur aliquos rixantes,& se non interponat. 5. propter nimiam sæuitiam. 6. si non teneat integram familiam pro qua recepit stipendium,& alij dicũt quod officia lis maior non possit sindicari,secus minor Cabal.cas.76.alij dicunt,quod officialis ad tempus non possit sindicari durante officio,secus si sit in perpetuum vel ad beneplacitum,vt post Dec.in consil. 131. circa fin. tradit Caualc.de fragm.fragm.102.

15 Sed an pendente accusatione sit officiali interdicenda administratio,Doct.distinguunt,aut accusatur de delicto concernente officium,& tunc suspendatur ab officio,aut non concernente officium, & tunc nõ suspendatur , vt latè post alios,quos allegat, declarat Petr.Cabal.in q.crim.cas.76. Franc.decis.8.num.2.in princ.p.1. etiam postque cœpit constare per informationes captas de mala administratione , & non per solam accusationem Franc.nu.4.& Caball.nu.61. vbi sup.Capobl.de potest.Baron.pragm.5.num.41.& ibi reddunt rationem, sed Aufred. ad Capell. Tholos. q. 371.num.3.& seqq.tenet, vt non debeat interdici administratio , nisi delictum sit atrox, & præbeat scandalum,sed quod potest ei dari coadiutor,& si nõ fuerit quærelatus de pœnis corporalibus,sed de pœnis pecuniarijs,& ad damna,& interesse,& expensas potest discedere dimisso procuratore Moscatell. in pract. criminal.p.1.mod.14.nu.9. & seq. & multo magis si ab aliud officium promoueatur Moscatell. vbi supra nu.6.Rondin.de sindic.num.109.& seq. Caualcan.de Brach.reg.p.5.nu.13.& docet vt soluat pœnam ante condemnationem,ne impediatur suscipere nouũ officium Cabal.cas.56.sub nu.97. & processatus quando possit promoueri ad aliud officium.Cabal.cas.121.

16 Scias autẽ quod de consuetudine sindicatores possunt cognoscere etiam de delictis commissis per officiales tempore officij etiam non pertinentibus ad officium,vt testatur Iul.Clar.q.35.nu.16. vbi subdit dũmodo fuerint commissa durante officio , secus si fuerint,ante vel post officium commissa, quia corũ cognitio spectat ad iudices ordinarios , idẽ prius voluit ille insignis officialis concius meus Amod. de Castello in tract.de sindic. num.171. Baiard. quæst. 38. num.89. sed quia supra diximus,quod post assumptas informationes si inceperit constare de crimine commisso per officialem possit ipse officialis suspendi ab officio scias, vt procedat si talis suspẽsio petatur ante dationem termini in causa , quia deinde dilatione pendente conquiescit iudicis officium post Franc. decis.8.Capoblanc. in d.pragm.5. num.47. bene tradit si officialis velit scire,qui nam contra ipsum in testem non admittantur, nouissimè adeat latè Caualc. de Brac.reg.p.5.num.107.& seqq. & ibi etiam docet quomodo quærelantes probare debeant eorum querelas.& Cardin.Tusch.in litt.S,concl.275.

Quando ciuilis causa sit præiudicialis Criminali.

SUMMARIUM.

1 *Causa ciuilis prius intenta facit silere criminalem , quando est ei præiudicialis,& ibi ponuntur exempla.*
2 *Actor,qui nimium se arctauit post litem contestatam in causa ciuili, quando possit proponere causam criminalem .*
3 *Causa præiudicialis vna , siue fuerit ciuilis ; siue criminalis, siue ambæ ciuiles, siue criminales facit silere alteram .*
4 *Contrarium seruatur de consuetudine , quia causa ciuilis prius intentata non impedit criminalẽ intentari .*
5 *Causa vna quomodo dicatur præiudicialis alteri ibi ponuntur exempla .*
6 *Tertius non impeditur intentare causam criminalem, postquam fuit intenta causa ciuilis .*
7 *Iudex poterit procedere in causa criminali ex officio licet prius fuerit causa ciuiliter intẽtata,& pars poterit etiam deinde fisco adhærere .*
8 *Falsitas superueniens in causa ciuili , potest intentari criminaliter .*
9 *Vnum iudicium ciuile, vel criminale eo finito nõ prohibetur aliud intentari,si tendat ad diuersum finem.*

CAP. XXIV.

1 NEc Defensor prætermittere debet , quod modo iudex criminalis procedere non possit in causa criminali, cum fuerit etiam eadem causa ciuiliter intentata , quoniam quamuis causa criminalis sit maior ciuili,nihilominus si ciuilis intentata esset præiudicialis , non erit criminaliter agendum tex.in l. 1. C.de appel.glos.in l.fin.verb.sæpe C.de ordin.iud.vbi Bellapert.prope fin. vers.sed nunquid, vbi ponit exẽplum,quando tu accusas me de adulterio, & ego dico te seruum meum, & sic quod non potes me accusare,quo casu causa ciuilis dicitur præiudicare criminali vbi latè Salicet.nu.1. qui ibi declarat materiam , & respondet contrarijs Crauet.cons.280.n.1.& seqq. Natt.cons.138.nu.3.lib.1.vbi alios allegat, & ibi alia exempla adducit Afflict.in constit.regn.Incip. si ciuiliter,nu.1. vers. sed si causa ciuilis rubr.20. p.2.Odofred.in l.1.num.10.in fin.C.quand.ciuil.act. Fulg.in l. interdum n.1.C.de public.iudic.Farinac.q.100.n.61. vbi etiam concordantes allegat , & testatur hanc opinionem sequutam fuisse Rot. Rom. in vna Romana hæreditatis de Stocchijs die lunæ 9. Martij 1598. coram Gipsio,& ego etiam obtinui tempore Guberníj Cardinalis Tabernæ remitti ad Camerã Apostolicam , quandam causam prætensæ fraudis, prius in dicta Camera intẽtam ciuiliter,quamuis coram dicto Gubernatore, deinde fuerit intentata criminaliter, & inquisitus passus fuerit examinari à iudice criminali , ac habuerit suas defensiones , & dederit articulos, & testes pro defensione induxerit, & etiam examinauerit,& in isto statu causæ patrociniũ deuenerit ad me , & cum audiuerim , & viderim quòd dictæ prætensiones fuerint prius ciuiliter intentatæ in dicta Camera Apostolica , obtinui eamdem causam criminalem silere,& remitti ad iudicem ciuilem, Hier. Giachar. in addit.

addit.ad Iul.Clar.q.final.q.1. in princ. in litt. A, vers. & è contra, latissimè addentes ad Farinac.in cons.21. in littera B, sub versic. secus autem, qui referunt alios Doct, eandem opinionem tenentes, ac eandem decisionem Romanam de Stocchis; & etiā testātur, quod hic in Curia in omnibus Tribunalibus, & in signatura, iustitiæ ita passim obseruatur, idem testatur Farinac. d.q.100.nu.77.

2 Quæ cōclusio est magis vera, quando actor in causa ciuili nimium, sc arctauit ad proponendum quærelam criminalem, sed passus fuit in causa ciuili litem contestari, vt tunc nō supersedeatur in ipsa ciuili causa, propter causam criminalem deinde intentatā Capic.decis.25.nu.5. Afflict.decis.229.nu.2. est originalis doctrina Bartol. in l.is qui reis nu.16. ff.de public. iudic.Mar.Ant. Maccraten.variar.resolut. lib.3. resolut.1.nu.1.vide latè Farinacc. q.100.nu.102.& seqq. vbi allegat concordantes, & etiam contrarios, & tandem ponit conciliationem ad istas opiniones contrarias, quæ est, quod si nulla negligentia possit pretendi etiam contra valentem quærelare, & falsitas proponenda sit notoria ex perspicuis indicijs, & præsumptionibus sit audiendus non obstante, quod fuerit lis in causa ciuili contestata.

3 Sed etiam est vera quādo ciuilis, & criminalis causa se non compatiuntur ad inuicem, sed vna confundit aliam, & vna est præiudicialis alteri, quia regula generalis est, vt causa præiudicialis faciat supersedere aliā, siue vna sit ciuilis, & altera criminalis, vel è contra siue ambæ ciuiles, siue etiā ambæ criminales sint, Natt.cons.138.num.2. Peregr.decis.296.de re iudic. libro 2. vbi quod sufficit possibile præiudicare, Hier. Giaccar.ad Iul.Clar.in q.1.in litt.A, Lancell.de attēt. p.2.cap.4.limita 23.num 21. & seq.Farinacc.q.100. nu.60. vbi alios concordantes allegat, & testatur de communi, latissimè add.ad Farinacc. cons.21. in litt. C, vbi etiam alios concordantes cumulauit, Petr. de Surd.cons.139.nu.1.vol.1. vbi inquit hoc esse in specie introductum ne sequantur sententiæ plures ad inuicem contrariæ, & si isto casu procederetur ad sententiam erit ipsa sententia nulla, vt post Crauett. in cons.270. firmat Baiard.ad Iul.Clar.q.2.nu.16.in fin. & latè scripsit de ista quæst.Farinacc. in dicta q.100. cap.2, per totum, nu.60.cum pluribus seqq.

4 Licet aliqui de cōsuetudine dicant, quod male seruetur, quia etiam si sit intentata prius causa ciuilis, possit per eumdem intentari criminalis, consulto tamen Principe, vt testatur Battander.in tract.crimin. reg.135. nu.4. cum semper iudex procedere possit ex officio, Costa de subsid.remed.remed.120.nu.31.

5 Causa alteri præiudicialis pluribus modis contingere potest, quos recenset, Crauett.cons.74. n.5.to.2. crimin.diuers. Farinacc.dicta q.100.nu.79. & seqq. & latissimè add.ad Farinacc.in consil.21.in littera D, & inter alios ponunt, quādo sententia in vna lata rei iudicatæ exceptionem parit in alia; vel quando respicit personarum legitimationem, & in ea obijcitur aliquod, quod agentem ab actione repellat, vt in exemplis relatis per Natt.in cons.138.nu.3.iunct.num.27. lib.1.Cran.cons.74.n.5.vbi ponit exemplum, quando contra agentem opponitur de excommunicatione. Item quando per eam is contra quem intentatur, & priuatur omni iure suo, Anch.consil.62.nu.1.vbi ponit aliud exemplum, vt etiam referunt Doct. allegati per Farin.in d.q.100.nu.80. & add.ad Farinacc.in d. cons.21.in lit.D.

6 Tertius autem non impediretur si vellet causam criminalem intentare post intentatam ciuilem, Cyn. in l.1.nu.17. vers.sed si alias, C.de his, qui accus.non poss. Alber.in l.iudicare n.4. vers. si autem extraneus, C.si ex fals.instrum.Ang.de Malef. in verb.inchoata, nu.19.in fi.Anguis.cons.6.nu.9. lib.1. Farinacc. d.q. 100.nu.114.Baiard.q.2.nu.14.add.ad Farinacc.in d. cons.21.in litt.B, vers.& est ratio.

7 Nec minus impediretur iudex, vel Fiscus si vellent procedere ex officio in causa criminali etiam post intentatam ciuilem causam, vt legitur inter cōsilia Farinacc.cons.21.per totū vbi add.latissimè, & ibi add. in litt.B, in fin.post Lanceil.& Rot.Rom.firmat, quod post intentatum iudicium criminale non prohibetur, partem deinde Fisco adhærere.

8 Minusque impediretur criminaliter agi si post ciuilem causam, superuenit falsitas, vel in productione testium vel falsorum testium contra eumdem accusatorem, vel actorem, Cyn.in l.1.nu.17.C.de his, qui accus.non poss. Alber.in l.iudicari num.4.C.si ex fals.instrum. Afflict.decis.103.nu.1.& decis.229.n.3.Capic. decis.25.n.1. & alij relati per Farinac. in dicta q.100. n.94.vbi alia dicit de ista materia in tota dicta q.100. & latissimè add.ad Farinacc. in dict. cons 21. Nec in crimine furti, nec in alijs casibus expressis in l. à plerisque, C.quando ciuis act.crim.præiudict.prohibetur agi criminaliter post intentatum iudicium ciuile.

9 Sed si vnum iudicium ciuile, vel criminale prius intentatum tendat ad diuersum finem non prohibetur vno finito aliud intentari, Iul.Clar.§.fin.q.2.nu.7. vbi dicit, quod ita debet intelligi text.in l.1. C.quando ciuil.act. præiudic. crim. & ibi testatur de communi, & quod ista declaratio est notanda, quia à Doctoribus male intelligitur, Paris.cons.150.nu.23.& seqq.vol.4.

Forus quibus modis contrahatur propter delictum ad effectum puniendi, Primo ratione loci commissi delicti.

SVMMARIVM.

1 *Forus contrahitur ratione loci commissi delicti.*
2 *Forus loci delicti præfertur alijs foris, originis, vel domicilij.*
3 *Forus loci delicti non tollitur per dignitatem delinquentis.*
4 *Archiepiscopus, Patriarcha, & Delegatus à Papa possunt puniri per ordinarium loci delicti.*
5 *Iudex loci delicti potest procedere contra delinquentem etiam per inquisitionem.*
6 *Delictum commissum in vno loco, & consummatio in alio loco potest in vtroq. puniri, & ibi dātur exēpla.*
7 *Mandans fieri delictum in vno loco, quando possit puniri in loco consummati delicti.*
Distingue, vt ibi.
8 *Ratificans delictum in vno loco an possit puniri pro delicto commisso in alio.*
9 *Exonerans sclopum in vno loco, & occidens in alio, quomodo puniri debeat.*
Declara, vt ibi.
10 *Domini duo in eodem loco, ambo procedunt contra delinquentem.*
11 *Falsum deponens coram examinatore per litteras alterius*

terius iudicis, vt possit per dictum examinatorem puniri.

11 *Delictum commissum in loco mari adiacenti potest puniri per iudicem illius loci.*

13 *Priuilegiatus amittit priuilegium, & potest puniri per iudicem loci delicti.*

Declara tamen vt ibi.

14 *Punitus à iudice loci delicti non potest ab alijs iudicibus puniri.*

15 *Idem si composuit in loco delicti, non potest aliunde molestari.*

16 *Forensis in foro pœnitentiali ratione loci delicti non sortitur forum, sed debet absolui à loco originis.*

17 *Collega vnus non potest punire alterum collegam delinquentem.*

18 *Forensis non punitur per delegatum, sed per ordinarium loci.*

19 *Delinquens in loco delicti punitur, si ibi reperiatur.*

20 *Delinquens in ecclesia punitur per iudicem sæcularē.*

21 *Iudex duorum territorium non potest extrahere delinquentem ex territorio, in quo deliquit, & ad aliud conduci.*

22 *Magistratus expulsus à suo territorio potest expulsores punire extra territorium.*

23 *Cautionem frangens debet puniri per iudicem coram quo fuit data dicta cautio.*

24 *Delictum in omittendo punitur per iudicem, in cuius loco committitur talis ommissio.*

CAP. XXV.

ADuocatus, vt facilius possit defendere Clientem suum, debet proponere ante oculos iudicis forum inquisiti, & ideò quantum spectat ad criminalitatem, videamus quibus modis cōtrahatur forus ad effectum puniendi, & Caualc. de Brach. reg. p. 4. ponit multos casus vsque ad decem, & nouem.

1 Primo autem modo cōtrahitur forus, ratione delicti commissi, vt efficiatur delinquens de illo foro, quamuis non sit alias ei suppositus. Oldrad. cons. 154. vers. præterea ad illum obiectum, Marsil. singul. 404. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. nu. 87. Iul. Clar. q. 39. nu. 1. vbi de commun. Farinacc. q. 7. nu. 1. Rimin. iun. cons. 196. nu. 32. & seqq. vol. 2. Pet. Caball. in qq. crim. cas. 129. nu. 1. Cardin. Tusch. to. 4. concl. 440. num. 1. Vincent. de Franch. decis. 37. num. 1. p. 1. dicit forum contrahi, & delictum puniri per quatuor iudices originis, domicilij, delicti, & loci in quo quis plurimum conuersatur, & in clerico vbi habet beneficium.

2 Et iste locus delicti, alijs originis vel domicilij præferri debet. Iul. Clar. dicta q. 38. nu. 1. vers. iudex loci, Farinacc. dicta q. 7. nu. 1. vers. ex delictis, vbi concordantes allegat, Ant. Gomez, cap. 1. nu. 87. Card. Tusc. dicta concl. 440. nu. 1. Vincent. de Franch. dicta decis. 37. sub nu. 1. Thesaur. decis. 90. col. 2. Idem Franch. decis. 505. nu. 1. Decian. in tractat. crim. lib. 4. tomo 1. cap. 16. num. 9. vers. sed notandum, & cap. 17. num. 1. vbi etiam firmant causam per alios iudices esse remittendam ad iudicem loci commissi delicti; de quo latè dixi supra in cap. 17.

3 Primo amplia, vt sit vera conclusio, etiam in persona clarissima, & alia quacumque dignitate insigni text. in l. 1. C. vbi Senat. vel clar. vbi quod reatus omnes honores excludit, Decian. in dicto cap. 17. nu. 4. Ac etiā Patriarchę, Archiepiscopi, & delegati à Papa

4 possunt puniri per Episcopum, † & per ordinarium si delinquant in eius diœcesi, dummodò ordinarius nō fuerit eorum suffraganeus, Iul. Clar. q. 38. n. 2. & q. 84. Decian. in d. c. 17. n. 22. & seqq. Et ego latè dixi c. 14.

5 Secundo Amplia, vt iudex loci delicti possit procedere contra delinquentem, non solum per accusationem l. fin. ff. de accusat. sed etiam per inquisitionē; vt Prouincia malis hominibus expurgetur l. congruit ff. de off. præsid. Decian. d. cap. 17. nu. 2. vbi sub nu. 3. subdit, vt procedat etiam contra seruos, quos punire possit per l. fin. ff. de noxal. Immo etiam poterit milites punire, si delictum sit commune, & enorme, & militiam concernat. l. fin. de excusat. l. 1. C. vbi Senat. Decian. d. c. 17. nu. 5.

6 Tertio Amplia, vt procedat si actus cœptus in vno Territorio fuisset consumatus in alio, quia si delictū erit diuisibile poterit in vtroque loco puniri latè Decian. in d. to. 1. lib. 4. c. 17. nu. 6. vbi ponit plura exempla, & præcipuè si quis cepit aliquem in vno territorio, & commisit priuatum carcerem, & in alio expoliauit, nā de captura iudicabitur à Iudice loci, in quo cepit illum, & de spolio, à Iudice loci in quo expoliauit. Bal. in cap. 1. §. iniuria n. 11. vers. quæsiuit, de pace iuram. firman.

7 Item in mandato, quando mandatum per se non sequuto effectu est punibile, vel quando non tractatur de puniendo mandantem pœna, qua puniendus esset mandatarius, qui exequutus est, sed alia extraordinaria Bart. in l. non solum, §. si mādato neque ff. de Iniur. Bal. in l. fin. nu. 17. C. si à non compet. Iud. Marsil. in l. fin. num. 209. ff. de iurisd. omn. iud. Ang. de malefic. in verb. Sempronium mandatorem nu. 18. Decian. d. c. 17. nu. 7. vide latè Caualc. fragm. 108. per totum.

Bene verum est, si mandās reperiatur in loco exequuti, & consumati mandati, & delicti poterit etiam ibi puniri Marsil. sing. 404. in fin. sed si non fuerit, ibi inuentus, sed in loco mandati carceratus non poterit peti à iudice loci consumati delicti, & vbi mandatarius est carceratus, remitti, Iul. Clar. in q. 38. nu. 5. in fi. vbi refert, quod Bald. testatur ita in cōtingentia facti fuisse resolutum, sed quod Mediolani in practica non obseruatur, si vterq; iudex esset subditus illi Ducatui.

Si vero mandatum per se non esset punibile tunc deberet puniri in loco cōsumati delicti, & in loco dati mandati, quia non punitur, ex mandato, sed ex delicto propter mandatum Iul. Clar. q. 38. num. 6. & q. 89. nu. 3. Decian. qui alios allegat in d. c. 17. num. 7. Card. Tusc. to. 4. concl. 440. nu. 10. & seq.

Itemque erit, si quis rapuerit puellam in vno Territorio, & violenter in alio cognouit, vt in vtroq; territorio puniri possit Marsil. in l. fin. nu. 22. ff. de iurisd. omn. iud. Si autem quis in vno loco iurauit, in alio falsum deposuit, quis locus attendatur, vide Ang. de malefic. in verb. falsaui nu. 29. Decian. in d. c. 17. n. seq.

8 Idem quoque dici potest in ratificante in vno territorio delictum, commissum in alio, vt si ratificatio sit punibilis, puniatur in loco ratificationis, si vero confundatur cū delicto, attendatur locus delicti, Anchar. in c. postulasti, nu. 36. in fin. Marian. Soccin. sub nu. 5. Card. in clem. 1. sub nu. 20. vt lite pendente. Decian. in d. cap. 17. nu. 12. idem dicit esse si quis portaret arma in vno Territorio, & in alio cum ipsis armis vim publicam faceret, vt posset puniri per vtrumque Iudicem, & de armis, & de vi, quia non confunduntur

Gram.cons.43.nu.2.& cons.55.n.3. Adhibita tamen illa distinctione in mandato, si delictum fuerit commissum nomine mandantis, alias ratificatio non fit punibilis,cum non possit ratificari a me, quod nomine meo factum non est, Decian.d.cap.17.nu.13.circa medium,Natt.cons.493.nu. 12. vol.3. Iul.Clar. q.87. sub nu.5.Rim.Iun.cons.299.nu.50. & seqq.& consil. 310.n.34.vol.3.Decian.resp.88.nu.20. vol.3. Hond. cons.87.n.159.& cons.96.nu.58.vol.2.vbi de comm.

9 Idem potest dici, si quis existens in vno Territorio sagitta, archibusio, aut sclopo,necidit aliquē existentem in alio Territorio, vt delinquens possit punire in vtroque Territorio,Iul.Clar.q.38.nu.8.Roland.cons. 12.nu.5.lib.2.Decian.autem in d.cap.17. nu.9. dicit esse attenden.statutum, vti si puniat quemcunque sagittantem,exonerantem, percutientem, vel iniuriantem, vt non puniatur etiam per iudicem loci ex quo sclopum exoneraiuit, vel sagittam, ac verba iniuriosa emisit, secus si disponeret, qui sagittauerit exonerauerit, percusserit, vel iniuriauerit, puniatur etiam in loco,ex quo sclopum, sagittam, vel iniuriam emisit, & circumscripto dicto statuto de iure communi cōfunduntur mandatum, tractatus, carceratio, expoliatio, sagittatio, percussio, & prolatio iniuriæ, cum delicta a fine, & à cōsumatione denominentur, vt firmat Decian.in d.cap.17.nu.10.in fin.

10 Quarto Amplia, vt procedat etiam si essent duo Domini pares in iurisdictione,quia vterque procedit, Decian.c.17 nu.25.tom.5.lib.4.

11 Quinto Amplia, vt procedat,quando testes per litteras alterius iudicis coram alio iudice falsum deposuit, quia punitur à iudice,qui eum examinauit, licet non esset iudex causa, Bal.in l. nullum nu.6.de testib. Marian.Socc. in cap.postulasti in q.19. de for.comp. Marsil.in l.fin.nu.145. de iurisd.omn. iud. Decian.in d.cap.17.nu.28.

12 Sexto Amplia, vt idem procedat si fuerit commissum delictum in mari adiacēti Territorio suo, vt possit per iudicem territorij delinquens puniri, Marsil. in d.l.fin.nu.138.Decian.d.c.17.nu.29. vbi concordantes allegat.

13 Septimo Amplia,in priuilegiato, qui delinquendo ammittit priuilegium,vt ibi in loco delicti puniri possit, maximè si priuilegium non sit in corpore Iuris insertum, nisi tamen delinquat in loco exempto. Abb. in c.fin.n.11.vbi latè de for.compet.Decian. d.c.17. nu.30. Et ideò si delinquens esset exemptus à iurisdictione iudicis loci delicti, vt Monacus in quacunque loco delinquens debeat coram suoAbbate conueniri, Marian.Socc.in d.c.postulasti q.17.& q.26. Idemque erit si impetrasset priuilegium exemptionis post delictum commissum dummodò non post citationē, Marian.in d.c.postulasti in 20.q.Decian.in d.c.17. n.35. etsi exemptus esset,iudex loci delicti poterit ibi punire delinquentem,prout facit ordinarius,Doct. in l. fi. ff.de iurisd.omn.iud.& præcipuè Ias.nu.5.Mars.nu.6. Dec.nu.20.latè Anch.in d.cap.proposuisti nu.4.Marian. num.8. Couar. pract.quæst.cap.11.num.5. Decian.d.capit.17.numero 31.& latè Aufred.ad Capell. Tholos.quæst.424.

14 Octauo Amplia, vt in tantum si ordinarius loci delicti puniat delinquentem, vt non possit ab alijs iudicibus amplius puniri,Bal.in cons.28.factum tale est,& post eam Card.Tusch.d.conclus.440.n.6.vbi firmat, idem esse, si in loco delicti compositum, vt non possit in loco originis,vel domicilij amplius molestari.

15 Sed qua pœna sit puniendus iste forensis an pœna iuris communis,vel statutorū loci,latè Iul. Clar. q.38. nu.2.& latius q.85.& dicam in Defens.33.c.25.

16 Primo Limita in foro pœnitentiali,quia numquam forensis sortitur forum delicti, vt ibi absolui debeat, sed debet absolui à suo ordinario,Iul.Clar. q.38. vers. quæro numquid, Decian.d.lib.4.to.1.c.17.nu.40.vbi subdit,quo ad qualitatem delicti an sit grauius,vel leuius delictum,debet considerare locum in quo commissum est dictum delictum, Card.Tusch.to.4.concl. 440.nu.13.vbi de commun.

17 Secundo Limita, quando delinquens haberet parē iurisdictionem, vel communem cum alio, quia vnus collega non poterit punire alium collegā delinquentem, cum par in parem non habeat Imperium,ex monuit de elect.& glos.in l. hæres per seruum ff. de acq. hęred.dicit,quod Asinus intumesceret auribus si videret se per comparem repræhendi. Anch.in d.cap.postulasti num.32. vers. & aduertendum, & ibi Marian. Socc.nu.9.in 11.q. cap.fin. Decian. in dicto cap.17. nu.33.Iul.Clar.q.38.nu.3. Card.Tusch.d. concl.440. nu.12.sed latius in conclus.89. Par in parem non habet iurisdictionem.

18 Tertio Limita, & intellige respectu iudicis ordinarij, secus respectu iudicis delegati, qui nō habet Territorium, prout ordinarius Fed. de Senis consil.145. n.6.vers.sed quid si isti,vbi quod Visitatores delegati in certa Prouincia non visitant delinquentes forens. Card.Tusch.d.to.4.concl.440.nu.4.

19 Quarto Limita,& intellige si delinquēs in loco delicti reperiatur, alias secus clem. pastoralis de re iud. & ita declarat Feder.de Senis in d.cons.145. nu.6.& in genere,etiam dicit Paul.de Castr.in cons.413. col. pen.vers.& posito quod ratione lib.1. vbi,quod excepto foro Domicilij intelligitur, si sibi reperiatur, & idē repetit in fine, Card. Tusc.d.to.5.concl.450.n.3.

20 Quinto Limita, in delinquente in ecclesia, quia si delictum est sæculare,non punitur per iudicem ecclesiasticum loci commissi delicti, sed per laicū,Decian. in d.cap.17. nu.34. de qua limitatione,latè dixi supra in c.11.nu.18.& seqq.

21 Sexto Limita,quando iudex esset cōpetens in duobus Territorijs, & in vno existens, in quo non fuit factum delictum, vellet cognoscere de ipso delicto cōmisso in altero Territorio, quod tamen sibi subiectū erat,vt non possit tex. & ibi notant omnes in cap.nouit de off.delegat.Ias.in l.fin.ff.de iurisd.omn.iud.n.9. Decian.nu.9.Mars.nu.11.Decian.d.c.17.nu.36.

22 Septimo Limita, quādo Magistratus essent expulsi ab eorum Territorio,& impedirentur ingredi d.Territorium,quia poterunt etiam extra d. coram Territorium expulsores punire Ias.in d.l.fin.n. 10. & Mars. nu.12.Decian.d.c.17.nu.37. & in quibus alijs casibus possit quis extra suum Territorium iudicare, vide latè Decian.in tract.crim.lib.4.tom.1. cap.29. per totum vbi ponit ampliationes, & multas limitationes in ista materia.

23 Octauo Limita,in cautione de nō offendendo præstita in vno Territorio, quia si frangatur extra illud poterit nihilominus puniri ab eo iudice coram quo fuit præstita dicta cautio,Decian.d.c.17.n.38. de qua limitatione ego latissimè scripsi in meo tractatu de

Pace

Pace Treug.verb.& caut.de non offendend. parte 1. q.59.per totam.

34 Nono Limita in delicto commisso in committendo, vel per negligentiã, vt si quis non resideat in loco sui Beneficij, dicitur ibi delinquere, & ab ordinario loci puniri poterit Ias.in d.l.fin.nu.20.Mars.num.26.ff.de iurisd.omn.iud. qui concordantes allegat, Decian. in d.c.17.nu.39.to.1.lib.4.in tract.crimin.

Forus quibus modis contrahatur ratione delicti, ad effectum puniendi, 2. ratione originis vel Domicilij.

SVMMARIVM.

1 *Forum, quis sortitur tantum ratione originis, domicilij, & commissi delicti.*
2 *Exceptis his tribus modis, quis non extitur forum, vt puniri possit.*
3 *Delinquens repertus in loco originis, vel domicilij, ibi puniri potest.*
4 *Iudex originis, vel domicilij ad accusationem partis potest punire subditum delinquentem extra Territorium.*
5 *Iudex originis, vel domicilij, quando procedere possit per inquisitionem contra subditum delinquentem extra Territorium.*
6 *Statutum puniẽs subditum extra Territorium valet.*
7 *Subditus delinquens extra Territorium præsupposito dicto statuto, qua pœna puniendus sit, declara, & distingue, vt ibi.*
8 *Forus originis vel domicilij in ciuilib. qui sit dignior.*
9 *Domicilium quomodo contrahatur.*
10 *Habitatio per decem annos quando inducat domicilium.*
11 *Maior pars bonorum an inducat domicilium, & quomodo probetur.*
12 *Domiciliũ an contrahatur ex sola possessione Domus.*
13 *Res familiares per metum ad aliquem locum translatæ non inducunt domicilium.*
14 *Animus habitandi in loco an inducat domicilium.*
15 *Onera substinens in aliquo loco an contrahat ibi domicilium.*
16 *Continua habitatio per decem annos an inducat domicilium.*
17 *Animi declaratio excludit domicilium, & includit domicilium.*
18 *Domicilia plura quis potest habere, sed nõ vltra duo.*
19 *Clericus habet domicilium vbi habet beneficium, licet ibi non habitet.*
20 *Monachus habet domicilium iñ suo monasterio.*
21 *Bannitus habet domicilium vbi tamquam bannitus habitat.*
22 *Vxor habet domicilium vbi inhabitat maritus, secus sponsa.*
23 *Concubina non sequitur forum concubinarij nisi fuerit concubina clerici domicilij appellatione in dubio venit domicilium habitationis.*
24 *Originis locus quis dicatur.*
25 *Delinquens in confinibus duarum Ciuitatum ab vtraque puniri potest.*

CAP. XXV.

IN criminalibus, quis præcipuè forum sortitur ex tribus his causis, origine, domicilio, & commisso delicto, Iacob.de Beluis.in repet. §.contrahẽtes n.119. in clem.1.Mars.in l.fin.ff. de iurisd.omn.iud. nu.134. & seqq.Ant.Gomez. tit.de delict. c.1.nu.87. Mattesil.sing.404.Iul.Clar.q.39.nu.1. vbi de communi, Farinac.q.7.n.1.& seqq.latè Decian. in tract.crim. to.1. lib.4.cap.16.nu.1.Baiard.ad Iul.Clar.in q.35. num.4. Petr.Caball.in quæst.crimin. cas.3. nu.7. & nu.fin.in fi. & quod domicilium sit potissima causa iurisdictionis, Dec.cons.284.num.11.Cagn.in l.exigere dotem, nu.9.ff.de iud.Bois.tit.de for.comp.nu.74.Rim.Iun. consilio 353.num.53.cum alijs adductis per Io. Bott. cons.86.nu.17.

2 Et exceptis istis tribus modis, quis non sortitur forum, vt puniri possit, neque capi, neque examinari, neque torqueri, vt testatur post alios quos allegat, Farinacc.cons.19.n.3. vbi etiam testatur de communi, & latè Decian. in d.c.16. nu.1. in princ. qui etiam concordantes allegat.

3 Si verò delinquens reperiatur in loco originis, vel domicilij sine difficultate puniri poterit per iudicem præfatum domicilij, & originis, Iul.Clar. q.39.num.2. Decian.in d.cap.18.nu.1. vers.& certum est, vbi alios allegat, & ibi poterint etiam bona confiscari, add. ad Iul.Clar.in d.q.39.in litt.A.

4 Ad accusationem partis non est difficultas, quod iudex originis, vel domicilij possit procedere contra subditum delinquẽtem extra Territorium, vt dixi suprà in c.14.& latè tradunt Decian.in d.cap.16.nu.1. vers.circa primam, qui alios ferè infinitos cumulauit, Petr.Caball.in quæst.crim.cas.3.nu.9. qui etiam alios plures adduxit.

5 Difficultas est si per inquisitionẽ ex officio de quo latè dixi in c.14. allegando Doct. pro vtraque parte, & latè tradit Decian. in d.c.16. nu.2.vbi allegat Doctores tenentes partem affirmatiuam per vnam integram columnam, & sub eodem nu.2. in versic.contrariam, allegat tenentes partem negatiuam, & ibi ipse concurrit cum ista opinione negatiua, nisi in duobus casibus, vt dixi in d.c.14.nu.5.vers.pro concordia.

6 Et opinio affirmatiua magis procederet quando in loco originis, vel domicilij extaret statutũ, vt subditi delinquentes extra territorium puniri ibi possint, quia tale statutum ligaret etiam subditos delinquẽtes extra territorium, Mars.in l.fin.nu.242. & seqq. ff. de iurisd.omn.iud.ex doctrina, Bartol.in l.1.nu.48.ff.de summ.Trinit.& fid.Cathol.Decian.in d.c.16. num.3. in fin.& nu.6.in princ.

7 Sed difficultas est qua pęna puniendus erit ille subditus delinquens extra territorium, stante statuto, vt possit puniri etiam extra territorium, ista difficultas tangitur per Doct. in diuersis locis tãdem relatis opinionibus contrarijs hinc inde communis opinio est, quod si statutum imponat specialem pœnam nõ extendatur ad delictum commissum, sed bene illum puniat secundum pœnam impositam à iure communi, vt latè refert, & testatur Decian.in d.cap.16.num.3. in fine, & nu.4. vers quicquid tamen, & nu.6. vers.sed aduertendum, & sub nu.5.dicit idem procedere si deliquerit loco exempto, vt non possit condemnari secundum statuta originis, sed secundum ius commune, & non referam, Doct.tenentes vtramque opinionem, cum facillimè lector eos videre poterit per Decian. in loco citato, & retuli ego etiam suprà in dicto c.14. & infrà in defens.34.cap.25.dicam.

Si

Si iudex originis, vel domicilij teneatur remittere fuum fubditum ad locum delicti, dixi fupra in cap. 17. Condemnatus, vel abfolutus in loco delicti, an poffit iterum moleftari in loco originis, vel domicilij dixi fupra in c. 17. & latius dicam infra in 2. defenfione.

8 An forus domicilij fit generaliter foro originis, vel è contra forus originis fit dignior foro domicilij funt opiniones contrariæ, quas refert Decian. in d. cap. 16. nu. 9. vbi tandem concludit diftinguendo poft Iaf. in l. fi arrogator, nu. 48. & feq. quod in his, quæ iã erant contracta ante mutatum domicilium originis, attẽdatur locus originis, in alijs verò locus domicilij in criminal. locus delicti fuperet omnes alios foros dixi fupra in cap. 25. num. 2.

9 Domicilium autem, quomodo contrahatur, vide Mafcard. de probat. conclu. 535. per totam, volum. 1. Dec. d. cap. 16. nu. 8. fed datur hæc generalis regula, vt infra fcripta omnia concurrant, primo quod in loco habitauerit per decem annos, Crauett. confil. 55. nu. 2. in fin. Mafcard. de probat. vol. 1. concl. 535. in 6. & feqq. qui infinitos cumulauit, Parif. conf. 12. nu. 13. volum. 3. & fub num. 22. dicit procedere etiam fi ibi onera non fubierit, & etiam fi poft decennium diceret fe habere animum repatriandi, & oportet, quod continuè ibi habitauerit per decem annos, etiam fi talem animum non habuerit, Parif. d. conf. 12. nu. 16. 17. & 20. Marfil. confil. 57. num. 25. Decian. d. cap. 16. fub num. 9. verficulo hęc igitur, & quod per affiduam habitationem præfumatur domicilium, Menoch. de arb. cauf. 86. n. 15. lib. 1. Suarez recept. fenten. in verb.
10 domicilium, il primo, Mafcard. de prob. vol. 1. concl. 535. num. 8. & etiam minori tempore decem annorũ præfumitur contractum domicilium fi cum maiori parter fortunarum, ibi, habitauit per aliquot annos, gloff. magn. in l. hæres abfens, ff. de iudic. cum alijs allegatis per Decin. in d. c. 16. fub nu. 8. verfic. quod ẽt, & quod fit in arbitrio iudicis ẽt fpacio minori decem annorum iuxta loci, & perfonarum conditionẽ, Mech. de arbitr. caf. 66. nu. 16. verf. ego abfolutè. Parif. confil. 12. nu. 17. lib. 3. Dec. conf. 283. nu. 11. Mafcar. de probat. d. conclu. 535. nu. 9. & feq. vbi ponit duas limitationes, prima eft non procedere in ciuitatibus Germaniæ in quibus fufficit annus ad contrahendum domicilium; fecunda quando quis habuerit animũ redendi, quia tunc, nec ẽt per mille annos contrahitur domieilium, de cuius veritate latè fcribit ibi Mafc. & nouiffimę poft hęc fcripta, latè Farin. in frag. i litt. D.

11 Secundo, Quod habeat ibi maiorẽ partẽ bonorũ. Dec. in d. tomo 1. lib. 4. c. 16. nu. 4. fub verfic. hæc igitur, & fi dubitetur an ibi habeat maiorem partem bonorũ, vel nõ, fatis eft oftendere, quod bona poffideat, vbi habitat, nec cogitur probare, quod illa fit maior pars bonorum, & fi dicatur alibi, quam vbi habitat habere maiorem partem fortunarum, ipfe probet, cum præfumatur ob habitationem ibi maiorem partẽ bonorum habere, Ang. conf. 217. col. 2. verfic. 4. quia de crimine Dec. d. n. 8. in fi. Menoc. de præfumpt. caf. 86. nu. 18. lib. 2. Tiraquell. in tract. lignag. §. 36. gloff. 3. nu. 7. verf. nam, & quis, vbi multos concordantes allegat cum alijs adductis per Mafcard. in d. concl. 535. n. 27. latè Io. Bott. confil. 86. nu. 20. verfic. & licet dicatur, & fub nu. 21. poft alios, quos allegat, firmat, quod ifta qualitas probabitur per librum æftimis exiftentem in Archiuio publico, & Nicol. Feftafi in trac. de æftimo in 3. parte cap. 2. num. 29. & 35. Burfatt. conf. 16. nu. 35. circa fin.

12 Sed ex fola poffeffione domus, quæ in alieno cõparatur, domicilium ibi fuiffe conftitutum probare non poffumus, l. libertus, §. fola domus, ff. ad municip. Nec minus probatur domicilium fi quis in loco Pergulam babeat, vt dicit Sebaft. Lap. in l. hæres abfens, §. proinde num. 6. verfic. vltimo de iudicijs. Nec per translationẽ maioris partis bonorum in aliquo loco probatur fuiffe extinctum domiciliũ, quod quis alibi habebat, cum quis alibi habere domicilium pluribus in locis. Lap. allegat. 99. verf. hic eft, quod æqualitas. Aretin. confil. 135. num. 1. verfic. dato ergo.

13 Nec minus procedit quando quis aliquo metu, impulfus res, familiamq; fuam alibi tranftulit, vt durante metu domicilium ibi contraxiffe præfumatur, de quo vide latiffimè Mafcard. in d. concl. 535. nu. 26. & feq.

14 Tertio, quod habeat animum faltem prẽfumptiuè ibi habitandi. Dec. d. c. 16. nu. 8. verf. hæc igitur, & talis animus ex coniecturis ficut in quacũq; alia materia probatur Dec. d. n. 8. verfic. probatur ẽt animus, & ibi refert aliquas cõiecturas, & nonnullas poft alios, quos allegat, refert Mafc. in d. concl. 535. nu. 1. & feq.

15 Quarto, quod fubftinuerit ibi onera Parif. conf. 12. nu. 20. vol. 3. Dec. d. c. 16. nu. 8. fub verfic. hæc igitur, vel quod paffus fuit alias ibi citari non oppofita exceptione declaratoria fori, etiam per vnicam vicem, vel actum tantum, vt latè poft alios, quos allegat, teftatur Io. Bott. conf. 86. num. 18. & feq.

16 Quinto, quod continuè habitauerit in loco per decem annos. Parif. confil. 12. num. 16. 17. & 20. Marfil. confil. 17. num. 25. Decian. d. cap. 17. num. 8. verfic. & oportet. Iul. Clar. quæft. 39. num. 5. vbi de communi, fed dicit, quod in illo Ducatu Mediolani non obferuatur nifi etiam familiam, & maiorem partem bonorum in loco habuerit.

17 Requiritur, vt non declaret animum fuum fe nolle ibi habitare, cum domicilium ex animo incolæ contrahatur, & erit ftandum eius affertioni, vt pluribus comprobat, Menoch. caf. 86. nu. 6. & Mafcar. d. concl. 535. num. 18. vbi fubdit, fi declarauerit fe velle illic domicilium habere, & ibi bona fua tranftulit, quia eo cafu certiffimi iuris eft, illic probari domicilium habere, gloff. in l. ciues in verb. larem, C. de incol. lib. 10. Abb. in cap. fin. num. 8. de Paroch. cum alijs adductis per Mafcard. in d. concl. 535. num. 19.

18 Et non eft dubium, quod quis poffit habere plura domicilia, Rofred. de libell. Rub. qualiter declinetur iudicium ratione feriarum, nu. 2. Dec. tomo 1. lib. 4. c. 16. nu. 10. in fi. & vbi frequẽtius habitat, ibi citari debeat, & fi æqualiter habitaret, & æqualiter poffideret in duobus locis vtrobiq; diceretur habere domiciliũ, & accufari, & citari poffet, vt latè poft alios, quos allegat Dec. in d. c. 16. num. 10. per totum, & latius Io. Bott. confil. 86. num. 22. & feq. qui etiam alios allegat.

19 Clericus autem vbi beneficium babet, & ibi habitat, licet a paucis annis ibi dicitur habere domiciliũ, & ibi erit citandus, & puniendus, licet ibi, tunc non habitet. Roman. confil. 342. col. 2. verfic. eft etiam nulla, & confil. 361. verfic. nec refragatur. Specul. in in tit. de accufat. §. 1. verfic. fed numquid, cum alijs adductis per Decian. nu. 4. & ibi etiam fubdit.

20 Quod Monachus dicitur habere domicilium in fuo Monafterio.

21 Bannitus in loco, in quo tanquam bãnitus habitat.
22 Et vxor sequitur domicilium mariti licet secus sit in sponsa, & in his in quibus non subtrahitur vxor ab obsequijs mariti retinet domicilium Patris, & vidua retinet domicilium mariti.
23 Et concubina laici non sequitur forum concubinarij, nisi eo animo, se ad eum conferat secus est in concubina clerici, quæ sequitur forum sui concubini, vt episcopus possit illam punire, vt de his omnibus scribit, & auctoritatibus & iuribus comprobat, Dec. in d. cap. 16. num. 15. & seqq.
24 Domicilium autem licet ratione originis, & ratione domicilij dicatur, tamẽ in dubio appellatione domicilij venit domicilium habitationis, glos. in c. statutum, §. cum verò vers. vnam dictam vbi Anchar. Geminian & Aret. de rescript. Crot. in l. omnes populi, n. 171. ff. de iust. & iur. cum alijs adductis per Decian. in d. cap. 16. num. 13.
25 Originis autem locus deducitur vnde parẽtes originem habẽt, licet ipse alibi sit ortus, vel etiã per Natiuitatẽ, & per ortũ etiã locus originis dicatur, de quo latè vide Alciat. in l. in cõtinentibus de verb. sing. Cuman. in l. cetera §. fin. deleg. t. Gramm. vot. 10. n. 1 t. & 14. Dec. in d. c. 16. n. 19. & 20. vbi concordantes allegat, & sub n. 21. docet, quod sola habitatio facit incolas, sed originarius triplici modo constituitur, natiuitate, adoptione, & manumissione, l. ciues, C. de incol. lib. 11. Baiard. quæst. 39. n. 12. latè Farinacc. in pragm. in litt. D.
26 Delinquens autem in confinibus duarum Ciuitatum ab vtraque puniri poterit, vt alias superius dixi, & etiam tradit Dec. in d. c. 16. n. 22. & c. 17. nu. 14. & seq. & Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 250.

Forus varijs etiam alijs modis contrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Forus contrahitur ratione falsitatis commissa coram aliquo iudice.*
2 *Delegatus inferior a Principe non punit delinquentem coram eo.*
3 *Pars Aduocatus, procurator, Testis, & Notarius possunt puniri a iudice Coram quo delinquerunt.*
4 *Iudex committens falsum coram iudice delegato punitur per iudicem delegantem.*
5 *Forus contrahitur ratione personæ offensæ. Declara tamen vt ibi.*
6 *Forus contrahitur etiam alijs, & diuersis modis remissiuè ibi.*
7 *Clericus committens delictum coram iudice laico nullo modo ab eo potest puniri, & quid in laico committente delictum coram iudice ecclesiastico, & quia si laicus non fuit punitus per iudicem laicum si deinde efficiatur clericus an possit puniri a iudice ecclesiastico.*

CAP. XXVII.

1 Scias etiam, vt forus contrahatur ratione falsitatis commissæ coram aliquo iudice, quia efficitur de illius foro, & ab eo puniri potest, licet alias non posset puniri iuxta text. cum sua materia in l. nullum, C. de test. & hoc procedat etiam si falsitas fuerit commissa coram delegato a Papa, vel Principe, secus in
2 alio delegato inferiore a Principe, quia illum remittit puniendum iudici habenti iurisdictionem, Roland. cons. 12. n. 9. & seq. lib. 2. vbi alios concordantes allegat, latè Petr. Caball. cas. 261. num. 7. cent. 3.
3 Item generaliter in omni actu iudiciario facto corã iudice, vt si in eo pars Aduocatus, Notarius, & Testis deliquerint, ab eo puniri possint, Bar. in l. si quis obrexerit in fi. ff. de fals. Rolan. d. cons. 12. n. 3. vol. 2. latè Io. Franc. Capoblanc. in tract. de Baronib. prag. 8. num. 120. & seq.
4 Ac etiã si vnus iudex cõmiserit falsũ coram iudice delegato in alieno dominio poterit nihilominus puniri per iudice delegantẽ. Roland. d. cons. 12. n. 4. & sub nu. 7. lib. 2. dicit, quod non poterit puniri, pœna ipsius iudicis delegantis per rationem per eum allegatam.
5 Item ratione personæ offensæ contrahitur forus, vt si aliquis, Tifernas offenderit Florentinũ ille Tifernas poterit puniri Florentiæ. Ang. in l. vacantia n. 9. C. de bon. vacan. lib. 10. vers. quidã Eugubinus, sed Petr. Caball. in qq. crim. cas. 3. n. 6. & seq contrariã opinionem tuetur, & contrarijs respondet, & sub n. 14. & seq. conatur istas opiniones contrarias ad concordiam reducere, vt si offendens reperiatur in loco personæ offensæ, ibi, per iudicem illius loci puniri possit, alias secus.
6 Alijs etiã modis cõtrahitur forus, quos bono, & recto ordine, & breuiter ponit Dec. to. 1. lib. 5. c. 3. p tot. & deinde per plura capita sequentia separatim, quẽlibet casũ proponit, disputat, & cũ distinctionibus ampliationib. intell gẽtijs, fallẽtijs, iurib. rationib. & auctoritatibus declarat, resoluit, & decidit, & exornat, quos oẽs casus si vellẽ hic recensere oporteret vnum tractatũ integrũ cõponere, & ego autẽ cũ materia sit amplissima, quã aggressus sui, intẽdo illã, quã fieri potest, restringere, & præcipuè non me ligare ad superfluã Doctorũ allegationẽ, & cumulationẽ, & trãsplãtare Doctores per alios cumulatos, & maxime in cõclusionib. & propositionibus claris, prout vidi, quod multi scribẽtes in hoc forsan vanè se dilatant, sed erã cõtentus, vbi non erit necessariũ, paucos cumulare, quos alios deinde cumularunt, & testantur, vel de cõmuni, vel de magis communi, vel de practicata opinione.
7 Clericus falsum committens coram iudice laico sentẽtiam veriorem, & communiorem opinionẽ esse a iudice laico nõ posse puniri, neq; corporaliter, neq; pecuniariter, quam attestatur Petr. Caball. cas. 261. n. 4. cent. 3. vbi per vnam integram columnam concordantes cumulauit.

Sed ẽ cõtra laicos committens falsum corã iudice ecclesiastico potest puniri per iudice ecclesiasticũ, latè idẽ Caball. d. cas. 261. nu. 5. qui etiam concordantes adduxit, & ibi subdit, etiam si coram iudice laico falsitatem commisit vigore ex amissis delegati eidem iudici laico, & quando fuisset negligens iudex ecclesiasticus, tunc posset iudex laicus dictum laicum punire, latissimè Petr. Caball. d. cas. 261. ferè per totũ, ad quẽ lectorem remitto, quia omnia suo solito more resolutiuè declarauit, & Clericus potest tàm per accusationẽ, quàm per inquisitionem puniri a iudice ecclesiastico de delictis per eum cõmissis, dum esset laicus, de quibus non fuit punitus per iudicem sæcularem, declarando, vt per Caball. cas. 259. cent. 3. per totum vbi etiam resolutiuè ad saturitatem istum articulum bene examinat, & resoluit.

Recur-

Recursus ad Curiam sæcularem ad impediendam exequutionem iurisdictionis ecclesiasticæ quando sit improbatus, aut licitus.

SVMMARIVM.

1 *Recursus in causis ecclesiasticis ad Curiam sæcularem est a iure reprobatus, & ex eo incurritur in excommunicationem ipso iure.*

2 *Recurrẽs ad Curiã sæcularẽ, tàm in petitorio, quàm in possessorio, tàm in re, quàm ad rem, cadit à iure suo.*

3 *Impediens per se, vel per alium, quoquo modo litteras Apostolicas incidit in Bullam Cœnæ Domini.*

4 *Concutientes, & comminantes partes Notarios, vel alios, incidunt in d. Bullam Cœnæ Domini.*

5 *Impedimentum præstitum ab eo, de cuius interesse agitur præsumitur datum.*

6 *Eoque magis præsumitur si fuerit præstitum per fratrem consanguineum, vel famulum litigantis.*

7 *Sciens impedimentum tenetur illud amouere.*

8 *Ratificatio impedimẽti, qñdo in proposito inducatur.*

9 *Recursus ad iudicem sæcularem est prohibitus etiamsi iudex ecclesiasticus male procederet.*

10 *Recursus ad iudicem sæcularem est prohibitus etiam si fiat ad resistendum iudici ecclesiastico de facto volenti procedere. Declara tamen vt ibi.*

11 *Consuetudo recurrendi ad iudices sæculares nõ tenet.*

12 *Recursus pro exequutione litterarum Apostolicarum, nec etiam est permissus.*

13 *Recurrentes ad Curiam sæcularem non debent audiri nisi constet de paritione, & possunt puniri aliqua pœna extraordinaria.*

14 *Recursus ad iudices laicos non permittitur etiam ad impediendam exequutionem alicuius mandati nulliter relaxati per iudicem ecclesiasticum.*

15 *Recurrens ad iudicem laicum, efficitur incapax fructum beneficij.*

16 *Recursus ad iudicem laicum per simplicem copiã, & per iura minus legitima extracta. Declara tñ, vt ibi.*

17 *Auxilium, fauorem, & consilium dantes incidunt in pœnam Bullæ in Cœna Domini, vt quoquo modo impediatur exequutio litterarum Apostolicarum.*

18 *Iudices loci concedentes inbibitiones, & pœnalia mandata incidunt in pœnam dictæ Bullæ, etiam si non fuerit exequuta.*

19 *Partes non incidunt in pœnam dictæ Bullæ, nisi sequuto effectu.*

C A P. XXVIII.

1 NOn ommittitur, quod quis possit tueri iura sua ob illicitum impedimentum ei datum per iudicem sæcularem ad impediendam exequutionem litterarũ Apostolicarũ, cũ omnis recursus in causis ecclesiasticis ad curiam sæcularem sit a iure improbatus c. qualiter, & quando, vbi Doct. extr. de iudic. & ita recurrens sacrilegiũ cõmittere dicatur, Caiet. in summ. in verb. excõicatio, c. 30. & seq. ac etiã incidat in excõicationẽ ipso iure c. nouerit, c. graue de sentent excõmunic. & per Bullã in Cœna Domini §. 16. latè Farin. cons. 26. n. 1. & latius cons. 68. n. 1. & in fin. d. cons. 68. vbi ponit per extensum plures decisiones Rotæ Romanæ, & latissimè ponit de pœnis cõtentis in bulla Cœnæ Domini, Bart. Vgol. in suo tract. de censuris, ferè per totum latissimè, Prax. Archiep. Neap. c. 17. n. 1. & seq. Tolet. in summ. de casib. in Bulla Cœnæ excommunicat. 9. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resolut. 9. per totam, vbi loquitur, quando quis obtinuit fructus beneficij sequestrari a iudice laico.

2 Primo amplia, vt recurrens ad Curiam sæcularẽ in causis ecclesiasticis cadat a iure suo, tàm in petitorio, quàm in possessorio, & tàm in re, quàm ad rẽ per Bullam Innoc. 8. de qua in Bullario p. 1. constit. 14. fol. 132. Farinac. in d. cons. 26. n. 2. n. 8. in fin. & consil. 68. n. 5. vbi refert, quod ita per tres conformes ita fuit decisum in curia cõtra Abb. Sellarolum ad fauorem Cardin. de Aragona, & sequitur Prax. Archiepisc. Neap. d. c. 17. n. 1. circa princ. Mar. Ant. Macer. d. resol. 9. nu. 13. & ibi etiã ponit, vt possit puniri pœna pecuniaria.

3 Secundo amplia, vt dicta Bulla punit impedientes exequutionẽ litterarum Apostolicarũ, siue per se, siue per aliũ, siue publicè, siue occultè, siue directè, siue indirectè, & demùm, quoquo modo illas impediuerint, quæ verba sic geminata, ac prægnantia, & vniuersalia, tantam vim habent, vt compræhendant omnem casum, in quo appareat de impedimento predicto expræssè, & indistinctè, etiam ꝙ improprius, & inexcogitatus sit, Natt. cons. 474. nu. 23. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 150. num. 15. cons. 76. n. 16. cons. 121. n. 1. & seq. latè Mascar. de probat. concl. 1117. n. 98. & Farinac. in terminis d. Bullæ in d. cons. 26. n. 2. latè Bart. Vgol. in d. tract. de censur. & Nauarr. in Manual. c. 27. n. 68. cum plurib. seqq. qui etiam declarat quælibet verba dictæ Bullæ.

4 Tertio amplia, vt in pœna etiam dictę Bullę in Cęnã Domini incidant, qui perterræfaciunt, cõcutiunt, & comminantur partes, agentes, Notarios, exequutores, vel sub exequutores dd. litterarum, vt apertè in ea legitur, & considerat Farinac. in d. cons. 26. n. 2. in fin. latissimè Vgolin. in d. tract. de censur.

5 Quarto Amplia, vt constito de impedimento præsumatur ab eo præstitũ, cuius intererat impediri. Bar. in l. fin. n. 5. vers. Item illa res. ff. de q. Corrad. in pract. crim. Rubr. de negat. crim. & tormen. post n. 20. cum alijs relatis per Campeg. in tract. de test. reg. 294. vers. 6. ille præsumitur, latè Farinac. cons. 26. n. ... & seq. decis. Rot. 122. inter decisiones recollectas per Farinac. nu. 2. & ibi Add. in lit. A, & prius in decis. 99. nu. 1.

6 Eoq. magis erit verum, si impedimentum præstaretur per famulum, fratrẽ consanguineũ litigantis, tũc
cõcurrente, alia etiam leui præsumptione præ umeretur datũ impedimentũ de ordine, & mandato eiusdem litigantis. Et si habita scientia de impedimento non procurauerit amoueri, vt de his hominibus latè ponit, & auctoritatibus exornat, Farin. in d. cons. 26. n. 6. cum pluribus seqq. cum in specie.

8 Ratificatio in dubio præsumatur, quando de factũ tẽdit ad cõmodum, & vtilitatem alicuius immediatè, Lancel. in tract. de attent. c. 1. n. 80. vbi alios cõcordãtes allegat Farin. d. cons. 26. n. 5. vbi Add. in lit. A, tradunt, hoc pro regula, & deinde ei assignant quatuor limitationes, & si in prouisione iudicis sæcularis esset insertũ memoriale nomine alicuius præsumeretur recursus habitus ꝑ illũ, vt fuit in casu d. decis. Leodien. Canonicatus coram Illustrissimo Blanchetto, de qua resolutione mentionem facit Farin. d. cons. 26. nu. 4.

9 Quinto Amplia, vt recursus ad iudicem sæcularem adeò sit prohibitus, etiamsi iudex ecclesiasticus male

procederet,& vim faceret,vt nõ possit iudex sæcularis cuius minor est potestas,supplere negligentiã Ecclesiastici,qui ipso sæculari,& potestate,& auctoritatate maior est,Imol.in c.qualiter,& quando n.7.Abb. Antiq.n.1.Bart.n.3.de iudic.sed bene sęcularis iudicis ecclesiasticus negligẽtiã supplet,c.extra missa c.licet. seq.de for.comp.Farin.cons.68.nu.2,ita expræsè tenuit Rota in vna Oscen.Pœnitentiarię Lunę 10.Aprilis 1595. coram Illustriss.D.Blanchetto,& corã eodẽ in vna Leodien.Canonicatus die 11.Martij 1596.quas decisiones posuit per extẽsum Farin.in d.cõs.68.n.10. & seq.& num.18.& seq.& sequitur.Prax.Arch.Neap. d,cap.17.num.1.

10 Nec suffragabitur si Recursus habeatur ad iudicẽ sęcularẽ ad effectũ resistẽdi iudici ecclesiastico volẽti de facto procedere per Accbill. decis.vlt.de attent.& corã eodẽ Illustriss. D.Blanchetto in vna Salamantina Canonicatus 24. Maij 1599. Quia ista declaratio procedit duobus cõcurrẽtibus,Primo vt cõstet,& appareat de violẽtia, & processu de facto,ex quo se excusare prætẽdit recurrẽs ad Curiã sęcularẽ,vt expressè legitur in illa Salamantina,in qua iudex ecclesiasticus appellationẽ interpositã de iure admittẽdã nõ admisit,& in terminis loquatur etiã Couar.prac.q.c.35. n.3.vbi latè.Secũdo necesse est is,qui se grauatũ prætẽdit,& qui vim ecclesiastici iudicis timet,non habeat cõmoditatẽ recurrendi ad alios iudices,vel superiorẽ ecclesiasticũ,& in his terminis ista materia,& doctrina,Couar.in præcitato loco declaratur in illa Oscen. Pęnitẽtiarię,& in illa Leodien. Canonicatus,prout ẽt refert,& sequitur Farin.in d.cons.68.& sub n.7.dicit, quod post sentẽtiam iudicis ecclesiastici debet appellare ad iudices ecclesiasticos, & nõ reuocare ad indices laicos, neque forũ iudicis ecclesiastici declinare, vel pendẽtiam litis allegare, sed habere recursum ad superiores ,vel ad Nuncios in Prouincijs existentes.

11 Sexto Amplia, vt nec etiam,si extaret consuetudo in contrarium in aliquibus Prouincijs, prout prætenditur extare in Regno Neapolitano adhuc recurrens non excusaretur à pœna,cum illa consuetudo sit à iure reprobata ca.nouerit de sentent.excommun.Rot. decis.10. de consuetud.in antiq.Bissegnet.decis.2.eodem tit.& d.decis.Leodien.Canonicatus coram Illustriss.D.Blanchetto vers.Nec etiam suffragatur Farinac.d.cons.68.n.3.& n.8.d.Prax.Archiep.Neap.d.c. 17.num.1.vers.antiquissima consuetudo.

12 Septimo Amplia,vt nec minus recursus sit concessus pro obseruatione,& exequutione literarum Apostolicarum ad iudices laicos , sed est habendus recursus ad iudices ecclesiasticos, vt ad Metropolitanũ,ad Nuncios,vt vsque ad Papam c.qualiter,& quando de iudic. vbi Ægid.vers.1. quæritur, Butr.n.2.Imol.nu.3. Io.de Anan.n.1. in fin.Alex.cons.8.n.5.vers.quinimo lib. 5. cum Iudex laicus possit supplere negligentiam Ecclesiastici;vt fuit resolutũ coram Illustriss.D.Blanchetto in illa Oscen. Pœnitentiariæ vers.quæ licet,& in illa Leodien.Canonicatus vers.nec obstat.

13 Octauo Amplia,vt isti recurrentes ad Curiã sęcularẽ pro impedimẽto litterarũ Apostolicarũ nõ debeãt audiri vti excõmunicati,neque à censuris absolui,nisi cõstet de impedimento sublato,& de paritione, vt legitur in d.decis. Leodien.Canonicatus in fin.& etiam vltra excommunicationem possent puniri pœna corporali,vel alia pęna pecuniaria ex gratia,aut ex compositione Farinac.in cons.26.nu.19.in fin.d.Prax.Archiep.Neap.cap.17.num.1.in fine.

14 Nono Amplia,vt recursus ad iudices laicos in caussis ecclesiasticis sit improbatus etiam ad impediendam exequutionem alicuius mandati nulliter relaxati per iudicem ecclesiasticum decis.122. num.3.inter decisiones recollectas per Farinac. lib. 1. d. Prax. Archiep.d.cap.17.num.7.

15 Decimo Amplia, vt recurrens ad iudicem laicum, ad impediendam exequutionem ordinarij,incidat ipso iure in excommunicationem,vt superius dixi & efficiatur incapax fructuum beneficijs decis. 121.n.1.inter dd.decis.recollectas per Farinac.lib.1.

18 Vndecimo Amplia,vt adeo sit odiosus recursus ad iudices laicos, vt stetur, ac fides adbibeatur simplici copię de d.recursu habito,decis.99.n.5.vbi etiam habetur,ꝙ interpretatio fiat contra recurrentem,inter decis.Farinac.lib.1.& in decis.Leodien.Canonicatus corã Blanchetto,vers.Nec obstat relata per Farinac. cons.68. n.23.etiam habetur,ꝙ Rota adhibet finẽ iuribus minus legitimè extractis . Quod ego credo opinionẽ Rotæ possit substineri,quando agitur ciuiliter pro aliqua prouisione contra dictũ recursũ,secus vero,quis cogatur criminaliter ad pęnã irrogandã,quia tunc non daretur fides iuribus nõ legitimis,cũ agatur de maiori periculo, ideò cautius erit agendum. Boss. tit,de conuict.n.9. Mascard.de prob.concl.460.n.2. concl.447. n.1.lib.1.vbi concordantes cumulauit.

17 Duodecimo Amplia, vt incidãt in excommunicationem d. Bullæ, qui dant auxilium,consilium,patrocinium,& fauorem,vt legitur in d.Bulla vers.seu dantes auxilium.Bart.Vgol.in tract.de censuris p.2. in d. verb. seu dant,vbi declarat.quod auxiliũ datur re,vel verbis,consilio;vt pręfata fiãt,vel quoquo modo fiãt, patrocinium præstatur ad cancellarias sæculares in iudicio,& ideò in eam pœnam incidant procuratores & aduocati, qui fauorem præstant, qui iuuant, vt recurrentes habeant facilem ingressum ad Curias sęculares, vel vt quam primum res expediatur, vt faciunt sollicitatores , vel si quis scribat prædictas inhibitiones,vt faciunt Notarij, vel scribæ,vt est videre etiam per alios modos extra iudiciales per d. Bart. Vgolin. in d.tract.de cens.par.2.in verb.seu dant num.1.

18 Decimo tertio Amplia, vt incidãt in excõicationẽ iudices , qui iudicibus ecclesiasticis prohibitiones, & mandata penalia decernunt,vt in d.Bulla in verb.quæ excõicatio declaratur,superior,etiã quod exequutioni mandata non sint. Item qui dd.mandata exequuntur,vt sunt Apparitores,Plaxarij,seu Baiuli,vel Biruarij,vel latè declarat Bar.Vgol.in d.tract.de cẽsuris p. 2.vers.eos quoque n.1.& 2.vbi subdit,nisi id exequutores ignorarent, quod sæpè contingere solet,vel nisi cogerentur per probabilem metũ,& multa alia ponit per integrum tractatũ de Bart. Vgol. in eod.tract.de censuris circa declarationem dictæ Bullæ in Cœna Domini,ad quem lectorem remitto.

19 Declara tamen,vt ad pœnã incurrendã per partes in ista materia recursus habiti ad Curiã sęcularem requiratur,ꝙ actus fuerit consumatus,& nõ sufficiat solus conatus,vt declarat Bart. Vgol.in d.tract.de censur.p.2.ver.ac etiam eos n.2.vbi dicit,quod tria concurrere debeant,vt sit locus d.bullę in Cœna Domini per recursum ad Curiam sæcularem,primũ,vt recurratur,secũdum, vt decernantur inhibitiones,tertiũ,vt

dd. ini-

dd. inhibitiones exequantur, & in eodem tractat. multas alias declarationes ponit ad d. Bullam ad quã lectorem remitto, & quando dicatur actus consumatus in proposito, vide Marc. Ant. Macer lib. 3. resolut. 9. vbi sub num. 14. attestatur de veriori opinione, ac communi, vt in materia turbatę iurisdictionis sufficiat trahere ad iudicem in eum petentem, vt possit agi actione iniuriarum, et puniri pęna extraordinaria etiã; delicto non consumato, & ibi concordantes allegat, sed in materia excommunicationis erit videdus. Nãuar. de sent. excommun. lib. 5. cons. 60. nu. 2. de const. lib. 1. consil. 7. nu. 3. Menoch. cas. 361. num. 69.

Extrahi ab Ecclesia quis non potest inuitus, & de immunitate Ecclesiastica etiam ex Bulla Gregorij XIII.

SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad Ecclesiam non potest ab ea inuitus extrahi, & si fuerit extractus, debet restitui.*
2 *Immunitas ecclesię secundum aliquos fuit inuenta de iure positiuo.*
3 *Pontifex suis legatis concedit facultatem extrahendi delinquentes ab Ecclesiis.*
4 *Secundum alios fuit inuenta de iure diuino.*
5 *Immunitas Ecclesia non potest violari per Imperatorem, nec per alios Principes.*
6 *Delinquens non potest extrahi ab Ecclesia etiam per Iudices Ecclesiasticos.*
7 *Iudex laicus auferre arma confugienti ad Ecclesiam etiam in ipsa Ecclesia an possit.*
8 *Ius ciuile in ista materia discordans a iure Canonico attendatur ius Canonicum.*

C A P. XXIX.

1 Maxima erit defensio pro carcerato, si proponatur, quod fuerit inuitus extractus ab Ecclesia, & ideò non possit puniri, sed veniat restituendus eidẽ Ecclesię, l. pręsenti, C. de his, qui ad Eccl. cõf. c. inter aliam de immunit. Eccl. Ducn. reg. 228. in princ. Iul. Clar. q. 30. nu. 1. Couar. var. resolut lib. 2. c. 20. nu. 2. Farinac. q. 28. n. 3. Dec. respons. 80. n. 5. vol. 3. & in tract. crim. lib. 6. tom. 2. c. 25. n. 1. Concil. Trid. sess. 25. c. 29. Bulla Greg. XIV. de qua mentionem facit Farinac. cons. 76. & ibi alij scribentes, nu. 16. latè Ambros. in tract. de immunit. Eccl. c. 1. per totum.

2 Et ista immunitas, quamuis dici non possit, secũdũ aliquos, quod fuerit inducta à iure naturali, diuino, vel Euangelico, fuit tamen inuenta ad honorẽ, & vtilitatẽ Reipub. Christianę, auctoritate Sãctorũ virorũ iure humano, ac positiuo, & auctoritates recẽset Farin. in q. 26. n. 1. in fi. & latissimè referendo ferè omnia loca, & auctoritates scribentium, Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 25. nu. 2. & seq. per duas columnas longa serie plenas, & nouissimè easdem ferè auctoritates retulit Ambros. in trac. de immunit. Ecclesiastica, c. 1. cum pluribus sequentibus.

Quę immunitas ab orbe condito, et apud Infideles fuit obseruata, vt pluribus exemplis, & auctoritatibus demonstrat Dec. in respons. 80. nu. 10. vol. 3. & Ambros. in d. c. 1. num. 7.

3 Ideò cum iure positiuo d. immunitas inuẽta fuerit, Põtifex solet suis legatis ad Principes, vel ad gubernandas Prouincias transmissis dare facultatẽ concedendi sęcularibus iudicibus licentiam extrahẽdi delinquentes confugientes ad Ecclesiam ex causis, quę eorũ iudicio iustę, & probabiles videbuntur. Gig. in tract. de crim. lęs. maiest. tit. qualiter, & a quib. lib. 1. q. 10. nu. 1. Dec. in d. lib. 9. cap. 27. nu. 4. in fine.

4 Contrariam opinionẽ, quod illa immunitas sit de iure diuino, & a iure Canonico confirmata, necnon à iure ciuili approbata, latè tradit post alios, quos cumulanit Card. Tusch. tom. 4. cõcl. 56. nu. 1. vbi subdit, & ob id practica Papiens. quę malè de ista immunitate sentiuit, fuit à Romana Ecclesia correcta, & Rebuf. in const. Regni, tit. de immunit. Eccles. valde inuehit contra Iudices Franciæ conãtes illã infringere, & idem voluit, quod sit inducta de iure diuino. Lup. in tract. de libert. Eccles. in p. 2. q. 2. & Aufred. ad Capel. Thollos. q. 23. num. 5. vbi alios allegat, & idem Card. Tusch. tom. 3. conclus. 8. nu. 4. in lit. I. & latius in litt. I, concl. 59. num. seqq. vbi concordantes allegat. Caual. de Brach. reg. part. 2. num. 31.

5 Quæ immunitas non potest violari per aliquẽ Principem, nec ẽt per ipsum Imperatorem, vt legimus de illo Bonifacio Rege, qui fuit excõicatus, & minimè absolutus donec prius restituerit extractũ Ecclesię, vt habemus in c. minor, & in c. frater 17. q. 4. Dec. in d. cap. 27. nu. 1. lib. 6. & latè in respons. 80. num. 6. vol. 3. Ambros. in d. c. 1. num. 5.

6 Imò nec etiam violenter à Iudicibus Ecclesiasticis poterit inuitus extrahi. Rebuff. tom. 2. in trac. de immunit. Eccle siast. art. 1. glos. 2. nu. 40. fol. 338. & post eum Baiard. in q. 30. num 4.

7 Sed Iudex laicus poterit confugientibus ad Ecclesiam auferre arma prohibita ab eis delata, etiam in ipsa Ecclesia. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 20. num. 18. vers. 36. & Foller. in prac. crim. Canonic. c. 37. n. 30. Baiard. d. q. 30. n. 3. Caual. de Brag. reg. p. 1. n. 102. sed aliter est dicẽdum modo per d. bullã Gregorij XIV.

8 Et quatenus in hac materia ius ciuile discordet à iure canonico, pro eius resolutione, standum erit iuri canonico Abb. in c. inter alia, num. 24. de immun. Eccles. Imol. in Clem. 1. in fi. de pęnitẽtia, & rem. Boer. decis. 109. num. 3. latè, & pulchro ordine plenè tradit. Decin. d. lib. 6. c. 25. num. 7. vbi concordantes allegat, & ad contraria respondet, & de cõi testatur Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. sub nu. 3. Farin. q. 18. nu. 6. Dec. respons. 80. lib. 3. Ambros. d. cap. 1. nu. 4. Cardin. Tusch. tom 4. conclus. 59. num. 10. vbi de communi, & num. 26. in littera I.

Violantes dictam immunitatem Ecclesiasticam quibus pœnis afficiantur.

SVMMARIVM.

1 *Extrahentes delinquentes ab Ecclesia incidunt in crimen sacrilegij.*
2 *Item in pœnam vsurpata iurisdictionis criminis læsæ maiestatis, & mortis.*
3 *Pœna triginta librarum imposita a iure in hac materia non seruatur.*
4 *Item incidunt in pœnam excommunicationis.*
5 *Tentans extrahere aliquem ab Ecclesia punitur eisdem pœnis.*
6 *Idem est in obsidente confugientes in ecclesiam.*
7 *Extrahentes confugientes ad ecclesiam non absoluuntur, nisi prius restituant extractum Ecclesię.*

8 *Item non absoluuntur nisi a summo Pontifice.*
9 *Extrahentes pro eorum defensione possent deducere q casus erat dubius an esset locus extractioni, qua defensio hodie est sublata per bullam Gregorij XIV.*
10 *Extrahentes possunt deducere pro eorum defensione, vt vigeat in loco consuetudo extrahendi.*
11 *Immunitati ecclesiæ consuetudo potest denegare.*

C A P. XXX.

1 EXtrahentes autem per vim delinquentes confugientes ad ecclesiam incidunt in crimen sacrilegij, cap. si antiquitus 17. q. 4. Foller. in pract. crim. Canon. 17. §. vt si est sacrilegium num. 8.

2 Ac in pœnam mortis, vsurpatæ iurisdictionis, & criminis læs. maiest. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qualiter, & a quibus, q. 16. nu. 1. Farinac. q. 28. num. 2. Iul. Clar. q. 68. num. 11. Menoch. de arbitr. cas. 360. num. 68. lib. 2. Decian. respons. 80. num. 8. lib. 3. & latè in tract. crim. lib. 6. tom. 2. cap. 28. num. 1. & seqq.

3 Vbi post alios, quos allegat, etiam firmat, quod illa pœna triginta librarum imposita a iure non seruatur per consuetudinem, & sub nu. 1. in fine, dicit quod Clerici ob dictum delictum priuantur ecclesia, & de alijs pœnis a Canonibus inflictis traditur per Ambr. in tract. de immunitat. ecclesiastica c. 15. per totum, & per Card. Tusc. lo. 3. concl. 8. num. 1. & seq.

4 Ac etiam isti extrahentes incidunt in pœnam excommunicationis, c. minor, c. frater 17. q. 4. Farinac. q. 28. n. 5. Dec. lib. 6. c. 27. n. 1. & c. 28. n. 1. in tract. crim. to. 2. Felin. in c. cum pro tantis, nu. 3. de sent. excomm. vbi tenet hoc esse indubitatum si esset commissa violentia, Concil. Trid. de reform. sess. 22. c. fin. & sess. 26. c. 20. & Bulla Cœnæ Domini, n. 15. 16. & 17. Nauarr. de immunit. eccl. lib. 3. resolut. 75. n. 2. Card. Tusch. to. 4. concl. 8. n. 4 qui allegat, cap. nouerint de sentent. excommun. & quod Imper. in auth. C. de sacros. eccl. imposuit confiscationem bonorum. & quod dicta iura eadem die per Papam, & imperatorem de cōmuni consensu fuerint ædita, quæ pœnæ, ac omnes aliæ inflictæ a sacris Canonibus fuerunt renouatæ per Conciliū Tridentinum sess. 25. c. 20. & per Bullā Gregorij Decimiquarti, Ambros. in d. tract. de immun. ecclesiastica, c. 1. n. 2. & seqq. Prax. Archiep. Neap. c. 18. nu. 1. vbi firmat, quod per dictam Bullam imponuntur ipso facto pœnæ, quæ sunt statutæ cōtra violantes immunitatem ecclesiasticam, & de iure in specie isti violantes debeant excommunicari, & puniri aliqua pœna pecuniaria. Borgn. in repert. decis. 1. p. in verb. iudex ecclesiasticus, n. 16. & prius sub n. 8. Mar. Ant. Maccr. lib. 3. resolut. 18. n. 2. vbi allegat, sed tamen ibi declarat circa Bulla Greg. XIV. restringit ad extrahentes ministros, & officiales, & non compræhendat alios particulares priuatos, & num. 7.

5 Immo punitur etiam Tentas extrahere Gig. lib. 1. tit. qualiter, & a quib. q. 2. de crim. læs. maiest. & Salic. in l. 2. n. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. Dec. to. 2. c. 27. n. 5. vbi firmat probari per tex. clarū in l. præsenti C. de crim. læs. maiest. Farin. q. 28. nu. 3. vbi tamen firmat, q nō sufficiat sola cogitatio extrahēdi, sed q fuerit deuentum ad aliquē actū exteriorem. Et q d. Bulla procedat etiam in extrahente, non solum delinquentes, sed etiam omnes alios ibi commorantes, vt fuit in contingentia facti obseruatū Neapolis, testatur Prax. Archiep. d. c. 18. n. 1. & seq. & sub nu. 9. loquitur in eo qui fuit extractus ab Ecclesia, vt pacem componeret, & scandala futura euitarentur adhuc extrahentes inciderunt in pœnam excommunicationis.

6 Ac etiam obsidendes confugientē in Ecclesia pœnis prædictis puniūtur; Io. de Vitch. de immun. Eccles. n. 22. nec poteris detineri in compedibus, aut vinculis in Ecclesia, nec poterit impediri quin exeat ad exonerādū corpus, modo statim redeat, vt dicā inf. in c. 32.

7 Nec poterunt ipsi extrahētes absolui, nisi prius restituāt Ecclesiæ extractū, prout fuit obseruatū, cū illo Rege Bonifacio c. minor, & c. frater 17. q. 4. Aufred. ad Capel. Tholos. q 423. nu. 3. Dec. respons. 80. n. 3. lib. 2. & in tract. crim. c. 27. n. 1. Ambros. c. 1. nu. 5. Card. Baron. in Parenesi ad Remp. Venet. fol. 355. sed satis est etiam si extractū restituant Episcopo Prax. Archiep. dict. cap. 18. num. 8.

8 Et à solo Pontifice tantummodo contrauenientes absolui possunt vigore d. bullæ Greg. XIV. secundum aliquos, & præcipuè videbatur dicēdum ex quodā decreto Clementis Octaui summi Pontificis, de quo mētionē facit Prax. Archiep. Neap. d. c. 18. in Annot. Tamē ibi d. Praxis tā in corpore d. c. quā in d. Annot. tuetur, vt talis absolutio spectet ad episcopos, & ibi etiā respondet ad dictū decretū Clem. viij. & sacras congregat. super Episcopis, vt illud tollat facultatem absoluendi confessarijs, sed non Episcopis, & ordinarijs.

9 Sed Aduocatus pro defensione extrahētis poterit deducere, q casus erat dubius, an potuerit cōfugiens ad Ecclesiā ab ea extrahi, vel ne, & ob id aliqua pœna puniri nō valeat, si credere velimus. Dec. lib. 6. in trac. crim. c. 29. nu. 5. vbi plus subdit, q quælibet causa etiā iniusta, dummodo fuerit colorata, excusabit extrahētē, licet talis defensio hodie penitus per dictam Bullā Gregorij tollatur, etiam in casibus præmissis eum spectet ad ipsum Episcopum, vel ab eo deputatum.

10 Nec non Aduocatus poterit deducere in fauorem eiusdem extrahentis, quod in loco vigebat cōsuetudo extrahendi dictos confugientes ad ecclesiam. Couar. Var. Resolut. lib. 2. c. 20. sub nu. 4. Iul. Clar. §. fin. q. 30. vers. scias autem Ign. in l. 1. in princ. n. 11. & 16 ff. Sillanian. Dec. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 18. num. 6. vbi allegat, vt nulla pœna puniri possit de quo dicam infra in cap. 34.

11 Cū huiusmodi immunitas fuerit inducta à iure positiuo secūdum aliquos supra adductos, cui potest cōsuetudo derogare c. fin. de cōsuetud. c. in istis, cū duobus seq. & c. placuit 22. destinct. & scribentes in l. quibus de ll. Hostiens. in c. inter aliā n. 5. de immun. Ecclesiast. vbi Innoc. in princ. & in fine, Oldrad. in cons. 54. de quo etiam dicam latè infra in cap. 34.

Ac etiam potest dici, quod extrahentes bānitos ab Ecclesia, & illos occidētes, qui poterant impunè occidi vigore bannimentorū, vt ipse extrahentes, & occidentes sint tuti in foro conscientiæ si zelo iustitiæ, sine odio, & aliqua iracundia fuerint. Tolet. in sum. in Rubr. decis. præcept. lib. 5. c. 7. nu. 8. & post alios latè Mar. Ant. Maccrat. lib. 3. resolut. 15. n. 1. nisi interfectores essent inimici, quia posset præsumi, quod odio, vel iracundia interfecerint. Menoch. q. 90. nu. 6. lib. 1. Mar. Ant. d. resolut. 15. n. 6. in fine, vbi etiam sub nu. 3. quærit. an concessa à Pontifice facultate absoluendi extrahentes compræhendātur socij, & cōplices, & ibi concludit, quod licet ex præfatione videātur cōprehēdi tamen ex cōclusione rescripti aliter videatur desumere,

mere, cũ illa ſit attendenda ad latè tradita per Franc. Becc. conſ. 21. n. 39. conſ. 55. n. 2. ideo aduocatus ſciat cõcipere ſupplicationẽ, vt in cõcluſione reſcripti dd. complices cõtineantur ad tollendas diſputationes, & difficultates, quæ ſuper iſto puncto poſſint excitari.

Facultas extrahendi confugientes ad Eccleſiam à quibus concedi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Facultas concedendi extractionem delinquentium ab Eccleſia tantummodo conceditur à ſummo Pontifice.*

2 *Epiſcopi nec etiam poſſunt extrahere dictos delinquentes ab Eccleſia.*

3 *Iudex laicus in caſibus, in quibus permittitur extrahi delinquentem, non poſſit illum extrahere, ſed extrahi debent per Epiſcopum.*

4 *Cognitio ſuper extractione delinquẽtium ab Eccleſia vigore bullæ Greg. XIV. eſt tantũ commiſſa Epiſcopis.*

5 *Iudices ſæculares vigore d. bullæ ſine interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ non extrahunt delinquentes ab Eccleſia.*

6 *Iudices ſæculares ſi de facto eſſe in caſibus permiſſis extraxiſſent delinquentes ab Eccleſia debent illos reſtituere Curiæ Eccleſiaſticæ.*

7 *Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui contra delinquentem confugientem ad Eccleſiam fabricato per iudicem laicum.*

8 *Epiſcopus vigore dictæ bullæ poteſt aſſumere informationes ſuper delicto commiſſo per confugientem ad Eccleſiam commiſſum.*

9 *Epiſcopo conſtare debet de delicto commiſſo per confugientẽ ad Eccleſiam plenè, & non per coniecturas.*

10 *Eccleſia poterit agere reſtitutorio iudicio pro reſtitutione delinquentis extracti.*

11 *Extractus ab Eccleſia poterit etiam agere ſpolio prout in alijs interdictis reſtitutorijs.*

CAP. XXXI.

1 FAcultas concedendi, vt delinquens, qui confugit ad Eccleſiam, extrahatur, tantummodo concedi poteſt a ſummo Pontifice ca. vxor felicis 17. q. 4. Io. Viſch. in tract. de immunit. Eccleſiaſt. n. 14. Gig. in d. tit. qualiter, & a quibus lib. 1. q. 10. n. 1. Farinac. q. 18. n. 2. in fi. Dec. lib. 6. c. 27. n. 4. in tract. crim. & reſponſ. 80. num. 7. in fin. lib. 3. Ambroſ. de immunit. eccleſiaſt. cap. 1. numero 6.

2 Nec etiam Epiſcopi poſſunt extrahere, nec extrahi facere ipſos cõfugientes ad Eccleſiã, vt puniantur, etiã ſi extrahẽdi eſſent Clerici. Io. Viſch. in d. tract. de immun. Eccleſ. n. 3. & ſeq. Dec. lib. 6. c. 29. n. 2. & ſeq. & in d. reſponſ. 80. n. 7. in fin. vbi etiã clerici nõ poſſũt ſeruũ ad Eccleſiã cõfugientem extrahere, vel flagellare, ſed tantũ diſciplinę cauſa poterit Epiſcopus ſubditum clericum extrahere, vt detrudatur in Monaſterium, vel cõdemnetur ad damnorum ſatisfactionem.

3 Nec delinquentes in Eccleſia in caſibus in quibus puniri debent per iudices laicos poſſunt extrahi ab ipſis iudicibus laicis, ſed extrahi debent per Epiſcopũ Roland. conſ. 24. n. 15. lib. 2. Aufred. ad Cappell. Tholoſ. q. 423. n. 6. Dec. in tract. crim. to. 2. lib. 6. c. 17. n. 34. verſ. aduertendum tamen Petr. Caball. in qq. crim. caſ. 154. nu. 12. & talis cognitio etiam de iure comm. ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, Rebuff. in conſt. regn. Rubric. de immunit. Eccleſ. Gloſ. 1. n. 34. & ſeq. tom. 2. & poſt alios, quos allegat Borgn. in repertor. deciſ. p. 1. in verb. iudex Eccleſiaſticus nu. 9. & ſub num. 6. dicit, quod circa illius deciſionem debeat attendi ius canonicum, & latius num. 10.

4 Et bene verum eſt, quod per dictam bullam Gregorij decimiquarti, cognitio ſuper remiſſione delinquentis cõfugientis ad Eccleſiã ad curia ſæcularẽ, eſt remiſſa Epiſcopis, & non alijs Epiſcopis inferioribus, etiam ſi alias ordinarij eſſent, aut nullius Diœceſis, aut cõſeruatores à ſede Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter deputati, etiam eſſent ſi caſus occurreret in loco exempto, tunc cognitio deuoluitur ad Epiſcopũ viciniorem, & non ad alios. Ambroſ. in tract. de immunit. Eccleſ. c. 11. n. 1. Farinac. conſ. 76. in principio latè Cardinal. Tuſch. tom. 2. concluſ. 11. nu. 9. vbi ſubdit, quod miniſtri laici hodie non excuſarentur ſub prætextu ignorantię, vel quod bulla non fuerit vſu recepta, & n. 10. in fine, & idem dicit in præcedenti concluſione 10. num. 1. Immo etiam ſi notoriè conſtaret confugientem ad Eccleſiam commiſiſſe delictum exceptuatum in dicta Bulla, adhuc ſit ſeruanda forma, dictæ Bullæ, prout in curia Archiepiſcop. Neap. fuit reſolutum, teſte Prax. Archiepiſc. Neap. c. 18. n. 5. vbi ſubdit, quod ſi Epiſcopus deneget licentiam extrahendi poſſit curia ſęcularis delinquentem extrahere, & ducere ad carceres Epiſcopi, vt ab eo cognoſcatur, ſi delicta ab eis commiſſa ſint compræhenſa in dicta Bulla, & ſic quamuis aliunde appareat de delicto ſit ſeruanda forma dictæ Bullæ. Borgn. in repert. in 1. p. deciſ. in verbo iudex eccleſiaſticus nu. 16. nec ſufficit, vt licentia extrahendi concedatur à Vicario Epiſcopi, latè Mar. Ant. Mac. lib. 3. reſolutione 15. n. 4. & ſeqq. niſi extaret conſuetudo in contrarium, prout Papiæ viget, quia extrahentes excuſarentur. Macerat. vbi ſupra.

5 Immo non poterunt iudices ſæculares dd. confugientes ad Eccleſiã extrahere ſine interuẽtu perſonæ Eccleſiaſticæ, vt apertè habemus in dicta Bulla Gregorij decimiquarti, & ideo non eſt curandum, quicquid alias ſcribentes dixerint: iudices laicos per ſe ipſos poſſe delinquentes in caſibus permiſſis extrahere ab Eccleſia, vt latè proſequitur Ambroſ. in d. tract. de immunit. Eccleſiæ c. 11. nu. 1. per totum, & ſic hodie ceſſat illa opinio, vt iudices ſæculares poſſint extrahere in caſibus permiſſis delinquentes ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi, aut alterius ſuperioris Eccleſiaſtici, quam opinionem multorum auctoritatibus comprobat Farinac. quæſt. 28. num. 75. vbi communem appellat, & Decianus in tractatu crim. tomo 2. lib. 6. cap. 29. num. 4. vbi reddit rationes, dummodo talis extractio fieret per iudices ſæculares ſine ſcandalo, & cum reuerentia, quæ doctorum opinio vigore dictæ Bullæ hodie ceſſat, vt dixi.

6 Immo etiã ſi de facto iudices laici extraxerint delinquentẽ ab Eccleſia, & illic duxerint etiam ad eorũ carceres, debeat in primis ad carceres curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit per curiã ſęcularẽ, retineri, donec fuerit per Epiſcopum cognitum, vel ab eo deputatum, an ſit remittendus, vel nè, quacunque appellatione, poſtpoſita, vt apertè legitur in dicta extrauagante Gregorij decimi quarti, & ani-

maduertit Ambroſius in d.cap.11. num.2. in princ.& ideô hodie ceſſat illa diſputatio, an cognitio ſpectet ad iudicem laicum, vel Eccleſiaſticum,& ſi extractus ab Eccleſia reſtituendus ſit , quam ponit Vulpellus reſponſione 130. nu.6. & Farinaccius quæſtione 28. numero 76.verſiculo nec autem cognitio,& ante dictum verſiculum,etiam dixit in caſibus non permiſſis de iure eſſe eos ſtatim Eccleſiæ reſtituendos.

Ac etiam ceſſat illa opinio,quæ erat communis,vt in caſibus de iure permiſſis extrahendus,non poterat excommnnicari per indicem Eccleſiaſticum, quam atteſtatur Borgn. in Repert.deciſ. part.1. in verb.iudex Eccleſiaſticus n.57. cum in quocumque caſu extrahi debeant delinquentes a iudice Eccleſiaſtico per dictam Bullam Greg.XIV.

Nec Epiſcopus tenetur ſtare proceſſui fabricato ſuper delicto contra delinquentem confugientem ad Eccleſiam per iudicem laicum, Iul.Clar.q.46.verſ.vltimo quæro,vbi de communi Farinac.conſ.76. num. 1. Ambroſ.d.c.11.num.3.Et ego latè dixi ſupra in c. 5.ſed Ant.a Gamb.deciſ.Luſitan.362. n.2.dicit,quod iudices ſæculares ſolent producere ſententias latas contra iſtos fugientes ad Eccleſiaſticum , & illos deinde puniunt , & poſtea reſtituunt eos eccleſiæ pro alijs delictis pro quibus gaudere poſſunt d.immunitate, & ſi velint Epiſcopi ſtare d. proceſſui an poſſint, dicam in defenſ.21.cap.9.num.30.

8 Et ſine dubio poterit Epiſcopus vigore dictæ Bullæ Greg. XIV. aſſumere informationes ſuper delictis per confugientē ad Eccleſiā commiſſis; vt in puncto explicat Farinac.in conſ.76.n.2.& latè Ambr.d.c.12. n.3.verſ.tanto magis, per rationes per eos adductas. Nec ſufficeret,ſi poſt extractionem factā ſine licentia Epiſcopi,ſi ſuperuenirent probationes,nempè cōfeſſio extrahi,Prax.Archiep.Neapol.c.18.num.8.

9 Et Epiſcopo conſtare debet de delicto commiſſo per confugientē ad Eccleſiam plenè , & non per indicia, præſumptiones,vel coniecturas,vt apertè legitur in d.bulla, ibi an ipſi verè crimina,&c.prout etiā conſiderat Farinac.in d.conſ.76. n.21 & latè proſequitur Ambroſ.d.c.11.n.4.& ſeq.Quod ego intelligo plenè per teſtes deponentes ſuper delicto,ex ipſomet proceſſu informatiuo,abſque eo,ꝙ teſtes repetantur citata parte: & ſic legitima cū in iſtis criminibus exceptis teſtes etiā non repetiti,probat Ant.Gabr.concl.1.n.21.lib.7.Hond.conſ.207.n.13.vol.1.Maſc.cōcl.137.n.2 & ſeq.vol.1. Baiard q.45. n.19.Doct.adducti per Farin.q.12.n.123.Ac etiam ſi deponant ſuper iudicijs ex quibus reſultaret indicium ad torturā, cum de iure ſufficiant indicia ad torturam ſuper delicto,ne quis gaudeat d. immunitate,vt teſtatur Ant. a Gamb.deciſ.Luſit.179. n.2.licet idem Ant a Gamb. deciſ.179.n.2.expreſsè teneat,ꝙ de iure ad effectū remittendi nō ſufficiat probatio præſūptiua,ſed requiratur vera,& integra.At in deciſ.281.iterum concludit ſufficere indicia ad torturā ſuper delicto, Vt quis non gaudeat d.immunit. Eccleſiæ ſuper illo delicto.

10 Eccleſia autem poterit agere reſtitutorio iudicio pro reſtitutione delinquentis vt tradit , Aufr. in add. ad.Cappel.Tholoſſ.deciſ.422. col.2.in princ.Dec.in c.28.num.7.tom.2.lib.6.in Tract.crim.

11 Et ipſe extractus etiam poterit agere ſpolio,prout in alijs interdictis reſtitutorijs,vt poſt Oldr. cōſ. 145. Quidam deliquit in fi.Card.Tuſc.to.3. cōcl.10.n.20.

Sed poſtquam Iudex Eccleſiaſticus pronunciauerit reum eſſe remittendum, non poterit reuocare dictum decretum,nec ab eo datur appellatio, vt diſponitur in d.bulla,& Capoblanc.de Baron.d.prag.8.nu. 261.& alias dixi ſupra cap.3.num.7.

Dum diſputatur an Reus ſit reſtituendus Curiæ ſæculari, vbi conſeruari debeat delinquens.

SVMMARIVM.

1 *Iudices laici nō poſſunt extrahere delinquentes etiam notarios ab Eccleſia.*
2 *Confugiens ad Eccleſiam,donec diſputatur coram Epiſcopo an ſit remittendus, vel ne, non debet retineri in compedibus, & vinculis.*
3 *Nec debet impediri, quod non exeat ad exonerandum corpus,modo ſtatim redeat.*
4 *Confugiens ad eccleſiam dum diſputatur ſuper eius remiſſione, & debet ſuis ſumptibus,alij ſi vnde alere habeat alias ſumptibus eccleſiæ.*
5 *Confugiens ad eccleſiā ſi vagetur per loca viciniora vltra 40. vel 30.paſſus poterit capi p Curiā ſæcularē.*
6 *Confugiens ad eccleſiam non debet obſideri in eccleſia per iudices laicos,ſed debet diligenter cuſtodiri.*

C A P. XXXII.

1 ISta quæſtio deciditur hodie per dictam extrauagātem Gregorij Decimiquarti , vt nullo modo per iudices laicos confugiens ad eccleſiam extrahi poſſit ab Eccleſia ſine licētia Epiſcopi,& ob id in Eccleſia,vel ſub cura Epiſcopi reus erit detinendus , prout etiam animaduertit Ambroſ.in tract.de immunit.ecc. c.11.num.1.verſ.ex quibus,nulla habita conſideratione, an delictum eſſet notorium,& ſola negatio delicti in notorijs non reddat rem dubiam,vt dicit Io. de Viſch.in tract.de immunit.eccleſiaſtica n.22.verſ.quæro circa prædicta,& Decian.in tract.crim.to.2.lib.6. c.28.num.2.in fi.declarauit quomodo de iure opinio Io.de Viſch.eſſet intelligenda cum regulariter etiam de iure non ſit reus conſignandus Curiæ ſæculari , vt ille detineatur in carceribus laicis , ſed tutus debeat permanere penes iudicem eccleſiaſticum, vt latè tuetur Dec.in d.c.28.num.2.verſiculo At inſurgit,& latius cap.29.numero 2.

2 Nec interim debet teneri cū compedibus,aut vinculis,ne aufugiat, c.diffiniuit 17. q.4.l. preſenti,C.de his,qui ad eccl.confug. Guid.Pap.deciſ.121.

3 Neque poterit impediri quin exeat ad exonerandū corpus,modo ſtatim redeat,vt notant omnes in d. c. diffiniuit,Dec.d.c.27.num.6.Couarr.var.reſolut.lib.2. cap.20.numero 17.Ambroſ.in d.capit.11.num.7.vbi latè Farinac.quæſt.28. num.9. vbi de communi,licet Iul. Clar. in q.30. verſ.quero modo contrarium dicat ſeruari de conſuetudine,ſed Card.Tuſ.to.3.concl.10. nu.12. 13.14.reducit ad concordiam iſtas contrarias opiniones,vt ſi conſtet,ꝙ gaudere debeat immunitate, non debeat cuſtodiri,neque retineri in vinculis, & compedibus , ſecus ſi dubium eſſet,maxime quando non adeſſet in loco tutus carcer , & quando delictum eſſet graue, alias iudex eccleſiæ in culpa,& per ſuum ſuperiorem poſſet puniri,ſed in caſu non extractionis iudex eccleſiæ non tenetur illum cuſtodire , vt poſt

Oldrad.

Oldrad.in consi.54.nu.11.Cardin.Tusch.dict.conclusione 10.num.16.

4 Et interim debet suis sumptibus ali, si habeat vnde se alere,alias sumptibus ecclesiæ erit alendus,gloss. & omnes in dicto cap. diffiniuit vbi Io.de Visch. nu.72. Ign.in l.1.in princ.n.9.ff.ad sillanian. Boer.decis.103. nu.3.Decian.cap.14.nu.3.lib.6. to.2. in tract. crimin. Aufred.ad Cappel.Tholos.q.423.nu.6.vbi etiam firmat,quod non debet impediri, vt nō adeat cameram secretam, & quod nec quies nec victualia , nec vestes debeant mutari, & quod si potest,laborabit,vt viuet, alioquin ecclesia sibi prouidebit.

5 Si verò autem vagetur per loca vicinia vltra pedes 30.vel 40.postquam se in tutelam ecclesię dedit, poterit capi impunè,& puniri pœna corporali, vt ostendit Decian.lib.6.cap.26. nu.11. vbi reprob.Io.de Visch.in tract.de immunit.eccl. nu.54. qui videbatur se fundare in auctoritate , Abb. qui Abb. hoc non dicit,vt animaduertit,Decian.in d.n.11.& firmat, quod contra eum tenet, Archid.in c.reum 17.q.4. & Ant.à Gamb. in decis. Lusitan.52. dicit, quod si delinquens exeat ab ecclesia, & aliud delictum committat, possit capi , & puniri pro dicto nouo delicto , & deinde restitui ecclesiæ , pro alijs delictis , pro quibus erat imputatus.

6 Nec minus debet Curia sæcularis illum obsidere in ipsa ecclesia,cū sint paria, vel quod quis ipsum obsideat in ipsa ecclesia, & prohibeat præstari alimenta, vel eumdem extrahat , vt post Hostiens. & Abb. firmat Io.de Visch.in tract. de immunit. eccl. nu.72. Couarr.var.res.lib.2. c.20. sub nu.17. & ita seruatum fuisse Mediolani testatur,Iul.Clar.q.30.num.21. alias ista immunitas seruiret de vento, vt firmat Ambros. in d.tract.de immunit.ecclesi.d.cap.11. nu.7. vbi subdit, sed tantum posset custodiri ad effectum tradendi illum curiæ ecclesiasticæ, quæ postea declarabit an gaudere valeat dicta immunitate,vt mandat summus Pontifex , & annuere etiam videtur Farinac. in dicta q.28.nu.9.in fine,Cardinal.Tusch.tom.3.conclus. 10. nu.12.vbi de communi, & quod malè faciunt Domini temporales contrarium seruantes.

Confugiens ad Ecclesiam , & traditus curiæ sæculari in casibus permissis, qua pœna sit puniendus , & quid Curia ecclesiastica facere possit.

SVMMARIVM.

1 *Remissus ab ecclesia iudici sæculari an possit puniri deinde pœna corporali; & an seruetur de consuetudine,quod sæcularis iuret,non corporaliter illū punire.*

CAP. XXX.

1 PEr capitulo constituimus, & cap.reum 17. q.4. & per Doctores omnes in c. inter alia de immunit. eccl. Sancitum fuit, quod Episcopus in ipsa traditione in casibus permissis requirat promissionem, vel cautionem etiam iuramento vallatam de non infligenda pœna sanguinis , cum Episcopus simpliciter reum confugientem ad Eccl.tradendo videretur ipse auctor illius pœnæ sanguinis,quod iura canonica abhorrent cap.1.ne Clerici,vel monaci, idemque erit in curia ecclesiastica si consignaret processum curię sæculari incurreret in pœnam irregularitatis , Couarr. in 2.p.relect.de homicid.§.5.num.1.Decian. in tract. crim.lib.1.c.19.nu.22.Nauar.in Manual.c.27.n.211. Quinimmò nec protestatio aliqua prodesset post Couar.& Nauar.vbi suprà,Mar.Ant.Maceratens. variar. resolut.lib.3.resolut.2.nu.15. vbi loquitur in fortiori ibus terminis quando Papa mandauit clericum consignari curiæ sæculari nulla facta mentione de consignatione processus,vt requiratur expressa iussio circa dict,processus consignationem,licet de consuetudine,iudices laici hanc promissionem non seruent, vt testantur,Decian.lib.6.to.2.in tract.crim.cap.29.sub nu.6.Farin.q.28.n.77.& Baiar.ad Iul.Clar.q.30. n.15. vbi subdit, nec si promitterent, tenerentur illam obseruare. Et ob id cum iste extractus ab ecclesia , & consignatus curia sæculari non potuisset puniri pœna capitali, nec alia corporali recenta opinione iuris communis,vt tradit Oldrad.consil.154.in fin. Abb. in d.c.inter alia,nu.8.Bos.in tit.de capt. sub nu.24. admonet,quod in casu pœnæ corporalis,vt iudex sæcularis illum non curet habere in manibus, sed patiatur illum dimitti , & posteà contra eumd. absentem procedat ad pœnam condignam delicti , & quod ita in Senatu alias seruatum fuit Farinacc.q.28.n.95.in fi.

Quamuis cōtrarium seruari testetur de stilo Franciæ,Boer.decis.109.in fine,& Iul.Clar. q.30. nu.1.& 23.& ob id Decian.in c.29.sub num.6 tom.2. lib.6.in tract. crim. tradebat quandam distinctionem,si veniret puniendus extrahendus de iure Canonico , vel ciuili, quæ distinctio stante dicta Bulla Gregorij XIV, non consideratur , quia hodie non extrahitur , nisi in casibus ab ea expressis, in quibus poterit extractus corporaliter puniri, & condigna delicti pœna plecti, vt declarat,Ambros.in tract.de immunit.ecclesi.c.11. nu.5. in fine, & firmat, quod idem sentit. Farinacc.in dicta quæst.28.nu.77.post Clar.dicta q.30.n.1. Card. Tusch.to.3.concl.8. nu.3. etiam firmat,quod possint puniri pœna vltimi supplicij , & quando sunt tuti in ecclesia etiam in contumaciam possint banniri , & conclus.10.num.10. vbi loquitur de dicta Bulla Gregorij XIV.

An ex consuetudine induci possit,vt ista immunitas ecclesiastica tollatur.

SVMMARIVM.

1 *Immunitati ecclesiasticæ per consuetudinem potest derogari,& de quibus ecclesijs intelligatur.*

2 *Contrariam opinionem , quod per consuetudinem non possit derogari immunitati ecclesiasticæ, tenēt ibi Doctores vigore Concilij Tridentini,& dictæ Bullæ Gregorij Decimiquarti.*

3 *Bulla Gregorij Decimiquarti, secundum aliquos, non tollit consuetudinem contrariam circa dictam immunitatem Ecclesiasticam.*

4 *Contrariam opinionem,vt per Concilium Tridentinū, & per dictam Bullam tollatur omnis consuetudo in contrarium.*

CAP. XXXIV.

CVm ista immunitas fuerit à iure positiuo introducta secundum opinionem aliquorum, vt supra dixi in cap. 29. est dicendum consuetudinem ei posse derogare, cap.final. de consuetud. capit. in istis cum duob.seqq.4.distinct.cap.placuit 22.distinct.& notat omnes

omnes in l.de quibus, ff.de legibus, & in terminis firmat Decian.in tract.crim.cap.28. nu.6. to.2.lib.6.& latissimè cap.29.nu.1. Iul.Clar.q.30. vers.scias autem, vbi testatur hanc immunitatem propter ingentē numerum ecclesiarum, & delinquentium esse valde restrictam, & sub nu.3. vers. huiusmodi autem consuetudines, etiam testatur restringi ex dicta consuetudine ad ecclesias in quibus cōseruatur Sanctissimum Corpus Christi, Card.Tusch.to.3.concl.9. nu.36. Barber. in suo viatorio iuris, Rub.33.de violat.immunit.nu.3. in fine, Nicol.Moron.in tract. de Fid. Treg. & Pac. q.103.nu.10.Foller.in pract.crim.in verb.notatos capiat de persona,nu.6.Baiard.q.30. num.5. vbi refert, quod iudices superiores indistinctè capiunt malefactores in ecclesia, secus iudices inferiores,& Farinac. in dicta q.28 post alios, quos allegat in pluribus locis firmat extare dictam cōsuetudinem, vt est videre sub n.73.Diaz.in pract.crim.can.cap.115. Couar.variar. resolut.lib.2.c.20.nu.16. Abb.in cap.inter alia, nu.3. 17.q.4 Farinacc.d.q.28.num.7.Decian.lib.7. in tract. crim.c.25.nu.1.in fin to.2.

2 Quamuis conetur Ambros.in trac.de immunit.eccles.c.14. per totum tueri non posse per consuetudinem introduci, vt dicta immunitas tolli valeat, & ad Doctores contrarium tenentes nitatur respondere, vt præcise non figant pedes, posse dictam consuetudinem valere, & quod contraria consuetudo non valeat Ign.in l.1.in princ nu.9. ff. ad Sillan. Guid. Pap. decis.425. Decian.lib.6 cap.27. num.6. circa fin. vbi alios allegat, & inter consilia Farinacc.cons.76. nu.9. & latissimè, Cardin.Tusch.to.4. concl.59. nu.18.vbi de communi testatur in littera I, & sub nu. 20. subdit quod non est credendum Doctoribus attestātibus de tali consuetudine, vbi sub nu.21. etiam firmat, vt nec minus possit allegari consuetudo contraria interpratatiua, cum non cadat aliqua consuetudo interpratatiua; cum illa solum accommodari possit quando esset dubium, secus igitur est in casu nostro, cum ius sit certum per tot textus claros, & præcipuè per c. sicut antiquitus 17. q.4. & ob id necessarium est incidere in consuetudinem correctiuam, quæ per Doctores supra adductos non admittitur, & quod in Ducatu Mediolan. sit in vsu Marc.Anto. Maceraten. lib.3.respons.15 nu.5.

Sed Farinacc.in dicta q.28.nu.74. propterea dicit, quod parum est curandum quicquid Doct. conentur attestari de tali consuetudine, cum per Concil. Trid. sess.25.c.5. sit renouata obseruantia immunitatis ecclesiasticæ secundum formam canonum, & aliorum Conciliorum, ideò consuetudo præfata cōtra dictam immunitatem, quatenus esset introducta, illa est prorsus sublata per dispositionem dicti Concilij; & idem firmat Baiard.in dicta q.30.nu.5.in fine, & idem maximè erit dicendum hodie per dictam extrauagātem Gregorij Decimiquarti, vt videtur sentire idem Farinacc, in cons.76 num.12.& seq. & in specie post alios, quos allegat, testatur, quod in multis casibus dicta immunitas fuit obseruata, tàm in Francia,& Germania, quàm in alijs Regnis, & de multis etiam casibus testatur Anton.Genuen. in sua praxi Archiepiscopali Neapolit.c.2. & idem Card.Tusch. dicta conclus.59. nu.19. dicit posse forsan sustineri contrariam consuetudinem in ecclesia ædificata propè domos laicorum, vt quatenus dd. domus contineant non seruetur dicta immunitas, sed solum extendatur ad loca libera prout sunt plateæ viæ, & discooperta, quæ omnia retinent dictam immunitatem ecclesiasticam etiam per spacium triginta, & quadraginta passuum, & quod in Ducatu Mediolani seruetur, Marc. Ant. Maceraten. resol.15.nu.5.lib.3.& quod sufficiat, quod dicta Bulla fuerit publicata in vrbe, in acie Campi floræ, ex traditis per Paris.de resign.benefic. lib.11. q.9. nu. 11. & seq.Nau.de constit.cons 1. n.19. & ita fuit resolutum corā D. Penia in vna Papien. Bonorū de anno 1598. die 16.Ianuatij quicquid dicat Ossasc.decis.141.nu.22. vel satis sit fuisse notum in communi, secūdum Paris. cons.49.nu.2.vol.4. Marc.Anton.Maceraten. d.resolut.5.num.6.

3 Cōtra quam declarationem videtur insurgere difficultas aliquando per iudices laicos hæsitata, vt per dictam Bullam Gregorianam non derogetur consuetudini, cum in ea nullum verbum legatur de consuetudine, & ob id per ipsam non esse derogatum consuetudini, iuxta doctrinā, Oldrad.in cons.220. post princip.& Crauett.cons.244. nu.13. sed Pontifex solummodo per dictam bullam reuocauerit Bullas Pij, & Sixti, & omnia alia indulta, & priuilegia in ista materia Principibus sæcularibus per Pontifex concessa, vt animaduertit, Ambr.in d.c.14.nu.3.

5 Et ob id omni conatu tuetur, consuetudinem non posse induci contra dictam immunitatem, & ibi multa scribit quomodo erit in proposito probanda consuetudo, sed ad tollendas omnes, & quascunque difficultates circa dictam consuetudinem non inducendā Pontifices pro tempore deberent totis viribus inuigilare, & occurrere, ne Principes sæculares audeant immunitatem ecclesiasticam violare, sed non data scientia in Pontifice, & eius tolerantia introduci non possit, vt exclamat post alios per eum congestos idē Ambros.in d.c.14.nu.8.& seq.

Imo nec patiente Pontifice, ac sciente induci possit, quia esset contra ius diuinum. Aufred. in clem. 1. nu.81.& seq.de offic.ordin. Boer. in consuet.Bituric. fol.48.col.2. vers.quia etiam consuetudo, & de communi testatur, Probus in add. ad Io:Monach. in c.2. nu.4.& in add.nu.5.de prob.1.nu.6.& sequitur Card. Tusc.to.4.in litt.I,concl.59.nu.18.

Iudex laicus extrahens confugientem ad ecclesiam sub spe impunitatis, an ei fidem seruare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis extrahens confugientem ad ecclesiam sub spe impunitatis teneatur fidem seruare.*

2 *Declara vt ibi.*

CAP. XXXV.

1 CYnus in l.in præsenti, C. de his, qui ad ecclesiam confug. tangendo hanc quæstionē distinguendo firmat, quod si de iure poterat extrahi, iudex non teneatur promissionem seruare, & hoc receptum est communiter ab omnibus, vt testatur Baiard. in q.30. num.2. quia ille dicatur bonus dolus, Alciat. de præsumpt.33.nu.5. Idem Baiard.d.q.30.nu.27. secus si de iure extrahi non poterat, quia tenetur seruare, Couar. var.resol.lib.1.c.2.nu.16. in fin. Cartar. de interrog. reis, lib.2.c.1.nu.45.Moder.Rom.q.81.num.282.vbi

de

de comm. & alios allegat. Immo refert, quod Fortun. Garz. in repet. l. conuentionum, n. 15. ff. de pact. etiam i casu in quibus ab ecclesiá poteſt extrahi adhuc extractus ſub ſpe impunitatis reſtitui debeat, & quod ita in Hiſpania a quodam Comite in facto fuit obſeruatum.

2 Si verò iudex non promiſit criminis impunitatem, ſed ſolum promiſit ipſum reſtituere eccleſiæ ſi ab ea exiret, vt poſſit ab ipſo veritatem rei geſtæ habere, & iſto caſu teneatur Reum eidem eccleſiæ reſtituere, Fortun. in dicta l. conuentionum colum. 4. ff. de pact. Baiard. dicta q. 30. nu. 2. circa medium, vbi tamen ſubdit, quod res videtur dubia. & allegat, Couarr. variar. reſol. lib. 1. cap. 2. in fine, & idem firmat in eadem, q. 50. num. 27.

Exiſtens in eccleſiā an renunciare poſſit inuitus Rectoribus eccleſiæ huic immunitati, vt ab ea poſſit extrahi.

S V M M A R I V M.

1. *Confugiens ad eccleſiam poteſt renunciare dictæ immunitati etiam inuitis rectoribus eccleſiæ ſecundum communem opinionem.*
2. *Altera fuit opinio negatiua.*
3. *Sed iſte confugiens bene poterit exire ab eccleſia inuitis Rectoribus, & deinde pati capi à Curia ſæculari.*

C A P. XXXVI.

1 ISta quæſtio tangitur à Io. de Viſch. in tract. de immunitat. eccleſiæ num. 56. & tenet, quod poſſit renunciare d. immunitati, vt poſſit extrahi etiam inuitis Rectoribus eccleſiæ, ſed nihil tamen ad comprobandam iſtam ſuam opinionem allegat, Decian. autem in tract. crimin. lib. 6. capit. 26. ſub nu. 12. contrariam opinionem tuetur, inquiens, quia priuilegiū huiuſmodi eſt conceſſum eccleſiæ, & non perſonis, vt declarat, Anch cōſ. 324. in princ. & ſequitur idem Decian. in dicto lib. 6. cap. 25. num. 1. in fin. & ideò magis erit tuta iſta opinio, quia ſicut clericus non poteſt renunciare beneſicio fori, quia illud datum eſt ordini, & nō perſonæ, nec etiam confugiens ad eccleſiaſticam poterit renunciare huic immunitati. Qui Decian. in d. c. 26. nu. 12. fatetur, quod ſi iſte confugiens ad eccleſiam vellet exire, poterit hoc facere etiam Rectoribus, inuitis & iſto modo volente poterit deinde capi, quia ſicut refugium ad eccleſiam ei liberum fuit, ita exitus eſſe debet, vt etiam dicitur in cap. inter alia in fin. 17. q. 4.

Immunitas præfata quibus locis Eccleſijs, & perſonis, & criminibus ſit conceſſa.

S V M M A R I V M.

1. *Bulla Gregorij XIV. reuocat omnes facultates extrahendi delinquentes ab eccleſijs conceſſas Principibus ſæcularibus.*
2. *Eccleſia auctoritate epiſcopi conſtructa, non dum conſecrata gaudet dicta immunitate.*
3. *Quamuis in ea non celebrentur diuina officia.*
4. *Sacrilegium non committitur in locu non conſecrato.*
5. *Conſuetudo in aliquibus locis eſt, vt eccleſia nondum conſecrata non gaudeat dicta immunitate niſi capta fuerint ibi diuina officia miniſtrari, vel ibi ſacramentū conſeruetur.*
6. *Eccleſia Metropolis per quadraginta paſſus, alia verò minor per 30. paſſus gaudet dicta immunitate.*
7. *Alij autem indiſtinctè tenent de conſuetudine eccleſiæ non gaudere immunitate per dictos paſſus.*
8. *Alij autem declarant dictam immunitatem procedere in eccleſijs extra muros ciuitatis ſitis.*
9. *Alij autem tenent omninò eccleſia gaudere immunitate per dictos paſſus niſi appareat de contraria conſuetudine in loco.*
10. *Paſſus autem connumerari debent à candelabro in eccleſia poſito, vel à muris eccleſiæ.*
11. *Paſſus conſtituitur per quinque pedes.*
12. *Pes conſtituitur per quindecim digitos.*
13. *Cimiterium comprehenditur in ſpacio dictorum paſſuum.*
14. *Horti domus eccleſiæ, & omnia, quæ poſita ſunt intra ipſos paſſus in eis connumerantur.*
15. *Cimiterium gaudet dicta immunitate.*
16. *Cimiterium an vltra duos paſſus gaudeat dicta immunitate.*
17. *Atrium eccleſiæ gaudet eadem immunitate.*
18. *Septa gaudet eadem immunitate.*
19. *Septa dicuntur omnia loca, quæ ſæpe aliqua, vel muro aut tabulatu circundata ſunt.*
20. *Palatium epiſcopi gaudet eadem immunitate.*
21. *Dummodo ſecundum aliquos non ſit vltra dictos paſſus triginta, vel quadraginta.*
22. *Secundum verò alios gaudet dicta immunitate, etiam ſi fuerit vltra dictos paſſus.*
23. *Alij autem tenēt, quod ſi Palatium vltra dictos paſſus habet oratorium, vel cappellam gaudeat dicta immunitate.*
24. *Domus Canonicorum, vel Clericorum quando gaudeant dicta immunitate, & ſecundum aliquos ſi fuerint intra ſepta.*
Alij autem tenent ſi fuerint intra dictos paſſus triginta, vel quadraginta.
25. *Domus laicorum ſite infra dictos paſſus quando gaudeant dicta immunitate.*
26. *Palatio Cardinalium gaudent dicta immunitate de iure ſecus in Vrbe per conſtitutionem ſummorū Pontificum.*
27. *Imperator poteſt concedere talem immunitatem alicui domi priuatæ.*
Declaratam vt ibi.
28. *Hoſpitalia gaudent eadem immunitate ſi fuerint auctoritate Epiſcopi conſtructa, vel ſi in eis eſſent oratorium, vel Cappella, & diuina officia celebrentur.*
29. *Oratoria gaudent eadem immunitate.*
Declara vt ibi.
30. *Oratoria priuata non gaudent dicta immunitate.*
31. *Sacriſtia gaudet eadem immunitate ſi eſſet ſita infra triginta, vel quadraginta paſſus.*
32. *Eccleſia ſita in ciuitate, vel Caſtro captis ab hoſtibus gaudet eadem immunitate.*
33. *Eccleſia interdicta an gaudeat eadem immunitate.*
Declara vt ibi.
34. *Eccleſia diruta quando gaudeat dicta immunitate.*
35. *Monaſterium fratrum gaudet eadem immunitate.*
36. *Sacerdos portans Sanctiſſimam Euchariſtiam gaudet eadem immunitate.*
37. *Declara tamen procedere, vt ibi.*

38 Car-

38 *Carceratus fractis carceribus cõfugiens ad ecclesiam gaudet eadem immunitate.*

39 *Carceratus aufugiens à Carceribus de voluntate custodis sub iuramento de redeundo ad carceres confugiens ad ecclesiam gaudet dicta immunitate.*

40 *Eximens se à manibus Curiæ, & confugiens ad ecclesiam gaudet dicta immunitate.*

41 *Condemnatus, qui dicitur ad suppliciũ eximens à manibus Curiæ confugiens ad ecclesiam gaudet dicta immunitate.*

42 *Idem erit si amplecteretur sacerdotem portantẽ Sanctissimam Eucharistiam.*

43 *Fugiens à Berroarijs erit tutus in ecclesia.*

44 *Dummodo tamen pro delicto sibi impicto possit gaudere dicta immunitate.*

45 *Captus à Birroarijs si ducatur per ecclesiam ita captus non erit tutus in ea.*

46 *Contrariam opinionem tenent nonnulli Doctores.*

47 *Existens in cimiterio si per pallium fuerit ab eo extractus violenter est ecclesia restituendus.*

48 *Habens pedem, vel manũ in loco sacro, licet tota pars corporis sit extra locum sacrum gaudet dicta immunitate.*

49 *Extractus per vim si deinde relaxetur nõ poterit iterum capi.*

50 *Debitores pro debito ciuili si confugient ad ecclesiam non possunt ab ea extrahi.*

51 *Clerici non possunt extrahi ab ecclesia etiam per iudices ecclesiasticos.*

52 *Alij autem contrariam opinionem tenent.*

53 *Declara, & distingue vt ibi.*

54 *Confugiens ad ecclesiam in quocunque delicto graui in ea erit tutus.*

55 *Debitor suspectus de fuga confugiens ad ecclesiam est in ea tutus.*

56 *Excommunicatus confugiens ad ecclesiam gaudet eadem immunitate.*

57 *Banniti capitaliter, sunt tuti in Ecclesia.*
Declara tamen, vt ibi.

58 *Confugiens ad statuas Principis dicitur etiam tutus, sed consuetudine non seruatur.*

59 *Fur simplex an gaudere debet dicta immunitate Ecclesiæ?*

60 *Et quid si in Ecclesia res furatas asportet.*

61 *Existens in Ecclesia, & mandans committi homicidiũ extra ecclesiam, an gaudeat d. immunitate Ecclesiæ?*

62 *Peculatus crimen committens an gaudet dicta immunitate.*

63 *Scholares an in scholis capi possint.*

64 *Milites an in castris capi possint.*

65 *Immunitate Ecclesiæ, gaudet confugiens ad loca existentia infra 30. vel 40. passus.*

66 *Immunitas Ecclesiæ est concessa loco, & non personæ, & ideò competit tam Clericis, quã laicis, & tam masculis, quam fœminis terrigenis, & forensibus.*

67 *Raptores Virginum an gaudeãt dicta immunitate ecclesiæ?*

68 *Adulter an gaudet eadem immunitate Ecclesiæ?*

69 *Homicida, an gaudeat eadem immunitate.*

70 *Homicida ab homicidium commissum in clericum non gaudet dicta immunitate.*

71 *Vulnerans clericum non gaudet dicta immunitate.*

72 *Confugiens ad Ecclesiam an sit tutus etiam in bonis? vt in eis molestari non possit?*

73 *Captus affirmans fuisse captum in loco sacro si Birroarij contradicant, quibus magis credendum sit.*

C A P. XXXVII.

1 QVoniam ex dicta bulla Gregoriana reuocantur
omnes facultates à sede Apostolica concessæ
extrahendi ab Ecclesijs, Monasterijs, Satellis, Domi-
bus, Regularibus, & Sæcularibus, locisvè sacris, aut
Religiosis, ideò firmandum est omnibus prædictis lo-
cis immunitatem esse concessam, vt etiam cõsiderat,
Ambros. in tract. de immunit. Eccles. c. 10. nu. 1.
2 Primo Amplia, vt etiam Ecclesia auctoritate Epi-
scopi constructa nondum consacrata gaudeat eadẽ
immunit. Io. de Turre Cremat. in c. si quis in atrio nu.
3. quæst. 4. & adducit capit. ad hæc vbi etiam firmat
idem tenere ibi Innoc. & Hostiens. de relig. Dom. Iul.
3 Clar. q. 3. nu. 4. Vbi in fine testatur, quod ita consue-
tudo obseruat: quamuis in ea non celebrarentur diui-
na officia, Ambros. dicto cap. 10. num. 2. Card. Tusch.
to. 4. concl. 59. num. 3. in fine, vbi de communi, vt Ec-
clesia nondum consacrata gaudeat dicta immunitate
Ecclesiæ, & latius sub n. 24. & ibi etiam de communi
in litt. I, testatur.
4 Sed huic ampliationi videtur obstare, quia sacri-
legium nunquam committitur in loco non consecra-
to, & sic licet ipsa Ecclesia, nõ possit propter aucto-
ritate n Episcopi ad vsus humanos amplius cõuerti,
vt habetur in dicto cap. adhæc, non tamen sequitur,
quod habeatur pro consecrata, & gaudeat immuni-
tate Ecclesiæ, qua gaudet locus consecratus, vt post
alios refert, Decian. in tract. crim. lib. 6. to. 2. cap. 24.
nu. 29. Qui volens istas opiniones contrarias ad con-
cordiam reducere, videtur firmare, quod si in dicta
Ecclesia constructa auctoritate Episcopi diuina offi-
cia ministrari cœperint, & tunc confugiens ad eã tu-
tus sit, secus si non fuerint incœpta dicta diuina offi-
cia celebrari, & idem repetit in cap. 25. n. 8. eod. lib. 6.
Qui Decian. in eodem c. 24. nu. 24. in fine, tandẽ con-
cludit dictam Ecclesiam nõ consecratam, auctoritate
tamen Episcopi constructam gaudere dicta immuni-
tate, licet nõ fuerint adhuc in ea celebrata diuina of-
ficia, & testatur hanc esse communem opinionẽ per
Couar. Var. resolut. lib. 1. c. 20. num 4. & illam seruari
de consuetudine per Regim. de immunit. Eccles. fol.
5 15. quem refert, Iul. Clar. q. 30. nu. 4. in fine, & eandem
opinionem tenuit, Farinacc. post alios, quos allegat
in q. 28. nu. 24. & seqq. qui etiam testatur de frequen-
tiori sententia, & quod in aliquibus locis ita seruatur,
& ponit in aliquibus alijs requiratur, quod fuerint cœ-
pta ministrari diuina officia, vel vt diu, & semper cõ-
seruetur sanctissima Eucharistia eadẽ opinionem te-
net Card. Tusch. to. 3. concl. 4. nu. 8.
6 Secundo amplia in capto, vel confugiente ad con-
fines Ecclesiæ, qui huiusmodi immunitate gaudere
debeat, adhibita tamen distinctione, quod in Metro-
poli, vel Matrice Ecclesia dicta immunitas sit per qua
draginta passus, in alia vero minori Ecclesia sit per
triginta passus, Text. in capit. sicut antiquitus 17. q. 4.
Iul. Clar. q. 36. n. 2. vbi refert Senatum ita obseruasse,
Mant. in simili casu consuluit in cons. 60. n. 14. Baiard.
ad Iul. Clar. in q. 30. nu. 9. vbi tamen adducit Gig. de-
clarantem quando procedat d. cons. Mant. Farinacc.
in q. 28. nu. 12. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 24. nu. 26.
& cap. 25. nu. 9. Ambros. in tract. de immunit. Eccles.
cap. 10.

cap.10.nu.4.Card.Tufc.to.3.concluf.9.nu.1. & concluf.10.num.4.& 5.vbi poft alios,quos allegat firmat, quod captura facta in dicto loco infra 30.vel 40. paffus fit nulla,& quod etiam parte nõ opponente iudex debeat fupplere,& captum relaxare,& d.concluf.10. nu.17. vbi plus fubdit,vt fufficiat fola atteftatio, exequutoris de captura facta in Ecclefia to. 4. concl.59. nu.3.litt.I,& quod ifta immunitas habeat locũ etiam in dictis paffibus, & quod contraria confuetudo non valeat latè idem Card.Tufch.concl.59.nu.22. & feq. & ibi refpondet contrarijs, & quod confuetudo contraria poffit tantum fubftineri quo ad domos laicorũ intra dd.paffus fabricatas,fed femper remaneat falua quo ad loca libera prout funt vineæ plateolæ, & difcoperti.

7 Alij autem indiftinctè tenent, vt Ecclefia dicta immunitate non gaudeat per dictos paffus, vt teftantur Doctores adducti per Iul.Clar.in d.q.30. nu.34. Ign. in l.1.in princ.nu.58.ff.ad Sillania, Couar. Var.refol. lib.2.c.20.n.5.verf.hoc tamen receptum eft.Vincen. de Franc.decif.402.nu.9.p.2. Bofs.tit.de capt.nu.30. in fin.vbi teftatur ita fuifse per Senatum in facti contingentia obferuatum. Io. de Vifch. de immunit. Ecclef. nu.12. & feq. qui credit efse necefsarium primo cõfungere ad Ecclefiam poftcà pofse ftare infra 30. vel 40.pafsus,fed eius opinio reprobatur per Remig. de immunit.Ecclef.in 6.ampliat. nu.4. & feq. & poft alios,quos allegat ita contra. Io. de Vifch. fequitur, Card. Tufc.d.concl.59.nu.27.in litt.I.

8 Alij autem declarant confuetudinem præfatã procedere in Ecclefijs conftructis extra muros ciuitatis, vt firmant, Couarr.& Bofs. in locis fupra adductis,& Ambrof.in d.c.10.nu.4. Sed non in Capellis.Vinc.de Franc.decif.402.nu.9.

9 Alij autem tenent à cõclufione firmata in ifta ampliatione non efse recedendum, nifi in loco appareret de contraria confuetudine legitimè probanda per teftes,vel per atteftationes doctorum in eodem loco verfatorum,vt firmat,Farinac.in d.q.28. nu.12. circa finem, & idem refert, & fequitur Ambrof. in d. c.10. fub num.4.

10 Pafsus autem connumerari debent à candelabro in Ecclefia pofito.Oldrad.conf.55. quem refert, Deciã. in d.cap.25. nu.9. fed his noftris temporibus non videtur conftitui in Ecclefijs iftud candelabrum à quo, talis cõputatio incipere poffit, ideò erit fienda à muris ipfius Ecclefiæ, alias Ecclefia non haberet iftos pafsus faluos,& integros fi totaipfa Ecclefia computaretur, vt benè tradit, Ambrof.in d.c.10.num.4. verf. qui pafsus, & etiam fi pafsus excedant cæmeterium, non quia fint loca facra, fed quia funt ad honorem Dei,& Ecclefiæ deputata,Card.Tufch.to.4. concluf. 59.nu.3.& nu.23.

11 Pafsus autem conftituitur per quinque pedes, Glo. in cap.ficut 17.q.4.& glof.in l.3. ff. de verb. fignific. Decian.in d.c.25.nu.9.in fine.

12 Pes autem conftituitur fpacio quindecim digitorum glofsa in cap. fi quis antiquitus 17.q.4. Alexand. conf.145.num.16. lib.7. Cardin. Tufch. tomo 3.concluf.9.num.2.

13 Et in fpacio dd. pafsuum comprænenditur etiam cimiterium,vt firmat, Decian. in dicto libro 6. capitulo 24. numero 29. In fin.per text.in capitulo fi quis antiquitus 17. quæft. 4. & in quæftione 25. numero 9.firmat iftum cafum fuiffe decifum ab Oldrad. in dicto confilio 55.

14 Ac etiam comprænenduntur. Horti, Domus Ecclefiæ,& omnia quæ pofita funt intra ipfos paffus, vt per Decian.vbi fupra,& ibi firmat eandẽ opinionem tenere,Archid.in cap. 1.num.1. verfic.loco exempto de priuil.in 6.& fequitur,Alex.conf. 145.nu.13. verf. eft verum volum.7.& etiam comprænenditur furnus loci pij annexus Ecclefiæ , vel feminario Prax. Neapolit.capit. 18.nu.10.in fine.

15 Tertio amplia,vt non folum Ecclefia & loca facra in bulla Gregoriana expreffa gaudeant hac immunitate,ne ab eis confugientes extrahãtur, fed etiam ipfum cœmeterium,ob reuerentiam ecclefiæ, vt citatis multis,firmat Farinac.in dicta q.28. nu.14. vbi in addit. teftatur ita fuiffe exprefsè fancitum in ipfa bulla, & poft etiam fequitur latè,Decian.c.24. nu.28. c.25. nu. 10.in tract.crim.to.2. lib.6. & Ambrof. de immunit.ecclefiæ c. 10.nu.5.

16 Sed in propofito dubitari contigit fi vltra cœmiterium dentur etiã duo paffus, & Paul. de Caftr.358. n.2.vol.2. tenet partem affirmatiuam,Sed Decian.in d.c.24.nu.36. & c.25. nu.11. contrariam opinionem tuetur,vbi concordantes allegat, & etiam hanc fuam opinionem bonis rationibus comprobat, vbi tamen fubdit, quod fi ecclefia etiam illos duos paffus vltra cimiterium occupauerit, & fuerit in poffeffione illorum,etiam, quod à principio illos non habuiffet, putat debere gaudere dicta immunitate, ficut cimiteriũ, immò fi ecclefia reperiretur habere maius fpacium quam fint illi 40. vel 30. paffus, etiam immunitas vlterius extenditur,& ob id monafterium, cum dormitorio comprænenditur, etiam fi fuerit vltra dictum fpacium Cardinalis Tufchus tom.3. concluf.9.nu.3. & feq.vbi tenet,quod aliqui doct. fentiunt, & dicunt, quod dicti paffus attendantur in Ecclefijs extra ciuitatem,& caftra folummodò.

17 Quarto amplia ad atrium Ecclefiæ, vt etiam fine difficultate gaudeat dicta immunitate capit.fi quis in atrio 17.q 4.Farinac.dicta q.28.nu.14. Decian. dicto c.24 nu.31.& c.25.num.12.Ioan.Franch.leon.in th. For.ecclef.cap.13.nu.3. Ambrof.de immunit.ecclef. c.10.nu.5.Card.Tufch.d.to.3.concl.4.nu.7.

18 Quinto amplia ad confugiẽtem intra fepta Ecclefiæ,quia eadem immunitate gaudere debeat,& fepta dicuntur omnia loca,quæ fæpe aliqua vel aliquo mu-

19 ro,aut tabulato circumdata funt,vel tanquam quodã vallo munita. Clem.1.§.præfata quoque de ftat. Monach.c.2.in fi.de cenf.c.metuentes, & cap.Frater 17. q.4.Decian.dict.cap.25.nu.13.Card.Tufch.d.tom.3. concluf.9.nu.3.

20 Sexto amplia,vt etiam Palatium Epifcopi gaudeat eadem immunitate à quo extrahi delinquentes non poffunt cap.id conftituimus, 17.q.4. Barbat.conf.33. nu.7.lib.4. vbi de communi, Farinacc.q.28. Iul.Clar. q.30.nu.3. vbi Baiardus nu.10.Decian.d. c.25. nu.14. in princ.Prax.Arch.Neapolit.cap.18.num.10.vbi de comm. & quod ita fuit refolutum in dicta curia Archiep.Card.Tufc.to.3.concl.9.num.11.vbi de communi, & dicit procedere fiue fit connexum, vel non ecclefiæ,Ambrof.d.c.10.n.7. vbi de communi quãdo palatium adhæret ecclefiæ, & fit infra 40. paffus.Iul. Clar.d.q.30.nu.6.& refert,Card.Tufch.to.3.concl.9. nu.19.in fin.& concl.10.nu.7.

21 Si

21 Si verò distet ab ecclesia vel 40. passus, secundum aliquos non gaudet dicta immunitate, Oldrad. cōs. 53. quem sequitur, Couar. var. resol. lib. 2. c. 20. sub nu. 5. Corrad. in pract. tit. de capt. sub nu. 6. & de frequentiori opinione, & seruata in practica testatur, Iul. Cla. q. 30. nu. 2. in fi. & ibi Baiard. & Doct. relati per Abb. in cap. ecclesiæ nu. 9. tit. de immunit. eccl.

22 Contrariam verò opinionem, vt palatium Episcopi gaudeat eadem immunitate etiam si distaret ab ecclesia vltra quadraginta passus tenent gloss. in cap. id constituimus 17. q. 4. Abb. in d. c. ecclesiæ nu. 9. & est communiter recepta, vt testatur, Remig. in tract. de immunit. eccles. ampliat. 15. Farinacc. q. 28. nu. 38. vbi etiam de communi, & respondet, Couarr. attestanti de contraria consuetudine, vt eius attestatio restringatur ad consuetudinem Hispaniarum vbi erat versatus, quæ opinio fundatur in rationibus adductis per Abb. in d. ecclesiæ, num. 9. & relatis per Decian. in d. c. 25. nu. 14. vers. aliqui tamen, eandem opinionem sequitur, Villagut. in tract. de extens. leg. titul. de extens. immunit. eccles. nu. 87. Io. Franc. Leon. Thes. for. eccl. c. 13. nu. 14. Card. Tusch. to. 3. concl. 10. nu. 8. litt. I, & to. 4. in litt. I, concl. 59. nu. 24. vbi de comm. Ambros. dict. c. 10. nu. 7. Baiard. ad Iul. Clar. q. 30. n. 10. vbi subdit, vidisse aliquando capi reos in palatio episcoporum, sed credit hoc venisse de eorum licentia, nempe de licentia episcoporum.

23 Decianus autem in d. cap. 25. nu. 14. vers. putarem autem, credit prædictam opinionem in puncto iuris esse veriorē, vt non haudeat dicta immunitate, quando palatiū distat vltra dictos quadraginta passus per rationes per eum allegatas, ac etiam respondet omnibus rationibus per Abb. deductis, & testatur, quod ita in practica ipse obseruaret, & inuenit ita consuluisse, Andr. Sicul. in cons. 33. col. 3. vers. restat videre in quā opinionem videtur transire, Farinacc. in addit. in quæstione 28. num. 38.

Si verò in dicto Palatio Episcopi vltra quadragita passus adesset oratorium, vel cappella gauderet eadē immunitate, vt testatur idem Decian. d. c. 25. nu. 14. in fin. & Ambros. d. c. 10. nu. 7. in fi. admonet Episcpos, vt construant in Palatijs Oratoria, vel Cappellam, & Missam per se, vel per alios celebrent, vt hanc immunitatem sine controuersia habeant.

24 Septimo amplia, vt etiam eadem immunitate gaudeant Domus Canonicorum, vel Clericorum, cum distinctione supra adducta, si fuerit intra septa, atrium, vel porticum, vel intra dictos 40. passus, alias secus, Oldrad. cons. 55. Andr. Sicul. dic. cons. 33. col. 2. Mant. cons. 60. nu. 11. & seqq. vol. 1. & quod ita in practica obseruatur, vt post Rebuff. refert, & sequitur, Decian. in dict. cap. 25. nu. 15. Villagut. dict. tit. de extens. immunit. eccl. nu. 86. Ambros. d. cap. 10. nu. 8. vbi subdit, quia ista immunitas datur locis, & non personis.

25 Aliæ verò Domus ædificatæ infra dictos 30. & 40. passus habitatæ à locis non gaudent eadem immunitate secundum Ang. de claus. in summ. in verb. immunitas, §. 21. Contrariam opinionem tenuit, Mant. cōs. 211. per totum, p. 1. Iul. Clar. q. 30. num. 2. & eandem opinionem latè tuetur. Decian. in d. c. 25. nu. 16. vbi subdit magis procedere, quando dicti laici inseruirēt Ecclesiæ, vt quia campanas pulsarent, vel mundas tenerent ecclesias, vel si domus essent ecclesiæ, vt in casu, Iul. Clar. in dicta q. 30. n. 2. sed Card. Tusch. to. 4. concl. 59. n. 22. litt. I, dicit quod posset sustineri consuetudo, vt ecclesia non gaudeat dicta immunitate si fuerit ædificata penes domus laicorum.

26 Octauo amplia, vt confugientes ad domos Cardinalium sint tuti, nec possint in eis capi delinquentes latè Decian. in d. cap. 25. nu. 15. post Iul. Clar. in dicta q. 50. sub vers. item adde, & idem erit si ductus ad supplicium aufugiat ad Cardinalem transeuntem, & ille Cardinalis imponat sibi biretum suum rubeum, & ibi ponit, quid si confugiat ad Pontificem; declarando tamen latè, vt ibi per eum, & de iure nec etiā Birroarij debent intrare domus alicuius potentis ad inquirendum ibi latitantem sine licentia iudicis. Boer. decis. 174. nu. 4. Baiard. q. 30. num. 30. & seq. vbi tamen subdit, quod in practica non seruatur. Quæ franchisiæ Cardinalium, & aliorum per bullas Gregorij XIII. & Sixti Quinti sunt penitus abolitæ, & sublatæ, vt testatur, Farinac. in d. q. 27. nu. 48. & Baiard. in dicta q. 30. nu. 33. Et Tiberius Imperator, ne daretur occasio delinquendi, aboliuit in toto Imperio Romano istas immunitates Asquilorum, vt dicit Vulpell. respons. 120. nu. 11. & Baiard. q. 30. nu. 32. Cauale. de Brach. reg. p. 2. nu. 32. & ego, vt alias retuli, vidi pluries in vrbe obseruari, capere delinquentes in domibus Cardinaliū, & ferè statim eos laqueo suspendi. Card. Tusc. to. 3. concl. 9. nu. 12. dicit posse procedere d. immunitatem de domibus Cardinalium extra curiam.

27 Nono amplia, vt imperator possit concedere huiusmodi immunitatem alicui domui priuatæ, vt ad eā confugientes sint tuti, cum similia priuilegia sint iuris positiui, & saltem hoc facere possit in terris imperij ex aliqua causa valde probabili, vt tenet Decian. in d. cap. 25. nu. 16. in fine, quicquid contrarium tenuerint Iser. in c. 1. in verbo, & bona committentium, tit. quæ sint Regalia vbi afficit, col. 7. in fine, & colum. 8. in princ. & col. 11. num. 135. qui testantur vidisse similia priuilegia concessa, quæ tamen non fuerunt obseruata, sed Cauale. de Brach. reg. p. 2. num. 32. & seq. dicit quod Princeps, & non alius iudex supremus potest tollere ipsas franchitias, & quod in eis non sint tuti, qui ad eas confugiunt, postquam se exemerint à manibus curiæ, sed possint curia illos prosequi, & in eis delinquentes capere, & ostia fenestras, & alia impedimenta frangere, si aliter ingredi non valeat, sed quod tutius erit habere ordinem à principe, & eius iussiones seruare cum soleant Birroarijs in similibus casibus multa mala contingere, & sæpius arma cōtra eos retorqueantur, vt ego posse multos casus recensere.

28 Decimo amplia ad hospitia, quæ eadem immunitate gaudent, C. de Sac. sanct. Eccl. Feli. in c. de Quarta nu. 3. de præscript. Benintend. decis. 13. nu. 3. Paris. cons. 50. nu. 36. lib. 2. Farinac. d. q. 28. num. 36. vbi de communi, Decian. c. 23. nu. 32. & c. 25. nu. 18. lib. 6. in tract. crim. Dummodò tamen auctoritate Episcopi essent constructa, vt post alios, quos allegat, firmat, quod ita tenent omnes. Decian. in d. c. 25. num. 18. Baiard. in d. q. 30. nu. 11. & seqq. vbi etiam alios allegat, & quando hospitale dicatur auctoritate Episcopi factum, vel præsumatur se remittit ad Benint. in d. decis. 13. nu. 4. etiam si in eis non celebretur, dummodò sint constructa auctoritate Episcopi, Cardinal. Tusch. to. 3. concl. 10. nu. 2. litt. I, & concl. 59. nu. 24. in litt. I, vbi de communi, vel si in eis essent oratoria, vel capella, in qua, vel quotidie, vel diebus festiuis diuina officia cele-

celebrarentur, Decian. dicto capitulo 25. numero 19. in princip.

29 Vndecimo amplia ad oratoria, quæ habendo Altare lapideum ſtabilem, & eſſent principaliter erecta ad celebrandum miſſas, vel ſi habeant dotem conſtitutam, campanam publicam ſupra tectum, & ſi non omnia prædicta, ſed maiorem partem eorū habeant, & longo tempore per Epiſcopum eſſent tolerata, debent gaudere tali immunitate, quia tunc non dicūtur ſimpliciter Oratoria, ſed potius Eccleſiæ, & quia præſumitur à principio ex his auctoritatem Epiſcopi interueniſſe, Archid. in cap. nemo de conſecr. diſtinct. 1. Rom. conſ. 477. nu. 13. Io. de benefic. p. 1. q. 6. nu. 26. & Decian. in d. c. 25. num. 19. vbi alios concordantes allegat, lib. 6. tom. 2. in tract. crim. Cardin. Tuſch. dicta concluſ. 59. nu. 24. vbi de communi in litt. I.

30 Oratoria autem priuatarū domorum, licet fuerint auctoritate Epiſcopi erecta nō gaudent dicta immunitate, Abb. in cap. fin. nu. 5. de cenſ. vbi de communi Remig. de immunit. eccleſ. fol. 26. n. 10. Iul. Clar. q. 30. nu. 7. vbi de communi, & ibi reddit bonam rationem, etiam ſi in eis diuina officia celebrentur, Farinacc. q. 28. n. 71. vbi etiam de communi, & Decian. d. c. 25. nu. 19. in fine, Card. Tuſc. to. 3. concl. 9. nu. 15. & poſt Turrecrem. Vincent. de Franch. deciſ. 402. n. 7. dicit, quia talia Oratoria, cras poſſunt eſſe cameræ priuatæ, & ibi allegat etiam Grilland. & Menoch. caſ. 389. in ſecundo caſu.

31 Decimo ſecundo, Amplia in confugiente ad ſacraria, quæ nos ſacriſtias appellamus, qui erunt tuti in eis, cum eccleſiæ adhæreant, vel ſaltem eſſent intra triginta paſſus vt teſtatur, Decian. c. 24. nu. 33. lib. 6. in tract. crim. ſecus erit in alijs locis, in quibus ſacræ res conſeruantur cum etiam in loco priuato recondi poſſint l. ſacra §. 1. ff. de rer. diuiſ. l. 1. §. quod ait Prætor, ff. ne quid in loco publ.

Sacrum autem quid ſit, & quid ſanctum, & quid religioſum, & loca ſacra, quæ ſint, & in quibus differat ſacrum a ſancto, & religioſo, quomodo conſecrentur templa, & altaria, vide Decian. in d. c. 24. nu. 21. cum pluribus ſeqq. vbi admonet ſub nu. 23. Aduocatum, vt ſciat imputatum de violatione rei ſacræ defendere, nempè non fuiſse illum locum, vel illam rem ritè, vel ab habente auctoritatem conſacratam.

32 Decimo tertio, amplia in cōfugiente ad eccleſiam exiſtentem intus ciuitatem captam ab hoſtibus infidelibus, quia licet illa eccleſia deſinat eſſe ſacra quo ad exercitium miniſtrorum, nō tamen deſinit eſſe ſacra quo ad alia gloſs. final. in c. paſtoralis 7. quæſ. 1. & gloſ. in Clem. in plerisq. in verb. chriſtiano de electio. & ibi Imol. nu. 8. Vital. nu. 19. & ſeq. Card. num. 5. in 2. quæſt. quam opinionem ſequitur. Decian. dicto capitulo 24. num 25.

33 Decimo quarto, amplia in confugiente ad eccleſiā interdictam, à qua extrahi non poterit. Hoſtienſ. in ſumma tit. de immunit. eccleſ. §. in quantum, colum. 2. verſ. ſed nunquid vbi diſputato iſto articulo reſidet in hac opinione Iul. Clar. q. 30. num. 5. Farinacc. d. q. 28. nu. 35. vbi de communi, Decian. d. cap. 24. nu. 26. vbi concordantes allegat, & c. 25. n. 2. vbi videbatur velle hanc opinionem declarare, vt procedat, quo ad exteros, vel peregrinos, ſecus quo ad alios, qui cauſam interdicto dederunt, qui de eodē populo ſunt, licet cauſam nō dederunt, ſed tamen reſidet in opinione, quod dicta eccleſia gaudeat dicta immunitate, quo ad omnes, & poſt Iul. Clar. dicit hanc opinionem eſſe communem, Card. Tuſch to. 4. concl. 9.

34 Decimo quinto, amplia in confugiente ad eccleſiā dirutam ſine auctoritate Epiſcopi, vel ſi adeſſet ſpes refectionis, quia gaudet eadem immunitate ſecūdum communem opinionem atteſtatā per Remig. in trac. de immunit. eccleſ. ampl. 20. Iul. Clar. q. 30. nu. 6. Farinacc. d. q. 28. nu. 70. Decian. d. cap. 4. nu. 27. & melius c. 24. nu. 21. vbi tradit, quod ita omnes firmant, Card. Tuſch. to. 3. concl. 9. nu. 10. ſecus ſi eſſet auctoritate Epiſcopi diruta ſine ſpe alterius reparationis, Ambroſ. in tract. de immunit. Eccleſ. c. 20. n. 3. & Decian. in d. c. 24. nu. 27. firmat, quod ſi parietes eſſent diruti, & Eccleſia reficiatur deberet iterum conſecrari, ſecus, ſi tectum corrueret, ſed parietes remanerēt, quia tectum non linitur oleo, cap. ligneis de conſecrat. eccleſ. vel alt. & in omnem caſum eccleſia totaliter diruta, non poterit locus eiuſdem eccleſiæ conuerti in vſus profanos, & ſæculares, niſi de licentia Epiſcopi, qui ſemper ſolet in ea addere; non tamen ſordidos.

35 Amplia in confugiente ad monaſterium fratrum, vt gaudeat eadem immunitate, vt latè conſuluit, Decian. reſponſ. 80. nu. 30. vol. 3. quem ſequitur, Baiard. q. 30. nu. 1. in fin. & quod monaſterium, & dormitoriū Fratrum annexum eccleſiæ etiam vltra paſſus debitos gaudeant immunitate, Alexander conſ. 145. n. 13. lib. 7. Card. Tuſch. to. 3. concl. 9. n. 4. & concl. 10. nu. 6. vbi dicit procedere in monaſterio, & in omni loco ſacro, & exempto. Quæ veniant appellatione monaſterij, & loci exempti, in ſpecie poſt gloſ. in c. 1. in verb. An exempta de priuileg. in 6. idem Tuſch. dicit, eccleſia, cimeterium, monaſterium, domus portus, atria, & Areæ, quæ ſunt iuxta eccleſiam, & quod appellatione eccleſiæ veniat monaſterium.

36 Decimo ſeptimo, amplia ad ſacerdotem portantē per viam ſanctiſſimam Euchariſtiam, qui eadem immunitate gaudere debet, Hoſtienſ. in cap. ſanè de celebrat. miſs. vbi firmat hāc opinionem eſſe tenendam vſque ad effuſionem ſanguinis, Farinacc. d. q. 28. n. 11. vbi concordantes allegat, & præcipuè canoniſtas, & multos alios adducit, Decian. c. 29. nu. 9. lib. 6. to. 2. in tract. crim. vbi teſtatur hanc opinionem eſſe ſequendam, licet in iure expreſsè deciſa non reperiatur per illam efficaciſſimam rationem, quæ ſe habet, quod ſi eccleſia gaudeat immunitate propter ſacramentum, quod in ea conſeruatur, multo magis debeat gaudere ipſum Sacramentum, Mant. conſ. 211. num. 22. vol. 1. Io. Viſch. in tract. de immunit. eccleſ. num. 50. in fin. Viu. com. opin. in verb. condemnatus, lib. 1. opin. 45. vbi alios cumulauit, qui omnes teſtātur de magis cōmuni opinione, quicquid de ea dubitet, Couar. variar. reſol. lib. 2. c. 20. nu. 6. & Baiard. q. 30. nu. 20. eamdem magis communem opinionem tenet, Ambroſ. in trac. de immunit. eccleſ. c. 10. nu. 9. Card. Tuſc. to. 3. concl. 11. nu. 33. vbi de communi, & latè Cęual. com. contra comm. q. 116.

37 Quamuis aliqui illam reſtringere velint ad hominē liberum, ſecus in carcerato, vel exmente à manibus curiæ, vt refert, Farinacc. d. q. 28. nu. 9. verſ. quibus in locis, & Decian. c. 25. num. 8. lib. 6. vbi etiam ſubdit, quod infirmus delinquens aſſumen ſanctiſſimam Euchariſtiam non gaudebit dicta immunitate, licet non poſſit morti tradi, niſi elapſis duobus, vel tribus diebus, de

bus, de qua declaratione dicam in sequenti ampliatione,& Ambrof.in d.c.10. nu.9. etiam refert, quod suscipiens sanctissimam Eucharistiam, si fuerit captus non gaudebit dicta immunitate, secus si confugiat ad sacerdotem portantem sanctissimam Eucharistiã, latè Card.Tusch.to.3. concl.10. nu.34. & 35. idem Viu. dict.opin. 45. post alios quos allegat dicit procedere in ducto ad supplicium, qui per vim accessit ad dictũ sacerdotem portantem sanctissimam Eucharistiam, declarando tamen ibi dummodo ad ipsum corpus Sanctissimum recurreret, & suscepisset communionem.

37 Decimo octauo, amplia in carcerato pro criminibus, qui fractis carceribus ad ecclesiam cõfugit, quia non poterit ab ea extrahi, Boer.decis.110.nu.8. in fi. & seq.Couarr. d.c.20. lib.1. nu.13. Idem Boer.decis. 349.nu.8.vbi testatur ita fuisse iudicatum, & Iul.Cla. q.30.nu.10. vbi etiam testatur ita fuisse per Senatum Mediolanensem resolutum, Farinacc. d. q.29. nu.42. Decian.c.27.nu.28.lib.6. in tract.criminal. vbi de veriori opinione, Ambrof.d.c.10.nu.11. sed Ant. à Gãba in decis. Lusitan. 362. testatur fuisse decisum per illam regiam audientiam quod condemnatur ad triremes, & ab illis aufugiens non gaudeat dicta immunitate.

38 Et ista ampliatio procedit etiam in carcerato confugiente à carceribus de licentia, & voluntate custodis sub iuramento de redeundo ad carceres, quia si erat iniustè carceratus, vel pro delicto detentus, quod posset ei poena corporalis infligi, si confugiat ad ecclesiam non poterit ab ea inuitus extrahi Aufred. ad Capell.Tolos.decis.423.Couar.Var.resolut.lib.2. capit.10.numero 13.vers. 18.vbi alios allegat Farinacc. quæstione 28.num.43.Decian.d.cap.28.num.33.vbi concordantes allegat Ambrof.d.cap.10. num.12. & Aufred.vbi supra ponit vnam quæstionem de illo, qui iurauit tenere Hostagium pro debito si aufugiet ad ecclesiam si teneatur redire, distingue vt ibi per eum.

39 Nec non procedit in eo, qui se exemit à manibus curiæ, & confugit ad ecclesiam, vt ab ea inuitus extrahi non possit Boer.dicta decis.110.Couar.d. c.20. nu.13.vers.17.Farinac.q.28. nu.44. Bos. tit.de capt. nu.23.vbi etiam contrarij respondit, & Decian. dict. c.29.nu.24.Ambrof.dicto cap.10.nu.13.Card.Tusc. to.3.conclus.10.nu.21. & 30. & idem erit in extracto à consanguineis, vel ab amicis, ab ecclesia, quia si postea eripiatur à curia de manibus illorum erit extractus restituendus ecclesiæ, Prax.Arch. Neap. cap.18. numero 6.

40 Idemque erit in condemnato ad pœnã vltimi supplicij, qui dũm ducitur ad supplicium, à manibus curiæ aufugit, & in ecclesia confugit, vt in ea sit tutus secundum communem opinionem attestatã per Remig. de immunit. eccles. Fallent. 30. & ita practicari testatur, Cassan.in consuet. Burg. sub tit. de...nu.121. quem refert, Boer. decis. 10. nu. 11. & sequitur Iulius Clar. dicta q.30. vers. scias autem, qui etiam testatur ita vidisse iudicare, Decian.d.c.28.num.29.qui etiam firmat, quod ipse ita consuluit, dum fuit assessor Patauij, Ambrof.d.c.10.num.13. vers. adeo quod Card. Tusc.to.3.concl.10.n.22.conf.31. sed non erit tutus, si isto casu aufugiens à manibus curiæ se conferat in franchisias Magnatuũ Cardinalium & similium, quia poterit ab eis extrahi latè Caualc.de Brach. reg. p.2. nu.31.vbi reddit bonam rationem, & maximè vigore d.bullarum Greg.XIII. & Sixti V.

41 Qui aufugiens dum ad supplicium ducitur erit etiã tutus si amplexarctur in itinere sacerdotem portantem sanctissimam Eucharistiam secundum communẽ opinionem attestatam per Gomez. §. penales nu.50. de Action. Viu. com. opin. in verb. condemnatus ad mortem, quicquid dixerit in contrarium glos. in cap. quæsitum 13.q.2.& eamdem communem opinionem sequitur, Iul.Clar.q.98. vers.sed pone, & Farinacc.dicta quæst.28.num.45.vt dixi supra nu.37.

42 Ac procedit in eo, qui videns birroarios aufugit ad ecclesiam, quia secundum veriorem opinionem erit tutus in ea Couar.dicto c.20. nu. 12. lib.2. Variar.resolut.vbi reprobat, Cyn.& Ign. contrarium tenentes, & sequitur Remig.de immunit. eccles. fallent.31. & testatur de cõmuni, & in practica seruata opinione, Iul.Clar.q.30. vers.pone familia, vbi etiam ipse testatur, quod ita vidit obseruari per Senat. Mediol. Farinac.q.28. nu.41. qui etiam testatur de communi opinione, & quod in iudicando, & consulendo, non sit ab ea recedendum, & eandem opinionem sequitur, Decian.d.c.28.num.31.& firmat, quod ita alias ipse obseruauit, & vidit ab alijs obseruari, Ambrof.d.cap.10. nu.13.vers.necnon, Card.Tusc.to.3 concl. 10. nu.29. vbi de magis communi, & veriori opinione.

43 Quæ tamen ampliatio 18. cum omnibus supradictis, procedit in eo, qui fuit captus, vel carceratus, vel fugatus à curia pro delicto, pro ecclesia habeat immunitatem, secus pro alijs delictis exceptis, & pro quibus ecclesia non habet immunitatem, ita declarat Farinacc.d.q.29. nu.46. vbi tamen nullum doctorem pro ipsa declaratione comprobanda allegat, & dicit non vidisse aliquem doctorem ponentem hanc declarationem, qui non ita dixisset, si vidisset, Ign.in l.1. in princ.nu.54.vers & reuertamur ff.ad Syllan. quem refert, & sequitur Decian.in d.cap.28.in fine, sed ista declaratio hodie vigore bullæ Gregorianæ non suffragatur in casibus etiam exceptis cum non possint iudices sæculares sine licentia Episcopi, & interuentu personæ Ecclesiasticæ confugientes ad Ecclesiam ab ea extrahere, vt dixi supra in c.31.

Hæc d. ampliatio procederet quando captus per curiam duceretur per ecclesiam, vel cimiterium per Birroarios, quia tunc captus non erit tutus in Ecclesia, Archid.in c. sicut antiquitus 17. q.4. quem refert, Oldr.cons.55.nu.4.Couar.Variar.resolut.lib.2.cap.2. nu.13.Boer.decis.178.nu.13.decis.110.num.8.Ign.in l.1.in princ.nu.5.ff.ad Syllan.Gig. de crim. læsæ maiestat.tit qualiter, & à quibus, lib.1.q.10.nu.30.vbi testatur de veriori opinione, Farinac.q.28. num.69. vbi concordantes allegat, & testatur de communi, & ad contraria respondet, Decian.in d.cap.28.num.30.vbi alios cumulauit, & etiam testatur de veriori, & obseruata in practica opinione per illam potissimam rationem, cum ecclesia non recipiat cum liberum, sed captum, & ecclesia tueatur cum, qui liberè, ad eam confugit, eandem opinionem sequitur, Ambrof. de immunit.eccles.cap.10.nu.10. vbi allegat, & contrarijs respondet, Card.Tusch.to.3.conclus.11.num.28. Ant. à Gam. decis. Lusitan. 141.refert fuisse iudicatũ non gaudere immunitate eccles. qui ligatis manibus, & pedibus captus dum ducebatur ad carceres in iumento

mento ſedens in terram proſiliuit intra attrium eccleſiæ.

44 Contrariam opinionem tuetur Remig. in tract. de immunitate eccleſ.nu.52.verſ.quod ſi aliquis, Mant. conſ.60.num.10.lib.1.qui allegat Rom.& Iaſ.in l.pleriq. de in ius vocando, & Cig. in dicta quæſtione 10. numero 30. & teſtatur vidiſse ita ſemel obſeruari in Ciuitate Venetiarum, & nonnulli alij relati per Farinac.dicta quæſtione vigeſima octaua, ſub numero 69. circa medium, & latè Franc.Marc.deciſ.984.ſed non erit recedendum a prima opinione vti communiter approbata.

45 Vigeſimo Amplia in eo, qui exiſtit in cimiterio renuente palio extra cimiterium, qui fuit extractus, & appræhenſus à palio per vim, quia erit reſtituendus eccleſiæ Decian.d.c.25. nu.21. vbi firmat hanc opinionem eſse veriſſimam, & reſpondit contrarijs, & ibi ſubdit, quod idem erit, quando quis haberet manus, vel pedem in loco ſacro, quia licet habeat totum corpus extra locun ſacrum, non poterit ab eo extrahi, & ſi fuerit extractus, erit reſtituendus eccleſiæ, & ſufficit etiam, quod tangat portam eccleſiæ clauſam vel locum ſacrum, vel aufugiat ad oſtium, ad ſcalas, vel ad clauſtrum, latè Decian. in cap.24. numero 28. & cap.25.num.1.& 17.& cap.28.numero 14.Farinaccius quæſtione vigeſima octaua, numero decimo quarto, vbi etiam alios allegat Ambroſ. capitulo decimo, numero 5. ratione mouentur, quia anima eſt in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, & ideò ſufficiat, quod manus, vel pes ſit in loco priuilegiato, vt per Decianus in dicto capitulo vigeſimo quinto, num. decimo ſeptimo, & teſtatur, quod ita vidit obſeruari, & quod etiam ipſe obſeruauit, prout ego etiam obſeruarem. Vinc.de Franch.deciſ. 402. num.5. & 11.p.2.qui loquitur de eo, qui confugit ad oſtium eccleſiæ per doctrinam Bart. in l. præſenti, C.de his, qui ad Eccleſ.confug.

46 Vigeſimoprimo amplia, in confugiente ad eccleſiam, quia ſi fuerit contra formam legum, vel bullæ Gregorianæ extractus, & deinde relaxatus; a curia ſeculari non poterit iterum capi. Decian.tract.crim.lib.6.to.3. c.29.nu.7. Rebuff.in conſtit.Reg.tomo 2.de immunit.eccleſ.art.1.gloſs.3.num.2.Abb.in cap.accedens num.2.de procurat.

47 Vigeſimoſecundo amplia, in debitoribus obligatis ad carceres prò debito confugientibus ad eccleſiam, qui non poſsunt ab ea extrahi, ſecundum communẽ opinionem atteſtatam per Oldrad. in conſ. 254. Anfred.in addit.ad deciſ. Toloſ 413.n.5.vbi etiam teſtatur de communi, & obſeruata in practica opinione, Farinac.q.28. n.20. vbi de communi; & quod nullam habeat difficultatem, Decian.lib.6. c.28 num.14.vbi plures concordantes cumulauit, & ad contraria reſpondet, & ponit aliquas limitationes, latè Hier. Hiſpan.in tract. com.contra com.quæſt.683. refert doctores tenentes vtramque opinionem, & plus firmat, quod etiam, pro vtraque opinione adeſt cõmunis opinio, & quid ſeruetur in illo regno per regias pragmaticas, ſed quia iſta ampliatio nõ cõcernit materiã criminalẽ, ideò remitto lectorẽ ad d.Dec.& ad doctores per eũ allegatos, vbi ẽt ponit, & quid in cãpſorib. publicis decoctis cõfugiẽtibus ad eccleſiã, & ad Ambr. in tract.de immun.eccl.c.13. per tot.Farinac.q.29.n.31.vbi dicit procedere etiamſi debitum ſit publicũ, & ibi alios allegat, licet Iure cæſareo contrarium fuerit ſancitũ in §. publicorũ Auth.de mand.princ.qui tex. iuri põtificio tãquã cõtrarius nõ eſt recipiendus, nec diſsẽtit. Boſſ.tit.de captur.n.26.eãdẽ opinionẽ tuetur contra Ign.in l.1.in princ.n.59.ff.ac Syllan.Dec.in c.28. n.26.& idem Farinac.q.29.n.33.poſt Couar.d.c.20. n.13.verſ.nec Iaſonis argumentatio, dicit ceſſare d. immunitatem in mercatoribus fraudolenter decoctis, ſed non per rationem allegatam per Farinacc. quia vigore bullæ Pij V. ſit eis impoſita pœna mortis, quia illa non ſufficit, ſed quia committendo fraudolentam decoctionem dicuntur eſſe doloſi, fraudolentes, & hominum deceptores, & per induſtriã delictũ cõmittere, & ideò nõ gaudere d.immunit.vt infra in limit. & ꝙ debitores decocti, ſeu fallaces non debeant gaudere d.immunit.eccleſ.Remig.de immunit. eccleſ.fallẽt.27. Gutierez.lib.1.pract.q.1.nu.4.& poſt alios, quos allegat Hier. Hiſpan. in tract.com.contra com.d.q.683.in fi.vbi alios concordantes allegat.

48 Amplia, vt nec etiam clerici, delinquentes ad eccleſiã, cõfugientes, poſſint extrahi ab eccleſia per iudices eccleſiaſticos.Rom.conſ.227. & conſ.234. vbi Mãdoſ.Card.Zabar.in Clem.1.n.9.de pœn.& remiſſ. in 6.Io.de Viſch.in tract.de imm.Eccl.in 2.cõcl.Couar.var.reſol.lib.2.c.20. n.16.Farin.q.28.n.7.latiſſimẽ Dec.in tract.crim.lib.6. c.25. nu.1.vbi de veriori opinione, & adducit rationes, & reſpondet Abb.contrarium tenenti in c.inter alia n.13.de immunit.eccl. & ipſe Dec. dicit; quod in contingentia facti contra Abb.indicaret, & de veriori opinione contra Abb.teſtatur Ambroſ.c.12. num.5.de immunit.eccleſ.Card. Tuſch.to.3.concluſ.10.num.25.

49 Immo iudex eccleſiaſticus non poterit clericũ ab eccleſia extrahere ẽt cauſa diſciplinæ; nec in foro pœnitentiali, quamuis delictũ eſſet publicũ, Farinac.d.q. 28. n.7.verſ.quod iudex Decian.c.25.nu.1.verſ.item; neque, vbi reſpondet ad illam rationem Abb. quod raro, vel nunquam clerici punirentur, cum vt plurimum in locis priuilegiatis delinquant.

Qui Decianus in d.cap.25. nu.1. in fin.tandem videtur diſtinguere, quod ſi clericus acceſſerit ad eccleſiam, cimiterium, vel infra ſepta, alia cauſa, quam, vt immunitate Eccleſiaſtica gauderet, & tunc credit, quod extrahi non poſſit, ſecus ſi ex cauſa obtinendæ immunitatis, quam Dec. declarationem refert Ambroſ.in d.cap.12.num.4.

50 Alij autem tenent, quod de conſuetudine aliter obſeruetur, Couar.var.reſolut.lib.2. c.20.n.16.Iul.Clar. q.30.verſ.vlterius quæro per doctrinã Abb.in d.c.inter alia n.3.Farinac.q.28.n.7.in fine, vbi firmat, quod vbi vigeret talis conſuetudo illa ſeruanda eſſet, ſed ea ceſſante, ſit ſeruandum ius commune, eandem declarationem ſequitur Decian.in d.c. 25. nu.1.in fine.

51 Si verò Clericus cõmiſerit delictũ dignũ degradatione, & deinde cõſignari debeat curiæ ſæculari, poterit ab ea inuitus extrahi Couar.d c.20. n.16. Gig.in tract.de crim.læſ.maieſt.tit.qualiter, & a quib.q.10.n. 15.& ſeq.vbi alios allegat, & latiſſimè hanc opinionẽ tuetur Farin.q.28. n.7.vbi in fi.dicit, ꝙ poterit cleric. iſto caſu extrahi ab eccleſia, nõ ſolũ a iudice eccleſ. ſed ẽt a ſæculari, & idẽ ſub n.16. Quod hodie vigore bullæ Gregorianæ, etiam in caſibus permiſſis non poterit extrahi niſi de licentia Epiſc.vt ſuperius deduxi.

52 Vigeſimoquarto amplia, vt in quocumque caſu

graui, vel atroci quis sit tutus in ecclesia c. inter alia de immun. Eccl. cum alijs adductis per Couar. var. resol. lib. 2. c. 20. n. 1. circa fin. Farin. cons. 76. n. 16. Dec. c. 25. n. 1. c. 28. n. 1. lib. 6. Farinac. q. 28. n. 15. vbi concordantes allegat, & testatur de veriori, & cōi opinione licet ibi referat contrarium tenentes, & n. 30. in fine.

53 Vigesimoquinto Amplia, in debitore suspecto de fuga cōfugiēte ad ecclesiā, vt ab ea extrahi nō possit, Abb. in c. inter alia n. 22. extr. de immun. eccles. Rip. in c. 1. n. 88. de Iud. Remig. de immun. eccl. fallent. 27. n. 4. & seq. vbi de communi Couar. d. c. 20. n. 14. vers. sed profecto, Farinac. q. 28. nu. 32. vbi alios allegat, & testatur, quod Ias. contrarium tenens per quatuor fundamenta in l. vinum ff. si cert. petat. cōmuniter reprobatur Card. Tusch. to. 3. concl. 11. n. 30. & 31. vbi retulit doct. contrarium tenentes, tandē allegat alios tenentes conclusionē, vt non possit extrahi, & ibi testatur de cōi, vbi declarando istas opiniones, dicit, ꝙ ratione executionis realis non detur immunitas, secus ratione executionis personalis; nisi agatur de vendicanda persona, vt Dominus contra seruum, promissa impunitate.

54 Vigesimosexto amplia, vt etiā excōmunicati confugientes ad ecclesiā non possint ab ea inuiti extrahi propter honorem, & reuerentiā, quæ ecclesiæ debetur, Couar. d. c. 20. nu. 11. Boer. decis. 110. nu. 7. vbi de communi, & ibi concordantes allegat. Iul. Clar. q. 30. n. 17. etiam testatur de communi, licet ibi dicat, quod in puncto iuris ista opinio nō transit sine difficultate, Farin. q. 28. n. 39. vbi etiā testatur de cōmuni, & hanc eamdem opinionem tamquam magis cōmunem esse tenendam, firmat Dec. c. 26. nu. 3. lib. 6. in tract. crim. vbi latè, & contrarijs respondet Io. Visch. de immun. Eccles. n. 49. Io: Franc. Leon. The. for. eccles. c. 13. nu. 29. Ambros. de immunitate ecclesiastica c. 9. n. 13. vbi alios allegat, & testatur de communi, & ibi relatis contrarijs illis, respondet Lupus de illeg. & natal. restit. comment. in §. 5. n. 131. in fine Card. Tusch. tom. 3. conclus. 10. nu. 26. vbi de communi, & non esse ab hac opinione recedendum, licet sit controuersa, & quod licet excommunicatus debeat expelli tamen sine expulsione extrahi non possit.

55 Vigesimoseptimo amplia, in capitaliter bannitis confugientibus ad ecclesiam, & ab ea extrahi nō possint vt tenet Iul. Clar. q. 30. vers. scias autem vbi testatur ita fuisse seruatum per Senatum Mediolani, qui iussit restitui ecclesiæ quendam Ioannem Testam capitaliter condemnatum, qui ab ea extractus fuerat, & Farinac. in q. 28. n. 47. credit hanc opinionem esse veram, quoniam bannitus capitaliter potest pro delicto gaudere d. immunitate, latè Mar. Ant. Macerat. vers. resolut. lib. 3. resol. 15. n. 9. vbi de cōmuni, secus si non posset de iure gaudere immunitate pręfata, vt si esset bannitus pro homicidio appensato, vel per assassiniū, vel per proditionem cōmisso, quia tūc esset rediculū dicere, ꝙ bannitus gaudeat d. immunit. qua gaudere non posset si bannitus non esset, & Ioseph. Lud. decis. Lucens. 16. n. 31. & seq. p. 1. refert, ꝙ in Marchia fuit resolutū de ordine summi Pontificis quosdā bānitos in ecclesia existentes capi, ac etiam cōburi, quatenus capi aliter non potuissent Dec. in tract. crim. lib. 6. c. 26. nu. 8. vbi latissimè ponit rationes, & auctoritates hanc opinionem comprobantes licet ibi referat contrarium consuluisse. Mant. consil. 22. incipien. Andr. Rat. & Baiard. in q. 30. nu. 28. sequitur distinctionem factam per Farinac. in d. q. 28. num. 47.

Qui Dec. in d. c. 26. n. 8. vers. putarem tamen, ponit hanc distinctionem. Aut bannitus vult studiosè, ac dolosè, & in fraudē legis habitare in domibus adhærentibus ecclesiæ, vel in ipsa ecclesia, & tūc proculdubio non sit tutus, cū hac via indirecta bannū efficeretur elusorium, aut transiuit per territorium iudicis bānientis, quia a familia fuit insequutus, & in ecclesiā aufugit, & tunc si in sentētia esset condēnatus, quod si intra confinia captus fuisset incurreret pęnā sanguinis; & tunc sit tutus, aut vero pœna pecuniaria tātū erat plectendus ob contrauentionem confiniū, & tunc in ecclesia nō sit tutus; Aut verò bannitus commisit aliquod nouū delictū in territorio a quo erat bannitus, & vt pœnam dicti noui delicti euitet, confugit ad ecclesiam, & tunc etiam isto casu in ea sit tutus.

56 Vigesimooctauo amplia ad cōfugientē ad statuas Principis, vt sit tutus, nec ab ea euelli possit l. vnica C. de his, qui ad stat. confug. Remig. in trac. de immunit. Eccl. ampliat. 23. sed de consuetudine nō seruatur, vt testatur Restaur. de Imperat. q. 96. Iul. Clar. q. 30. vers. si. & Farinac. q. 28. n. 49. prout nunquam in curia, vel alibi huiusmodi priuilegium seruari vidi, nec audiui, Idem testatur Card. Tusch. tom. 3. conclus. 9. num. 14.

57 Vigesimonono amplia, in simplici fure, qui confugiēdo ad ecclesiā erit tutus, & gaudet immun. eccles. Clar. q. 30. nu. 12. Farinac. q. 28. n. 51. in principio vbi alios allegat, & testatur de communi Card. Tusch. to. 3. conclus. 10. n. 23. latè Dec. in tract. crim. to. 2. lib. 6. c. 28. n. 4. Caualc. de brach. reg. p. 1. n. 98. vbi plus firmat etiam si furtum fecerit in via publica, nisi tamen tria furta commiserit, vbi mētionem facit de d. bulla Gregoriana. Sed difficultas est si fur confugerit ad ecclesiam cum re ablata & subtracta, an gaudere debeat dicta immunitate, & pro parte negatiua deducitur, quod ducendo rem furatam in Ecclesia dicitur ibi contractare, & successiuè in ipsa ecclesia committere furtum, & ob id non debere gaudere dicta immunitate, vt consuluit in terminis Angelus de Castr. consil. 499. nu. 2. vol. 2. inter cons. Paul. de Cast. vbi reprobat Couar. var. resolut. lib. 2. c. 20. n. 15. contrarium tenentem, & per aliam rationem relatam per Dec. in dicto c. 20. nu. 4. circa med. vbi tamen in fine refert, quod licet dict. rationes sint coloratæ, tamen ipse non recedit ab opinione firmata in ampliatione, vbi etiam testatur, quod ita obseruat communis consuetudo, & ita fuit alias decisum, testatur Ant. à Gam. decis. Lusitan. 171. per totam, & Iul. Clar. d. q. 30. num. 12. in fine dicit, quod contraria cōsuetudo allegata per Couar. vbi supra Mediolani non seruatur, licet bonum esset illam seruare vbi viget copia furum, prout in Gallia abundare dicit Ign. in l. 1. §. si sibi manus nu. 127. §. ad Sillan. sed Farinac. in d. q. .... sub num. 51. refert etiam Couar. libro tertio, cap. 20. numero 13. vers. 19. oportet attestantem, contrarium seruari de consuetudine, & fuisse dictam consuetudinem introductam de consensu laicorum, & clericorum, & addit. ad Angel. de malefic. in verbo quod fama publica numero 59. litt. B, in fine testatur ita fuisse Veronæ seruatum in quodam Petro Perona fure, qui fuit captus In ecclesia, & postea fuit suspensus. Quam opinionem Farinac. in d. quæst. 28. numero 51. in fin. etiam ipse tenet, & magis procedat, si in loco adesset magna copia furum, pro-

ut in

ut in Gallia, & ſi fur plura furta commiſerit, & Ant. Gomez in tit. de delict. c. 10. poſt nu. 2. ſi vero furatus fuerit in vna eccleſia non erit tutus, neque in illa, neque in alia, Card. Tuſch. to. 3. cócl. 1 1. n. 19. vbi de cõmuni, & quod de conſuetudine fures non gaudeant d. immunitate. Idem Farinac. d. q. 28. n. 17. & ſeq. quãdo eſſent fures famoſi, vt non gaudeant d. immunitate eccleſiaſtica de conſuetudine teſtatur etiam Marc. Ant. Macer. var. reſol. lib. 2. reſolut. 15. n. 4. vbi tamen in fine dicit hodie nec fures famoſi poſſint extrahi cum non ſit caſus comprehenſus in d. bulla.

65 Ego autẽ arbitror quatenus vera eſſet opinio Decian. vt fur confugiens ad eccleſiam cum re ſubtracta gaudere poſſit d. immunit. dummodo furtum non ſit clarum, & non contendat d. rem furatam retinere vero Domino, quia per illam retentionem induceretur noua contractatio rei furatę in ipſa eccleſia, vt tradit Bald. in l. qui furem in 1. lect. de ſtat. hom. Boer. deciſ. 13. n. 48. Bertaz. conſ. 40. n. 1. verſ. 3. opinio, prout dixi ſupra. 16. n. Ideò erit dicendum iſto caſu, quod fur nõ eſſe tutus in eccleſia, tanquam committens nouũ delictũ in ipſa eccleſia, etiã circũſcripta d. cõſuetudine. Sed Borgn. in repert. deciſ. in 1. p. in verb. iudex eccleſiaſticus n. 13. reprobando, Couar. concludit, quod debeat gaudere d. immunitate, ſed ſolum poſſint ei res furatas auferri, omiſſa illa diſputatione an dicatur ibi per retentionem contractare, & denuò furari, quam Borg. opinionem ſequi debemus cum vigore d. bullę, iſte non ſit caſus comprehenſu in ea. Idemque ſi rem furatam portauit ad vendendum in cimiterio eccleſiæ, quia præſumitur animo saluãdi ſe in eccleſia, ideò per præſumptam fraudem nõ gaudet d. immunitate eccleſię, vt poſt Caſtren. in conſ. 458. n. 2. lib. 2. declarat Card. Tuſc. d. to. 3. concl. 11. num. 50. quod hodie non erit dicendum vigore d. bullæ, vt ſuperius dixi.

66 Trigeſimo amplia in exiſtente in eccleſia, mandãte cõmitti homicidiũ extra eccleſiã, vt gaudeat hac immunitate, cum videatur habuiſſe reuerentiam ad eandem eccleſiã, vt tenet Dec. in tract. crim. to. 2. lib. 6. c. 28. n. 7. vbi ſubdit, ſecus ſi exiſteret extra eccleſiam, & mandauit committi delictum in eccleſia per not. per gloſ. in Clem. paſtoralis in verb. diſtrictu de re iud. & Ang. & Aug in tract. crim. de malefic. in verb. & Titiũ mandatorem q. 7. n. 18. & ſeq. & in verb. exiſtens Florent æ in q. 1. nu. 2. Qui Decianus ibi dicit, quod Abb. & Io. de Viſch. ſe referunt in iſto articulo ad tradita per Bar. de cuius Deciani opinione, ego valdè dubito, quando mandatum datum in eccleſia ad delinquendum extra eccleſiam eſſet punibile per ſe, quia tunc ceſſaret ratio allegata per eum, cum non videretur habuiſſe reuerentiam eccleſiæ, cum ibi deliquerit & ideò minime d. immunitate gaudere valeat, & generaliter, quod mandans fieri homicidium non gaudeat immunitate eccleſiæ, habetur in cap. 1. verſ. vel defenderit ſiue reſultauerit de homicid. in 6. & poſt Ant. Columb. in tractat. de modo proceden. in controuerſ. crim. artic. 117. Baiard. quæſt. 30. numero 19. in fin. niſi forſan dicere velimus, quod dict. text. in dicto capit. 1. non loquatur in ſimplici mandante fieri homicidium, ſed cum qualitate Aſſaſſinij pecunia data, vel promiſſa.

67 Trigeſimoprimo amplia, in committente crimen peculatus, vt ſit tutus in eccleſia, vt ꝑ Dec. in c. 28. n. 24. qui hanc opinionẽ defendit a contrarijs & eamd. opinionẽ tuetur poſt alios quos allegat, Borgo. in reper. dec. p. 1. in verb. iudex eccl. n. 14. quando crimen peculatus committatur, docui in meo tract. de confiſcat. bonorum concluſ. 12.

68 Trigeſimoſecundo amplia, ad ſcholares cõfugientes ad ſcholas in quibus capi nõ poſſunt, maxime ad euitãdu tumultũ, vt ꝑ plura cõcludit Rebuf. in tract. de priuil. ſchol. c. 51. ſequitur Iul. Clar. q. 30. verſ. in hoc autẽ propoſito, Card. Tuſch. to. 3. concl. 9. n. 13. Dec. d. c. 30. n. 11. vbi tamen reſtringit, & declarat hanc ampliat. quando delictum nõ eſſet de exceptis, quia ſicut pro eis poteſt delinquens capi in eccleſia ita poterit capi in ſcholis.

69 Trigeſimotertio amplia, ad milites, qui non poſſũt capi in Caſtris. Dec. in d. c. 30. n. 12. declarando tamen, vt ibi per eum, idemque dicit ſub nu. 13. in Aduocato qui non poſſit capi in forõ, vbi cauſas agit, niſi in caſibus exceptis ideq. dicit ſub n. 14. in Doct. legẽte, qui capi nõ poſſit in ſcholis, niſi etiã in caſibus exceptis.

70 Trigeſimoquarto amplia, vt hæc immunitas conceſſa cõfugientibus ad eccleſiã procedit etiã in cõfugiẽtib. ad loca exiſtentia infra 30. vel 40. paſſus, & ita obſeruatur, vt teſtatur, Card. Tuſch. to. 4. concl. 59. n. 27. quicquid dixerit, Io. de Viſch. in tract. de immunit. eccl. n. 12. & ſeq. qui credidit eſſe neceſſarium primo confugere ad eccleſiam, poſtea extare intra 30. vel 40. paſſus, qui tamen reprobatur per Remig. in tract. de immun. eccl. ampliat. 6. n. 4. & ſeq. quia confugiens ad loca immunitatis dicitur confugere ad eccleſiam, prout etiam dicit Felin. in c. cum pro cauſa, n. 2. verſ. nota ꝙ violans de ſentent. excommun. ſed quid ſeruatur dixi ſupra.

71 Vigeſimoquinto amplia, vt tales exemptio ſit cõceſſa eccleſiæ, & eius loco, ideò habeat locum tam in clericis, quàm laicis Rom. conſ. 234. in princ. vbi add. plenè, in verb. aduertendũ, vbi ponit alia ſimilia, & ſic cõprehendat maſculos, fœminas, terrigenas, & forenſes, ſequitur Card. Tuſch. to. 3. concl. 9. nu. 17. & quod etiam eccleſiaſtici ſint tuti confugientes ad eccleſiã, Iul. Clar. q. 31. n. 16. plenè Rom. conſ. 234. & conſ. 217. per tot. vbi Mandoſ. in verb. non potuerit, & plenius idem Mand. ad Rom. in d. conſ. 234. in verb. aduertẽdum, Card. Tuſch. to. 3. cõcl. 10. n. 25. Couar. lib. 2. var. reſol. c. 20. Moder. Roman. q. 28. n. 7. Prax. Archiep. Neap. c. 18. nu. 11. vbi de magis communi vbi tamen allegat, Abb. & alios contrarium tenentes, & tandem dicit poſſe extrahi clericos, vt puniantur a iudice eccleſiaſtico, & non a laico, item cõcludit, ꝙ per d. bul. Greg. XIV. videtur approbata opinio Abb. cum in ea non habeatur mentio, niſi de laicis, dicã in ſeq. c. n. 49.

72 Trigeſimoſexto amplia, in Raptoribus virginum confugientibus ad eccleſiã, vt in ea ſint tuti c. de rator. 36. q. 1. Ant. Gomez. var. reſol. t. 1. quãdo reus gaud. immun. eccl. ſub nu. 2. Remig. de immun. eccl. fall. 28. Iul. Clar. q. 30. ſub verſ. quæro nũquid, vbi teſtatur, ita fuiſſe in cõtingentia facti obſeruatũ, & ꝙ iura ciuilia contrarium diſponentia ſint correcta per iura canonica, ſumma Angelic. 6. immunitas n. 17. in fi. Farin. q. 28. nu. 17. & ſeq. vbi teſtatur de cõi, & magis cõi opinione, & a conſuetudine approbata, & ibi reſpondet contrarijs, licet in Gallia contrarium ſeruetur, ſed in Italia cõem opinionẽ ſeruari teſtatur pract. Papienſ. in form inquiſit. in verb. hęc eſt quędã inquiſitio n. 40. & Boſſ. in tit. de capt. reor. n. 21. firmat ita ſeruari ab omni-

omnibus iudicibus Deum timentibus,tàm in consulēdo, quàm in iudicando, nisi contraria consuetudo in loco extaret, prout etiam firmat Farinac. in d.q.29. n.21.circa medium,& ibi respondet cuidā obiectioni factæ per Couar.var.resolut.lib.2.c.20.n.28.qui tamē tenet cōmunē supra firmatam opinionē, & vide latè Dec.in d.c.28. n.20.& quod de iure ciuili rapt.virg. non gaudeant immunitate ecclesiastica,habemus in auth.de mand.Princ. §.sed neque,sed q̄ de iure pontificio sit ius ciuile correctū,vt ipsa immunitate gaudeant vltra,supra allegatos tenent,Henr.Boie.in c.ecclesiæ col.3.de immunitate eccles.Petr.Bellug.in specul.Princ.§.sed quia n.12.Ang.Clauef.in summ.§.immunitas n.17.in fin.Syluestr.in summ.§.immunitas in q.1.n.2. & alij relati per Lup.in tract.de Illeg.& natal.restit.comment.1.§.5.n.132.vbi de com.vbi tamē refert alios cōtrariū tenētes,cū quib.ipse residere videtur, sed ego arbitror,non esse recedendum a communi opinione.

73 Trigesimoseptimo Amplia in adultero, qui licet per Auth.de mand.Princ.§.neque autē homicidi non sit tutus in ecclesia,tamē eius dispositio de cōsuetud. non seruatur,vt testatur Dec.d.lib.6.c.28.num.22.

74 Trigesimo octauo Amplia in homicida cōfugiēte ad ecclesiam,vt ab ea extrahi nō possit de iure canonico.Couar.var.resolut.lib.2.c.20.n.7.vers.Nona ab eisdem.Boer.decis.109.nu.3.ver.& sic vult.& n.4.vbi alios in puncto cumulauit Petr.à Plach.lib.1.c.34.nu.15.qui etiam alios adducit,Clar. q.50. vers.scias tamen,vbi testatur ab omnibus indifferenter obseruari, latè Dec.lib.6. c.28.num.16.qui omnes loquuntur in simplici homicidio,& quod Auth.de mandato Princ. §.neque autem homicidis,sit correcta per ius canonicum,& de communi testatur Mar. Ant. Macerat.lib. 3.resolut.15.num.9.

Quæ ampliatio procedit, siue homicidium fuerit cōmissū casu,culpa,vel dolo,nulla tamen deliberatione animi præcedente,vt testatur Iul.Clar.d.q.30.n.9. vers.scias tamen,quicquid in cōtrariū distinguēdo inter homicidiū casuale,& volūtariū,tradidit Boer.in d. decis.109.n.5.& seq.quā Iul.Clar.opin.sequitur Farinac.d.q.28. n.22.Andr.Fachin.contr.iuris,lib.9.c.3. circa fin.vers.Præterea.Quæ opinio hodie magis erit obseruanda cū vigore d.bullę Gregorij XIV.requiratur qualitas assassinij,vel proditionis, vel p industriā, vt homicida, non possit gaudere d.immunitate Mar. Ant.Macer.d.resolut.15.n.9.Sed in homicidio animo deliberato commisso. Andr.Fach.contr.iur.d.lib.6.c. 93.disputat articulū ad partes,& tuetur partē,vt non gaudeat d. immunitate ecclesiastica,& ad contraria respōderet, & hoc sit verū de iure communi,& eamdem opinionem tenet Alex.in cons.146 n.5.lib.7.Alciat.de presumpt.reg.3.præsumpt. 33.n.4.Couar.var. resol.lib.2. c.....nu.7. qui testatur de mag.com.opin. Sed contrariam opinionem longè veriorem affirmāt Couar.vbi supra,Abb.in c.inter alia n.18. de immun. eccl. Ant.Gomez.tit.de delict.c.10. n.3. vers.limita 5. Remig.de immunit.eccl.limit.13.Ioan. Cutier.prout q.lib.1. q.2.n.14.Paz.in Prax.lib.1.q.2.n.2.Cæuall.in tract. com.contra com.q.684. vers.sed contraria,qui etiam testatur de veriori opinione,quæ est conformis dispositioni d. bullæ Gregorij decimiquarti.

75 Sed ista ampliatio procedit in homicidio commisso in clericum.Boer.decis.109. sub n.7.Farinac.q.28. n.28.vbi reddit illam rationem,quia per homicidium in clericum committitur sacrilegiū,& ob id non gaudeat d.immunitate,Io. de Visc.de immun.Eccl.n.38. vers.7.in interfectore clerici,Dec.d.c.27. nu.11.lib.6.

76 Et ex eadem ratione vulnerans Clericū nō poterit se tueri in ecclesia,vt in puncto tradit Boer. d. decis. 109.sub nu.7.& Farin.q.28.vers.& quod plus est,sed erit videnda bulla an sit casus in ea comprehensus.

77 Trigesimonono Amplia, vt adeò cōfugiens ad ecclesiā sit tutus in ea, vt nō possit,nec etiā molestari p iudicē laicum in bonis, & iudex ecclesiasticus poterit inhibere eidē iudici sæculari,vt cōtra illius bona non procedat, & si nolit obedire,poterit illū punire,vt in pūcto tradit Io.de Visc.in tract.de immun.eccl.n.57. vers.nūquid autē,sed Dec.in tract.crim.lib.6. tit.1. c. 36. n.10.contrarium putat esse verum,cum iudex ecclesiasticus teneatur exhibere confugientem ad ecclesiam, præstita satisdatione, quod non imponetur pœna corporalis,c.rerū de immunitate ecclesię.Quę opinio,Dec. per d.rationem mihi non satisfacit,cum dum est in ecclesiā, & non simus in casibus,in quibus licita nō sit extractio,eius ratio nō adaptatur,& ideò credo,quod etiam in bonis tutus esse debeat.Nisi obstet illud,quod firmat,Clar.in d.quęst.30.in fine princ. & alij sequuntur,quos superius retuli,vt iudex sæcularis procedat in contumaciam illius ad pœnam delicti condignam , & non curet habere in manibus reum per extractionem ab ecclesia, si non posset illum punire,ita post alios,quos allegat tenet. Aufred.in dec. 423.n.4.in fine,& n.5.vt immunitas ecclesię non debeat ius burialε partis lædere, & quod ibi citare possit,si defendet bene quidem,sin minus procedatur ad immissionem in possessionem.

78 Quadragesimo Amplia, quod si captus affirmet se fuisse captū in loco sacro,& Birroarij contrariū asserent,non erit eisdem Birroarijs credēdū,cū agatur de graui preiudicio,vt in pūcto cumulādo doctorū auctoritates,hanc opinionem tuetur,Dec.lib.6. tomo 2. c. 29. n. 10.Cum verè isti Birroarij sub spe lucri non vereantur mentiri,vt consuluit Mantica cons.60. nu.9. & seq.volum.1. & Dec.respons.4. nu.63.vol.6.dicit, quod isti officiales, & Birroarij appellantur Ribaldi, & solent multa mala committere, & Bursatt. in cons. 216. num.83. vol.3. dicit istos satellites non probare contra illum, qui ab eorum manibus aufugit, etiam si deinde ad carceres illum duxerint.

Nisi tamen velimus dicere, quod de quadam consuetudine istis executoribus credatur, non solū in cōcernētibus eorum officiū, sed etiam in alijs,vt si asserāt fuisse percusos,vel vulneratos,vel iniuratos in ipsa executione,prout seruari Franciæ Florentię,& in delphinatu,testatur Petr.Caball.in q.crim.cas.171.n. 6.vers.& quicquid,& Baiard.in q.30.n.24.etiam dicit ipsum credere , quod in practica non obtineretur, vt Birroarijs non credatur, & q̄ non sit standū assertioni negatiuæ ipsius capti,cum omnes Rei ita dicerent.

Ego autem puto, quod vbi vigeret talis cōsuetudo illa esset obseruanda, dummodo tamē plures Birroarij super hoc deponeret, vel alia adminicula concurrant, cum nimis durum diceretur, si standum erit dicto vnius personæ vilis,& suspectæ, prout etiam declarat idem Petrus Caball. d.cas.centesimo vigesimo septimo,num. decimo,& seqq.ac etiam vbi Birroarij aliquam mercedem ex captura, non perciperent, secus si

cus ſi pro captura mercedē haberent, quia ſolent mala multa ſine verecundia patrare, vt cõſuleruı Mant. d.conſ.6.n.9.& Dec.d.reſponſ.4.n.73.A qua opinione non videtur diſſentire, idem Petr.Caball.d.caſ.126.nu. 15. verſ.& tanto magis.Ae etiam vbi ageretur de Birroarijs de maioribus, & in capite, & precipuè ſi haberent aliquam iuriſdictionem. Ioſeph Lud.deciſ. Lucenſ.1. n.4. qui loquitur in Baroncelle Lucenſe, & ſequitur Granat.Theor.19.n.11.Prax.Archiep.Neapol.c.49.per tot.qui etiam loquitur in curſorib.curię Epiſcop. cū illi ſint clerici, & ob id ceſſet illa vtilitas.

Si iſti Birroarij deponerent pro Reo, nempè illum cæpiſſe in loco ſacro eis omninò ſtandū erit, cū corū relatio dicatur de actis, & faciat notorium, vt in ſpecie reſpondit, Rom.conſ.227.n.3.circa finem, Dec.in d. c.29. numero 10. verſ.quod ſi Nuncius, & Granat. d. Theor. 19. num.10. etiam dicit ſatellites probare ad fauorem Poteſtatis in ſindicatu.

Nec ſtaretur aſsertioni capti dicētis fuiſse captuū extra Eccleſiam quando per teſtes probaretur contrarium, vt bene poſt alios, quos allegat tuetur Borg. in repert.deciſ.in 1.par.in verbo iudex eccleſiaſticus, num.15.& ſeq.

In quibus caſibus ceſſet dicta immunitas Eccleſiæ tàm de Iure communi, quàm vigore dictæ bullæ Gregorij XIV.

SVMMARIVM.

1 *Infideles confugientes ad eccleſiam noſtram non gaudent eius immunitate.*
2 *Contrariam opinionem nonnulli tenent.*
3 *Sed prima opinio eſt verior, & magis communis.*
4 *Limita, quando confugerent ad eccleſiam, & non ſimulatè vellent chriſtianos fieri.*
5 *Haretici non gaudent dicta immunitate Eccleſia.*
6 *Declara tamen, vt ibi, quando pro alijs delictis, qua pro hæreſi gaudent dicta immunitate.*
7 *Apoſtata non gaudet dict.immunitate, declara, vt ibi.*
8 *Simoniaci, nec etiam gaudent dicta immunitate.*
9 *Blaſfemus, nec etiam gaudet dicta immunitate, declara tamen, vt ibi.*
10 *Sacrilegus nec etiam gaudet dicta immunitate pro alio delicto, quando ſacrilegium comiſit in Eccleſia.*
11 *Contrariam opinionem nonnulli alij doctores tenent, ſacrilegos gaudere dicta immunitate vigore dicta bulla Gregorij XIV.*
12 *Delinquent in eccleſia non gaudet d. immunitate.*
13 *Delinquens in eccleſia ſub ſpe dicta immunitatis illa non gaudet.*
14 *Delinquens in eccleſia ex tempore, nec etiam gaudet dicta immunitate.declara tamen vt ibi.*
15 *Delinquens ſemel in eccleſia non gaudet dicta immunitate pro alut delictis commiſſis extra eccleſiam.*
16 *Declara, & diſtingue vt ibi.*
17 *Delinquent in vna eccleſia, non eſt tutus in alia.*
18 *Eccleſiaſtici, & Regulares ab eorum Pralatis poſſunt capi in eccleſia.*
19 *Delinqnes propè eccleſiam, quando gaudeat dicta immunitate, declara, vt ibi, vbi latè.*
20 *Exiſtens in eccleſia, & occidens exiſtentem extra eccleſiam, non gaudet dicta immunitate.*
21 *Exiſtens extra eccleſiam, ſi occidat exiſtentem in eccleſia non gaudet dicta immunitate.*
22 *Exiſtens in eccleſia ſi mandet committi homicidium extra eccleſiam non gaudet dicta immunitate.*
23 *Alij autem contrariam opinionem tuentur.*
24 *Author autem conciliat iſtat contrarias opiniones.*
25 *Confugiens armatus ad eccleſiam, nõ erit tutus in ea.*
26 *Declara tamen vt ibi.*
27 *Serui confugientes ad eccleſiam non ſunt in ea tuti, ſed eorum dominis ſunt reſtituendi.*
28 *Declara tamen, vt ibi.*
29 *Serui confugientes ad Senatum Populi Romani, recipiunt liberationem, dummodo efficiantur chriſtiani, nullo refuſo pracio dominis.*
30 *Interdictus acceſſus ad eccleſiam alicui, ſi ad eam confugiat non eſt tutus.*
31 *Crimē læſ.maieſt.cõmittens, nõ erit tutus in eccleſia.*
32 *Declara tamen, vt ibi.*
33 *Latrones publici, non ſunt tuti in Eccleſia.*
34 *Latro publicus, quis dicatur, declara vt ibi.*
35 *Craſſatores viarum, non ſunt tuti in eccleſia.*
36 *Craſſatores, qui dicantur.*
37 *Agrorum depopulatores non gaudent d.immunitate.*
38 *Qui dicantur depopulatores agrorum.*
39 *Proditorus non gaudent dicta immunitate.*
40 *Proditores, quis dicantur.*
41 *Aſſaſſini non gaudent d.immunitate.*
42 *Aſſaſſini, qui dicantur, declara latiſſimè, vt ibi.*
43 *Occidens per inſidias, vel induſtriam non gaudet dicta immunitate.*
44 *Incendiarius, non gaudet dicta immunitate.*
45 *Peculatus crimen cõmittens non gaudet immunitate.*
46 *Exatores tributorum non gaudent dicta immunitate.*
47 *Falſum deponens, & periurium committens, non gaudet dicta immunitate.*
48 *In vrbe delinquentes, vel in ſtatu eccleſiaſtico, an ſeruatur iſta immunitas eccleſiæ.*
49 *Clerici de conſuetudine non gaudent d immunitate.*
50 *Negantes eſſe latrones, & delinquentes an ſint tuti in eccleſia.*
51 *Fractores pacis, non ſunt tuti in eccleſia.*
52 *Clericum occidens, non erit tutus in Eccleſia.*
53 *Amplia ad percutientes clericos.*
54 *Iudex ſæcularis pendente proceſſu ſuper immunitate ſi deueniet ad executionem contra reum grauiter erit puniendus.*

CAP. XXXVIII.

MOdo videndum eſt in quibus caſibus, tàm de iure communi, quam vigore d.bullæ Gregorij Decimiquarti immunitas eccleſiaſtica non ſuffragetur confugientibus ad Eccleſiam, & multi numerantur caſus.

1 Et primus erit, vt infideles confugientes ad eccleſiam noſtram non gaudeant d.immunitate, neq; in ea tuti ſint, tex.in l.1. & ibi gloſſ.C.de his, qui ad eccleſiā cõfug.Oldrad.conſ.54. n.3.verſ.quid de Iudęo, Azon. in ſumma C.qui ad eccl cõfug.n.2.Marſil.in l.ex Senatus conſulto nu.10.ff.de ſicar.vbi de cõi Remig.de immun.eccl.fallēt.10.vbi etiā de cõmuni, Farin.q.28. vbi cõcordantes allegat & teſtantur de cõi, Iul. Clar. q.30.verſ.pręterea quæro n.17.Marquard.in tract.de Iudæis p.1.c.8.Dec.in tract.crim.to.2.lib.6.nu.n.20. vbi latè, & alios concordantes allegat, & teſtatur de veriori, & communiori opinione, & Ambroſ.in tract. de immunitat.Eccleſ.c.8.nu.18 verſ.cuius tamen, vbi

testatur de magis communi opinione,& de veriori & Io.Franc.Leon.in The.For.eccl.c.13. num.30.Card. Tusch.tom.3.conclus.27.vbi de communi.

2 Contrariam opinionem tenet gloss. in c.inter alia vers. extrahendus de immunit.Eccles.quam communem dicit Couar.Var.resolut.lib.2.c.20.sub nu.11.& alij relati per Ambros.in d.c.8.in princ.

3 Sed à prima opinione nullo modo est recedendū, cum sit magis communis, & verior, vt affirmat Iul. Clar.Farinac.Marquard.& Decian.in locis supra adductis per rationes per dictum Dec. & per Ambros. in locis prædictis relatas.

4 Et quamuis Rebuff.in constit.de immunit.eccl.to. 2. articul.1. gloss.1.versic.5.excipitur,asserat,quod si iudæi velint fieri Christiani gaudere debeant dict. immunitate,& faciat pro hac opinione text. in d.l. prima,C. de his,qui ad eccl.confug.qui videtur annuere a contrario sensu, quod si non simulauerint, sed verè vellent fieri Christiani,quod debeant esse tuti,vt etiā sequuntur nonnulli Doctores relati per Dec. in d. c. 26.n.2.in princ.& Baiard.ad Clar.in q.30.num.23.

Tamen Decian.in d.c.26. d.n.2. dicit,quod immo lex præsumit, quod simulatè id faciant, & propterea nō sint tuti in ecclesia,& quod ita Abb.in c.inter alia, num. 6. de immunitat. eccles. intelligit,d. l. 1. & fuit de mente Io. de Visch.de immunitat. eccles.conclus. 13.& eamdem opinionem sequitur Ambros.d.cap.8. num.8.in fine.

5 Secundus casus est,vt Hæretici,nec etiam gaudeāt d.immunitate,cū per hæresim verè,& immediatè delinquant in ecclesiā, & ob id sint sua tutela destituti, Couarr.var.resolut.lib.2. c.20.nu.9.in fin.Farinac.d. q. 28. num.68. Gondisal.in tract.de hæreticis,quæst. 11.nu.15.Boer.decis.110.num.6.Decian.lib.6.c.26. num.4. & prius dixit in lib.5.cap.42.num.7.Ambros. de immunit.eccles.c.8. nu.1. & seqq.vbi etiam declarat, quis dicatur hereticus in ista materia,& expresse etiam resolutum,vt hæretici non gaudeant d. immunitate per dictam Bullam Gregorianam.

In tantum autem Heretici non gaudeant d.immunitate, vt postquam fuerint declarati Hæretici si aliquod aliud delictū committāt, vt adulteriū,& simile, tanquam hostes ecclesiæ in ea non sint tuti,Boer. d. decis.110.num.6. Couar.variar.resolution.d.cap.20. numero 11. Gondisal.d.quæst.11. Decian.d.cap.26. num.4. Farinac.q.28.sub nu.68.Ambros.d.c.8.nu.9.

6 Qui Decian. videtur distinctionem adhibere, quod si Hereticus,pro heresi non fuit punitus,possit extrahi,& puniri de heresi,& de alijs delictis postea patratis, si aut ē fuit punitus de heresi & ad gremiū ecclesiæ peracta pœnitentia redierit, debeat pro alijs delictis gaudere d.immunitate,vt per Dec.in lib.6. c.20. n.6. in fin.quam distinctionem sequitur Ambros.in d. c.8.num.9.vers.ego credo.

7 Tertius casus est, in Apostatis, qui nec etiam gaudent d.immunitate Farinacc.quæst.28.n.68.vbi alios allegat Dec.d.c.26.num.4. & 13.vbi tamen declarat hoc procedere in apostatante a fide , secus si a Religione, capitulum primum , vbi scribentes de Apostatis Rebuff. in constitution. Reg.to.2.de immunit. eccles. articulo 1. gloss.1. numero 25. quam tamen declarationem intelligit de apostatāte a religione, vt sit tutus, non in eo monasterio, siue religione, a qua apostatauit,per rationem cap. fin. de immunit. eccl.

8 Quartus erit casus,vt nec etiam simoniaci sint tuti in ipsa ecclesia,cum hæreticis æquiparentur c.verum 16. q.1.& §.per contrarium vbi gloss.instit.de hæreditat. quæ ab intest.cum multis adductis per Decian. in lib. 5. cap.18. in princip.versic.ideò simonia,& in lib.6.cap.26.num.5.

9 Quintus casus est in blasphemo,qui nec etiam gaudet d.immunit.Boer.decis.110.n.1.& seq.Fab.a Mōt. Leo.in pract.fol.159.p.4.n.170.quam opinionem verissimam credit Farinac.q.28. n.67.vbi in fine firmat hanc opinionem esse verissimam,Baiar.q.30.n.13.qui etiam allegat Rebuff. in tractat.de immunitat.eccles. art.1.gloss.1.num.24.tomo 2.

Decian.autem in d.lib.6. c.26.num.6.declarat hoc procedere, quando tractaretur de puniendo delicto blasphemiæ, secus si de eo iam fuisset condēnatus,& pœnā soluisset,& aliud delictū cōmisisset, puta homicidium purum,& in ecclesiam aufugiet,quia tunc putat non posse ab ecclesia extrahi,& eandem declarationem refert Ambros.d.c.8.nu.10.in princip.

Qui Ambrosinus in eodem cap.8. num.10. versic. putarem tamen,credit hoc esse verum in blasphemia hæreticali, secus in alia blasphemia, pro qua ex aliqua lege municipali, vel consuetudine non imponeretur pœna mortis,sed pœna pecuniaria,vel alia corporalis, seu exilij,prout ego arbitror,quod male sentiat ita declarando.

10 Sextus casus est si quis sacrilegium commiserit in ecclesia, vel cimiterio,& tunc si cōfugiat ad ecclesiā propter aliud delictū, & si de sacrilegio nō fuerit punitus,nō poterit gaudere d.immunit.eccles.de posteriori delicto commisso,Boer.decis.110.n.10.Baiar.q. 30.num.22.cum frustra legis auxilium imploretur ab eo,qui committit in legem,& sic puniri debeat in eo, in quo deliquit,Aufred.ad Cappel.Tholoss.decisione 412. Io.de Turrecremat. in capitulo sacrilegium 17. quæstione 4. Franc.Mar.decisione 989.tomo primo, Decian. respons.80. numero decimotertio,volumine tertio , vbi testatur ita fuisse obseruatum in quodam sacrilego, & idem Decianus libro sexto, capitulo vigesimo sexto , numero septimo , vbi subdit in fine dummodo clarè probetur sacrilegium,ita quod nulla tergiuersatione euitari possit, vel si fuerit notoriū,ac etiam esset tutus pro alio delicto, quando pro sacrilegio fuisset condemnatus,& punitus, cum per vnicū actū nō dicatur amisisse priuilegiū ecclesiasticū glos. in c. cum accessissent in verb. contrauenerint.vbi Felin.nu.55.de constitut.& Decian.in d.lib.6.c.7.quicquid dixerit in contrarium Cappel. Tholoss. in d.decis.442.prout etiam refert Iul.Clar.in q.30.num.14. in fin.sed Ambros.de immunit.eccl.cap.5.num.6.tuetur sacrilegos gaudere d.immunit. eccl. cum ex constitutione Gregorij Decimiquarti declaretur tantummodo perpetrantes homicidia, & membrorum mutilationes esse exclusos a d.immunitate,& extēsio fieri non debeat ad alios casus in ea non expressos, quicquid Dec.d.c.28.n.5.dixerit,cum adhuc sua tempestate non esset ædita bulla præfata , & quicquid Villagut.de immunit.eccl.nu.69. contrarium defendere conetur.

11 Septimo successiuè casus erit,quando quis deliquit in ecclesia,vt non gaudeat d. immunitate ecclesiæ,cū indignum sit auxilium ecclesiæ præbere,qui ei iniuriā intulit,cap.fin.de immunit.eccles.Farinac.quæst.28. num.53.

num. 53. vbi concordantes cumulauit, Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 20. ſub n. 15. latiſſimè Dec. in tract. crim. lib. 6. c. 28. n. 5. vbi quam plures alios cumulauit, & ibi reſpondet etiã ad contraria, Io. de Viſch. in tract. de immun. eccleſiæ n. 29. & ob id ſi quis furtũ, vel ſacrilegium fecerit in eccleſia illũ eccleſia non tuetur, Farinac. d. q. 28. nu. 57. Decian. d. c. 28. n. 5. verſic. vnde ſi aliquis, & in reſponſ. 7. n. 13. volum. 3. vbi teſtatur ita fuiſſe obſeruatum contra quendam ſacrilegum, Villagut. de extenſ. ll. tit. de extenſ. immunit. eccl. & hoc expreſſe etiam ſancitum fuit per dictam Bullam Gregorij XIV. contra committentes homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis eccleſijs earumue cemeterijs non gaudere d. immunitate, Ambroſ. de immun. eccl. c. 5. n. 1. & ſeqq. Card. Tuſch. tomo 3. concluſ. 11. n. 10. vbi de communi, & n. 19. & ſeq. etiam ſi Monaci in quorum eccleſia captus eſt delinquens haberet priuilegium particulare, vt delinquentes ibi non capiantur, quia interpretatur ſecundum ius commune, ac procedit in quocunq; delicto facto in eccleſia, etiã ſi non interueniat homicidium, vel membri mutilatio, Iul. Clar. q. 30. ſub n. 13. verſ. & generaliter, vbi de communi, Aufred. ad Cappell. Tholoſſ. q. 423. nu. 1. qui declarat, vt procedat in alijs delictis grauibus propter idemtitatem rationis, ſecus verò in alijs delictis non enormibus, quod erit dicendum eſſe verum de iure communi, ſecus vigore dictæ Bullæ, vt ſuperius dixi.

13 Octauus caſus eſt, ſi quis in eccleſia delinquat ſub ſpe impunitatis, & ex propoſito, & appenſatè, vt omnino excluſus ſit ab iſta immunitate ne auxilium prebeatur ei, qui intra eccleſiã delinquẽdo illi iniuriã intra eccleſiã delinquẽdo illi iniuriã intulit, d. c. fin. & c. qui fruſtra de vſur. l. auxilium §. in delictis, ff. de minoribus, Farin. in d. q. 28. nu. 52. 53. 54. Iul. Cla. q. 30. verſ. punitus eſt. Dec. c. 28. nu. 15. in fin. vbi teſtatur de veriori opinione, Card. Tuſch. to. 3. concl. 11. n. 12. & n. 40. vbi poſt Henr. Boich. in c. eccleſiæ n. 9. de immunit. eccleſ. dicit præſumi delinquere ſub ſpe immunitatis, ſi propè eccleſiã delinquat, niſi probet, ꝙ caſu, vel alias ſine dicta ſpe ibi deliquerit, & idem erit in fure, qui res furatas portat ad vendendũ in cimiterio, quia præſumitur animo ſaluandi ſe in eccleſia, vt non gaudeat d. immunitate propter præſumptam fraudẽ. Caſtrenſ. conſ. 456. num. 2. lib. 2. Card. Tuſch. d. concluſ. vndecima, num. 50. & hæc omnia vera ſunt de iure communi.

14 Nonus caſus erit in eo, qui nõ ſub ſpe impunitatis, & appenſatè delictũ commiſit, ſed ex tempore, & in pura rixa, Couarr. variar. reſolution. lib. 2. c. 20. num. 15. verſic. 22. deducitur vbi firmat hanc opinionem eſſe veriſſimam, & poſt alios, quos allegat teſtatur ita ſeruari, Aufred. ad Capell. Tholoſſ. q. 423. num. 1. in fin. & ſeruandam, Iul. Clar. q. 30. verſiculo item quæro in fin. vbi teſtatur, quod indiſtinctè vidit ſeruari, quod qui in eccleſia delinquit, indignus reputetur eius auxilio, & eandem opinionem tuetur Farinac. in q. 28. nu. 54. 55. quicquid dixerit Remig. in tract. de immunit. eccleſ. in 3. fallent. n. 3. ex auctoritate Hoſtien. quam opinionem communem appellat, ego autem libenter adhæreo opinioni, Couarr. cum vnuſquiſque debeat omni conatu, & caſu, reuerentiam eccleſiæ præbere, & idem indiſtinctè tenet Iul. Clar. q. 30. verſ. itẽ quæro in fine, ſed quia Bulla Gregor. hunc caſum non ponit inter comprænhenſos in ea, ideò poteſt dici opinionem, Couarr. non eſſe veram, vt dicam infra numero vigeſimoſexto.

Sed quod vtrumque requiratur, vt deliquat in eccleſia, & animo conſequendi impunitatem alias ſecus, Egid. conſilio 13. in princip. Clauaſ. in §. immunitas verſiculo 17. ſed Cardinal. Tuſch. tomo 3. concluſione 11. num. 14. declarando dicit, quod ſi quis a principio incipiat delinquere animo conſequendi impunitatem, & tunc non gaudeat dicta immunitate, ſecus ſi incipiat a delicto commiſſo, & allegat Alex. in conſilio 195. num. 3. verſ. 2. probatur lib. 7. & ſub numero 15. dicit quod illi, qui ſunt in eccleſia tuti, & certis horis exeunt ad delinquendum, vt debeant ab eccleſia expelli, & eandem declarationem de ſpe immunitatis ante, vel poſt delictum conſiderat. Decian. tomo 2. libro 6. capit. 28. ſub num. 5. verſ. iſta Ratio ſpei immunitatis.

15 Decimus caſus eſt in eo, qui ſemel deliquit in eccleſiam, vt immunitatem ammittat ſi ante, vel poſt aliud commiſerit delictum extra eccleſiam; prout deciſum fuit in Cappell. Tholoſſ. deciſ. 423. Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. num. 12. Iul. Clar. q. 30. numero 14. verſiculo ſed quid ſi aliquis in fin. Cardinal. Tuſch. tomo 3. concl. 11. num. 12.

16 In quo caſu Decian. lib. 6. cap. 28. num. 10. notabiliter diſtinguit, quod ſi committens delictum in eccleſia, pro quo priuandus venit dicta immunitate, ſit tutus in ea pro alijs antea commiſſis, pro quibus poterat vti dicta immunitate, ſi iudex vellet ipſum punire pro delictis præteritis tantum, & non pro commiſſo in eccleſia, & tunc in ea tutus ſit, vt ſentit etiam Io. Viſch. in tract. de immunitat. nu. 64. Secus ſi vellet illum punire pro commiſſo delicto in eccleſia, quia tunc poteſt eumdem pro alijs punire cum captus pro vno delicto, pro alijs puniri poſſit, Bald. conſ. 90. lib. 2. & ſequitur in puncto Ambroſ. in dicto cap. 5. numero 10. verſiculo in quo articulo.

Si verò pro primo delicto commiſſo in eccleſia fuerat punitus, & tunc non poterit pro alijs non exceptis extrahi, ſi vero non fuit punitus, tunc poterit extrahi pro primo commiſſo in eccleſia, ſed iudex eſt competens, ſi non eſt competens non poterit, quia licet priora delicta aggrauauerit, quo ad pœnam, non tamen tribuunt iuriſdictionem, quam Decian. diſtinctionem ſatis æquam, & rationabilem reputat, Farinacc. q. 28. num. 60. in fine, & eamdem ſequitur Ambroſ. d. cap. 5. num. 10. in fine.

17 Vndecimus caſus erit, ſi quis in vna eccleſia delinquat, & in ea tutus non ſit; nec etiam tutus erit in alia eccleſia, cum immunitas non ſit vni eccleſię conceſſa in ſpecie, ſed vniuerſali eccleſię, Couar. variar. reſolut. lib. 2. c. 20. n. 15. verſ. 24. Io. de Viſch. de immunit. eccl. n. 64. verſ. etiam ſi delinquens, & hanc opinionem communem, & in practica obſeruatam teſtatur Iul. Clar. q. 30. n. 15. verſ. ſed quid ſi aliquis, & Decian. lib. 6. cap. 28. Farinac. quæſt. 28. num. 39. Villagut. de extenſ. ll. tit. de immunitat. eccleſ. num. 60. Ambroſ. de immunitat. eccleſ. cap. 5. num. 3. qui etiam alios allegat, & teſtatur de communi, Cardinal. Tuſch. tomo tertio, concluſione vndecima, numero vndecimo, ſed Farinaccius dicta quæſtione vigeſima octaua, nu. quinquageſimo nono, dicit niſi aliter conſtaret in loco de contraria cõſuetudine, vbi de hoc dubitare cõtigerit,

tigerit, sed pro declaratione præsentis casus vide Boer.decis.110.nu.10.& Baiard.q.30.num.22.

18 Secundus casus est, vt ecclesiastici,& regulares respectu eorum superioris nō gaudeant d.immunitate, quia per Episcopum,& Prælatū Religionis capi possunt in ecclesia, vel loco exēpto ecclesiæ, vt per Abb. in c. inter alia nu.13. vbi latè de immunit.eccl.sed in contrarium se habet magis communis opinio attestata per Cardinal.Tusch. tomo 3. conclus.10. num. 25. & conclus.11.numero 27.& ego latè dixi supra in præcedenti capitulo.

19 Decimus tertius casus erit in delinquēte, propè ecclesiā si statim cōfugerit cōmisso delicto ad ecclesiā, quia delinquendo propè dictam ecclesiā censetur sub illius fiducia deliquisse,& ideò perdit priuilegiū, Henric.Boich.in c.ecclesiæ,n.9. de immunitat.eccles. Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.33.nu.22.& seqq. vbi latè istum casum comprobat Iul.Clar.q.30.n.13. in fine vbi testatur, quod ita vidit semper indistinctè obseruari, Couarr.variar.resolution.lib.2. cap.20.nu. 15. vers.26. attenta ratione Farinac.d.quæst.28. numero 56. Vulpell.respons.130.num.7.& seq.Cardin. Tusch.tomo 3. conclusione 11.num.40. vbi subdit, nisi probet, quod casu, vel alias sine affectione, vel spe, ibi deliquerit,& post Castrens.in cons.458. nu.2. lib.2. dicit idem esse in fure, qui res vendendas portauit propè ecclesiæ, vt præsumatur animo saluandi in ecclesia, vel Cimiterio, ideò non gaudere dicta immunitate, ne Domus Dei fiat spelunca latronum, & ne immunitas inducta ad bonum finem tribuat occasionem delinquendi contra text.in c.est iniusta 24. q.4. Baiard.q.30.num.20.& seq.

Contrariam opinionem tenent Doct. adducti per Iul.Clar.q.30.sub n.13.vers.Nec tamen vbi de cōmuni, & totis viribus hanc cōtrariam opinionem defendit Dec.in tract.crim.lib.6. c.28.n.5.ante finem vers. ex quo infero post Bellam. quem allegat in cons. 13. & omnibus fundamentis adductis per Alciat. respondet, & tantum consentit, quod delinquens propè ecclesiam non gaudeat illius immunitate si studiosè, & malis artibus induxerit suum inimicū,& ibi illum occidit, nec subsistunt, quę per Farin.adducuntur ne domus Dei fiat spelunca latronū, quia ista consideratio procederet in delinquente in ecclesia,& nō in eo, qui ad ecclesiā cōfugit, quia ex ista ratione in quocúque casu cōfugiētes ad ecclesiā delinquētes facerēt illam speluncā latronū,& totaliter destrueretur ista immunitas, & ideò Decian. se restringit ad illū, qui occidit aliquē inductū malis artibus propè ecclesiā,& isti Deciani sentētia coadiuuatur hodie ex d.bulla Gregorij Decimiquarti, in qua excipitur casus, quādo homicida,& mutilationes in ipsis ecclesijs earumue Cimiterijs cōmittere nō verentur, vt in illis non sint tuti, vnde in alijs gaudere debent d.immunitate cū per clausulā sublata,&c.nō fiat extensio ad alios casus nō expressos, vt firmat idem Farinac.in cons.76. nu.14. & cum hac opinione, Dec.videtur residere, Ambros.de immunitat.eccles.cap.5.num.4.

Et regula est, vt in dubio quis nō præsumatur velle delinquere sub spe immunitatis. Baiard.q.30.n.21. in fine vbi alios allegat,& quando præsumatur delinquere sub spe immunitatis vide Alciat. d.reg.3. præsumpt.33. nu.3.& seq.sed si quis delinquat propè ecclesiam, animo deliberato, sub spe immunitatis præsumitur delinquere post alios, quos allegat, Baiard. d. q.30. n.20. Idem in delinquente ex proposito,& protinus ad ecclesiam confugiens dicatur delinquere sub spe immunitatis ecclesię. Baiar.d.q.30. num.21.

Sed quicquid de iure dubitari possit super isto casu hodie est sublata omnis disputatio, cū Papa Clemens viij. in vna Panormitana decreuerit delinquētes propè ecclesiam sub spe immunitatis illius nō esse tutos, vt de tali resolutione testatur Farin.in tit.de Carcer. & Carcerat.q.28.n.56.prout eandem resolutionē refert,& sequitur Ambros.in d.c.5.num.4.in fine.

20 Decimusquartus casus erit in eo, qui existit in ecclesia, & occidit existentem extra ecclesiam, vt non gaudeat d.immunitate, Abb.in c.fin.n.11. de immun. eccl.Io.de Visch.in eodem tract.n.62.latè Dec.lib.6. cap. 6. & 27. num.6. Villagut.extens.ll.tit.de immunit.eccl.num.62. Ambros.in eodem tract.c.5.num.7.

21 Decimusquintus casus est in eo, qui existit extra ecclesiam in loco profano, & existentem in ecclesia sagitta, iaculo, aut sclopo percussit, vt ex pluribus comprobat, Couarr variar.resolu.lib.2.c.20.n.15.vers.27. Farinac.q.28.n.61.Dec.d.lib 6.c.28.n.6.& seq. Villagut.d.tit.....n.50. Ambros.eod.tract.n.80.vbi firmat, quod constitutio Gregoriana in istis duobus casibus non resistit in primo ob principium delicti, in secūdo ob effectum,& executionem eiusdem delicti.

22 Decimussextus casus est in existente in Ecclesia si mādauit committi homicidium extra ecclesiā, vt nō debeat gaudere d.immunitate, c.1.vers.vel defenderit seu occultauerit, de homicid.in 6.& post Ant.Colūb. in tract.de proceden.in controuers.criminal.articulo 117.Baiard.in quæst.30.num.19.in fine.

23 Sed Io.de Visch.de immunit.Eccles.n.63. & Dec. post multos per eum citatos lib.6.c.28.num.7.tenent contrarium, cum ob mandatum committendi extra Ecclesiam videatur ei reuerentiā habuisse, quam opinionem etiam sequitur Ambros.in eodem c.5. nu.9. quorum opinio mihi nullo modo placet, quādo mādatum datum in Ecclesia ad aliquid faciendum, est per se punibile, quia tunc nullam reuerentiam habuit Ecclesię, cum in ea deliquerit, prout supra diximus de eo, qui existat in Ecclesia, & interficiat alium existentem extra Ecclesiam, & non video, quod vnus casus differat ab altero circa substātiam, & essentiā delicti.

24 Nisi tamen delictum in Ecclesia, vel eius contemplatione commissum cum spe Ecclesiæ, sit leue, quia tunc delinquens gaudebit dicta immunitate Ecclesię, vt minime ab ea extrahi possit, Couar.variar.resolut. lib.2.c.20.n.15.vers.25.ita hæc sunt intelligenda, vbi concordantes cumulauit, & testatur de communi, Mand.in add.ad Rom.in cons.234. in fine, vbi asserit opinionem Romani volentis, delinquentem in Ecclesia gaudere priuilegio immunitatis, sicut si deliquisset extra Ecclesiam, posse saluari in delictis leuibus, vt etiam sequitur Farinac.q.28.num.63.

25 Decimusseptimus casus est, quando quis armatus ad Ecclesiam confugit, quia dicta immunitate non gaudebit; cum vsus armorum sit prohibitus tàm laicis, quàm clericis,& tàm in Ecclesia, quàm extra, l. 1. C.vt armor.vsus inscio Princip.interdict.sit lib.11. c. Clerici arma, de vit. & honest. cleric. Tiraquell. de Nobilit.c.20. nu.60.& ideò dum quis armatus intrat in Ecclesiam, dicitur in Ecclesiā committere delictū, & ob id non debet esse tutus in ea, ne imploranti beneficium

neficium Ecclesiæ,in qua deliquit,detur,vt latè superius dixi. Qui casus non recipitur in qualibet armorũ delatione,cum delictum leue dicatur, & vt mox dixi in leuibus delictis etiam in Ecclesia commissis, quis gaudeat dicta immunitate Ecclesiæ, & ideò poterit verificari in delatione archibusetti paruæ mensuræ, pro qua vigore Bullæ Pij Quarti,& confirmatæ a Pio Quinto est imposita grauis pœna vltimi supplicij, nõ dicitur tutus in ipsa Ecclesia ob graue delictum per delationem dicti archibusetti commissum,prout etiã declarat,Farinacc.q.28.num.66.vbi etiam respondet contrarijs.

26 Sed huic Farinac.opinioni obstat hodie Bulla Gregoriana, mandans tantummodo excludi à beneficio Ecclesiæ,qui homicidia, membrorumque mutilationes in Ecclesia commiserit, & delatio armorum non est de exceptis in ea, ideò non debet extendi ad delationem armorum prohibitorum, prout etiam in puncto dictæ bullæ considerat,Ambros. in dicto tract. de immunit.eccles.cap.5.nu.5.in fine,& ob id etiam,qui vulnerauit aliquem in ecclesia sine membrorum mutilatione non erit exclusus ab immunitate ecclesiastica,prout ego habui in facto hic in curia.

Quod autem dictum est de eo, qui patrato delicto confugit ad ecclesiam in casu præmisso armatus an debeat gaudere dicta immunitate, & Doctor. videntur amplecti opinionẽ,vt non sit tutus, quia non confidit in ipsa Ecclesiæ immunitate,sed in delatione armorum,vt tradit Rebuff.in constitut. Gall.to.2.titul. de immunit.eccles. gloss.1.n.28.quem sequitur Petr. à Plach.epit.delict.lib.1.c.8.nu.28.Couarr.dict.lib.2. cap.20.nu.18.Decian.tom.2.in tract.crim lib.6.c.26. nu.10.vbi subdit; licet consuetudo contrarium obseruet,& latius reprobando, Rebuff. contrarium tuetur in c.28.sub nu.5.vers. ex istis etiam, & eamdem opinionem,Decian.sequitur,Ambros.in d.c.5.num.5.vbi etiam ad contraria respondet.

27 Decimus octauus casus est in seruis confugientibus ad ecclesiam, vt illi non sint tuti in ecclesia, sed restituendi sint eorum Dominis, præstita securitate de non sæuiendo in eos,cap.metuentes 17.q.4. si vero notoria foret sæuitia Domini in seruo, debet venundari alijs, & præcium dari prædicto Domino, §. hoc autem tempore institut.titul. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & erit restituendus seruus etiam Domino iudæo,cap.iud. 18.q.4. & si Prælatus neget illũ

28 restituere,& aufugiat tenetur vero Domino prçcium refundere,quo seruus valebat,cap.diffiniuit, gl.final. 17.q.4.& Ioan.de Visc.nu.15. & num.67. Decian. in tract.crim.to.2.lib.6.c.26.nu.9. vbi in fine,quod antiquitus erant etiam tuti serui si confugiebant ad statuã Principis, prout hodie sunt tuti si confugiant ad Sonatum Populi Romani, qui recipiunt libertatem ab

29 eodem populo Romano,inuitis Domini nullo refuso eis præcio, dummodo sint Christiani, vel si essent infideles si efficiantur Christiani, quia Decianus in dict. c.26.sub nu.9. vers.verum si, dicit, quod si serui confugiant ad ecclesiam cum armis, restitui debeant veris Dominis,etiam sine alia securitate.

30 Decimus nonus casus est in eo, cui interdictus est accessus ad ecclesiam, quia si ad eam confugiat, non erit tutus, & ab ea poterit extrahi, Felinus in capit. à nobis,nu.5.de except.Decian.in d.c.26.nu.14.lib.6.

31 Vigesimus casus est, in committente crimen læsæ maiestatis, pro quo confugiens ad ecclesiam poterit extrahi inuitus ab ea, cum sit crimen exceptum,Gig. de crimin.læs.maiestat.lib.3.titul.de plurib. & diuers. q.93. per totum, vbi respondet contrarijs, & testatur ita vidisse seruare suo tempore, prout fuit apud antiquos Romanos contra Crassum Brutum obseruato, & latè Farinacc.q.28.nu.72.Iul.Clar.q.38. nu.10. in fin.& ibi Baiard.nu.19.Card.Tusc.tom.6. conclu.21. num.49.& seq.qui post Iul.Clar. vbi supra ait,dicet de iure contrarium dici posset, cum expressum inter casus exceptos, neque de iure canonico, neque Cæsareo reperiatur, & post Gig vbi supra firmat, Ambros.in tract.de immunit.eccles.c.9,nu.2.

Sed hodie tollitur omnis disputatio per d.extrauagantem Gregorij Decimiquarti,cum ob crimen læsæ maiestatis in Principẽ ipsius delinquentis,confugiens ad ecclesiam non sit tutus, sed ab ea extrahi possit, vt etiam in puncto considerat, Ambros. in d. c.9. per totum. Sed contingit dubitari an committens huiusmodi crimen contra superiorem, vel suum Principẽ recognoscentem superiorem gaudeat dicta immunitate ecclesiæ,cum valde dubitetur inter Doct.an proprie committatur crimen læsæ maiestatis contra ipsos,vt est videre apud Decian.in tract.crim.lib.7. c.4. nu.8.Iul.Clar.§.læs.maiestat nu.3.Farinacc.latissimè, q.116.§.1.nu.22.& seqq.& Peregr.de iur.Fisc.lib.5. numero 18.

Tamen omnes conueniunt, quod respectu pœnæ corporalis,& publicationis bonorum,sed non quo ad memoriam damnandum,& pœnam filiorum, nec pœnam extrauagantis,qui sint Ribelles de consuetudine teneatur,vt contra eos committantur, Decian.consi 410.nu.31.prout etiam seruatur si committatur contra Duces, Marchiones,& Barones,vt dixi in meo tractatu de confisc bon.concl.13.nu.4. Ideò si quis personam sui principis offenderit, etiam superiorem recognoscentis posset extrahi ab ecclesia, prout etiam in puncto dictæ bullæ Gregorij XIV.tenet Ambros. in dicto c.9.nu.5.

32 Sed bene vigore eiusdem bullæ non erit locus extractioni si quis offenderit consiliarium Principis, quamuis incidat in istud crimen, & firmat idem, Ambrosinus d.c.9.nu.7.Idemque erit dicendum in multis casibus in quibus vigore extrauagantium summorum Pontificum infligitur pœna criminis læsæ maiestatis, vel rebellionis contra receptantes bannitos contra facientes Caualcatas, etiam contra priuatas personas,contra deferentes pugionem, vel sclopum, & in alijs similibus casibus ex rationibus adductis post alios,quos allegat per Ambr.in d.c.6.nu.6.& seqq.

33 Vigesimus primus casus est,tàm de iure pontificio per cap.inter alia de immunit. eccles. & cap.antiquitus 17.q 4. Villag.de extens.leg.tit.de extẽs. immunit. eccles.q.vnica,concl.1.nu.45.Iul.Cla.q.38.n.8. quam vigore dictæ bullæ Gregorij XIV. vt publici latrones non gaudeant dicta immunitate. Ant. à Gamb.decis. Lusitan.171.in princ.Io.Bapt.Bonif. in tract. de furt. §.final.nu.67.Ambros.de immunit.eccles.cap.2.nu.1. Card.Tusc.to.3.concl.21. nu.1. sed bene quidem requiritur, vt latro sit publicus, vt amittat dictam immunitatem, sed publicus latro dicitur, quando tria concurrunt, primum,quod sit ablatus,secundum, cum ferro aggrediatur,tertium,quod in vijs publicis furetur,alias sicut non potest de iure communi furca suspendi,

spendi, vt consultus respondit, Fulgos.consil.157. per totu, ita nō priuatur hac immunitate, Ioan.de Vitch. de immunitate ecclesiastica, n.19.& 20.Decian.lib.6. cap.2. Quinimo, vt dicatur publicus latro requiratur, quod fama publica laboret cōtra eum, Alex.post Baiard.in cons.110.nu.6.lib.4.Decian.d.cap.28. num.2. vbi latè Farinac.q.20. nu.5. & sequitur, Ambrosinus de immunitate ecclesiastica, cap.2.nu.6. Immò Abb. in cap.inter alia de immunit.eccles.ast. num.5. dicit, quod publicus latro ex eo solo dicitur, quod publicè, & palam furetur, Card.Tusc.to.3.concl.11.nu.1. vel quia in stratis homines transeuntes disrobet, absque quod occidat, & sequitur, Oldrad.cons.154.num.2.& Bar.in l.capitalium §.famosos nu.1.& seq. ff. de pen. & Georg.in Sintagma.iur.vniuers.lib.37.c.6.nu.9. dicebat, quod non dubitaret asserere publicos esse iudicandos latrones obsidentes via, & si non iugulent homines, sed expoliant tantum, & deprędantur, quos refert, & sequitur Lud.à Peguer.decis.40.nu.6. prout etiam colligitur ex ipsa bulla, Greg.vt in puncto etiā dicit, Ambros.d.c.2.nu.6.vers.sed Panor.

34 Sed animaduertendum est, quod quis sit publicus latro, est iuris, & non facti, & ob id confugiens asse- reretur publicus latro, & non constaret nisi de vnico furto, vel depredatione, sicut non erit furca suspendendus. Put.in tract. de Synd. in verbo latro, num.2. vers.an si fiat inquisitio, & sequitur, Decian. lib.9. de latr.& Pirat.n.12.ita nec erit priuandus dicta ecclesiae immunitate. Ambrosinus d.c.2.nu.7.& idem Decian. lib.6.cap.28.sub nu.2.affirmat, quod si quis semel, vel bis aliquē in via priuata spoliasset non putat sub nomine latronis publici comprahendi ad effectum ammittendi illam immunitatem.

35 Vigesimus secūdus casus erit in crassatoribus viarum, qui indigni immunitate ecclesiae redduntur, vt apertè legitur in eadem bulla Gregoriana. Ambrosinus in tract.de immunit.eccles.c.4.nu.1.Card.Tusch. to.3.concl.11.nu.1.Bonif.de furt.d.§.fin.nu.67.

36 Crassatores autem sunt, qui vias obsident, vt spolient, & renitentes occident, & propriè crassator appellatur, qui viarum in Vrbe, vicorumque obsessor est, & qui obuios iniuriae opportunos spoliat, aut pulsans, aut intentata morte territans, glos.in l.capitaliū §.crassatores in verb.crassatores, ff.de poen. Decian. lib.9.de latro.& pirat.num.12.& vt crassator viarum Idignus efficiatur ecclesiastica immunitate, opus est, quod saepè, ac saepius tanti sceleris fuerit reus, vt declarat, Lud.à Peguer.decis.40.per totam vbi pulchrè tractat istam materiam, & post longam disputatione ita cōcludit, & ante eum, ita voluit, Aug.in cons.403. & etiam communiter canonistae, vt affirmat Igneus in l.3.§.subuertit num.167. ff. ad Syllania. & Decian. lib.6. c.28. sub nu.2. affirmat, quod si quis semel, vel bis aliquem in via priuata spoliasset putat, vt non priuetur ista immunitate, quae tollitur ob atrocitatē criminis resultantis ex crassatione facta in vijs publicis, prout videtur annuere, Oldrad.in consil.154.secus si obsederit vias non frequentatas, quia non inducitur ita atrox delictum, cum in culpa sit, qui per infestas vias adit arg.l.om Fiscales, vbi Bart. C. de nauicula, lib.11.& l.cum proponas, C.de Naut. Feno. Et quod requiratur, vt vias obsidet, & illas esse frequentatas legitur in l.1. C. quando licet vni Iudic. ius dicere, ac in ipsa constitutione Gregorij XIV. dum Papa declarando, qui sint crassatores dicit, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, vt in pucto d.bullae declarat, Ambrosin.de immunit.ecclesiast. c.3. nu.5. & prius idem voluit, Iulius Clarus, quaest.30. num.8. vers.quidem.

Nec obstat, quod in aliquibus locis per bannimen. qui semel crassatus fuerit soleat vltimo damnari supplicio contra text.in d.§.crassatores. Quia quod attinet ad immunitatem ecclesiasticam ius cōmune seruandum est, & si bannimenta, vel consuetudo extarēt, vel edicta fuissent per principes saeculares, vt pro prima grassatione suspendatur non possunt tollere priuilegia, vel libertatem ecclesiae de iure canonico cōcessam, vt post Doct. in cap.ecclesia Sanctae Mariae. de constitutione firmat Ludouicus à Peguer. in dicta decis.40.& sequitur, Ambrosinus d.c.30.nu.6.

37 Vigesimus tertius casus est, vt agrorum depopulatores non gaudeant dicta immunitate cap. inter alia de immunitate ecclesiastica, vt etiam legitur expressè in eadem bulla Gregoriana, & notat in pūcto Ambrosinus de immuit.ecclesiast.capit.4.nu.1.& seq.Iul. Clar.q.30.per totam, Card.Tusc.to.3.concl.11. nu.1. Bonif.de furt. §.final. nu.67. Pollido.Rip. in tract.de nocturn.tempor.cap.25. per totum. Lupus in tract.de illeg.& Natal.restit.comment.1.§.5.sub nu.132.

38 Depopulatores agrorum dicuntur, qui segetes in agris depraedantur, & fructus, & vineas vastant, notatur in l.1. C. quando Lic.vnic.si Iud. & comprobat, Oldradus consilio 154.numero 2.Decian.libro 6.capitulo 28.numero 3.concl.11.numero 1. Villagut. de extens.ll.titul.de extens.immunit. eccles.nu.45. & Ambrosinus d.c.4.nu.4. cum isti pluribus per insidias exitium excogitant text.in cap.est iniusta 24.q.4. gl. fin.cap.fin.immunit.eccl. Ac quia publicā magis perturbant quietem, & ex proposito insidiantur, vt post Io.Andr.& alios notat, Ambros.d. c.4. nu.5.& ob id, ibi, subdit, diurnus, sicut nocturnus ex proposito possent delinquere, Decian.in d.cap.29.nu.3.in fine, hanc nocturni qualitatem Papa in dict. const. admittit, & successiuè tam diurni, quam nocturni depopulatores agrorum priuati sint hac immunitate ecclesiastica, prout bene declarat, Ambrosinus dicto c.4. in fin. & quod nocturni depopulatores agrorum de iure communi nō gaudeāt dicta immunitate ecclesiastica tuetur, Decian.in d.c.29.nu.3. per totum, Bonif. de furt. §.fin.nu.67.Lup.in d.comment. 1.§.5.sub nu.132.

39 Vigesimus quartus casus est, vt qui proditoriè proximum suum occiderit tali immunitate nō gaudeat, vt disponitur clarè in dicta bulla Gregoriana, & notat Ambrosinus de immunit.ecclesiast.c.6. n.1.& est etiam de iure c.inter alia de immunit.ecclesiast.& ibi Doct.Ant.Gomez.tit.de delict.c.3.n.5.in fin.& c.10. num.2.vers.5.limita, vbi refert, quod ista de facto pluries fuit obseruatum, & quod ista est communis opinio, & alios concordantes cumulauit, Farinacc.q.28. nu.24.& relatis contrarijs, illā tuetur, & dicit in consulendo, & iudicando non esse ab ea recedend. cum sit aequior communior, & magis seruata in practica, Prax.Neap.c.77.nu.1. & dici solet, quod delictū proditorium fraternizat assassinio, vt firmat, Caualc. de Brach.reg.p.1.nu.80.Bonif.de furt.d.§.fin.nu.67.& si velis habere doct. quid sit tenendum in puncto iuris, ac etiam in practica, circumscripta dicta bulla Gregoriana, vide nouissimè, Hier. Hispan. in tract. contra

contra com.q.817.per totā. Lup.in d.comentario 1. §.5.sub nu.132. & latè Petr.Caball. in tract. de omni genere homicidij nu.411. vbi testatur de communi, vt non gaudeat immunit.ecclesiastica.

Proditor enim dicitur, qui procul aliquid à se abijcit,qui fidem,& officium, quod fundamentum in fide habet,à se reijcit procul,vt per glos.& notant omnes in c. clericus,qui adulationis, 46. distinct.quot modis dicatur proditor,Marsil.sing.16. in fine, latè Baiard, post alios,quos adducit q.68.num.106. & seqq. Ant. Gomez.tit.de delict.c.3.nu.5.Farinacc.consf.76.n.15. Ambros.de immunit.ecclesiast.c.6.nu.2. qui dicit triplicem esse speciem proditionis, primam in Deū, secundam in principem, tertiam in priuatos homines, de qua intēdit bulla Gregoriana in illis verbis, aut qui proditoriè proximum suum occiderint.

Homicidium autem proditorium dicitur, vbi nullus præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, & sic vnum gerebatur in corde, aliud in verbis latè Ant.Gomez.d.c.3.nu.5.Ign.in lege si certus,§.si vnus n.18.ff.ad Sillanian.Vulpell.respōs.59. in princ. Gerad. sign. 14.nu.6 Cephal.consf.57.nu.13.lib.1.Afflict.decis.265.nu.63 & seq.vbi Vrsill.n.70. Ambros. c.6. nu.3. qui omnes tradunt plura, & diuersa exempla, quæ omnia in substantia tendunt ad probandum proditorem illum esse, qui signa fidelitatis ostendat, & deinde fidem frangat,& latè Decian.lib.7.c.29.de proditorib.nu.24.to.2.Baiard.q.68.nu.107.Farinac. q.76.nu.15. qui concordantes cumulauit, Caualc. de Brach.reg.p.1.num.80. vbi firmat, quod proditio nil aliud sit,quam, *che tirare il colpo,& nasconder la mano*, & ibi ponit exempla, & in speciei si quis offendat socium itineris, nulla interueniente rixa, vel offendat sedentem ad vnam mensam, vel si venenum ei præbeat,& sub n.83. & seqq.multa alia dicit de istis proditoribus,& sub nu.84.post Plancum lib.1. c.21. post multa fiat,quod socius proditoris eadem pœna puniatur,Hieron.Hispan.in tract.com.contra com. q.817. in princ.latè Vinc.de Franch. decis. 713. p.3. & latè idem firmat, Caball. in tract. de omn.generc homic. num.396.& seqq.

Vnde, qui inimicum suum post terga vel per insidias ex fenestra, vel alio loco occiderit, non dicatur proditoriè commisisse homicidiū, quia inimicus bene poterat futuram vindictam prouidere,& sibi præcauere,Bar.in l.recipiendum §.delinquunt, ff.de pen. & ob id non erit exclusus à dicta immunitate ecclesiastica,vt in terminis bullæ tenuit, Farinac. consf.76. num.7. & ibi subscribentes,nec dissentit Villagut. de extensf.ll.tit.de extensf.immunit.ecclesf.sub n.53. vers. quartus modus, & Ambrosinus in tract. de immunit. ecclesf.c.6.nu.5.Prax.Archiep.Neap.c.77. per totum vbi testatur ita fuisse resolutū à Papa Clemente VIII. & ibi subdit idem esse dicendum in vulnerante inimicum cum sclopo proditoriè, vt debeat gaudere dicta immunitate ecclesiastica,quicquid aliter dixerit, Caualc.de Brach.reg. p.1.n.81. vt ille dicatur proditor, quando occidit inimicum, tempore quo præcauere non poterat,verisimiliter,& quod ita practicetur,sed quod in isto casu non dicatur proditor,ita declarauit Sacrum Concilium Neapolitan. teste Vincentio de Franch.d.decis.713.latè Petr.Caball.in tract.de omni genere Homicid.num.389.cum pluribus seq.vbi etiam ponit differentiam inter Assisium,& Pyratam.

Vigesimus quintus casus erit,vt assassini non gaudeant d.immunit.eccl c.1. de homicid. in 6. latè Decian.in tract.crim.to.2.lib.6.c.28.n.18. vers.isti ergo non gaudent, vbi subdit etiam si assassinus fuerit clericus, possit a quoque priuato impunè occidi, & ibi concordantes allegat, & quod assassinus nō gaudeat dicta immunitate, adest communis opinio attestata per Iul.Clar.in §. assassinium vers. item licet, & Farinacc.q.28.n.26.vbi concordantes allegat, & testatur de magis recepta opinione, & apertè disponitur in dicta bulla Gregoriana,vt scribit Ambrosinus de immunit.ecclesiast.c.7.nu.1. & hoc procedit in mandatario,& mandante,Couar.Var.resolut.cap.10.nu.10. vers.qui incipit lib.2.Decian.in tract.crim.lib.9. cap. 30.nu.12.to.2.

42 Assassinus autem dicitur,qui precio vel promissione accepta aliquem occidit,Roland. consf.14. nu.13. vol.5. qui dicit isto casu nuncupari assassinium, tam mandantem,quàm mandatarium. Bursat.consil.200. nu.112.vol.2.Viu.com.opin. in verbo assassini nu.1. Menoch.cas.360.nu.42.lib.2.Iul.Clar. §. Assassinium in princ.Gram.vot.9.nu.1.& seq.Paris.consf.176.n.3. lib.4.Decian.lib.6.c.28.num.18.vbi latè,& alios allegat,Farinac.consf.5.nu.1.& seq.Ambrosinus d.cap.7. n.7.vbi de communi,Caualc.de Brach.reg.p.1.n.76. & seq.dicit quod assassinium est homicidium ex proposito factum ab vno, & ab altero mandatum precio siue pecunia, vel alia re data, aut promissa, & quod quatuor requirantur,vt per assassinium dicatur homicidium factum, primum mandatum, secundum precium,tertium animi deliberatio,quartum vt sequatur mors christiani,latissimè Petr.Caball.in tract.de omn. genere Homicidij,nu.471.& seq.& sub n.491. etiam firmat,vt sufficiat, quod quaelibet res fuerit data, ex traditis per Decian.in tract.crim.lib.9.c.30.num.16. & quod sufficiat sola promissio de aliqua re certa, & ibi latè alios allegat. Sed non dicitur Assassinus qui spoliat alium pecunijs,& illū in domo,vel in via occidit,vt plerique vulgares credunt, sed dicitur homicidium cum furto, vt declarat, Bos.in tit.de foro compet. nu.141. & quid si pater mandet filio aliquem interfici,mediante pecunia,an intret pœna assassinij,vide Petr.Cabal.vbi supra nu.495.& seqq.

Ac etiam requiritur,vt detur mandans, & mandatarius,& si non datur mandans non datur assassinium, Eug. consf.76. nu.135. vbi infert quod si quis occidit aliquem sub spe alicuius successionis cum non detur mandans non dicitur committere assassinium, & in simili consuluit,Alciat.consf.11.nu.17.lib.1. Ambros. d.c.7.nu.7.& sic interueniat datio,vel promissio pręmij ex parte mandantis,Grat.consf.52.num.47.vol.2. Brun.consf.6.nu.41.p.1.Farinac.consf.10.n.2. & seqq. & quod ex pollicitatione, & promissione inducatur assassinium,Doct.cumulati per addentes ad Farinac. consf.5.in litt.R.in princ. & si non constet de mandatarijs nec detur qualitas assassinij post alios, quos allegat,Mar.Ant.Macer.variar.resol.lib.3. resol.2.n.10.

Et ob id si fuerit commissum delictum,vt quis rem gratam alteri faceret, non erit assassinium sine certa promissione,latè Hond.consf.93. nu.67. & seq. vol.2. vbi alios allegat, & confutat contrarium tenentes, Farinac.consf.10.nu.6. vbi de communi, Ambros.dicto cap.7.nu.8.vbi alios allegat latè Cabal.in d.tract. de omn.gener.Homic.nu.491.

Et

Et etiam requiritur, vt interueniat conuentio inter mandantem, & mandatarium, ac contractus mutuæ voluntatis, & quòd promissio fuerit acceptata, nec sufficiat sola pollicitatio, vel oblatio sine acceptatione, Grammat. vot. 11. nu. 19. latè Rim. Iun. cons. 685. nu. 12. & seq. vol. 6. Honded. cons. 93. nu. 66. vol. 2. vbi de communi Farinac. cons. 10. n. 3. vbi etiam de communi addentes ad Farinac. in d. cons. 10. nu. 4. vbi etiã de communi, & idem addentes ad Farinac. in cons. 5. in litt. R, vers. limitatur tamen. Et talis promissio vel conuentio seu datio sit talis, vt afferat commodum illi, cui fit promissio, Farinacc. dicto cons. 10. nu. 4.

Nec sufficeret si mandans dixerit, quod eius domus nunquam sibi deficeret, vt consuluit, Rim. Iun. cons. 685. nu. 12. & seq. vol. 6. vbi etiam plus dicit sub n. 14. quod non sufficeret illa præsumptio, quod præsumatur acceptasse promissionem, veluti sibi fauorabilem, sed quod expressè probetur, & debet probari per duos testes, Bald. consil. 383. in fine, lib. 5. Rip. respon. 162. Ambros. dict. c. 7. sub nu. 9. vbi alios allegat, & plura alia ponit exempla, latè qui alios allegat, Cabal. in d. tract. de omn. gener. Homicid. n. 491. & seqq.

Nec ex mutuo, seu commodato oritur assassiniũ, Farinac. d. cons. 10. nu. 5. & sub num. 45. in fine etiam dicit nõ sufficere si mandatarius haberet certam spẽ consequendi aliquid à mandante. Nec si aliquid promittatur, vel subministretur pro expensis in delicto committẽdo, vel pro reditu, pro itinere. Eug. cons. 76. nu. 139. Ambros. d. c. 7. nu. 96. vbi alios allegat. Rim. Iun. cons. 685. nu. 22. lib., Hier. Gabriel. cons. 170. n. 5. & seq. libro 1.

Promissio etiam generalis, & incerta non inducit assassinium, sed requiritur specialis, & certa, & talis quod si licitus esset contractus, ex eo agi posset, Rim. Iun. cons. 685. n. 22. vol. 6. Eug. cons. 76. n. 138. Hond. cons. 93. nu. 66. vers. asserentes, & nu. 68. vers. nam si promissio generalis vbi de communi, vol. 2. & maximè, quando ageretur de aliquo, qui non esset mandati subiecto, ita declarant, Rim. Iun. & Hond. in locis supra adductis. Ambr. d. cap. 7. nu. 9. Pet. Cab. d. tract. de om. gen. Homic. num. 494. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 30. nu. 17. vers. ad excusationem tamen.

Et si committens homicidium haberet propriam inimicitiam cum interfecto censeretur propria causa, & non mandato alterius etiam si de conuentione præcij constaret illud fuisse. Grat. cons. 51. num. 45. & seq. lib. 2. Ambros. dicto cap. 7. nu. 10. Hond. cons. 87. nu. 4. vol. 2.

Ac etiã reperitur, quod interfectus sit christianus. Iul. Clar. §. assassinium in princ. & n. 13. Rip. respons. 162. n. 2. Decian. lib. 6. c. 28. sub n. 18. Viu. com. opin. in verb. assassini vbi testatur de communi, & practicata opinione, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. nu. 10. Mascard. de probat. concl. 138. nu. 13. vol. 1. Ambros. d. c. 7. nu. 12. Addentes ad Farinac. in cons. 10. in litt. B, vbi alios cumularunt. Imò secundum verum intellectum d. c. 1. de Homic. in 6. requiritur, etiam quod Sicarij fuerint infideles, & Saraceni, prout dixerunt Docto. addncti per Mar. Ant. Maceratens. dicta resolut. 2. nu. 12. lib. 3.

Et ob id defensor ex ista declaratione poterit iuuare clientem suum, quod licet proditoriè occiderit infidelem non propterea sit priuandus ista immunitate, quia si assassinus ea gaudere potest, quando interficit infidelem multo magis proditor, cum assassinium maius delictum sit ista proditione, vt etiam animaduertit. Ambros. d. c. 7. nu. 12. in fine, vers. saltem vnũ alteri fraternizat, Caualc. de Brach. reg. p. 1. n. 8.

Et ista qualitas, quod occisus fuerit christianus erit omninò probanda. Iul. Clar. in dicto §. assassinium in princ. ibi bene verum est vbi de communi Petr. à Plãc. lib. 1. c. 19. nu. 8. Lud. à Peguer. decis. 5. sub nu. 19. Mascard. de prob. concl. 138. nu. 13. vol. 1. vbi de communi. Viu. com. opin. in verb. assassini nu. 1.

Sed dubitari contingit an Fisco, vel Reo incũbat onus probandi huiusmodi qualitatem, & resolutiuè procedendo, Iul. Clar. in §. assassinium nu. 2. firmat occisum in Territorio christianorum esse habendũ pro christiano, & quod parum prodesset si aliter exciperetur, & quia in dubio occisus præsumitur christianus, Mascard. de prob. concl. 138. nu. 14. vol. 1.

Quæ Iulij Clari opinio redditur turbida ex doctrina Ioannis Andreæ in c. 1. de homic. in 6. quem refert Corneus in cons. 249. sub nu. 1. lib. 11. qui testatur defendisse quemdam Prælatum, quia non fuerat probatum occisum fuisse christianum, & hanc obiectionẽ latè comprobat, Ambrosin. in d. c. 7. nu. 13. vers. verũ, cum quibus concordat, Fuluius Paccian. in tractatu de probat. c. 14. sub nu. 7. Qui respondit. Claro non esse verum à communiter accidentibus infideles non conuersari inter christianos, cum videamus in multis locis Iudæos quotidie inter christianos, ac turchas, & alios infideles etiam cõuersari inter eosdem christianos, & ob id omnino esse probandam dictam qualitatem per fiscum, vt firmat etiam summ. Tabien. cas. 37. in fin. de excommunicatione.

Pro conciliatione autem Pacian. in d. c. 14. nu. 10. firmat, quod si occisus esset in fide sanctæ Matris Ecclesiæ erit habendus pro christiano, licet de eius baptismate non constaret, & pœna assassinij puniendus esset, pro vt etiam sequitur, Ambrosinus dicto cap. 7. nu. 13. vers. nec pariter.

Si verò non constaret interfectum fuisse habitum in gremio fidei catholicæ, & essemus in loco vbi infideles, & iudæi publicè cõuersantur, prout est in Vrbe, in ciuitate Venetiarum, & in multis alijs ciuitatibus, & tunc arbitror, quod opinio Io. Andr. omnino sit sequenda, vt nisi probaretur interfectum fuisse fidelem, cesset pœna assassinij, & ob id Corn. in consil. 249. sub nu. 1. admonet Aduocatos fisci, vt talẽ qualitatem deductam in processu probent.

Bene verũ est, quod si interfectus reperiretur circumcisus ex hoc diceretur probatum, quod ille erat infidelis, & ideò opus esset docere de baptismate vt qualitas Assassinij subintraret, vt docet, Mascard. de probat concl. 138. sub num. 14. lib. 1. & sequitur Ambros. d. c. 7. nu. 13. in fin.

Sed ommittendum non est, quod si mandatarius etiam recepta pecunia aliquem interfecisset, præsẽte tamen ipso mandante, non intrat pœna, neque qualitas assassinij, Hier. Gabr. cons. 180. nu. 11. & seq. lib. 1. Couarr. var. resol. lib. 3. cap. vlt. num. 9. & seq. Bertaz. cons. 142. nu. 13. vol. 1.

Et non est omittẽdum, quod etiam Clericus committens tàm graue scælus non gaudeat dicta immunitate, Decian. in lib. 6. c. 28. nu. 13. vers. & vera quidem, qui loquitur, vt occidẽs per industriam priuetur dicta immunitate, siue laicus, siue clericus, siue masculus,

ſculus, ſiue fœmina fuerint, & quod Clericus à iudice ſæcular. puniri poſſit fabricato tamen proceſſu, & ſequuta declaratoria ſecundum communem opinionē atteſtatam per Couar.Capic.& Plach. in locis relatis per Ambr.de immunit.eccleſ.c.17.n.10. per iudicem eccleſiaſticum, illum eſſe aſſaſſinum, & non aliter, & de communi opinione, etiam teſtatur, Ignat.de Salzedo ad Bernard.Diaz.in pract.crim.canon.cap.66. tit. per aſſaſſinos ſuper verb. procedat degradatio, verſic. notabilis tamen vtiliter, Petr.à Plach.in epithom.delict.lib.1.cap.19. nu.27. Iul.Clar.in pract.crim. q.36. nu.31. verſ. bene verum eſt, vbi affirmat de iure rem eſſe claram, quod hoc ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum.Viu.lib.1.commun.opin.opin.406.nu.2. verſic. quia qualitas. Alb.conſ.13. nu.2. Alexand. conſ.166. nu.5.lib.7.vbi de communi, Carrer.in pract. crim. tit. de homic.§.circa igitur tertium ſub nu.15.Capic.deciſ.112.nu.2.& 6.Caualc.deciſ.10.nu.27. Marc.Ant. Mac.var.reſol.lib.3.reſol.2.num.9.vbi præcipuè procedere dicit, quando clericus eſſet in fortijs curiæ eccleſiaſticæ, & ideò cauendum eſt ad opinionē, Decian.reſponſ.82.lib.2. qui hoc iudicium tribuit iudici ſæcularis Principis, nulla requiſita iudicis eccleſiaſtici declaratione, cum contra veritatem, & contra cōmunem opinionem loquatur, & Ambroſ.de immunit. eccleſ.c.17.nu.9.etiam teſtatur de communi, & concordantes allegat, & etiam admonet non eſſe curandum quidquid Soc. & Decian. in cōtrarium ſenſerint in eorum conſilijs, qui ſub magna ſpe Dominorum laicorum conſuluerunt; cum Soc. Piſis, & Decian. Paduæ publicè legerent.

Pro complemento autem videndum eſt, an, ſi fuerit data pecunia ad occidendum, & nō ſequuta fuerit mors, intret pœna aſſaſſinij, vt gaudere non valeat confugiens ad eccleſiam huiuſmodi immunitate, & an ſocij, & complices, & tàm mandantes, quàm mandatarij priuentur etiam tali priuilegio eccleſiæ.

Et circa primum dubium videtur affirmatiuè concludendum, vt etiam non ſequuta morte intret pœna aſſaſſinij, & hoc ſit ſpeciale in iſto crimine, ob eius immanitatem, vt puniatur affectus pœna ordinaria aſſaſſinij; licet non ſequatur effectus.text.in cap.1. de homicid.in 6.Ang.conſil.14. Iul. Clar. §.aſſaſſinium, verſ.ſcias etiam, vbi de communi opinion. & ita fuiſſe in facti contingentia obſeruatum, & quod iudex ſi illam obſeruaret in iudicādo non erraret, latè Grām. vot.9.Maſcard.de probat.concl.138.nu.2. vol.1. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, addentes ad Farinacc. poſt alios, quos allegant in conſ. 5.in litt.L.verſ.ampliantur prædicta, qui teſtantur de communi, & practicata opinione, latè Petr.Cab.in d. tract.de omn.gener.Homic.nu.501.& ſeqq. qui concordantes cumulauit, declarādo tamen vt ibi per eū, Caualc.de Brach.reg.p.1.num.78.

Et maxime ſi fuerit mediante pecunia ordinatum, vt committeretur homicidium, quia propter vulnera diceretur commiſſum aſſaſſiniū, Farinac.q.28. nu.25. Decian.in tract.crim.to.2.lib.9. c.30. nu.13. & ſeqq. & nu.41.Honded.conſ.63.nu.71. vol.1. Maſcard. de probat.concl.138. nu. 10. & ſeqq.vol.1. Quæ opinio procedit, etiamſi ſtatutum dictaret, vt qui ob pecuniam, promiſſionem, aut complacentiam alterius oſtendat, aut oſtēdere tentet, licet non ſequatur mors, teneatur pœna aſſaſſinij, vt intelligi debeat, quando fuit mandatum homicidium fieri, & mandatarius illud exequi voluerit, & vulnerauit tantum, morte non ſequuta, vt declarat idem Honded.in d.conſ.63.n.71. & ſeq.vol.3.

Secus erit ſi mediāte pecunia, vel promiſſione fuit mandatum vulnerari; quia ex vulnere deinde ſequuto non oritur aſſaſſinium, vt declarat idem Decian. in d.c.30.nu.13.& 14.& nu.41.& reſponſ.80. nu.18. & ſeq.vol.3.Baiard.q.30.n.17.& nu.16. verſ.adde quod Maſcard.d.concl. 131.nu.10.& ſeqq.vbi ita declarando conciliat Doctor. qui diuerſimodè in iſto articulo loquebantur, ſed iſto caſu quando mandatur vulnerari, licet mandatarius non puniatur de aſſaſſinio, grauius tamen puniri debet, & eandem opinionem ſequitur, Ant.Gabr.lib.7.de crimin. concl. 1.nu.30.& latè qui alios allegat, Petr.Caball.de homicid.n.499. Alciat.conſ.11.nu.17.lib.1. Vulpel.reſp.131.nu.1.

Circa verò ſecundum de ſocijs, & complicibus in Aſſaſſinijs, qui ſi habuerint ſcientiam dictæ qualitatis aſſaſſinij, omnino arbitror, quod non poſſint gaudere dicta immunitate, ſed poſſint extrahi ab eccleſia, vti extrahuntur principales delinquentes, cū ipſi puniantur omnibus pœnis legalibus, quibus puniuntur ipſi principales, latè Petr.Caball.in tract.de omn. gener.Homicid.nu.412. & latè ego dixi in meo tractat. de Pac.Treug.Verb.& caut. p.1.q.79. ferè per totā, & præcipuè ſub nu 4.vbi Doctores concordantes cumulaui, & in terminis noſtris præſentis quæſtionis Card.Tuſc.to.3.concl.10.& concl.11.num.7. ſed ſub nu.8.allegat contrarium tenentes.

43 Vigeſimus ſextus caſus erit, ſi quis per inſidias, vel induſtriam hominem occiderit, dicta immunitate eccleſiæ non gaudeat, vt puta præcedente tractatu, & appenſatè, Couarr.var.reſolut.lib.2.c.20.nu.7. vbi de communi, licet hanc opinionem nō ſequatur Ioſeph. Lud.deciſ.Lucenſ.16. num.33. & ſeqq. Pract. pap. in form.inquiſit.in verb.hæc eſt quædam inquiſitio.nu. 31. in fin. vbi teſtatur ita ſeruari per totam Italiam, Iul.Clar.q.30.verſ.punctus eſt, vbi de communi teſtatur, & ita Mediolani fuiſſe obſeruatum, Farinac.q.28. nu.23. vbi etiam teſtatur de communi, latè ſequitur, Decian.lib.6.c.27.n.15. vbi in fin dicit quod iſta opinio æquior, verior, & magis communis, & à conſuetudine recepta tenenda eſt, Card.Tuſc.to.3. concl.11. num.2. & ita fuit expreſsè deciſum in d.bulla Gregoriana, prout etiam animaduertit, Card. Tuſch. d.concluſ.11.num.46.& ſeq. Io.Bap.Bonif. in tract.de furt. §.fi.nu.67.latè Andr.Fach.controu.iur.lib.9.cap.93. per totum, vbi relatis contrarijs, dicit hanc eſſe probabiliorem ſententiam, & ibi eam multis fundamētis comprobat, & firmat ſimplicem homicidiam gaudere d.immunitate eccleſiaſtica, & quòd homicida per delictum appenſatè, ſiue ex propoſito commiſſum, ac per inſidias non gaudeat d. immunitate eccleſiaſtica, latiſſimè ponit, Cab. in tract. de omn.gen. Homicid. num.11.380. cum plur.ſeqq. vbi etiam ponit quando homicidium dicatur per inſidias, ex propoſito commiſſum, vbi ſub nu.385.& ſeq.ponit, vt in dubio animus deliberatus non præſumatur, & quod erit remittendum arbitrio iudicis, quando dicatur commiſſum homicidium, animo deliberato, vel ne, & ibi Doct.alleg.& ſub num.413. firmat, quod ſi principalis delinquens non commiſit delictum proditoriè, non debeat de proditione puniri ſocius criminis, licet proditoriè aſſiſte-

astiterit homicidio, & ideò hodie parum est curandũ quicquid nonnulli Doctores contrarium sentiant, vt occidens per insidias debeat gaudere dicta immunitate, quos refert, Farinacc. in dicta q. 28. n. 23. & Cardin. Tusch. in dicta concl. 11. num. 3. & seqq. qui ponit plures declarationes in puncto iuris ad conciliandos Doctores de directo contrarium sentientes, & ideò, qui veneno aliquem occidit, tutus non erit in ecclesia, quia insidiosè, & per industriam dicitur cõmisisse homicidium, vt in terminis bene declarat, Decian. lib. 6. c. 28. nu. 19. to. 2.

44 Vigesimus septimus casus est, vt incendiarius confugiens ad Ecclesiam gaudere nõ possit dicta immunitate, Cassan. in consuetud. Burgund. titul. des iustices, §. 5. num. 11. vbi testatur ita fuisse iudicatum, & eamdem opinionem sequitur, Decian. d. lib. 6. c. 28. nu. 24. vbi subdit, & præsertim procedere, si ex incendio aliqui perijssent.

45 Vigesimus octauus casus erit; vt committens crimen peculatus nec etiam tutus sit in Ecclesia, Bart. in l. cum eo, ff. ad l. Iul. pecul. versic. corpus retinendo: per quem text. ita tenet Roman. in l. dies cautionis; §. ait prætor, ff. de damno infect. Ias. in l. pleriq. ff. de in ius vocan. arguendo de immunitate domus propriæ ad immunitatem Ecclesiæ, Ign. in l. 1. in princ. nu. 55. & seq. ff. ad sillanian. Quæ opinio non placet, Decian. in d. c. 28. nu. 25. lib. 6. & ibi respondet ad rationem per Bart. & Rom. adductam.

46 Vigesimus nonus casus est in exactoribus Tributorum, qui tuti non cõfugiunt ad Ecclesiam, §. publicorum, vbi scribentes Auth. de mandato Princip. Oldrad. cons. 54. nu. 2. Ign. in d. l. 1. nu. 55. ff. ad sillanian. Decian. autem in d. cap. 28. nu. 27. dicit, quod ecclesia seu iudex ecclesiasticus confugientes ad ecclesiã curet, vt soluant, sed non permittat violenter extrahi, & quod iste est sensus in d. §. publicorum: alij verò tenẽt, quod non extrahantur, sed ibi in ecclesia citentur, & si se defendant, bene quidem, sin autem procedatur ad immissionem in possessionem, vt refert Aufred. ad Capell. Tholos. q. 423. nu. 3. in fine, & nu. 5.

47 Trigesimus casus est in deponente falsum, & committente periurium, vt nec etiam si tutus in ecclesia, Ign. in dict. l. 1. in princ. nu. 20. in fine, ff. ad Sillanian. cum periurus æquiparetur homicidæ voluntario, c. vlt. 22. q. 1. Quam opinionem non sequitur, Decian. in d. c. 28. nu. 21. lib. 6. qui respondet ad dict. cap. vltim. Sed maior inquit potest esse dubitatio, si carceratus à iudice laico fuit relaxatus sub iuramento de redeundo, & confugiat ad ecclesiam, & nolit redire ad carceres; Io. Andr. in addit. ad Specul. super rubr. titul. de iur. iuran. decidit, quod si iniustè erat carceratus, vel non ab habente potestatem, non teneatur redire, sed erit tutus in ecclesia, nisi præstetur fideiussio de non imponenda pœna sanguinis, & illum sequitur, Abb. in cap. inter alia, nu. 32. de immunit. eccl. Io. de Visch. in tract. de immunit. eccles. nu. 70.

49 Trigesimus primus casus est in clericis, qui ab ecclesia inuiti extrahuntur ab eorum iudicibus ecclesiasticis de consuetudine, vt post alios, quos allegat testatur, Iul. Clar. q. 30. nu. 15. in fine, de quo alias superius dixi in præcedent cap. nu. 71. Abb. in cap. inter alia, n. 13. de immunit. ecclesiast. Boer. decis. 109. n. 3. Angel. de Clauâs. in sua summa, verb. immunitas, vers. 14. Nauar. in Manual. c. 15. Io. Guttier. practic. qq. in 2. p. lib. 3. q. 3. nu. 3. vbi de communi praxi, & quod nũquam vidit aliter obseruari. Idem testatur Cæual. in tract. commun. contra commun. q. 689. vbi etiam refert alios tenentes hanc opinionem, licet dicat, quod contraria opinio in puncto iuris sit verior, & communis, & magis communis.

50 Trigesimus secundus casus est, quod publicus delinquens si neget esse delinquentem, vel latronem, dũ est in ecclesia, Io. de Visch. in tract. de immunit. ecclesiast. num. 22. vers. quæro, circa præcedentia, tenet quod interim extrahi possit, quia in notorijs facti, sola negatio non reddit rem dubiam. Sed si clarè non constaret illum esse publicum latronẽ, & tunc distingue, vt per Decian. lib. 6. cap. 28. nu. 2. vers. at insurgit; sed hodie per dictam Bullam Gregorij XIV. est sublata huiusmodi disputatio, cũ debeat delinquens conseruari in ecclesia, vel pœnes iudicem ecclesiasticum sub tuta custodia, donec sequatur declaratoria Episcopi, vt superius dixi.

51 Trigesimus tertius casus est in fractoribus pacis, tàm publicæ, quàm priuatæ, vt minimè debeant gaudere dicta immunitate ecclesiæ, cum dicantur committere, crimen lęsæ maiestatis, & à nemine receptari possint, de quo latè dixi in meo tractatu de Pace, quæst. 86. per totam p. 1.

52 Trigesimus quartus casus est in occidente Clericum, vt dicta immunitate gaudere non possit, Gig. in tract. de crim. læs. maiestat. lib. 1. rubr. qualiter, & à quibus, q. 10. num. 16. circa medium, Boer. decis. 109. nu. 7. Farinacc. q. 28. num. 28. & seq. Io. de Visch. in tract. de immunit. eccles. nu. 38. vers. 7. in interfectore Clerici, Decian. lib. 6. to. 2. c. 27. nu. 11.

53 Immo per solum vulnus illatũ in Clericum, delinquens non erit tutus in ecclesia, cum percutiens clericum, aut aliam personam Ecclesiasticam sacrilegiũ committat, cap. si quis suadente, decimaseptima, q. 4. & ideò tanquam sacrilegus non potest gaudere dicta immunitate, vt in puncto tradunt, Farinacc. d. q. 28. nu. 29. Boer. dict. decis. 109. sub nu. 7. Iodoch. in pract. crim. c. 106. rubr. de violatione templorum, n. 14. Sed ad istos duos vltimos casus, & ad nonnullos alios relatos potest replicari non esse compræhensos in dicta Bulla, & ob id illam non esse extendendã ad eos, vt pluries superius dixi, & casus expressos in dicta Bulla hic in fine inserui.

54 Pro complemento autem istius materiæ immunitatis ecclesiasticæ, sciat iudex sæcularis, quod dum disputatur super dicta immunitate, & an debeat confugiens ad ecclesiam dicta immunitate gaudere, vt supersedeat in causa, & nihil innouet, nec deueniat ad executionem pœnæ, quia vti contemptor iurisdictionis ecclesiasticæ, & eius immunitatis grauiter puniẽdus esset, vt firmat de iure loquendo, nulla facta mentione de dicta Bulla Grego. Hier. Hisp. in tract. cõm. contra comm. q. 817. in fin.

Casus verò in dicta Bulla Gregorij XIV. exprimũtur in ea per hæc formalia verba, si fuerint publici latrones, viarumque Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, earumque cimiterijs committere non verentur, Aut qui proditores proximum suum occiderent, aut Assassinij, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in per-

sonam

fortem ipfiufmet Principis reis immunitas ecclefiaftica non fuffragetur.

Quæ Bulla emanauit anno millefimo quingentefimo primo, Nono Calendas Iunij in primo anno fui Pontificatus. Datum Romæ in Monte Quirinali.

Plures reperiuntur, qui declinare poffunt forum, & minimè puniri nifi a certis iudicibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tribus modis, quis efficitur, aut ratione loci, aut caufæ, aut perfonæ.*

2 *Iudicis incompetentia proponenda ante litem conteftatam, licet in aliquibus cafibus etiam proponi poffit poft litem conteftatam.*

3 *Exceptiones oppofitæ infimul cõtra iudicem, & partem debet interpratari, vt prius fint oppofitæ contra iudicem.*

4 *Papa in hoc fæculo à nemine iudicatur.*

5 *Imperator nec etiam ab aliquo iudicatur.*

6 *Imperator nec etiã poteft deponi à Populo Romano.*

7 *Imperator à folo Pontifice deponi poteft.*

8 *Imperator quomodo accufari debeat, & Papa quomodo fe habere debeat circa eius depofitionem.*

9 *Imperator ex quibus caufis à Papa poffit deponi, & excommunicari.*

10 *Papa poteft deponere Imperatorem, etiam fine authoritate Concilij.*

11 *Reges non iudicantur nifi etiam ab ipfo Pontifice.*

12 *Duces, vel alij Principes fi non recognofcant fuperiorem, iudicantur à folo Pontifice, fi verò fuperiores recognofcant ab illis iudicantur.*

13 *Domini duo eiufdem Caftri in folidum fi vnus delinquat, non poteft à condomino iudicari.*

14 *Duo Domini in eodẽ loco fi vnus habeat iurifdictionem criminalem, alius ciuilem, fi ifte ciuilis delinquat poterit puniri per Dominum habẽtem iurifdictionem criminalem.*

15 *Officialis regius delinquens in terra Baronis quando poffit puniri per ipfum Baronem.*

16 *Delictum quando dicatur commiffum prætextu, vel colore officij.*

17 *Cardinales non poffunt puniri nifi à fummo Pontifice etiam fine collegio Cardinalium.*

18 *Patriarcha, & Archiepifcopi non poffunt puniri nifi à fummo Pontifice.*

19 *Epifcopi de iure puniuntur ab Archiepifcopo vna cum Concilio Metropolitano, fed hodie de confuetudine non puniuntur nifi à Papa.*

20 *Epifcopi non citantur ab A.C. nifi de ordine expreffo Pontificis.*

21 *Archiepifcopus, vel Patriarcha delinquentes in iurifdictione epifcopi an per eum puniri poffint.*

22 *Clerici Regulares puniuntur ab epifcopo ordinario in fua Diœcefi.*

23 *Monaci puniuntur ab eorum Abbatibus.*

24 *Monaci in tribus cafibus poffunt puniri ab epifcopo, & ordinario loci.*

25 *Familiares Cardinalium funt exempti à quacunque iurifdictione alterius iudicis, & puniuntur per eorum Cardinales, quod de confuetudine hodie non feruatur.*

26 *Oblati, qui tertio ordine dicuntur à quibus puniãtur, ibi latè.*

27 *Rectores Hofpitalium, à quibus puniantur.*

28 *Terciarij ita nuncupati à quibus puniantur.*

29 *Scolares in publicis Gymnafijs, à quibus puniantur.*

30 *Milites à quibus puniantur.*

31 *Iudæi à quibus puniantur.*

32 *Magiftratus in officio exiftentes, quando, & à quibus puniantur.*

33 *Abfentes caufa Reip. an durante abfentia, poffint puniri.*

34 *Priuilegiati habentes fuos iudices, an poffint per alios iudices puniri.*

35 *Mortuus quãdo poffit puniri in cadauere, & in bonis.*

36 *Infantes furiofi, & minores quando puniri poffint.*

37 *Vniuerfitas quando criminaliter puniri poffit.*

38 *Confugiens ad ecclefiam an poffit extrahi ab ea, & puniri.*

CAP. XXXIX.

1 ADuocatus inquifiti, vel carcerati, feu proceffati debet diligenter perfpicere, fi fuppofitus fit inquifitus foro illius iudicis, quod contigit tribus modis, aut ratione loci, aut ratione caufæ, & principaliter ratione perfonæ, vt plenè declarat, Iul. Clar. in q. 35. nu. 1. & latiffimè fuperius deduxi, & in fimili materia fe refert ad Iul. Clar. in dicta q. 35. Pereg. Iann. in tract. de citat. reali, lib. 1. c. 1. nu. 10. & fi quis vellet fcire in quibus cafibus quis dicatur iudex competens adeat Mar. Soc. in Rubr. de foro comp. vbi ponit centum & nouem cafus, quos poftea profequitur fpeculat. in tit. de compet. iudic. §. 1. vbi ponit 72. cafus Marant. in fpecul. p. 4. diftinct. 11. per totã ponit 25. cafus Boff. tit. de for. comp. per totum, & plenè, & pulchrè Iacob. Beluif. in Rub. de foro compet.

2 Quæ exceptio incompetentiæ iudicis regulariter eft proponenda ante litem conteftatam, vt dixi fuprà in c. 8. nu. 16. Licet etiam nedum poft litem conteftatam; fed etiam poft fententiam proponi poffit in aliquibus cafibus, vt per Bero. in c. 1. nu. 16. de accufat. & fub nu. 8. dicit quod ante omnia, adeò quærendum eft de perfona iudicis.

3 Vt fi exceptiones in eadem fcriptura infimul proponantur contra perfonam iudicis, & partis & attẽto ordine fcripturæ præcederet exceptio refpiciẽs partem, tamen fecundum ordinem intellectus diceretur prius propofita exceptio contra perfonam iudicis, & de illa prius cognofcendum foret, & idem firmat, Baiard. in q. 35. nu. 1. 2. & 3. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 14. nu. 16.

4 Et primo fummus Pontifex, qui fupra Regna, & Reges, & omnes eft, à nemine in hoc fęculo iudicatur habet Deum vltorem, cum in Terris vices Dei gerat, & fit maior omnibus hominibus, cap. fi Papa 11. dift. capit. propofuit de conceff. præben. capit. nemo cum tribus fequentibus nono, q. 11. & gloff. in capit. fi quis pecunia 89. diftinct. voluit, quod fi de crimine contra Papam obiecto difceptetur poffit ipfo Papa excipere, Dominus eft, qui me iudicat, de cuius materia vide latiffimè poft Doct. quos allegat, Iul. Clar. in dicta q. 35. nu. 2. & Decian. to. 1. in tract. crim. lib. 3. capit. 38. n. 1. cum pluribus feqq. quia Papa à nemine in hoc foro findicatur, capit. fi Papa 40. diftinct. CaualI. in tract. comm. contra comm. q. 645. num. 11. in princ. in qua

quæ-

quæstione, vna cũ Iul.Clar. vbi supra, dico potius ego mallem discere, quam docere, ideò illam remitto iudicio Sanctæ Matris ecclesiæ, & sanctissimi Pauli Papæ Quinti, sed si quis vellet ad longum hanc materiã videre, videat Cardin. Alban. de potest. Papæ, & concil. 1.p.4.nu.5. vsque ad nu.107. & in 2.p. à num.96. vsque ad nu.103. Castrum de Iust. Hæreticum punit lib.1.c.6.& li.2.c.23. Ioan. Driodon. de libert. Christ. lib.1.cap.14. & alios cumulatos per Cæuall. in tract. comm. contra cõm. dicta q.645.nu.11.

5 Secundus Imperator si delinquat non poterit ab aliquo iudicari, vel accusari, cum sit Dominus totius Mundi l.depræcatio, ff.ad l.Rhod. & ei subsit omnes nationes cap.volumus 11.q.1.& totius orbis obtineat Monarchiam, cap.futuram 12.q.2.& sit supra omnes leges, & Deus duo magna luminaria in hoc sæculo constituerit Papam, & Imperatorem, capit.solitæ de maior. & obed. qui omnibus præessent, cum nullum habeant superiorem, vt per Bald. in præludi. feud. col. 9. vers. sed paruà de Principe, & quæ de Papa dicta fuit, militant etiam in Imperatore in temporalibus, Bald. in l.rescripta, col.2.C.de precib. imper. offeren. Dec.cons.588. vol.1. latè Decian. in tract. crim.to.1. lib.3.cap.38.nu.10. Iul.Clar. dicta q.35.nu.4. & plura scribit, Restaur. in suo tract. de Imperat. per totum, & præcipuè in q.81.

6 Immo nec etiam Populus Romanus potest Imperatorem deponere, cum semel in eum omnem suam potestatem transtulerit, quam amplius reuocare non potest, vt post Alex. in sua disputat. incip. Sigismũdus in 5.q. firmat Restaur. de Imperat. q.82. post num.11. dicens, quod hodie non tolleraretur, ex quo potestas eligendi spectat Principibus electoribus Germaniæ, & ius eum deponendi spectat ad Papam, Iul. Clar. in d.q.35.nu.5. vt mox dicam.

7 Papa autem solus potest deponere Imperatorem, capit. ad Apostolicæ, & ibi gloss.1. de re iud. in 6. vbi notant omnes, & in cap. Imperator, vbi scribentes 96.

8 distinct. & Card. in Clem.1. de iure iuran. in vlt. quæst. vbi dat practicam accusandi Imperatorem, vt debeat alij Principes coram Papa illum accusare, & conuincere, quo facto moneat Papa, vt resipiciat, quod si nolit excommunicatur, & si persistat pertinaciter, tunc deponatur, & quod à Papa possit iudicari, & deponi latè Restaur. de Imperat. dicta q.81. Hostiens. in summa de accusat. nu.7. vers. regulariter igitur, Specul. in tit. de accusat. nu.3. vers. sed dic. Rofred. in lib. iur. Põtif. in tit. de accusat. & penioris, quæ possint accusari, Decian. d.c.38.nu.11.to.1.lib.3.

9 Causæ autem propter quas à Papa deponi, vel excommunicari possit, sunt hæresis, sacrilegium, periurium, examinationis feudi, quod ab ecclesia teneret, vel si in seruitutẽ, vellet redigere laicos, & Clericos, vel si libertatem ecclesiasticam impugnaret gloss. & omnes scribentes in d. cap. ad Apostolicæ de re iud. in 6. latissimè Restaur. in dicta q.81. vbi ponit multa exempla, & latè tradunt alij scribentes supra adducti, Decian. in d.c.38.nu.12. Iul.Clar. in dicta q.35.nu.4.& ibi Baiard.nu.6.

10 Et licet Papa in dicto capit. Apostolicæ id fecerit, cum auctoritate Concilij, tamen omnes concludunt, vt etiam sine Concilij auctoritate, Imperatorem deponere possit, vt testatur Cardinal. Alexand. in dicto cap. si Papa, in vlt. verb. & Iul.Clar. in dicta q.35.nu.9. vers.& quamuis, vbi tamen subdit, quod tutius, ac laudabilis erit, si ẽt Papa adhibeat auctoritatem Cõcilij.

11 Tertio Reges, nec etiã possunt ab aliquo iudicari nisi ab ipso Pontifice, & quod dictum est de Imperatore, idem est dicendum in istis Regibus non recognoscentibus Imperatorem in Dominum, quia æquiparantur ipsi Imperatori, latè Ant.Corsett. in tract. de potest. Reg. q.44. Episcopus Zamor. in tract. de origine Principatus in 2. par. in princ. Iul.Clar. dicta q.35. num.6. vbi refert ita fuisse obseruatum in Rege Franciæ, qui depositus fuit per Zachariam Pontificem, vt habetur in cap. alius 15. q. & his nostris temporibus idem vidimus obseruari per Sixtum Papam Quintum contra Henricum Tertium Regem etiam Gallorum, Decian. d.c.38.nu.13.to.1. est tex. in d.c. alius 15.q.6. & in cap. ad Apostolicæ vbi glos.1. de re iud. in 6. Cæuall. d.q.645.nu.8.

12 Quarto Duces, vel alij Principes recognoscentes alios in superiores, ab ipsis iudicandi sunt, alias si non recognoscant à Papa, sicut dictum est in ipso Imperatore, & Regibus, quia ipsi in eorum territorio æquiparantur Imperatori. Iul.Clar. d.q.35.n.7. Decian. d.c.48.nu.15. qui concordantes allegat.

13 Et si fuerint duo Domini eiusdem Castri si insolidum vnus eorum delinquat, non poterit per aliũ puniri, ita tenet Capic. decis.29.nu.9. post Bald. in l.fin. in fin. ff. de rer. diuis. in l.inter tutores, ff. de administ. tut. Fed.Pau. in l.est receptum, ff. de iurisdict. omn. iud. & Abb. in cap. prudentiam de offic. delegat. Vincent. de Franch. decis.274.num.1. cum plurib. seqq. vbi alios concordantes allegat, & sub nu.2. in fin. refert quod Iacob. in d.l.receptum, nu.3. limitat hanc opinionem tribus modis, licet Rot.Rom. decis.3. de for. comp. in antiquis teneat contrarium, vt etiam refert, Baiard. ad Iul.Clar.q.35.nu.8.

14 Bene verum est, quod si essent duo Domini in eodẽ Castro, & vnus haberet iurisdictionem criminalem, & alius ciuilem, si iste ciuilis delinquat, poterit puniri per habentem iurisdictionem criminalem, Ant.Capic. in dict. decis.27. nu.30. & latè Vinc. de Franch. in dicta decis.274. p.2. vbi per validissimas rationes tuetur hanc opinionem.

15 Si autem officialis Regius deliquerit in terra Baronis extra officium punitur per ipsum Baronem dũmodò notum faciat suo superiori, idemq; erit in seruientibus, vel exequutoribus regijs delinquentibus extra officium in terra Baronis, secus si delinquerint in officio, quia sunt remittendi ad eorum superiores, Rebuff. in l.2.C. raptor. Carauit. rit.49.nu.14. Cassan. super consuet. Burgund. Rubr.13. §.1.n.22. Foller. in pract. crim. in verb. audiantur excusatores, num.143. Baiar. ad Iul.Clar. in q.35.nu.10.& seqq.

16 Delictum autem dicitur in commissum in officio, aut prætextu officij, vt similes vendiderit arma, vel equos ei necessarios, Salic. in l.Magistratus, C. de iuris. omn. iud. vel exequitor dicitur in officio delinquere, qñ caperet bona Clericorũ pro executione, vel alias excederet, aut pecuniã acciperet, vt non exequeretur vel differret donec impetraretur litteræ Appellationis, vt per Rebuff. in tract. de sent. exequut. gl.15. constitut. fol.381. & delinquere propriè extra officiũ dicitur quando delinquit in non pertinentibus ad officium, vt post Alber. l.Senatus consulto, ff. de off. præsid. firmat Baiard. in quæst.35. num.13.

17 Car-

17 Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,non possunt puniri nisi a summo Pontifice,& si velit illos punire, potest etiam sine Collegio Cardinaliũ,secundũ cõem opinionẽ,post Episcop.Lonz.in suis allegationib.pro Marchione Valez,n.8. attestatam per Iul.Clar.in d. q.35.n.8.Gigas de Pension.q.45.n.1.Spin.in Spec.testamẽtor.glos.5.n.24.Sed ipsa priuatio dignitatis debet fieri in cõsistorio,vt factum fuit tempore Iulij II. Leonis X. & Pij Quarti cum aliquibus Cardinalibus relatis per illam. Paris.de resignatione Benefic.quæst. 10.num.28.& q.11.num.15.lib.1.Cæual.com.contra com.quæst.645.num.7.

18 Patriarchæ, & Archiepiscopi possunt tantummodo puniri ab ipso summo Pontifice,cap.fin.12.distinction. Iul.Clar.d.quæst.35.num.9.in princ.

19 Episcopi verò de iure puniuntur ab Archiepiscopo cũ toto cons. Metropolitano,prout ẽt fuit decisũ in parlamento Parisiensi,vt refert Pap.lib.7. titulo 7. Arest. 45. sed quicquid sit de iure, hodie solus Papa cognoscit de delictis Episcoporũ, & quod a solo Papa deponi possint,testatur de cõmuni,Anan.in excõmunicamus el 1. §.volumus nu.5.de hereticis,& Marian.Socc.in c.si quis Episcopus n.6.cum plurib.seq. de accusat.ponit plures opiniones,& tandẽ cõcludit, ꝙ hodie solus Papa, vel legatus ab eo põt absoluere, vel condẽnare Episcopũ. Quã auctoritatẽ Archiepiscopi habeant tàm in suis suffraganeis,quàm in eorũ vicarijs,& alijs,vide Prax.Archiep.Neap.cap.71.per tot.vbi in specie dicit,ꝙ possẽt punire Vicarios Episcoporum quando delinquunt circa eorum officium, vt si per sordes sententias proferant, vel sine scriptis excommunicent absque trina monitione.

20 Immo Auditor Cameræ, qui est iudex ordinarius, omniũ,& quorũcũq.exẽptorũ,& Episcoporũ vigore suarum facultatum,non potest transmitterere cõmissariũ contra Episcopos ad assumendũ informationes nisi commissio fuerit manu Papæ signata, vt fuit nouissimè promisum per reformationẽ Pauli V.S.D.N.

21 Et ideo hodie nõ est curãdũ quicquid dicat Doct. ꝙ si Archiepiscop. vel Patriarcha deliquerint in aliena Diœcesi possint puniri per Episcopũ illius Diœcesis,d ũmodo Episcop. nõ fuerit illius suffraganeus,vt trad.Doct.& precipuè Abb.& Felin.in c.cũ inferior, & præcipuè,Abb.sub n.1. & Imol.nu.11.de maior.& obed.Marian.in c.1. n.19.de raptor.& in c.postulasti nu.8.& seq.de for.comp.Iul.Clar.d.q.35.n.9.vers. sed quid si Archiepiscop.latè Dec.in tract.crim.to.1. lib.4.c.18.n.22.23.& 24.& Baiar.in q.35.n.15.& seq. & latissimè de his omnibus,& de Papæ delegato Petr.Cabal.in qq.criminal.cas.53. per tot.an possint puniri per ordinarium loci etiam si delinquant in cõcernentibus officium, & in delegato, latè loquitur Dec. in d.c.17.n.26.dummodo non delinquant in causa sibi commissa, quia tunc non possent ab ordinario puniri,licetibi referat alios contrarium tenentes.

22 Septimo Clerici Regulares puniuntur ab Episcopo ordinario in sua Diœcesi. Abb.in cap.contingat, num.29.de foro competent.vbi de comm.Iul.Clar.d. quæst.35.num. 10.in princ.

23 Monaci autem puniuntur ab eorum Abbatibus. Calder.cons.20.de regula,vbi testatur,quod ita tenet Doct.vt etiam refert Iul.Clar.in d.nu.10. vbi subdit, quod ita etiam seruatur de consuetudine, & maximè in his, quæ concernunt obseruantiam regulæ ipsius, quam profitentur in tribus tamen casibus, & quid si delinquãt extra claustrum, adest decisio Sacri Conc. Trid.c.3.sess.6.& c.14.sess.7.vt corrigi,& puniri possint ab Episcopis,& ordinarijs tamquam delegatis à Sede Apostolica.

24 Episcopus posset punire Monachos,primo, quando esset deponendus,secundo, si sufficienter non puniuisset secundum Canones,tertio, si Abb. fuisset negligens in corrigendo , vt consuluit Ludouic. Rom. cons.375. per totum,& sequitur etiam Baiard.in d.q. 35. n.18. Nau.cons.18.n.6.p.1.lib.3.& quid si delinquant extra claustra,vide Concil.Trid.vbi supra.

25 Octauo familiares , & domestici Cardinaliũ sunt exẽpti a quacũque iurisdictione alterius iudicis,& ꝑ ipsos Cardinales eorũ Dominos puniuntur,ac in carceribus proprijs retinẽtur, vt de cõsuetudine attestatur,Cardinal.Zabarell.in clem.ne Romani de elect.in 7.quem refert Paun. in tract.de offic.& potest c. sede vacante 10. q.2. par.princ.num.9.in fine,& Iul.Clar. quæst. 35. nu.9. etiam firmat,quod ita quotidie videmus obseruari in Vrbe Romana.Quæ consuetudo nescio si fuerit in vsu tempore supradictorum Doctorum ita attestantium, sed bene scio, quod istis nostris temporibus,neque Cardinales habet proprios carceres,neq.puniunt dd.eorum domesticos,& familiares, se indifferenter puniuntur a iudicibus ordinarijs d. Rom.Cur. & si vellent se tueri familiares in proprijs domibus Cardinalium aduersus Birroarios aliorum iudicum,inciderent in pœna crim.læs.maiest.propter bullas summ.Pontif.& præcipuè Sixti V.prohibentes in Domibus Cardinalium Franchisias retineri, & hac nostra tempestate vidimus homines suspendi , ex eo solo,quod voluerint se tutos reddere in dictis Domibus Cardinaliũ, & quia acclamarunt simpliciter Frãchigia , & familiaresmet etiã suspẽdi vidimus,qui ãis fuerint familiares magni Principis,& Cardinal s,quia aliquo modo se opposuerint dictis Birroarijs pro captura priuatæ personæ se retrahentis in eisdem Domib. vel Palatijs Cardinaliũ ꝑ illa verba in Bulla Sixti Quinti apposita quoquo modo impediuerint exequutores in eorũ libera exequutione,vel perterrefecerint, de cuius Bullæ intellectu latè dicã infr.in defens. circa capturã,& ideò vnus quisque caueat a similibus oppositionibus,& acclamationibus & certe fuit optima prouisio (vt experiẽtia docet) tollere in vrbe dict. Franchisias,& Asylum facinorosum hominũ,ad quã Vrbem omnes Mundi Nationes confluunt, quæ similes ribaldos diù nõ recipit,neq. retinet ad instar Maris, quod immunditias extra suum alueum proijcit.

26 Nono oblati, qui dicuntur tertij ordinis S. Francisci,& noncupantur Becchetti,& dicũtur habere acci dẽtia sine subiecto,& ideò nihil valet eorũ habitus qa est potius quędã apparẽtia in habitu,quã in existẽtia, & realitas in effectu, ideò possũt puniri ꝑ iudices laicos,Bal.in l.officiales,C.de Episc.& Cleric.Bar.in l.1. ff. de pœn. & de istis, & similibus personis prout de Rectorib.Hospitalium, proprietatem, & consugium

27 retinentibus, plura scribunt Marian.Soccin.in c.2. de foro compet. Afflict. super constitutione Regn. statuimus,la secõda in 4.q in fin col.6.& Doct.in clem. per litteras de præben. Cappel. Tholosan.deci.10.8. licet Socc. iun. in dicto capit.2. in nona declaratione dicat , quod in prædictis oblatis multum operetur consuetudo , & Calderin. consilio septimo, de foro compe-

competent. in fin. dicit, quod tenent priuilegia concessa istis oblatis per sedem Apostolicam, & debeant attendi, quid sit dispositũ in Regn. Neap. circa dictos Oblatos videatur cõstit. Ruberti Reg. in c. priuilegia tit. de oblationib. fol. 337. Baiar. q. 35. num. 21. & seq.

28 Decimo adsũt aliqui Pęnitẽtes, qui vellent se tueri ex foro ecclesiastico, circa quos datur talis distinctio. Aut sunt Pęnitentes, qui quandam Religionem profitẽtur, quã appellant publicæ Pęnitentiæ, & isti dicuntur de foro ecclesiastico, prout cęteri Religiosi secũdum communem opinionem attestatam per Aret. in c. 2. col. 2. de for. competent. quem refert Simacus de Hæret. c. 46. n. 18. Couar. pract. q. 33. post nu. 4. vers. 2. intelligitur; Aut sunt Pęnitentes ex mãdato Pręlatis, vel inquisitoris, & isti remanent de foro sæculari. Siman. in loco proximè cit. n. 20. Iul. Clar. d. q. 35. n. 14.

29 Vndecimo Scholares etiam in publicis Gymnasijs habent de iure cõi suos iudices Episcopum Ciuitatis, Rectorem Gymnasij, & lectores Vniuersitatis, Auth. Hahita, C. ne filius pro patr. Horat. de priuil. scholar. cap. 64. col. 2. vbi de communi. De consuetudine autem circa Doctores, Magistros non seruatur. Bartol. in d. Auth. habita nu. 4. Horat. in loco citato, c. 63. in 2. ampliat. sed Episcopus, & Gubernator loci sunt eorum iudices competentes, & ita Bononiæ seruari attestatur gloss. in d. auth. habita in verb. si litẽ, sed Iul. Clar. in d. quæst. 35. nu. 17. post alios, quos allegat, tandem concludit, quod ipse vidit seruari, quod si scholaris est Clericus Episcopus procedat, si est laicus Rector Ciuitatis puniat, & quod ita pluries Senatus Mediolani rescripsit, & ita ego dum fui Perusiæ per quinque annos idem obseruari vidi, tandem erit obseruãda cõsuetudo cuiuslibet Gymnasij, vt testat Iul. Clar. d. quæst. 37. in fine, quod erit animaduertendũ per Iudices, quia in sindicatu sunt scholares multũ prompti ad porrigẽdas querelas contra officiales, vt post Paris de Put. firmat idẽ Iul. Clar. d. q. 35. n. 17. in fi. & Aufrd. in add. ad Capel. Tholoss. decis. 168. nu. 3. & seq. dicit scholares habere quatuor iudices Episcopũ, potestatẽ, Rectorẽ, & Doctorẽ, & ꝙ sit in electione scholaris, sub quo istorũ velit agere, et defẽdere se, et talis optio durat vsq. ad litẽ contestatam, & ꝙ possit omisso medio appellare ad Principẽ, sed ꝙ si scholaris studẽs in propria patria nõ gaudeat priuilegijs d. Auth. habita, & ꝙ scholaris clericus nõ possit cõueniri corã iudice vel rectore laico, sed corã Episc. vel clerico, & scholaris, seu alius priuilegiatus, vt miles, vel mercator, seu alius similis si cõueniri debeat de negocio gesto tanquã persona priuilegiata erit conueniendus corã primo iudice priuilegiato, quamuis non sit amplius priuilegiatus. Aufred. ad Capell. Tholoss. q. 144. in fine.

30 Duodecimo, Milites etiam pretẽdunt habere proprium iudicẽ, si non de iure de quadam Generali cõsuetudine, nempè eorum Capitaneos, de quo vide Iul. Clar. in d. q. 35. nu. 18. & ibi testatur, quid obseruetur in pluribus locis, sed latè tradit Vinc. Franc. decis. 88. per totam, vbi latè declarat text. in l. magisteriæ, ff. de iurisd. omn. iudic. Cepol. in trac. de Imper. mil. eligend. in cap. & ratione dignitatis, col. 1. & Frãch. d. dec. 88. nu. 2. distinguit, aut delictum est militare, aut cõe, si militare, quia alienat, vel ludit arma, seu ęquos, & isto casu magister militũ cognoscit, si commune sit, & tũc si delictum sit graue de eo cognoscat Pręses prouincię, aut est leue, & tũc magister militũ, & ibi etiã declarat d. l. magisteriæ procedere quãdo milites delinquũt in actu expeditionis. Farin. cõs. 4. per totũ, vbi latissimè.

31 Decimotertio, Iudæi etiam prætendũt de iure cõi nõ posse molestari a iudice ecclesiastico, sed tantummodo a iudicè laiço, teste Anan. in Rubr. de iud. nu. 9. Iul. Clar. d. q. 35. n. 19. sed in delictis ecclesiasticis, vel mixtis, vel in peccatis contra legẽ naturę, vel in obrobrium Christianę Religionis puniuntur per summum Pontificem, & per suos iudices ecclesiasticos, vt ad saturnitatem ponit Marquard. in tract. de iud. c. 19. per totũ, & dicit procedere in omnibus infidelibus, & ibi ponit exempla in specie in Sodomiæ, & adulterij criminibus, & vide quæ dixi supra in materia præuentionis, vbi posui in specie, quid in crimine Blasphemiæ an per indicem ecclesiasticum, vel laicum puniri possint.

32 Decimoquarto Magistratus quoque in officio existentes inquietari nõ possunt l. hos accusare in princ. ff. de accusat. & Doct. in l. nec Magistratus ff. de iniur. & procedit tàm in Magistratibus Populi Romani, quàm Principis, & in alijs, qui in Prouinciam mittũtur d. l. hos accusare. Dec. in tract. crim. t. 1. lib. 3. c. 38. n. 15.

Idemque erit dicẽdum in istis Legatis, Nuncijs, vel Oratorib. de quibus latè scribit Dec. in d. c. 38. n. 16. & seq. vbi ponit ad d. l. hos accusare, vndecim limitationes pulchro ordine suo solito more, ad quem lectorem remitto.

33 Decimoquinto, Absentes etiã Reip. causa donec absint, nõ debẽt molestari in patrijs eorũ, d. l. hos accusare in fin. princ. de accusation. l. maritus, §. 1. ff. de adult. Dec. in d. to. 1. lib. 3. c. 38. n. 29. vbi subdit abesse causa Reip. dici, qui missus est a sua Ciuitate, vel Prouincia ob negocia publica, sed istis non suffragabitur absentia, quando talis absentia esset affectata, vel leges, & pœnas euitarent, d. l. si maritus, §. 1. & l. item ij. ff. ex quib. caus. mai. Felin. in c. fin. de test. Mars. in l. 1. §. cum quis, col. 2. 3. ff. de q. Dec. d. c. 38. nu. 30. vbi sub nu. 31. dicit, quod qui abest causa leuis momenti, vel propter officium parui valoris præsumitur affectate abesse ex trad. per Rom. sing. 517.

34 Decimosexto adsunt iudices, qui habent ex priuilegio iurisdictionem priuatiuè quoad omnes alios iudices, vt eorum causę, non possint cognosci, nisi per dictos suos iudices, ideò si alibi processentur, vel inquietentur, vt eorum Aduocatus faciat reassumere illorum causam a iudice eoru deputato, vel cõpetenti, qui omnibus alijs pręfertur, & tollitur pręuentio, quę pretenderetur facta per quoscumq. iudices alios, Marian. Soccin. in c. proposuisti, n. 9. de for. comp. Gram. decis. 30. num. 12. Decian. in tract. criminal. tomo 1. lib. 4. c. 20. num. 8. Baiard. ad Iul. Clar. quæst. 37. num. 90. & seqq. & in Curia Romana adsunt quam plures iudices ita ex priuilegio summorum Pontificum habẽtes iurisdictionem, vt est in specie Protector Neophitorũ, qui hodie est Illustriss. D. Cardinalis Blãchettus, in quo inseruiuit eidẽ D. Cardinali per plures annos D. Guazzinus frater meus Germanus ꝓ Auditore, Ripa magna, in qua adest vnus vir nobilis Roman. vbi oẽs causę ripales ꝓtractaẽ, Rip. parua, vulgo nũcupata Ripetta, vbi adest superior vnus Pręlatus ex Reuerendiss. Dominis Clericis Cameræ Apostolicæ, & multi alij Iudices in diuersis negocijs, ẽt adsunt, & extra Vrbẽ multæ ẽt Ciuitates habentes priuilegia, vt eorũ causę tàm ciuiles, quàm criminales in quacũq;

instantia

inftantia determinētur in locifmet, & non trahātur ad Curiā, prout funt Communitas Ancone, fiue vniuerfitas Mercatorum eiufdem Ciuitatis, Hæbræi Leuātini, Ciuitas Ferrariæ, & alia loca, & Vniuerfitates.

Benè verum eft, quod in dubio iurifdictio præfumitur conceffa cumulatiuè, & non priuatiuè, vt dixi fupra in c.1, n.26. vbi etiam dixi de nonnullis iudicibus in Ciuitate Neapolis ad certas caufas deputatis.

34 Decimofeptimo, Mortuus autē, neque in perfona, neq; in bonis poteft criminaliter inquietari cū Mors omnia foluat, l.3. C. fi pendent. appellation. mors interuen. C. fi per totum fi Reus, vel accufat. mors fuer. Dec. in tract. crim. to. 1. lib.3. c.38. n.42. vbi fubdit, ꝙ fallit, vbi memoria defuncti poterit dānari, vt in crimine herefis, læf. maieft. reputandarum, & fimiliū, de quibus dixi in meo tractat. de confifcatione bonorum concl. 18. per totam, & de quo latè dicam in defenf. circa fententiam cap.27. per totum.

36 Decimooctauo, infans furiofus, nec minores poffunt moleftari criminaliter, quia vnum innocētia cōfilij excufat, aliū calamitas, & facti infelicitas, l. quod infans ff. de rei vendic. l. infans C. ad l. Corn. de Sicar. l. impuni C. de pœn. Decian. in d. cap.38. num.43. de quo dicam latè infra fuo loco.

37 Decimonono, Vniuerfitas pariter non poteft criminaliter moleftari fi homines illius loci non communicato cōfilio, neque pulfata Campana delinquerint, Vide ꝓ nūc latè Mifing. cent. 4. obferu. 78. & 79.

38 Cōfugiens ad ecclefiam nec etiam poterit inquietari, & ab ea extrahi, fed tuti funt in ea gloff. in c. reū 17. q.4. Dec. in d.c.38. num.45. de cuius ecclefiæ immunitate etiam renouata per bullam Gregorij Decimiquarti dixi fupra per plura capita, ex quibus eft huic primæ defenfionis fini impofitus. Laus Deo.

DEFENSIO II.

An factum fit punibile.

SVMMARIVM.

1 *Delictum vbi non datur, vbi ceffat pœna.*
2 *Actio vbi non oritur parti fifcus non poteft criminaliter agere.*
3 *Ius parti acquifitum fi ceffet, ceffet etiā ius inquirēdi.*

CAP. I.

1 Aduocatus, ac rei & carcerati, inquifiti, & proceffati in ifta fecunda defenfione, quæ eft totaliter exclufiuè delicti, debet fummoperè inuigilare, & animaduertere, & diligenter perfpicere, fi factum, quod deducitur per fifcum, vel accufatorem, fit de iure communi, de iure municipali, fiue de confuetudine punibile, quoniam fi non fit punibile, non erit aliquis criminaliter vexandus, & proceffus fuper dicto facto in iudicio non punibili de pacto erit nullus, Parifius conf.171. num.77. volum.5. Riminald. Iun. confil. 126. num.35. lib.2. vbi alios allegat Sim. de Pret. conf.81. n.11. latè Petr. Caball. in quæftion. criminal. caf.1. numero 12. vbi concordantes cumulauit, & omnes firmant, quod vbi pœna non applicatur, ibi ceffant delictum accufatio, & inquifitio, latè Iacob. Nouell. in tractatu ad Defenfam tit. de excufat. a Reo faciend. nu.1. & feq. Immo nec etiam in contumaciam poteft fequi aliqua cōdēnatio, quando factum deductu in iudicio non eft punibile, latè Petr. Caball. caf.256. n.7. cent.3. in fuis refolut. criminal. & ifta exceptio delicti non punibilis eft impeditiua litis ingreffus, cum corruat inquifitio cum omnibus inde fecutis, latè Bertaz. conf.238. n.2. & conf.123. num.12.

2 Ac etiam debet animaduertere fi parti aduerfæ ex facto deducto in iudicio oriatur aliqua actio, quia fi parti non competat actio, nec etiam fifcus poterit criminaliter agere. Rimin. Iun. conf.120. nu.14. vol.2. qui loquitur in falfitate non nocibili actu, & habitu. Marfil. in pract. crimin. §. conftante n.34. vbi etiam ponit aliud exemplum. Iul. Clar. §. fin. q.50. nu.1. Honded. confil.109. n.52. volum.1. Bertaz confil.8. nu.30. volum.1. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæft.1. numero 7. q.2. n.13. q.19. n.1. Petr. Caball. in q. crim. caf.1. n.14. Iul. Carlat. conf.106. num.13. to.2. crim. in fol....

3 Idemque erit, quando eft ius acquifitum parti, fed ex aliqua caufa fuperuenienti extinguitur, quia ius illud dicitur etiam extinctum, quoad Fifcum vt poft Gramm. firmat Baiard. in q.1. n.8. quia vbi non fubftinetur accufatio, nec etiam fubftinetur inquifitio iudicis, Grat. confilio 71. numero 20. volumine 2. Vincent. de Franc. decif. 658. per totum p.4. Farinac. q.1. n.68. & q.10. n.3. vbi alios allegat, fed Card. Tufc. to.6. conclus.571. nu.3. & 4. videtur dubitare, quod vbi accufatio extinguitur per remiffionem, vel per pacem, non tamen ceffet ius inquirendi ex officio per ea, quæ tradit Iul. Clar. §. fin. quæft.58. in princ. & nu.3. latè dixi in tractatu de Pac. part.1.

Et fub ifta defenfione effent recenfendi cafus in quibus factum redditur impunibile, ex aliqua qualitate, fed quia funt ferè infiniti, ideò illos omnitto hic inferere, quia exigerent vnum magnum, & diftinctum tractatum cum oporteret tangere homicidium, vel aliam iniuriam illatam pro defenfione, & quando liceret occidere furem nocturnum, vel diurnum, vel fit permiffum impunè præbere auxilium illis, qui poſsūt homicidium impunè committere, & multos alios cafus innumerabiles, qui vt dixi requirerent vnum particularem tractatum, & bene voluminofum, ideò pro nunc tranfeo ad alios cafus, qui ex præfcriptione, vel ex alio actu iudiciali redduntur impunibiles.

Delicta quando, & quanto tempore præfcribantur.

SVMMARIVM.

1 *Delictum, & pœna extinguitur per præfcriptionem.*
2 *Præfcriptio inducitur in delictis fpatio 20. annorum.*
3 *Homicidium præfcribitur fpatio 20. annorum.*
4 *Incendium præfcribitur fpatio 20. annorum.*
5 *Inquirendi ius ex officio etiam extinguitur fpatio viginti annorum.*
6 *Minor in delictis non reftituitur ad quærelandum poft lapfum viginti annorum.*
7 *Delictum fiue publicum, fiue priuatum, præfcribitur fpatio viginti annorum.*
8 *Præfcriptionis exceptio impedit litis ingreffum.*
9 *Maxime quando incontinenti poteft probari.*
10 *Exceptio præfcriptionis poteft etiam probari per li-*

tem contestatam & opponi, etiam post sententiam.

11 *Sententia contumacialis non exequitur si opponatur exceptio præscriptionis, secus si non opponatur.*

12 *Exceptio præscriptionis potest per quemlibet de populo opponi.*

13 *Exceptio præscriptionis si non opponatur tenet inquisitio, & processus.*

14 *Idemque erit si quis fuit citatus, & passus fuit condemnari in contumacia.*

15 *Contrariã opinionẽ, vt si nõ opponatur exceptio præscriptionis processus non valeat, tenent ibi Doctores.*

16 *Iudex procedens, & condemnans aliquem post præscriptionem debet ipse decapitari.*

17 *Confessus nec etiam post præscriptionem super delicto molestari potest etiam si delictum fuerit notarium.*

18 *Statutum concedens liberam facultatem procedendi in criminibus restringitur dummodo delicta non fuerint præscripta.*

19 *Falsi crimen etiam per 20. annos præscribitur, quod quatuor modis limitatur.*

20 *Quæ quatuor limit. ponuntur sub n. 20. 21. 22. & 23.*

24 *Præscriptio tollit etiã infamiã resultantẽ ex delicto.*

25 *Actio criminalis tãto tẽpore præscribitur, quanto tẽpore præscribitur actio ciuilis ex crimine descendens.*

26 *Præscriptio potest induci per statutum minoris spatia 20. annorum.*

27 *Quod procedit etiam in iure inquirendi ex officio.*

28 *Declara tamen quando statutum non præfigit terminum accusatori ad accusandum, sed iudici ad inquirendum, quia tunc per accusationem partis poterit super delicto procedere.*

29 *Iudex nec etiam ex officio poterit procedere contra confessum post lapsum terminum a statuto præfixum.*

30 *Alij autẽ tenẽt, quod sint inspiciẽda statuti, & si tollat instantiã adhuc duret actio licet instãtia sit lapsa.*

31 *Fiscus non restituitur, quando est lapsum tempus inquirendi præfixum à statuto.*

32 *Statutum disponens, vt iudex non possit cognoscere de delictis commissis per sex menses ante introitum sui officij quomodo intelligendum sit.*

33 *Præscriptio inducta a statuto inducitur per tempus continuum.*

34 *Dies termini an computetur in termino præfixo a statuto in materia præscriptianis.*

35 *Præscriptio in delictis reiteratis, vel continuatis incipit ab vltimo delicto.*

36 *Salicet. autem non aliter distinguere.*

37 *Delicta futura remitti non possunt per statutum.*

38 *Delicta non solum manifesta, sed etiam occulta præscribuntur a die commissi delicti, & non a die scientiæ.*

39 *Quæ opinio magis procedit, quando non potuisset venire in notitiam Curiæ per quacumque diligentiam.*

40 *Contrariam opinionem, quod incipiat præscriptia non a die delicti, sed a die scientiæ tenent ibi Doctores.*

41 *Quæ contraria opinio declaratur, prout hic per Doct.*

42 *In practica autem obseruatur, vt incipiat currere a die delicti, & non a die scientiæ.*

43 *Quæ practica procedit etiam in præscriptione inducta a statuto.*

44 *Dies commissi delicti an cõputetur in præscriptione.*

45 *Fiscus nec pars põt restitui aduersus d. præscriptionẽ.*

46 *Adulterum, stuprum, incestus, lenocinium, & alia delicta, quæ puniuntur per l. Iul. de adult. præscribuntur spatio quinque annorum.*

47 *Adulterium simplex præscribitur spatio quinque annorum secus si cum eo concurrat incestus, quia requiritur tempus 20. annorum.*

48 *Præscriptio in pluribus delictis insimul commissis attenditur illa, quæ longiori tẽpore a iure præscribitur.*

49 *Adulteriũ in muliere tollitur spatio 6. mensiũ vtiliũ.*

50 *Adulterium si opponatur per viam exceptianis numquam præscribitur.*

51 *Præscriptio in adulterio, vel alio delicto reiterabili, incipit ab vltimo delicto.*

52 *Stuprum cum violentia numquam præscribitur.*

53 *Delicta carnis licet quinquennio præscribantur, quoad pœnam legalem, secus quoad pœnam spiritualem, & quoad thori separationem.*

54 *Fornicatio præscribitur trium annorum spacio.*

55 *Iniuriarum actio tollitur per annum, & crimen bonorum raptorum.*

56 *Qui annus est continuus a die illatæ iniuriæ.*

47 *Quod declarat, & intellige prout hic.*

58 *Calumniæ crimen præscribitur spatio trium annorum.*

59 *Actio de dalo præscribitur per biennium.*

60 *Litigiosa res præscribitur 20. annorum.*

61 *Apostatatus crimen cũ viuente præscribitur spatio quinquẽnij eo mortuo, aliqui dicũt, ꝙ actio sit ꝑpetua.*

62 *Aperiens testamentum eius, qui fuit occisus a familia antequam vlcisceretur mortem defuncti spatio 20. annorum præscribitur.*

63 *Peculatus crimen spatio quinque annorum.*

64 *Mali mores in hominibus per triennium præscribuntur intellige verum si infra triennium egisset magnã pœnitentiam, vel si in dicto triennio euenerit occasio delinquendi, & noluerit delinquere.*

65 *Tempus dicti Biennij incipit currere non a die gratiæ, sed a die commissi delicti.*

66 *Statutum disponens, quod post quatuor menses non possit procedi in delictis, & si superueniat aliud statutum, quod disponat, vt per biennium procedi possit quomodo dicta statuta intelligenda sint.*

67 *Præscriptio incepta per vnum officialem continuatur in eius successores.*

68 *Delicta post mortem delinquentis præscribuntur per quinquennium.*

69 *Cõfiscatio bonorum præscribitur spatio quinque ann.*

70 *Præscriptionis exceptio opponi debet, vt possit suffragari.*

71 *Exceptiones in delictis sunt perpetuæ.*

72 *Republicationes quanto tempore præscribantur.*

73 *Actiones ciuiles descendentes ex delicto durant vsq. ad 30. annos.*

74 *Partus suppositus numquam præscribitur.*

75 *Præscriptio in foro pœnitentiali numquam datur.*

76 *Præscriptio quoad exequutionem ordinis, vel beneficij retentionem, quanto tempore inducatur.*

77 *Apostatatu, crimen in vita delinquentis per quinquẽnium præscribitur, post mortem numquam præscribitur, licet alij contrarium tenet.*

78 *Parricidij crimen numquam præscribitur.*

79 *Sodomia numquam præscribitur.*

80 *Concussianis crimen numquam præscribitur.*

81 *Crimen læsæ maiestatis numquam præscribitur.*

82 *Hæresis crimen numquam præscribitur.*

83 *Delicta excepta numquam præsribuntur.*

84 *Delicta futura numquam præscribuntur.*

85 *Dolus de futuro numquam remittitur.*

86 *Præ-*

86 *Præſcriptio quoad declarationem pœnæ iam præſcriptæ numquam currit.*

87 *Mixtura in delictis operatur, vt attendatur delictum, quod maiori tempore præſcribitur.*

88 *Condemnatus nūquā gaudet beneficio præſcriptionis.*

89 *Præſcriptio interrupta perpetuatur vſque ad viginti annos, quod tempus incipit currere a die interruptæ præſcriptionis.*

90 *Interruptio inducitur in delictis per accuſationem, inquiſitionem abſque alia citatione.*

91 *Crimen vſurarum, ſiue eius contractus non præſcribitur, vt efficiatur licitus.*

C A P. II.

1 INquiſitus poterit etiam ſe tueri, quod factum contra eum intentatum, licet fuerit alias punibile, tamen fuerit per lapſum temporis præſcriptum, & ſublata eius pœna Pariſ.conſ.169. n.1.& ſeq.vol.4.vbi latiſſimè Iul.Clar.§.fin.q.51.n.1.vbi concordantes allegat, Boer.deciſ.26. ſub nu.5.& ſeq.de cōi Viu.com.opin.lib.1.verſ.Accuſatio Villalob.com.opin.verſ.delicta, n.15.Farin.q.1.n.68.vbi de cōi, & ibi concordantes allegat, Petr.Cab.in qq.crim.caſ.93.nu.34. 35.

2 Et concluſio eſt, vt omnis accuſatio criminalis tollitur, & præſcribitur ſpacio 20.annor.l.quærela, C.de falſ.Iul.Clar.§.fin.q.51.n.2.Farinac.q.10.n.1.vbi cōcordantes allegat, & teſtatur de communi, Rim. Iun. conſ.196. n.11.vol.2.Dec.in tract.crim.to.1.lib.3.c.37.n.1. vbi etiā alios cumulauit, Balb.in tract.de præſcript.in 4.p.4.p.princ.q.2.n.1.Petr.Caball.in q.crim.caſ.93. n.34.Boer.deciſ.26.n.6.vbi de cōmuni Card.Tuſch.in litt.P, concluſ.569.n.12.etiam de cōi Hyer.Giach.ad Clar.in q.60.n.52.in verb.per decem annos Theſaur.deciſ.76.n.3 & deciſ.208.n.2.in fi.vbi loquitur in homicidio, & Iul.Clar.in d.q.51.in princ.refert, quod quidam imputatus de homicidio ſupra annos 25.commiſſo, de quo numquam fuerat ante quærelatus, fuit dimiſſus in pace ſequuntur Maſc.de prob.cōcluſ.351.n.6.concl.337.n.15.& alij congeſti per Cartar.in tract.de execution.ſentent c.fin.nu.315.verſic. quamuis ea ratio. Petr.Caball.caſ.239.nu.13.& idem obſeruatum fuit in quadam muliere incendiaria, prout etiā refert Petr.Cabal.d.caſ.93. n.34. in fi.& quod etiam in incendiarijs dict. l. quærelam locum habeat Theſaur. deciſione 208. num. quarto, in fine, prout ego de præſenti anno 1610.obtinui a Papa Paulo V. Pontifice maximo pro quodam de Meuania, qui faſſus fuit occidiſſe vigintiquatuor annis elapſis quemdam Gallum in quodam nemore, de quo numquam fuerat quærelatus per acta Angeli Lactantij, Not.Gubernatoris Vrbis Farinac.conſ.80.n.28.Thob.Non.conſ.105. nu.16. & ſeq.Add.ad Theſaur.in deciſ.76. tradunt, vt debeat omnino liberari. Petr. Caball. caſ. 139. numero primo, vbi ſubdit, & maxime curſu annorum triginta, quo tempore omnis actio etiam ex ſententia competens præſcribatur, l.ſicut, l.omnes, C. de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum.

Licet Theſaur. in deciſione ſeptuageſima tertia, numero tertio, referat quendam fuiſſe per Senatum condemnatum ad Triremes licet elapſi eſſent vigintiquinque anni, ſed euenit in caſu illo propter atrocitatem homicidij cum qualitate craſſationis, & in deciſione 108. numero quarto, etiam ipſe dicit, quod ſuo iudicio Senatus melius feciſſet, ſi condemnaſſet quendam, qui confeſſus fuerat homicidium notorium poſt 25. annos in aliquam pœnam pecuniariam, & non abſoluiſſet, prout abſoluit.

5 Primo amplia, vt procedat etiam in iudice inquirente ex officio, vt tollatur per dictū ſpacium 20. annorum, Iul.Clar.d.q.51.n.2.vbi de communi, Boſſ.tit.de accuſat.n.32.vbi etiam de communi, Ant.Gomez.tit.de delict.c.1. n.6.Farinac.d.q.10.n.3.vbi de communi, & alios concordantes cumulauit, & prius dixit in q.1.nu.68.Sim.de Pret.conſ.15.n.14.& ſeq.vbi firmat, quod omnes exceptiones, quæ poſſunt opponi contra accuſationem, poſſunt opponi contra inquiſitionem, idem firmant Add. ad Iul. Clar. in d.q.51. in litt.B, & ibi Baiard.n.12. Decian.in d.c.37. n.2.Theſaur.deciſ.208.num.1.verſiculo, quæ concluſio, Petr.Caball. d. caſu 73. numero 35. qui etiam teſtatur de communi, alias per indirectum concederetur, quod directè per accuſationem fieri non poterit, vt per Farinac.d.q.20.n.3.in fin.Baiard.q.51.n.12.Balb.in d.q.1.n.2.Card.Tuſch.in litt.P, concluſ.569.n.13.vbi de communi, & nu.16.Clar.q.51.num.2.

6 Secundo amplia, vt in tantum delicta præſcribantur per dictum tempus 20.annorum, vt nec minus aduerſus lapſum dicti temporis reſtituatur ad quærelandū l.auxilium, & ibi Doct.C.de minorib.Ant.Gomez.tit.de delicto, c.1. nu.6.Nec etiam Fiſcus reſtituatur; Farinacc.qui alios allegat in d. quæſt.18.ſub numero 1.circa medium Baiard.q.51.num.15.de qua materia ego latè ſcripſi in meo tract. de confiſcatione Bonorum concluſ.30.

7 Tertio amplia, vt delictū d. tempore 20. annorum præſcribatur ſiue fuerit publicum, ſiue priuatum, Ant.Gomez.tit.de delict.c.1.n.5. & delicto publico latè loquitur poſt alios, quos allegat Dec.in tract.crim.to.1. lib.3.c.27.num.1.vbi alios allegat.

8 Quarto amplia, vt adeo præſcribantur delicta dicto tēpore, vt exceptio præſcriptionis impediat litis ingreſſū l. fin. vbi Bart.ff.pro ſuo.Guid.Pap.deciſ.116. col.penult.Cap.Tholoſſ.q.67.Rim.Iun.conſ.196.nu.14. volum.2.vbi ſub numero 15.latè add.ad Magon.deciſ.Lucenſ.31.in litt.B.

9 Maxime dicit procedere quando exceptio præſcriptionis poteſt incōtinenti liquidari, & probari, vt per Balb.in l.ſi is quem, C.Ne de ſtat.defunct.Cynus in l. fin. columna quinta, notab. 10. C.de edict.Diu.Andr.tollen. & per alios cumulatos per Menoch. de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.num.781.& ſeqq.

10 Sed bene verum eſt, quod poteſt opponi quandocumque etiam poſt litem conteſtatam Io.de Arn.cōmentar.156. Felin.in c.inter Monaſterium, colum.7. de re iudic.Lofred.deciſ.318. & poſt alios Baiard.q.51. num.6.& latè Farinac.q.10.nu.35.ſub limitando, firmat, quod poteſt opponi quandocumque etiā poſt ſententiam, & ad impediendam illius exequutionem vide latè Aufred. ad Capel. Tholoſſ.67. in principio, Balb.& de præſcript.parte 1.quæſt.9.Add.ad Magon.deciſ.Lucenſ.31.in litt.B.

11 Idem erit in ſententia lata in contumaciam, vt impediatur eius executio per oppoſitam præſcriptionem, ſecus verò ſi non opponatur, quia poterit ſententia exequutioni demandari. Flamm.Cartar.in tractat.capt.bannit.c.fin.n.315.verſ.quamuis ea ratio.

12 Et poteſt opponi etiam per quemlibet de populo, vt firmat poſt Marſ.Baiard.q.51. num.8.

13 Sed, si non opponeretur de præscriptione accusatio, vel inquisitio valeret, & iudicium teneret, vt post Bart. firmat Bal. in tract. de præscr. in 4. part. princip. quæst. 2. Baiard. quæst. 51. num. 7.

14 Idemque erit inuocato, vel citato super aliquo delicto, quia si vocatus non veniret, non obstante lapsu temporis, poterit in contumaciam condẽnari, & ficta confessio operabitur effectum suum, quia tempus nõ tollit condemnationem criminalem, sed solum parit exceptionem, vt post Bart. tradit Boss. tit. de Ban. null. n. 6. Gughel. Bened. in c. Rainutius in verb. mortuo testatore nu. 169. de testam. Baiard. d. q. 51. nu. 9. Balb. de præscript. parte 1. quæst. octaua, nu. 1. & seq. add. ad Magon. d. decis. Lucens. 31. in litt. B, in princ.

15 Contrariam opinionem tuetur Mars. in cons. 46. n. 20. & seqq. vt etiamsi exceptio non opponatur adhuc si procedatur contra delinquentẽ post præscriptionẽ iudiciũ, & sentẽtia sit nulla, inquiens cũ paria sint satisfactũ esse de crimine, & pęnã esse solutam, vel præscriptam esse cognitionẽ criminis, et quod licet lapsus pręfixi tẽporis non tollat naturalẽ obligationem, hoc est verum in ciuilibus, secus in delictis, & in criminalibus cum in eis præscriptio ipso iure interimat obligationẽ, vt ẽt tenet post Bald. & Felin. in locis per eum relatis. Dec. in tract. crim. tomo 1. lib. 3. c. 37. nu. 4. & bonus iudex in crim. supleat etiam ex officio defectũ rei, & eius defensiones tàm in homine libero, quàm seruo l. si non defendãtur, ff. de pęn. & ita fuit per Senatum obseruatũ, vt testatur Thesaur. dec. 108. n. 4. licet post Bald. contrariũ teneat Carrer. in pract. crim. §. homicidium, n. 368. & male, vt dicit Thesaur. vbi supra, Quę opinio contraria magis est vera, quãdo reus apposuit actori nõ cõpetere nullũ ius, nullamq; actionem, quæ censetur esse apposita præscriptio, quæ est actionis conclusio, l. 1. & 2. ff. de exception. & importat oppositionẽ pręscriptionis ad processum, Aufred. d. decis. 67. in princ. Ideq. erit si statutũ vtatur verbis actor nõ audiatur, quia absq aliqua oppositione hæc verba audientiã denegãt ipso iure, & ob id si sequatur sententia erit nulla ipso iure. Crauett. cons. 191. nu. 1. Dec. cõs. 274. n. 4. vbi de cõi, & magis cõi testat̃ Rim. iun. cõs. 74. n. 28. add. ad Magon. dec. Lucẽs. 31. i lit. B.

16 Quinto amplia, vt iudex procedens post lapsũ d. tẽporis, si condemnet post legitimã præscriptionẽ, non solum male faciat. Rol. consil. 90. nu. 9. & seqq vol. 3. vbi concordantes allegat, verum etiam debet decapitari. Paris. cons. 169. n. 6. in fin. Anch. Iun. in qq. familiar. q. 49. num. 7. & seq. part. 2. Farin. q. 10. num. 2.

17 Sexto amplia, vt nec ẽt confessus possit post præscriptionẽ molestari de delicto, etiam si delictũ fuerit notoriũ. Bal. in c. fin. col. penult. vers. pone, quod mamaleficiũ, de offic. delegat. vbi adducit rationẽ Rom. in l. prima §. occisorum ff ad Syllan. vbi ẽt allegat bonã rationem, & Bal. in l. si cũ in princip. ff. si quis caut. & in l. non dubium in fin. C. de leg. dixit, quod si constat ex actis, crimen esse præscriptum iudiciũ erit ipso iure nullum, vna cũ sententia inde sequuta, latè Dec. in tractatu criminal. tomo 1. lib. 3. cap. 37. nu. 5. Farin. quæst. 10. num. 14. vbi alios cumulauit, & ibi testatur de communi, & veriori opinione. Flam. Cart. in tractatũ capto bann. cap. fin. num. 45. vers. quamuis vbi ferè infinitos concordantes allegat.

Quæ ampliatio procedit etiam in cõfessione ficta resultante ex contumacia, latè Cart. d. cap. fi. nu. 315. & ita seruauit Senatus Pedemontanus quicquid Carrer. in pract. crimin. §. homicidium num. 368. contrarium testatur Thesaur. decis. 208. num. 4. licet, ibi subdat, q̃ melius fecisset Senatus suo iudicio, si illud homicidiũ notoriũ, & confessatũ non relinquisset impunitũ, sed aliqua pęna pecuniaria delinquentẽ punisset Io de Arnol. soliloq. q. 30. Mars. Sing. 329. vbi concordantes allegat Mascard. de prob. conclus. 352. nu. 5. & concl. 356. nu. 1. vol. 1. Rim. Iun. cons. 126. nu. 15. vol. 1. Simon de Pret. cõs. 15. n. 10. & 16. vbi post Rol. dicit procedere licet delictum esset notorium. Dec. idem tenet in d. cap. 37. num. 5. in principio. Nec isto casu iudex poterit tueri iurisdictionem suam, vt velit procedere ex officio, latè Petr. Cabal. in qq. crimin. cas. 5. num. 5. Cardinal. Tusch. tom. 6. concl. 571. nu. 5.

18 Septimo amplia, quando statutum daret amplam, & liberam potestatem pocedendi contra delinquentes quoscunque adhuc tale statutum intelligi debet, vt ille officialis possit procedere, & punire de illis delictis, quæ præscriptionem non sunt finita, vt voluit post Bal. in leg. Lucius, Titius, §. quæ marito, ff. de leg. 2. quem ibi sequitur Imol. Boer. decis. 25. num. 9. Decianus in tractatu criminali, lib. 13. tomo 1. capit. 36. num. 3.

19 Nono amplia, vt licet in d. leg. quærela C. de fals. videatur disponi, quod in crimine falsi ius inquirendi non præscibatur propter eius atrocitatem per 20. annos, sed per 30. annos, tamen verior opinio est, vt etiam d. crimen falsi præscribatur spacio 20. annorũ, nec super eo iudex possit deinde inquirere, Plot. cõs. 124. num. 4. tomo 1. crim. Viu. comm. opin. in verbo Accusatio falsi, Boer. decis. 26. nu. 5. vbi concordantes allegat, & testatur ita per Senatum fuisse obseruatum. Anch. iun. in qq. familiar. q. 49. n. 12. & 6. in 2. p. Farin. in q. 10. num. 4. vbi alios allegat, & testatur de communi, & veriori opinione.

20 Quæ ampliatio limitatur per Farin. in d. q. 10. n. 5. & seq. quatuor modis, & primo, vt non procedat fauore ecclesiæ contra quam crimen falsi nunquã pręscribitur. Rom. Sing. 181. Bald. in tract. de præscr. in 4. parte 4. part. princ. 2. q. nu. 8. in fi. quam limitationem tamen restringunt Doct. quo ad pœnam spiritualem, secus, quo ad pœnam tẽporalem, quia verius est tale crimẽ præscribi, vt post Add. ad Rom. in d. Sing. 285. declarat Farin. d. quæst. 10. num. 5.

21 Secundo statutum inducit præscriptionẽ in delictis minori spacio temporis, quam sit à lege præfixũ, nisi expressè mentionem fecerit de crim. falsi, non extendatur ad illud, Farin. d. q. 10. nu. 6. 7. sed sub n. 8. credit contrarium esse verius vbi latè banc contrariam opinionem rationibus, & auctoritatibus comprobat.

22 Tertia est, si post falsitatem fabricatam lapsum sit tempus quærelandi, & inquirendi si tamen auctor falsitatis illa vsus fuerit i iudicio, teneatur de vsu, & productione falsę scripturę cũ sit regulare, quod quilibet producens, & vtens falsa scriptura puniatur de falso, Boss. tit. de falso, n. 109. 119. 123. 127. 154. & seq. Iul. Clar. in prac. crim. §. falsum, versiculo vtens falso. Farin. d. quæst. 10. num. 10.

Sed talis præscriptio sibi suffragabitur si recesserit ab vsu, cum alias auctor macchinator, & fabricator falsitatis, teneatur pœna falsi, licet ab vsu se abstinuerit text. in l. si falsus codicillos, C. de fals. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 144. num. 1.

23 Quarta eft, vt falfitas opponatur per modum exceptionis non præfcribatur fpacio 20.annorū,cū tēporalia ad agēdū, fint tamē perpetua ad excipiendu, Balb.de præfcript.in 4. p.4.p.princip.n.7.& n.8.Farinacc.q.10.n.10. vbi dicit,hoc effe generale in quocumque crimine,Foller. in pract. crim. in verb.Foro iudicantur,n.22. Cephal.conf.138.n.65.lib.3.confil. 558.num.57.lib.4.add.ad Magon.decif.Lucenf.42.in litt.C,Decian.in d.cap.37.num.8.

24 Nono amplia, vt præfcripto aliquo tempore per legem,vel per ftatutum fuper crimine,vt tollatur crimen, & abolitum dicatur, etiam quoad infamiam ex crimine defcendentem per ipfam præfcriptionem, Sim.de Præt.conf.15.num.13.& feq.

25 Decimo amplia,vt tāto tēpore præfcribatur actio criminalis,quāto tēpore præfcribitur actio ciuilis ex eo defcendens,Balb.in tract.de præfcrip.in 4. p.4. p.princ.q.2.in 3.lim.vbi alios allegat Dec.in trac.crim. to.1.lib.3.c.37.n.17.Foller.in pract.crim.in verb.foro iudicentur nu.21. verf.qui latius declarat,vbi reddit bonam rationem, ficut alij teneant, quod licet actio, & inquifitio fpa 20.annorum tamen actiones ciuiles,quæ oriuntur ex delicto durent fpacio 30. annorum,Clar. quæft.51.nu.2.in fin.Ign.in l.in cognitione num. 185. ad Syllan. Cardin. Tufch. in litt.D, conclus.569.n.31.vbi de communi,& fubdit,& ob id executio fententiæ poffit peti vfq;ad 30. annos.

26 Vndecimoprimo amplia,vt ēt per ftatuta poffit induci,ꝙ delicta minori tēpore præfcribantur, quā lex communis indicat,& talia ftatuta valeant.Bero.conf. 167.n.5.vol.3.Parif.conf.169.n.6.vol.4.Anch.Reg.in q.familiar.q.49.n.8.& feq.p.2.Farinac.q.10.n.25.vbi concordantes adducit, & dicit, quod non effet difputandum de validitate dicti ftatuti, quando fuit factum ab habentibus facultatem; & fuit confumatum à Papa.Flam.Cart.in tract.capt.Bannito.c.fin.n.315.verf. quāuis ea ratio. Didac. Canter.in fuis qq.crim.tit.de q.tangent.Iudicem q.6.poft princip.n.2.Petr.Cabal. in qq.crim.caf.5.nu.1.vbi firmat hoc non habere dubium, & procedit etiam quo ad actum ciuilem. Bart. & doct in l.cum qui §.in popularibus ff.de aleatorib. & poft alios,quos allegat Caualcan.de brach.reg.p. 4.num.98.circa medium.

27 Quæ ampliatio eſt vera,etiā quando ftatutū præfigit terminū ad accufandū, vt iudex nec minus poffit procedere,neq;e inquirere ex officio. Marf.in pract. crim.§.conftante n.83.Balb.de præfcript. in 4. parte princ.q.2.nu.3.Farinac.quæft. 10.n.26.Bonaco.lib.1. communi opinione in verbo ftatutum præfigens certum terminum,vbi de magis communi atteftatur Iul. Clar.§.final.quæft.51.num.2.vbi refert plures teftantes de communi, latè Didac.Canter.in d. quæftione fexta, fub numero tertio, poft verf. quo ad noftram quæftionem Petrus Caballus in quæft. criminal. caf. quinto, num. fecundo, 3. vbi alios allegat,& teftatur ita vidiffe iudicari.

28 Secus verò fi ftatutum non præfigeret terminū accufatori ad accufādū, fed iudici ad inquirēdū,quia ēt poft lapfum termini poterit iudex ad partis inftātiā fuper dicto crimine procedere,vt firmat Farinac.q.10. nu. 27. vbi fubdit licet accufatio,& inquifitio de iure eōi a pari procedant, non tamen ifto cafu valeat argumentū de inquifitione ad accufatione,cum diuerfa vigeat ratio,quia in accufatione accufator propriam iniuriam, & intereffe profequitur, & ob id dicitur agere de damno euitando,iudex verò,vt pœnam exigat a delinquentibus dicitur agere de lucro captando;ideò non effe inferendum ex vno ad aliud.

29 Quæ ampliatio etiam procedit fi poft lapfum termini a ftatuto præfixi,quis cōfiteretur delictū,nec poterit iudex de eo inquirere ex officio. Marf. in pract. crim.§.poftquam n.10. verf.alius eft etiam cafus.Didac.Canter.in d.q.6. nu.4.verf.Dubium tamen pono. Petr.Caball.in d.quæft.5.n.5.dicit ita inueniffe Socc. in conf.108.in 2.dub.n.15.& feq.lib.4.qui ad plenum difputat iftum articulum, & concludit pro ifta parte negatiua,& ibi alios concordantes adducit,& firmat, quod valdè errant, qui contrariam affirmatiuā tuentur,quos,ibi recenfet,& ꝙ pro parte negatiua,ita fuit in Ciuitate Bononiæ confultum, & obtentum,& ibi refpondet contrarijs, & ab ea iniudicando,& confulendo,non effe recedendum, exiftimat Petr.Caball.in d.caf.5. n.5.in fi.vbi etiam refert,quod Bonac.nouiffimè teftatur hanc effe magis communem opinionē.

30 Sed alij autem tenent, quod fint infpicienda verba ftatuti,& fi ftatutū tollet inftātiam adhuc duret actio licet inftantia fit lapfa, fi vero fit præfcriptum ius inquirendi ifto cafu tollatur delictum,& confeffio deinde fuperueniens nihil operetur,vt poft Iul.Scarlat.in conf.112. nu.11. tomo 1.crim.vbi teftatur hanc opinionem veriorem refert, & fequitur Baiard. ad Iul. Clar.quæft.51.num.14.in fine.

31 Et in tantum eft vera opinio,vt ftatutū præfigiens terminū ad inquirendū,reus nō poffit amplius molestari, vt nec fifcus poffit petere reftitutionem in integrū fub prætextu, ꝙ nec habeat proditionem delicti, vel fcientiam,quam prius non habuit,vt poft Socc.in conf.108.vol.4.firmat Baiard.d.q.51.num.15.

32 Si vero ftatutū difponat, ꝙ iudex nō poffit cognofcere de maleficijs,cōmiffis fex menfibus ante introitum officij, debet intelligi de delictis,quæ non durant, fed momento perficiuntur,vt funt homicidia,fecus fi delicta durent,vt furtum,falfitas,& fimilia,quia iudex poterit ,pcedere etiā nifi delictū fuerit fex mēfib. antè introitum fui o ficij commiffū.Ferrant.Garg.conf. 124.n.17.to.1.crim.latè Lazar.Feruit.in tra.de momen.tempore c.10. nu.38. Baiard.d.q.51.nu.17.

33 Et talis præfcriptio inducta a ftatuto perficitur per tempus continuum.Parif.conf.169. nu.10. vol.4. Triuifan.decif.Venet.59. nu.27. lib.2.Petr.Caball.in qq crim.caf.6.nu.1.vbi alios allegat,& latè dicam infra in feq.ampliat.

34 Sed an dies termini cōputetur in cafu noftro. Didac.Canter.in d.quæftione 6.ante numerum fecundū tangit hanc quæftionem,& firmat quod dies termini non computetur in termino licet pro fua opinione nihil adducat,vt animaduertit Petr.Caball.in qq.criminal. cafu fexto,numero 1. & fequent. & dicit hanc quæftionem non inueniffe tactam ab alio, & ibi ipfe teftatur de magis recepta opinione a confuetudine in Palatijs.

35 Et in delictis continuatis, ac reiteratis incipit currere præfcriptio non a primo delicto,vel ab eius principio,fed ab vltimo delicto,fecūdum magis cōmunē opinionem atteftatā per Ang. de Caftr. & Ioan.Bap. Rofell. inter conf.crim.diuerf.Zilecti in paruis,conf. 94. n.10. verf.& fi dicatur tomo 1.Iul.Clar.quæft.51. numero tertio,verf.fed hic quero,vbi etiam de magis

communi Petr. Cabal. in qq. crim. Caf. 7. per totũ, vbi alios allegat, & in fine testatur, ita vidisse iudicare, & ꝙ Ita ipse etiã nõ semel pro hac opinione vocauit, vt post Bal. Magon. in decis. Lucens. 42. n. 15. & decis. 43. n. 18. dicit quod in Teste falsitas inspicitur in 2. dispositione, & non in prima, quia in secunda præsumitur subornatio, Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 98.

36 Bene verum est, quod Salic. in l. adulter sub nu. 5. C. de adult. refert opinionem gloss. in l. mariti §. sex mẽsiũ in verb. commissi criminis, in fin. ff. de adulter. vbi ipse Salic. subdit, quod adulteriũ cõmittatur quoties fuerit luxuriatum, & ideò si delinquẽs de priori adulterio accusetur ab illo incipiat currere tẽpus præscriptionis si de medio à medio, & sic de cæteris incipit, & ꝙ illa videtur mẽs illius gloss. & respõdet ad leges allegatas in contrariũ, quæ loquũtur in furto, ꝙ ex assidua contra citatione committitur, quæ Saliceti opinio, vel declaratio est probabilis, quando imputatio esset de vno præciso actu venereo, & nõ constaret de reiteratione eiusdem delicti, vbi tamen aliter se haberet accusatio, vel inquisitio, vel appareret crimen continuatũ post tempus in accusatione, vel in inquisitione expressũ, secus esset, si nõ ab illo tẽpore, sed à fine tẽporis esset cõnumerandũ, vt firmat Petr. Cabal. in d. cas. 7. n. 2. & 3. Cũ sit regulare, quod in delictis reiterabilibus per plura tempora continuatis inter easdem personas initium præscriptionis incipiat non à principio, sed à fine vt per Iul. Clar. in §. fin. q. 51. n. 3. vers. sed hic quæro, vbi testatur de magis communi Thom. Triuis. decis. Venet. 59. n. 17. vbi etiam de magis communi p. 2. Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 98.

37 Quæ statuta possũt remittere delicta præterita, sed non futura, quia inuitarẽt ad delinquendũ, quę licẽtia delinquẽdi nunquã præscribitur, vt post Bal. in l. 1. col. 4. in fi. C. de emancip. liber. firmat Farinac. in q. 10. n. 26. circa fin. Decian. in tract. crim. d. lib. 3. tomo 1. c. 19. num. 16. & dolus de futuro non remittatur tex. in l. ius gentium §. illud ff. de pact. Balb. in tract. de præscript. 4. p. 4. par. princ. q. 2. num. 6. in princ.

38 Duodecimo amplia, vt delicta præscribantur nedũ manifesta, sed etiã occulta, & tale tẽpus, nõ à die sciẽtiæ habitę per Curiã, vel partem accusatorẽ, sed à die cõmissi delicti currere incipiat Boss. tit. quom. proced. per action. in delict. nu. 22. & n. 24. Thob. Non. cons. 105. n. 19. ibi de communi Iul. Clar. l. fin. q. 51. vers. sed quæro si statum vbi alios allegat, & testatur de magis communi Farinac. q. 10. n. 12. vbi etiam alios concordantes allegat, & testatur etiam de magis communi opinione Paris. cons. 169. num. 9. volum. 4. qui etiam testatur de magis communi Petr. Caball. in qq. crim. cas. 6. num. 1. vbi concordantes cumulauit, & testatur etiam de magis communi. Didac. Canter. in suis quęst. crim. tit. de quęst. tang. Iudic. quæst. 6. post princip. sub num. 1. Add. ad Farinacc. cons. 2. numero 8. in litt. B, & latissimè Barth. Socc. cons. 208. in primo. dubio, vol. 4. vbi respondet etiam contrarijs Thesaur. decis. 208. num. 4. in fin. Card. Tusch. tomo 6. conclus. 571. nu. 6. vbi de communi, & de magis comm. Hicr. Hispan. in tract. com. contra com. q. 676. Idem Tusch. in litt. P, conclus. 569. num. 27. vbi de magis comm.

39 Quæ opinio magis admittitur, quando per diligentem inquisitionem officialis, ac per eius inuestigationem maleficium occultum non potuisset venire in notitiam Curię, Paul. de Castr. cõs. 17. n. 5. & seq. lib. 1. & cons. 183. per totum lib. 2. Petr. Caball. d. cas. 6. nu. 1. in fin. Rim. Iun. cons. 196. nu. 11. & seq. vol. 2.

40 Licet multi alij Doctores Illustres contrarium tenuerint, vt incipiat currere præscriptio non à die delicti cõmissi, sed à die scientiæ, quos refert Boer. dec. 26. nu. 15. Soc. in d. cõs. 108. & cõmuniter dixit, Natt. in cons. 225. nu. 3. Lud. de inter. cons. 60. tom. 2. crim. & Franc. de Albergat. cons. 12. eodem tomo 2. crim. vt opinio supra firmata, vt incipiat à die delicti commissi procedat quando delictum non fuit occultum, sed ignorabatur à quo fuerat commissum, de qua intelligentia etiam mentionem facit post alios, quos allegat Baiar. in d. q. 51. n. 15. Soc. iun. cons. 61. tom. 2. crim. Dec. in trac. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 27. nu. 21. vbi refert, quod Angel. habuit casum Perusię, & quod fecit quemdam decapitare, Decian. in d. cap. 19. nu. 21. vbi etiam mentionem facit de dicta decis. Angel. & Farin. in d. q. 10. nu. 13. videtur etiam distinguere, an delictum esset taliter occultum, & clam commissum, quod non potuerit deuenire ad notitiam Curiæ, & tunc non currat præscriptio nisi à die scientiæ, secus si delictum non est taliter occultum, & ignoretur delinquẽs, & per diligentiam Curiæ potuerit innotescere, vt tunc à die delicti querere incipiat ipsa præscriptio.

41 In practica autem non est recedendũ ab opinione, quæ se habet, vt tempus sit continuum, & currere incipiat non à die scientiæ, sed à die commissi delicti, cum regulariter præscriptiones currant ignorãtib. vt firmat Farin. d. q. 10. n. 12. ver. non recedas tamẽ Didac. Canter. in d. q. 6. sub n. 1. Boss. in tit. quom. proced. per act. n. 24. vbi firmat hanc opinionẽ esse veriorẽ, & latè Pet. Cabal. in d. cas. 6. n. 1. vbi et testatur de magis cõi, & alios cumulat, Card. Tusc. t. 6. concl. 571. n. 13.

43 Et procedit non solũ in præscriptione de iure cõi, sed & in præscriptione statutaria, vt post alios, quos allegat, ita firmat Farin. d. q. 10. n. 12. & in terminis & loquitur Petr. Cabal. d. c. 6. per totũ, & ita, vt dixi ego obtinui per illũ de Meuania tẽpore Pauli Papę V. qui interfecerat illum Gallum in quodã nemore, & numquam ad notiã Curiæ deuenit dictum homicidiũ fuisse commissum sed post 24. annos ipsemet illud Põtifici significauit, & reputauit non molestari, præstita tãtũ cautione scutoru 100. de se repræsentando, Aug. ad Ang. de Malef. in ver. incoata in princ. post alios, quos allegat, Paris. cons. 169. n. 10. & seq. vol. 4. Balb. in tractat. de præscript. in 4. parte 4. p. princip. q. 2. num. 3.

44 An dies commissi delicti in præscriptione connumeretur, dixi supra n. 34. & latè tradit Petr. Caball. d. cas. 6. num. 2. & 3.

Nec poterit Fiscus, vel pars petere restitutionẽ ad uersus d. præscriptionẽ, vt per Rim. Iun. cons. 196. n. 21. vol. 1. vbi appellat hoc remediũ restitutionis refugium inimicorũ, & miserorum add. ad Farinac. cons. 7. in litt. B, Baiard. in q. 51. n. 15. Farin. d. q. 10. n. 1 circa med. vbi de communi, & allegat Thob. Non. cons. 105. n. 2. & dixi in meo tract. de cõsilic. honor. cõc. 30.

45 Decimotertio amplia in crimine adulterij, stupro, incestu, lenocinio, & alij delict. quę à l. Iul. in adulterijs puniũtur, quę delicta non solũ sicut alia præscribũtur, sed etiam eorum actio, vel accusatio minori tempore nempè quinquennio tollantur l. mariti, §. sex mensium in fin. & quinquennium, & ibi Doct. ff. de adult. Iul. Clar. §. adulteriũ vers. Vnũ tamẽ. Boer. decis. 16. n. 12. Villab. comm. opin. vers. delicta n. 55. Farin. q. 10. n. 15. vbi

vbi alios allegat., & teſtatur de communi, Foller. in pract.crim.in verb.fori iudicetur nu.19.Sim.de Pret. conſ.15.nu.15.Decian.in tract.crim. to.1.lib.3. c.37. nu.6.Farinac.conſ.80. nu.18. vbi de communi,Card. Tuſch.to.6.concl.571.nu.7.& ſeq.

46 Primo limita, & intellige, vt adulterium ſimplex præſcribatur dicto tempore quinquen. Hier. Hiſpan. in tract.com.contra com.q.689. & dicit currere a die delicti ibi num.3. l.quinquennium,ff.de adulter.Hier. Giach.ad Iul.Clar.q.60.nu.32.Tuſch.in litt.P,concl. 4.num.2. ſecus ſi cum eo cucurrat inceſtus, quia tunc requiritur præſcriptio impoſita per dictã l.querelam 20.annorum,Foller.in dict.verbo fori iudicentur,nu. 19.vbi reddit rationem,Farinac.q.10. num.19. Card.
47 Tuſch.dict.concl.571.nu.10.Decian.in d.c.37.n.22. Vbi dicit hoc eſſe generale in omni delicto mixto, vt ſemper attendatur præſcriptio,quæ lõgiori tempore inducitur, & ibi etiam firmat, quod crimen inceſtus præſcribatur ſpacio 20.annorum, & adducit Boer.in dicta deciſ.26. num.12. & ſeq.Cardinal.Tuſch. to.6. concl.871.nu.9.& in litt.P,concl.569.nu.29.& ſeq.

48 Secundo limita, & intellige, vt reſpectu adulteri præſcribatur per quinquennium, ſecus reſpectu adulteræ,quia tollitur ſpacio ſex menſium vtilium, quorũ duo dantur marito,vt accuſet iure mariti,& quatuor, vt ipſe, & quilibet accuſet vti extraneus l. mariti §. præterea ſi ex dic. cum duob. §.ſeqq. ff.de adop.& l. adulter.C.eod.vbi gloſ.dicit dummodo dicti,ſex mẽſes non excedant quinquẽnium, quo adulter præſcribit,Decian.in d.c.37.nu.6.

49 Tertio limita quando adulterium opponitur per viam exceptionis per hęredes, quia tunc exceptio eſt perpetua,& nunquam præſcribitur, Balb. in tract. de præſcript.in 4.p.4.p.princ.q.2.nu.9.in fine, Villalob. com.opin.in litt.A,nu.69.& in litt.E, n.118.Farinac. q.10.nu.17.Decian.in d.c.19.n.7.vbi alios allegat.

50 Quarto limita, & intellige, vt incipiat præſcriptio in adulterio, vel alio delicto reiterato nõ à prima vice commiſſi delicti, ſed ab vltima, ſecundum magis communem, & veriorem opinionem atteſtatam per Farinac.in dicta q.10.n.10.poſt Caſtrenſ. in conſ.94. nu.1.vol.1.Petr.Cabal.in q.crim. caſ.8. nu.2. & ſeq. & caſ.147.Cauale.in fragm.83.in fine,Clar.q.9. n.3. vbi de communi,Card.Tuſc.in lit.P, concl.569.n.19.

51 Quinto limita, quando cum ſtupro concurrit ius, vel violentia, quia tunc nulla currit præſcriptio d. l. mariti §.final.de adult.Marſ.in l.qui falſum §.accuſatio nu.4. & 16.ff.de falſ.Foller.in dicto verbo fori iudicantur n.19. Carret.in pract.crim.de homicid. §.8. nu.7.Boer.deciſ.26.nu.14.vbi reprobat Barber.iun. in ſuo viſario iuris in tit.de adulter.colum.4. circa med. verſic.& hic eſt præſtitum quinquennium. Farinacc. quæſt.10.nu.18.

52 Sexto limita, & intellige procedere, quo ad pœnã legalem, ſecus quo ad ſpiritualem, & ideo poſt quinquenniũ licet non poſſit accuſare poterit tamen petere Thori ſeparationem, quæ ſpiritualis eſt, & nunquam præſcribitur gloſ.in cap.admonere in verb. pœnitentia in fin.33.q.2.Crauett.de antiq.temp. part.4. nu.88.Farinac.d. q.10.n.20. vbi alios Doctores hanc opinionem ſequentes allegat,& deducit, quos hic referre ſuperfluum eſſe cenſeo.

53 Septimo limita in crimine fornicationis,quod præſcribitur minori ſpacio quinquennij,ſed ſpacio trium annorum.Thom.Triuiſ.deciſ.Venet.59. numero 10.

54 Decimoquarto amplia in crimine iniuriarum, vt tolleatur per annum,text.in l. ſi non conuicij in fine. C.de iniur.Aufred.ad Capel.Tholoſ.127.nu.1. & ſub num.2. firmat dict. annum currere etiam ignoranti. Foller.in pract.crim. in verbo fori iudicentur nu.21. vbi de communi.Iul.Clar. §.iniuria verſ. tollitur autẽ etiam Farinac.q.10.n.21.vbi cumulauit concordãtes, teſtatur de communi,Decian.in trac.crim.to.1.lib.3. c.37.n.12.Card.Tuſch.to.6.concl.571.n.1. vbi dicit poſt Rom.in conſ.144.in fin.idem eſſe actione vi bonorum raptorum, vt per annum præſcribatur quo ad pœnam,Hier.Hiſpan.in tract.com.cõtra com. q.679. nu.1. Andr.Fachin.controuerſ.iur. lib.9. c.7. vt actio iniuriarum anno tollatur.Cauale.de Brach. reg. p.1. numero 84.

55 Qui annus non eſt vtilis, ſed continuus à die illatæ iniuriæ,præterquam in iniuria illata per metum. Veron.conſ.70.nu.4. cum conſ.79.nu.5. Iul.Clar.dict.§. iniuria verſ.tollitur autem Farinac. dict. q.10. nu.22. in fine,vbi ſubdit, quod currit etiam iſte annus ignoranti per Rot.deciſ.2.alias 240. tit.de iniur. in nouis. Barth.Tege.in pract.crim. p.16.num.33. contrariam opinionem,vt ille annus non currat,niſi à die ſcientiæ tenet Hier.Hiſpan.in dict.q.679. nu.2. & ibi teſtatur de com.& eamdem opinionem tuetur,Andr.Fachin. controuerſ.iur.lib.9. c.8. vbi etiam alios concordantes allegat,& ad contraria reſpondet.

Et ſi verò cum reo infra annum lis fuerit cõteſtata erit perpetua,text.gloſſ. & doct. in l. ſi non conuitijs. C.de iniu. Balb.de præſcip. 2.p. 4.p. q.1. nu.4.& q.3. per totam,Cauale.de Brach.reg.pragm.78.vbi ſubdit idem eſſe ſi proponatur per modum exceptionis, vt ſit perpetua.

56 Quæ ampliatio procedit in actione iniuriarũ prætoria, ſecus in actione ciuili, quia duplex eſt actio iniuriarum,vna ciuilis, quæ locum habet in tribus caſibus,de quibus in l.lex Cornelia in princip. ff.de iniur. quando quis dicit ſe pulſatum, vel verberatum,vel in domum ſuam introitum eſſe, altera vero prætoria, quæ in alijs caſibus exceptis illis tribus, competit, & actio prętoria anno finitur,ciuilis autem non,ſed tollitur per ſpacium 30.annorum gloſ.in l. ſi non conuitij,C.de iniur.Balb.de præſcript.dict.4. p.2. q.num.6. Foller. in dicto verbo fori iudicentur nu.21. Farinac. q.10.num.23. vbi concordantes allegat.Iul.Clar.d.§. iniuria verſ.tollitur autem actio, & licet aliqui tenuerint, quos recenſet ibi Farinac.ſub nu.24.quod etiam actio ciuilis tollatur per annum,tamen verior, & magis communis opinio eſt, vt ſit perpetua, & præſcribatur,ſicut præſcribũtur aliæ actiones ciuiles,vt poſt. alios, quos allegat ita firmat, & teſtatur ibi Farinacc. dicta q.20.num 24.in fine, Aufred. in dict.deciſ.127 nu.1.& ipſa Capell.Tholoſ q.140.

57 Bene verum eſt, quod crimen calumniæ non præſcribatur ſpacio minori quam 20. annorum, vt poſt Bart.& Ang.tradit Iaſ.conſ.2.nu.9. vol.2.& idem eſt in actione libelli famoſi, quæ etiam tollitur per lapsũ anni Plot.conſ.35.num.19.lib.1.vbi teſtatur quod ita vidit iudicari, Farinacc. dicta q.10.nu.24.in princip. Andr.Fachin.controuerſ.iur.lib.8. cap.9.vbi reſpondit ad contraria.

58 Decimoquinto amplia in actione de dolo,quę tollitur per biennium non poteſt agi, vt crimen ſtellionatus

natus imponatur l.fin. C. de dol.Foller.in dict.verbo Fori iudicentur nu.21. circa finem, vbi de communi, Farinac.d.q.10.nu.22.vbi alios allegat, Decian.in d. c.37.nu.17.in fine,latè Add.ad Farinac. conſ.7.nu.8. in littera B.

59 Decimoſexto amplia in re litigioſa,quæ ſpacio 20. annorum præſcribitur,Peregrin.in tract.de priuileg. Fiſci,lib.4.nu.25.tit.6.Balb.de præſcrip.2.par.3.par. princip.nu.54.

60 Decimoſeptimo amplia in crimine apoſtatus,cuius accuſatio præſcribitur ſpacio quinquennij viuentes apoſtata poſt mortem durat perpet.vol.2. l. Apoſtatarum,C.de Apoſtat. & gloſ.in d.l.quærelā, & hoc fauore fidei,ſed Bartol.in d.l.2.dicit, quod etiam poſt mortem non poteſt procedi,niſi quinquennio, vt refert Decian.in d.c.19.nu.9.

61 Decimo amplia in eo,qui aperuit teſtamentū eius, qui occiſus fuit à familia,antequam vlciſceretur mortem defuncti, quinquēnio talis actio criminis tollatur l.in cognitione,ff.ad Syllan.gloſ.in dict. l.quærelam, Decian.d.c.37.nu.10.

62 Decimonono amplia in crimine peculatus, quod præſcribitur ſpacio quinque annorū l.peculatus la 2. ff. ad leg.Iul. pecul. gloſ.in dict. l.quærelam Decian. d.cap.37.nu.11.

63 Vigeſimo amplia in malis moribus quia ſi quis per triennium honeſtè vixerit, eſt præſcripta omnis ſiniſtra actio,Thom.Triuiſ.deciſ.Venet.59.n.17.Grammat.ſuper cap.Regni.Rub.de tormentis num.6.mihi fol.142.col.2.Alciat.reg.2.præſcript.7.nu.3. Iul.Cla. §.final.verſic.fama ſola,in fin. Granut. Theorem.23. num.16. vbi teſtatur,quod ita tenuit Rota Romana, Maſcard.de probat.concl.223.nu.12. verſ.ſub limita, & nu.22.vol.1.& concl.466.nu.19.& ſeq. deciſ.Aucnion.1.nu.13.vbi latè Petr.de Surd.conſ.173.nu.105. volumine 2.

64 Quæ ampliatio eſt vera, quando talis magnam egiſset pœnitentiam in dicto triennio, quia ingreſsus fuerit Religionem, vt poſt Beluiſ. declarat Alciat. in dict.7.præſumpt.nu.3.vel ſi probetur,quod in d.triennio pluries euenerit occaſio delinquendi, & tamen à delictis ſe obtinuerit poſt Beluiſ.Alciat.in d.præſump. 7.nu.3.Bertaz.conſ.474.nu.23.lib.2.quas duas declarationes Granut.theor.23. num.18. non admittit,ſed reprobat Beluiſ. & Alciat. & inquit, quod ſi in dicto triennio euenerit iſta qualitas delinquēdi, & ſe obſtinuerit à delictis certius erit, quod habeatur pro purgato.Immo,ibi,Gran.ſub num.20. & ſeq. diſputat,an iſte emendatus de crimine, melior reputetur, quam ille, qui nunquam deliquit, & quomodo enim probetur, quod criminoſus ſit emendatus, tradit Maſcard. de probat.concl.466.nu.12.& ſeq.vol.1.

65 Et tempus dicti triennij incipit currere non à die obtentæ gratiæ, ſi quis obtinuerit gratiam pro delicto, ſed à die commiſſi delicti, vt per Roman. & Rolan.in locis relatis per Granut.theor.23.nu.19.

66 Vigeſimoprimo amplia, quod ſi vigeat ſtatutum, vt vltra quatuor menſes de crimine cognoſci nō poſſit, ſi ſuperueniat aliud ſtatutum, per quod diſponatur,quod cognoſci poſſit per triennium, ſi lapſum ſit tempus à primo ſtatuto conceſsum,debet attendi tēpus dicti primi ſtatuti,vt poſt Caſtrenſ.tenet Petr.Cabal.in qq.crim.caſ.156. nu.7. vbi tamen ſub nu.8.declarat procedere, quando ſtatutum loquitur in rem, ſecus ſi in perſonam iudicis,quia diſponat, quod poteſtas teneatur,& poſſit de tali crimine infra quatuor menſes procedere, quia tunc etiam, ſi non fuerit cæptum procedi infra quatuor menſes,iudex vigore ſecundi ſtatuti poſt triennium procedere poſset, & ibi reddit rationem.

67 Vigeſimoſecundo amplia, vt præſcriptio incepta per vnum officialem cōtinuetur in eius ſucceſsores, vt tuetur Rim.Iun.conſ.196 nu.17.& ſeqq.vol.2.

68 Vigeſimotertio amplia, quod in delictis, in quibus præſcriptio eſt vltra quinquennium, intelligitur vita durante delinquentis, ſecus poſt eius mortem, quia præſcribitur per quinquennium, vbi agitur de damnanda memoria defuncti,vel procedendi contra eiuſdem defuncti bona,text.vt ibi gloſſ. in l.Manichæos, C.de hæret.vbi communiter DD. vt teſtatur, Anton. Gomez.tit.de delictis,c.1.nu.81.Farinac.q.10.nu.81. vbi alios allegat,Baiard.q.51.nu.3.

69 Et bonorum confiſcatio præſcribitur ſpacio quinquennij l.in cognitione ff.ad Silanian. Boſs. tit. de accuſ.nu.31.Latiſſimè Plot.conſ.30. de qua materia remitto lectorem ad ea,quę ego latè ſcripſi in meo tractatu de confiſcat.bonorum concl.19. per totam,vbi etiam ad plenum tetigi in concluſ.18. quando delicta morte extinguantur, & quando quis habuit cauſam à Fiſco,vt ſi tutus poſt quadriēnium vltra,quæ ſcripſit, Farinac.in dicta q.10.n.36.cum plurib.ſeqq. 24. Amplia, vt etiam præſcribatur ius vlterius inquirēdi poſt torturam illatam, vel poſt abſolutionem ab obſeruatione iudicij ex ſuperuenientia nouorum indiciorum ex eodem ſpacio, quo, ius accuſandi, & perquirendi præſcribitur, Petr.Cabal.in q.crim.caſ.93. num.30.& ſeqq.de qua ampliatione latè dicam infra hoc eadem defenſ.cap.7.

70 Primo limita,& intellige, vt exceptio præſcriptionis opponi debeat, alias ea non oppoſita, teneat accuſatio & inquiſitio,vt poſt Bart. in l.1. §. accuſationem ff.ad Turp.Balb.in tract. de præſcript. in 4.par. 4.princip.q.2.nu.9.in fine.Farinac.q.10. num.35. vbi poſt Boſſ.tit.quom.procedit in delict. num.23. dicit, quod minus prodeſt reo præſcriptio, quam innocentia,quia in 2.caſu,non poteſt procedi,nec etiam contra cōtumacem,ſecus in primo caſu, & talis exceptio eſt impeditiua litis ingreſſus. Aufred.ad Capell.Tholoſ.q.67.nu.3.vbi firmat,quod poteſt opponi ante litis conteſtationem, & antequam reus examinetur, & eius nomen connumeretur inter reos, dummodo cōtra proceſſum, quia dicat Fiſcus, vel accuſator non habet actiones, ſecus ſi diceret non fouet iuſtitiam, quia diceretur appoſita contra merita cauſæ,quæ nō impedit litis ingreſſum latè Capel.Tholo.dicta q.67. & ibi Add.in princ. vbi etiam receſet multas exceptiones,quæ impediant litis ingreſsū,& quę requiratur, vt per partem apponatur de communi teſtatur, Miſing.cent.3.obſeruat.28.vbi latè, & concordantes allegat,& in ſpecie.Boer.deciſ.344.nu.11.Sed Miſing. dict.obſer.28.in fine addit,quod iudex poſſit ex officio excipere de præſcriptione, ſed non aſtringi,& ibi teſtatur ēt quid obſeruetur in illa camera imperiali.

71 Secundo limita in omnibus exceptionibus, vt licet actio criminalis aliquo tempore præſcribatur, tamen eorum exceptiones nunquam preſcribantur, cum regula ſit generalis,vt ea, quæ ſunt temporalia ad agendum,perpetua ſint ad excipiendum l. puræ in fine, ff. de exce-

de exceptione doli, Cephal. conſ. 38. nu. 65. lib. 3. &
conſ. 158. nu. 57. lib. 4. Foller. in verbo Foro iudicen-
72 tur, nu. 22. Decian. in tractatu criminali dict. c. 37. n. 8.
vbi quærit, & quid in replicatione, in quo ſe remittit
ad gloſ. Ang. & Salicet. in d. l. quærelam, Balb. in d. 4. p.
in 2. quæſt. nu. 9. Addentes ad Magon. deciſ. Lucenſ.
42. in litt. C, Baiard. q. 51. nu. 10. & maximè procedit
in crim. falſi. Balb. dicta q. 2. nu. 7.

73 Tertio limita, quod licet actio criminalis, vel inquiſitio præſcribatur ſpacio viginti annorum, tamē omnes actiones ciuiles, quæ deſcendunt ex crimine durāt vſque ad triginta annos. Boſſ. in tit. quomodo procedi in delict. nu. 20. Iul. Clar. q. 51. verſ. & hæc quidem concluſio in fine, vbi de communi, Farinac. q. 10. nu. 34. vbi poſt Alex. in conſ. 172. vol. 5. dicit hoc procedere non ſolum, quando tractatur de agendo contra eamdem perſonam, & delinquentem, ſed etiā, quando quis vellet ciuiliter experiri contra vnum ad priuationem bonorum in caſu in quo prius criminaliter erat agendum contra delinquentem iuxta l. 1. C. vbi cauſa Fiſchal.

74 Quarto limita, in crimine partus ſuppoſiti in quo nunquam currit præſcriptio, & actio perpetua eſt l. qui falſam §. 1. ff. de falſ. Foller. in d. verbo Fori indicentur nu. 18. Farinac. d. q. 10. n. 29. vbi concordantes allegat, Flam. Cart. in tract. capt. Bann. c. fin. nu. 315. verſ. quamuis Decian. in d. c. 37. nu. 13. lib. 3. tomo 1. Baiard. q. 51. nu. 1. & q. 60. nu. 108. Idem eſt in abortu per tex. in l. cicero ff. de pœn. & per Doctor. adductos per Farinac. dicta q. 10. nu. 29. verſ. de abortu.

75 Quinto limita, in foro pœnitentiali ad pœnitentiā peragendam, vt etiam poſt centum annos de iure canonico cognoſci poſſit de crimine, & nunquam præſcribatur delictum gloſ. notab. in cap. admonere, q. 2. quam Doct. ſequuntur, vt firmat Decian. in d. cap. 37. nu. 19. vbi concordantes allegat, & firmat, quod quo ad factum pœnitētiæ, & animæ diuturnitas temporis potius agrauat, quā minuat delictum. Aufred. ad Capel. Tholoſ. q. 189. nu. 1. in fine. Balb. in dicta q. 4. q. 2. nu. 4. Farinacc. dicta q. 10. nu. 31. Boer. deciſ. 26. nu. 11. Add. ad Rom. ſing. 105. Card. Tuſch. to. 6. concl. 571. nu. 15. Pariſ. conſ. 169. nu. 7. vol. 4. Foller. in dicto verbo Foriudicentur, nu. 20. Theſaur. deciſ. 208. num. 1. in princip.

76 In foro autē fori in criminibus impedientibus executionem, & etiam ordinis, vel beneficij retentionē, etiam poſt peractam pœnitentiam de quibus in cap. inquiſitionis de accuſ. talium enim accuſatio nō clauditur præſcriptione legali. Abb. & Felin. in capit. licet cauſam de prob. & latius Aufre. ad deciſ. Toloſ. 189. in fine. Farinac. d. q. 10, num. 32. & latius Decian. in d. c. 37. nu. 19. verſ. idem præter, in alijs vero criminibus currit præſcriptio legalis viginti annorum, cum in his lex ciuilis nō reperiatur per canones correcta, vt per Boer. deciſ. 26. nu. 7. Foller. in dicto verbo foriudicentur, nu. 24. Thob. Non. conſ. 105. nu. 20. & ſeqq. Farinac. dicta q. 10. nu. 32. verſ. in alijs. Aufred. dicta deciſ. 189. nu. 1. in fine, verſ. in alijs verò, & latius Decian. in d. c. 33. num. 19. verſ. quod ſecus, vbi quamplures concordantes cumulauit, & ſubdit ex dictis per Roman. in ſign. 185. quod ſi eccleſia vellet accuſare, vel inquirere tempore non repelleretur.

77 Sexto limita in crimine apoſtatatus, in quo licet viuente apoſtata currat quinquennalis præſcriptio, tamē poſt mortem eſt perpetua l. 2. & l. apoſtatum, C. de apoſt. gloſſ. in d. l. quærelam, Decian. in d. c. 37. nu. 9. vbi dicit hoc cōtingere fauore fidei. Baiard. ad Iul. Clar. q. 60. nu. 108. licèt Bart. in dicta l. 2. tradat, quod etiam poſt mortem tale crimen quinquēnali præſcriptione claudatur; & tradunt etiam ſcribentes in c. 2. de præſcript. in 6. vt refert Decian. in dicto capit. 37. num. 9. in fine.

78 Septimo limita in crimine parricidij quod vllo tēpore propter eius atrocitatem non præſcribatur l. fi. ff. de parricid. gloſ. in d. l. quærelam, Farinacc. in dicta q. 10. nu. 29. in princ. Decian. in d. c. 37. nu. 14. Baiard. in dicta q. 60. nu. 108. Flam. Cart. in tract. capt. Bannit. cap. fin. nu. 315. ſub verſ. quamuis.

79 Octauo limita in crimine nefando, vt vllo vnquam tempore non præſcribatur Gugl. Bened. in cap. Rainutius verſ. mortuo itaque teſtatur nu. 138. de teſtam. Marſ. in l. qui falſam §. 1. ff. de falſ. Baiard. q. 51. nu. 1. in fine, & nu. 2. verſ. & etiam.

80 Nono limita in crimine concuſſionis, cuius accuſatio eſt perpetua. Decian. d. c. 37. nu. 15. Farinac. dicta q. 10. nu. 29. Baiardus q. 60. nu. 108. Flammin. Cartar. d. cap. final. ſub nu. 315. verſ. quamuis.

81 Decimo limita in crimine læſæ Maieſtatis. Gig. in tract. de crim. læſ. Maieſtat. lib. 1. tit. qualiter in crim. læſ. Maieſt. proced. q. 14. & q. 29. Farinacc. dicta q. 10. nu. 29. Baiard. q. 51. nu. 1. q. 60. nu. 108.

82 Vndecimo limita in crimine hæreſis, aſſaſſini, falſę
monetę, ſimoniæ, abortus parricidij, ſuppoſiti partus,
læſæ maieſtatis, apoſtatatus, concuſſionis, in quibus
nulla currit præſcriptio, ſed perpetuò rei dum viuūt
accuſari, inquiri, & puniri poſſunt, vt latè tradit, &
ſingula crimina auctoritatibus comprobat, Farinacc.
in dicta q. 10. nu. 29. & ſub num. 30. poſt Marſ. in l. qui
83 falſam §. 1. nu. 1. & ſeqq. ff. de fal. extendit ad omnia
alia delicta excepta, & enormia, & ſupradictis ſimilia,
Baiard. in q. 60. num. 108. vbi etiam ponit exempla, &
dicit procedere in quibuſcūque criminibus exceptis,
& enormibus. Idem Farinac. d. q. 10. nu. 90.

84 Decimoſecundo limita reſpectu delictorum futurorum, vt nullo vnquam tempore licentia delinquēdi
præſcribatur, Bald. in repet. l. 1. col. 2. circa fin. C. de
emanc. liber. Gim. infertur, vt non valeat ſtatutum,
per quod diſponatur, vt exceſſus non corrigantur, ſe-
cundum Innoc. in c. ad noſtram in fin. de appell. quē
85 ſequitur Bald. in repet. l. de quib. col. 12. verſ. ex præ-
dictis ff. de leg. Balb. in d. 4. par. q. 2. nu. 5. & facit text.
in l. iuris gentium §. illud ff. de pact. vbi dolus de prę-
terito remitti poſſit, ſed dolus de futuro non, ne detur
occaſio delinquendi, Farinac. q. 10. nu. 25., circa med.
Decian. in d. c. 37. nu. 16. & quando dolus de præterito, & de futuro remitti poſſit, vide nouiſſimè latè Moder. Farinacc. in pragm. crim. in verbo dolus.

86 Decimotertio limita, & intellige, vt operetur præſcriptio reſpectu pœnæ imponendæ, ſecus quoad declarationem pœnæ iam impoſitæ c. ſi quis, & ibi Anchar. de præſcript. in 6. Bart. Teg. in d. p. 16. num. 28. Carrer. in dicto tractatu de homic. nu. 8. & alios allegat, Farinacc. in dicta q. 10. nu. 33.

87 Decimoquarto limita ratione miſturæ, quod licet aliqua delicta quinquennio alia per 20. annos pręſcribantur, tamen attenditur delictum, vel eius præſcriptio, quæ maiori tempore inducitur, & quod eſt magis perpetuum trahit ad ſe, quod eſt minus perpetuū,

vt poſt

vt post Balb.& Salicet.in l.adulter. C.de adul.& Ang. in l. viun passim §.præscriptionem ff. eodem Decian. in d.c.37.nu.22.Baiardus q.60.nu.108.

88 Decimoquinto limita in condemnato, qui non potest se tueri ex præscriptione, etiam post quinquaginta annos. Nell.in tractatu banit.in 2.p. 2.temp. q.64. quem refert,& sequitur, Foller, in dicto verbo captis fori iudicatis nu.7. Chartar.in tractatu cap. bannit.c. fin.nu.313. & seqq. vbi ferè infinitos alios allegat, & Baiard.q.51.nu.2. Farinac.q.10.num.28. vers.amplia vbi firmat, quod quandocunque condemnatus venerit ad manus curię ex duplici ratione, quas refert post DD. quos allegat, poterit contra eum ad exequutionē deueniri, si sententia esset contumacialis, & conditionalis, vt quia diceret, si venerit in fortijs curiæ debeat decapitari, præscriptio non currit, nisi postquam fuerit captus, latè Petr.Caball. cas.239.num.9. & seqq. cent.3.& dicam infra in Decisus.36.c.15. in fine, alias condemnatus sine conditione nunquam est tutus per lapsum longissimi temporis, etiam si fuerit condemnatus in pœnam pecuniariam. Cart. de execut. sent. cap.fin.nu.315.Caball.d.casu.239.nu.14.& seqq. quāuis viderim fieri decretum hic in curia in quodam supræmo tribunali quemdam homicidam condemnatum mandari non molestari, attenta præscriptione 20. annorum, sed quidem euenit ex crassa ignorantia officialis dicti tribunalis.

89 Decimosexto limita, vt si post delictum commissum, ante cōpletam præscriptionem, præcesserit accusatio, vel querela, vel fisco instante iudex ex officio inquisitionem formasset, tunc dicitur interrupta præscriptio, etiam absque alia citatione in criminalibus, quicquid sit in ciuilibus, vt firmat Farinac. in dicta q. 10.num.28 vbi allegat Bart. in l.naturaliter in fine de vsucap.Balb.in d.4.p.q 2.nu.11. Boer.decis.26.n.15. Bonacos.in qq.crim.vers.prescriptio sibi pagina 156. & stante dictæ præscriptionis interruptione, tempus annorum viginti non currit à die delicti, sed à die interruptæ præscriptionis, quę de nouo inchoari debet l.si ades §.libertas de ser. vrb præd.cum aliis addictis per Balb.de præscript.in 3.par.6.par.princip.vbi latè de materia præscriptionis interruptæ.

90 Sed quod sola accusatio, vel inquisitio nō sufficiat absque citatione in contrarium se habet magis communis opinio, vt testantur, Ant.Gabr.concl.7.n.373. tit.de citat. Balb. in tract. de prescript. in 3. par.6. & vlt.par. princip.num.24.mihi fol.555.Baiard.in q.51. nu.5 & citatio, vt interrumpat prescriptionem requiritur, vt fuerit relata per nuncium in actis, & legitimè exequuta de quibus, & de aliis circa d.citationem latè scribit Balb. in dicto tractatu de præscript. in 3. part.6. & vltim. part.princip. numero 25. & seqq. 17.Limita in crimine vsurarum, vt non præscribatur, vt eius contractus efficiatur licitus. Balb.consil. 322. nu.3.vers.3.dubitatur lib.1. Tiraq.de retract.conuēt. §. 1.glos.2.n.31.& seq.vbi ponit alia exempla de actu reprobato, quia non præscribitur res illicita. Alexād. cons.54.n.7. vbi Add.in verb.præscriptio lib.6.Card. Tusch. in litt.P,concl.534.nu.21.

91 Et an præscribi possit, suprema potestas Papæ, vel regis remitto curiosum lectorem ad Innoc. in capit. bonæ,el 2.de potest.Prælator.Franc.Bereng.in tract. de iurisdict. Episc. & auctoritate Romani Pontificis, Axiomat.1.pag.2.Couarr.in reg.poss.2.part. posses. sor.2.p.§.2.nu.8.& latissimè Azeued.in l.1.tit.75.lib. 4.à nu.33. vsque ad nu.77. Cæuall.in tract. commun. contra commun.q.46.per totam.

Diuturnitas temporis, & longa carceratio, an suffragentur reo in delictis.

S V M M A R I V M.

1 *Diuturnitas temporis operatur, vt delictum minori pœna puniatur.*
2 *Delictum recens acrius punitur, & antiquum mitius.*
3 *Diuturnitas temporis in proposito inducitur per decē, vel octo annos.*
4 *Diuturnitas temporis incipit currere à die commissi delicti.*
5 *Iudex propter diuturnitatem temporis etiam in grauibus delictis debet minorem pœnam imponere.*
6 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores.*
7 *Delictum propter diuturnitatem temporis non debet puniri pœna corporali.*
8 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores.*
9 *Consuetudo disponit, vt delicta puniantur pœna corporali, quando in eis ex aliqua causa receditur à pœna ordinaria.*
10 *Vbi autem non vigeret talis consuetudo pœna nō erit corporalis.*
11 *Tandem residet totum in arbitrio iudicis.*
12 *Pœna minuitur delinquenti propter diuturnitatem temporis, etiam si non fuerit condemnatus.*
13 *Primo limitatur d.l.si diutino.si reus non fuerit honestæ famæ.*
14 *Secundo limitatur in delicto momentaneo, & non in delictis reiterabilibus, quia tunc delictum acrius punitur.*
15 *Quod declara, vt ibi.*
16 *Tertio limitatur in crimine assassinij, hæresis; & in alijs delictis exceptis.*
17 *Quartò limitatur quando reus fuit absens, & propter eius absentiam non potuit puniri.*
18 *Quintò longa carceratio inducit diminutionem pœnæ.*
19 *Sextò quæ longa carceratio prodest, etiam reo post condemnationem.*
20 *Septimo exilium iniunctum reo computatur si fuerit in carceribus detentum.*
21 *Octauo Contrarium aliqui Doct.*
22 *Nono declara vt ibi.*
23 *Decimo, Carceratus condemnatus in exilium Fisco instante non poterit per creditores retineri in carceribus donec soluerit.*

C A P. II.

1 ADuocatus poterit etiam proponere in fauorem rei, quod licet delictum non fuerit tempore præscriptum, & penitus sublatum, tamen propter diuturnitatem temporis debeat minori pena puniri, l.si diutino ff.de poen.Ant.Gomez.tit.de delict.c.1.nu.7.vbi de communi, Couar.variar.resolut.lib.2.c.19.sub n.1. vers.primum posse contingere. Tiraq. de poen.temp. caus.29.Farinac.q.10.vbi ponit hoc pro regula, & ibi alios concordantes allegat, etiam testantes de communi Thesaur.decis.76.num.1. vbi etiam testatur de communi, & ibi alios concordantes allegat, & firmat esse communem intellectum ad d.l. si diutino, Bertazol.cons.8.nu.61.cons.314.nu.19.cons.459.num.10.

cons.

cons.516.nu.7.Fab.Turret.cons.62.num.20.vbi plus firmat,vt longa carceratio tollat,ac elidat indicia, & præsumptiones laborantes contra reum, & quod ita obtinuit in arduis causis.Clar.q.60.nu.32.Card. Tusc. in litt.P,concl.569.nu.24.

2 Quod sicut recens delictum acrius punitur, ita antiquum delictum minus puniri debeat.Rain.Cor.li.1. indagat.Iur.c.19.Iul.Clar.q.60. nu.28.vbi de comm. Caualc.de Brach.reg. p.4. nu.99. post Boss.tit.de accus.num.8.& Parid.de Put.ad Syndic. in verbo pœna cap.4.nu.8.

3 Diuturnitas in proposito inducitur per decem annos,Iul.Clar.q.60.nu.28.in princ.Thob.Non.consil. 105.nu.23.Farinac.q.10.num.85.vbi testatur de com. & ibi subdit post Gram.in consil.39. quod saltem per spacium octo annorum inducatur etiam in proposito diuturnitas temporis, idē sequitur, Baiard.in q.60. nu.106.& Thesaur.in dict.decis.76.testatur, quod vidit in illo Senatu practicari in pluribus casibus, quos ipse recēset,& loquitur in homicidio, vt propter diuturnitatem temporis aliqui non fuerint condemnati in pœnam vltimi supplicij, sed ad triremes, & idem firmat in homicid.Gram.in cons.39. Roc.de Curt.in repet.capit.final.in 1.notab.de consuet. Afflict.decis. 287.Caualc.d.p.4 nu 99.de Brach.reg.

4 Et diuturnitas incipit currere non a die, quo lis cū reo præsente contesteтur, vel in prima citatione reō absente, sed à die commissi delicti post decē, vel octo annos,vt declarat Farinac.dicta q.10.num.89. in fine, quicquid nonnulli alij tenuerint in d.l. si diutino, prout diximus in materia præscriptionis quæ etiam incipit currere non à die scientiæ sed à die delicti commissi.

5 Quæ conclusio adeò est vero, vt omnino debeat iudex propter diuturnitatem temporis pœnam diminuire etiam in grauibus delictis, vt post alios,quos allegat,firmat Farinac.in dicta q.10.nu.88.vers.sed credo,vbi subdit quia hoc à iure statutum est, & ibi alios concordantes allegat.

6 Iulius Clarus autem in q.60. num.28. firmat, quod ipse non vidit hanc regulam seruari,nisi in leuibus, & non in aerioribus,& grauibus, in quibus tantum diuturnitas temporis prodesse posset ad obtinendā gratiam,seu commutationem à Principe.Caualcan.dicta p.4.nu.99.Card. Tusch.in litt.P, concl. 569. nu.24.& eamdem opinionem. Iul. Clar. reprobato Farinacc. sequitur.Baiard.in dicta q.60.n.110.& seq. vbi etiam testatur,quod nunquam vidit in grauibus diminui pœnam in practica seruari,quia sicut enormia delicta tempore non præscribuntur, vt supra diximus in præcedenti cap.nec etiam eorum pœna diminui propter diuturnitatem temporis debeat, & respondit ad Afflictum in dicta decis.287. quia magna curia, ibi, per Ritum habeat auctoritatem componēdi, & commutandi pœnam vltimi supplicij, vt in ipsa decis. legitur, & decis.Gram. 39.loquitur de homicidio in rixa commisso,& per prouocatum, minusquam dicit afficere alios DD.in contrarium allegatos,quia loquuntur indistinctè,& non de delictis grauibus. Et licet loquantur de homicidio debet intelligi nō de doloso, & appensatè commisso, sed de commisso in pura rixa, & quod semper eligeret opinionem Clari, tanquam tutiorem,& in omnem casum cōtulit iudices, vt in consulto Principe, hoc non faciant, prout ego etiam omnino teneo,quod iudices debeant Principem consulere,qui deinde iuxta qualitatem facti,& personarū poterit sententiam exequi facere,vel pœnam minuere.

7 Et in tantum ob diuturnitatem temporis, debeat pœna minui, vt delinquens non puniatur pœna corporali,vel afflictiua corporis,sed tantum pœna pecuniaria,in homicidio loquitur Thob.Non.in cons.105 n.23.& 128.Foller.in pract.crim.in verbo, vel carcerentur nu.18.post Gramm.cons.39.nu.4.& 12.decis. 96.nu.7.Farinac.dict.q.10.n.84. in fine, sed Thesaur.

8 in dicta decis.76. nu. 4. refert quod Senatus in homicidijs,licet pœnam minorauerit, tamen delinquentes condemnauit ad triremes, & sic in pœnam corporalem,cum licet regula sit,quando pœna diminuitur ex aliqua causa,non debeat esse corporalis,sed pecuniaria carceris,vel banni,dummodo corpus non affligatur,Roland.cons.51.nu.40.vol.1.Bertaz.cons.27.n.6. vol.1.vbi de commun.Rim.Iun.cons.245.num.17. & seqq.& num.29. dicit ita pluries fuisse determinatum latissimè Petr.Caball.in qq.crim.cas.135.num.1.& 3. vbi alios adducit.

9 Tamen de consuetudine curiarum obseruatur, vt qui imponatur pœna corporalis, triremium, fustigationis, vel alia pœna iuxta qualitatem facti, personarum,vt de obseruantia Mediolani testatur. Iul.Clar.q. 85.sub n.10.de obseruantia Reg.Neap. Gram. decis. 8.in fine,& de obseruātia status ecclesiastici,Farinac. q.17.sub num.73.vers.sub limita hanc,vbi firmat pluries ita vidisse damnari delinquentes ad triremes in perpetuum,& ad tempus, latissimè Petr.Cabal. in dicto casu 135.nu.2. Idem Farinac. tit.de pœn. temporan.q.92. nu.171. & latè addentis ad Farinacceium in cons.35.in littera X, vbi referunt pluries alios casus, prout etiam ego pluries obseruaui, & ab alijs hic in curia obseruari vidi.

10 Sed vbi non vigeret talis consuetudo non erit recedendum ab illa opinione, vt pœna debeat esse pecuniaria,vt post Farinac. testatur.Petr.Cabal. in dict. casu 135.nu.3.in fine.

11 Et tandem residéat in arbitrio iudicis vario modo punire, quando remittitur pœna mortis, vel in pœnā triremium ad tempus, vel in perpetuum, vel fustigationis,vel exilij,vel relegationis, vel in pœnam pecuniariam,vel in membri mutilationē, prout iudici iuxta facti qualitatem,& personarum mens videbitur. Farinac.q.17. nu.74. vers. hoc tamen Petr.Cabal. dicto casu 13.num.2.& 3. & in dubio debeat iudex semper inclinare in mitiorem partem.

12 Et pœna minuitur delinquenti etiam si nunquam fuerit condemnatur.Thesaur.decis.76.n.4. per Bart. in dict.l.si diutino, licet ibi dicat, quod huic declarationi repugnet text.in dicta l.si diutino,vt considerat. Rain.Cor.lib.1.indagat.Iur.c.19.Baiard.q.60.n.107.

13 Primo declara,& intellige, quando reus deinde sēper bene vixerint, & fuerit bonæ, & honestæ famæ, alias secus,vt declarat.Farinac.in dicta q.10.num.91. vbi commendat se ipsum, quod non viderit aliquem alium Doctorem afferre similem declarationem, sed eamdem ponunt, Thesaur.decis.76. nu.5.& adducit. Tiraq.de pœn.caus.29.nu.5.& 7.suffocatus in cupid. iurisperiti c.4.nu.8. Rain.Cor. in dicto c.19. vbi plus subdit sufficere si per triēnium reus benè vixerit. Baiard.q.6.nu.109. ad Iul.Clar.

14 Secundo limita, & intellige, in delicto momentaneo,& non reiterabili,nempe in homicidio, & similibus,

bus, secus in successiuo, & reiterabili, puta in adulterio matrimonio prohibito,& similibus,in quibus non solum diuturnitas temporis pœnam non minuit, immò auget ipsam pœnam.Tiraq.de pœn.caſ.29. nu.3. Gomez.de delict.c.1.nu.8. Farinacc.dicta q.10.n.86. vbi alios allegat.Balb.in 4.p.4.p.princ.§.2.de preſcr. Theſaur.dicta deciſ.76.num.6. Andr.Fachin.controuerſ.Iur.lib.9.c.38.& reiteratio ad iſtum effectum pœnæ augendæ inducitur per duos teſtes, Gram. deciſ. 16.& 36.Luc.de Pen.in l.vnica,nu.10. C. de ſuſpect. exactorib.lib.10.Caualc.de Brach.reg.p.4.num.100. vbi ponit multa circa iſtam materiam reiterationis.

15 Sed Farinacc.in dicta q.10. nu.86. verſ.certè licet, declarando iſtam limitationem dicit, quod dum iſtis delictis reiterabilis reus perſeuerat,& tunc non tollatur diuturnitate temporis, immo diutius in peccato permanens grauis ſit puniendus, & quod grauius puniatur reus ob reiterationem delictorũ.Clarus. q.84. Euerard. in loco à vi geminationis, latè Baiard. d.q. 84.nu.28. & 30. per binas vices conſiderantur reiteratio quo ad augumentum pœnæ.Gram. deciſ.16. & 30.& latè Caualc.de Brach.reg.p.4.num. 100. Andr. Fachin.cōtrouer.iur.lib.9.c.38.verſ.Rectè hoc ſanè, ſecus ſi pluries deliquerit,& delictum reiterauerit,ſed deſierit delinquere, quia ſi ab vltima vice delicti diù ſteterit,quod non deliquerit,diuturnitas ſibi ſuffragari debeat.Idem Farinac. vbi ſuprà, & adducit contra opinionem firmatam per Paul.de Caſtr. conſ.94.nu. 10.tom.1.crim.in paruis, vt præſcriptio inducatur in delictis reiterabilibus,quo ad totalem pœnam euadēdum incipiēdo ab vltima vice,ideò multo magis procedere debeat, quod diminutionem pœnæ,& ita eſſe tenendum in conſulendo, & iudicando arbitratur,cũ iſta ſit pura veritas; prout credo, quod ita ſcribendo, pro nunc veritatem dicat.

16 Tertio limita in crimine Aſſaſſinij, Hæreſis, læſæ maieſtatis,Apoſtatus, Simoniæ, & alijs delictis expreſſis in præcedenti capitulo,in quibus ſicut nō ſuffragatur præſcriptio, nec minus eis ſuffragetur diuturnitas temporis ad diminutionem pœnæ,Farinacc. d.q. 10.nu.96.

17 Quarto limita,& intellige,vt ſi delinquens poſt delictum commiſſum non fuit accuſatus, neque proceſſatus,pœna propter diuturnitatem temporis ſit minoranda,ſecus ſi fuerit proceſſatus,vel accuſatus; ſed propter eius abſentiam, & eius culpa non poterit ſibi imponi pœna,vt limitando tradit Ant.Gomez. tit.de delict.c.1.num.8.in fine,poſt Bar.Arch. & alios,quos allegat.A qua opinione. Ant.Gom. recedit Iul. Clar. in q.60.verſ.Præterea poſt, propè finem, & Farinac. d.q.10.nu.87.verſ.ſed in hoc, & ſe fundat in quodam intellectu Budei ad l. ſi diutino, vt diſpoſitio d. l.non procedat,niſi quando reus ſit in reatu,ſed hoc contigit, ſiue præſens fuerit per litis conteſtationem, ſiue abſens poſt primum terminum contumaciæ, & ſi diuturnitas temporis ſuffragatur ad diminutionem pœnè illi,qui ſemper ſine incommodo permanſit in patria, quando magis debet operari illi, qui diu extra Patriā ſordidatus fuit,ex qua abſentia, & exilio à Patria ſuccedat tot incommoda,vbi per prædicta etiam plus dicit ipſe.Farinac.quod debeat inducere diminutionem pœnæ etiam in fauorem condemnati,quam iudex facere non debet ex ſe , ſed conſulto Principe quamuis ſententia condemnati exequutioni demādari debeat non obſtante quacunque temporis præſcriptione, vt diximus ſupra in præcedente capitulo.

18 Idemque dicendum eſt in longa, & diutina carceratione, vel dicatur reus carceratus fuiſſe pœnam in totum, vel partem l.omnes C. de pœn. ſecundum intellectum. Odofred.Cyn.Alber.& Ang.quos ſequitur Vinc.de Franch.dict.deciſ.317.num.4.in 2.p.vbi ſub nu.5. ſubdit quod ita ſacrum conſilium multoties iudicauit, vt carcer cedat in pœnam , vel in eius diminutionem, quia licet carcer non ſit ad pœnam l. aut damnum §. ſoleat ff. de pœn. habet tamen in ſe pœnam,& dicitur mala manſio Tiraq.de pœn. cauſ.41. nu.2.Honded.conſ.102.n.57.vol.1. dicit,quod longa carceratio eſt ſpecies torturæ, & latè Petr. Caball.in qq.crim.caſ. 145.142.nu.1.& ſeqq.Honded. conſ.96. nu.39.lib.1.qui loquitur in carceratione duorum mēſium.Sim.de Pret. conſ.51.nu.14. qui loquitur in crimine blaſphemiæ.

19 Et non ſolum prodeſt diuturna carceratio reo ante ſententiam , vt ſupra diximus, ſed etiam poſt condemnationem, quia ſi quis fuerit cōdemnatus in exi-

20 lium temporale , & per iudicem detineretur carceratus tempus carceris computatur in diminutionem exilij,vt ſi in carceribus duret exilium, erit eo finito liberè excarcerandus , vt tenent. Petr. Bal. Salicet.& Fulgoſ.per tex.in l. omnes C.de pœn. vt refert ,& ſequitur.Vinc.de Franch.in deciſ.317. ſub nu.1. p.2.& Petr.Caball.in dicto caſu 142. num.4.& num.5. poſt

21 Bald. item dicit, quod ſi quis debeat ſtare in exilium per decennium, & interim reuerſus fuerit , captus, & in carceribus compleuerit tempus decennij , non debet vlterius moleſtari , ne afflicto detur afflicto , ſed tempus carceris computetur in tempore exilij , licet poſt Bart.Ant.Gomez.tit.de delict.c.8. ſub nu.2.verſ. Item adde quod tempus,contrarium teneat,ſed Lud. à Reg.deciſ.41.nu.2. non approbat dictam opinionē Bart.& dicit eſſe contra tex.in d.l.omnes.

22 Quod intelligitur procedere,ſi culpa & facto Iudicis detineretur in carceribus , ſecus ſi non facto Iudicis,ſed ex alia iuſta cauſa puta propter debita, vel intereſſe partis , quia tunc tempus carceris non minuit tempus exilij,nec procedit deciſio d. l. omnes , vt in puncto determinat Franch.in dicta deciſ.317.ſub nu. 1.& 2.latè proſequitur.Petr.Cabal.in d.caſ.142.nu.6. & ſeq.vbi ſub nu.8.poſt Franch.in eadem deciſ.nu.2. & 3.etiam firmat, quod nec deduceret condemnatus tempus carceris, quo ante condemnationem ſteti ſſet carceratus,ſi non culpa iudicis , ſed ex alia cauſa fuerit detentus in carceribus,q.17.nu.6.

23 Sed in propoſito ſciēdum eſt, quod ſi Fiſcus inſtet, vt condemnatus mittatur in exilium , non poterit detineri in carceribus pro intereſſe partis , ſed tantummodò, quando Fiſcus ſileret, & tunc creditores poſſent retinere condemnatum in carceribus, donec ſoluerit,vt firmat. Franchus in dicta deciſ.317. num.7.& ſeqq.& Baiardus q.17.nu.8.

Præſcriptio alicuius ſtatuti in auocandis cauſis ab ordinarijs ob negligentia ipſorum quando currere incipiat.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus inductum à ſtatuto circa impeditionem cauſa incipit currere ordinario à die,quo habuit notitiam de delicto.*

2 Igno-

2 *Ignoranti non currit præſcriptio, niſi in tempore longo, vel longiſſimo.*
3 *Ordinario loci non currit præſcriptio circa cognitionẽ delicti niſi eo tempore, quo fuerint ſibi ſubminiſtrata indicia idonea ad inquirendum.*
4 *Ordinario loci non nocet, vt ab eo auuocari cauſa poſſit, niſi pars inſteterit pro expeditione cauſæ.*
5 *Et requiritur trina interpellatio.*
6 *Quod intellige quando cauſa non eſſet inſtructa, ſecus ſi fuiſſet in calculo ferendæ ſententiæ, quia tunc ſufficit vnica interpellatio.*
7 *Tertio tempus præfixum à ſtatuto ad proſequendam cauſam an ſit continuum, vel vtile.*

C A P. III.

1 DEfenſor carcerati poterit tueri ſuum clientem, quod cauſa non fuerit expedita infra tempus præfixum à ſtatuto, ideò non poſſe amplius de cauſa præfata cognoſcere, prout eſt diſpoſitum per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. vbi præfixit tẽpus Biennij Epiſcopis, & ordinarijs locorum ad expediendam cauſam coram eis vertentibus, quo biennio elapſo cauſa dicatur deuoluta ad Sedem Apoſtolicam, quod tempus biennij incipit currere à die, quo ordinarius ſcientiã habuit de delicto commiſſo, vt conſuluit latiſſimè, Natt. in conſ. 221. per totum vol. 1. per text. in l. ſemper §. hoc interdictum, verſ. annus, ff. quod vi, aut clã,
2 & verior, ac communior opinio eſt. Vt ignoranti nõ currat tempus indiſtinctè à quocumque ſtatuto cõditum fuerit, vt latiſſimè proſequitur. Auguſt. in addit. ad Aret. de malefic. in verb. inchoata, & facta num. 2. vbi inter cætera optimè conſiderat, quod circa quæ volunt præſcriptionem tempora currere ignorantibus, vt in l. fin. C. de præſcrip. long. temp. & in l. ſicut, & in l. omnes de præſcript. 30. ann. loquuntur in aſſignatione longi, & longiſſimi temporis, & non in iſtis præſcriptionibus annalibus, & minoris temporis, quia iſta non currunt ignoranti, & adducit Bald. qui hoc clarè dicit in c. 1. §. porrò in verb. ex quo ſciuerit qual. feu. alieo. poſſeſſ. & ſequitur, Natt. in dicto conſ. 225. ſub num. 2. & 3.
3 Quæ præpoſitio eſt vera, vt ordinario non currat præſcriptio, niſi notitiam habuerit etiam ſi ſuper delicto non fuerint data niſi leuia indicia, & non idonea ad inquirendum, adhuc præſcriptio non currat quia vbi requiritur, ſcientia alicuius rei nõ ſufficit ſimplex ſcientia, niſi habeatur notitia facti cum omnibus qualitatibus. Specul. in tit. de appellat. §. qualiter, verſic. cautius etiam fit. Alex. conſ. 114. col. 2. lib. 1. cum alijs adductis, per Felin. in capit. quod ad conſultationem colum. penult verſ. 12. concluſ. de iudic. Natt. d. conſ. 225. n. 4. & ſeq. vbi etiam dicit, quod tunc nihil poteſt imputari officiali, ſi non habuerit alia indicia ad inquirendum, cum ſine eis procedere non potuiſſet.
4 Sed ſi non fecerit pars ſuas diligentias pro expeditione cauſæ Iudex non diceretur in negligentia, vt ab eo auuocari poſſit cauſa per lapſum biennij. Anton. Gomez. tit. de delict. c. 9. nu. 9. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 4. nu. 48. Vant. in tit. de defect. iuriſd. ord. nu. 117. verſ. Item ſecus foret.
5 Immo adeò requiritur inſtãtia partis, vt iudex negligens reputari poſſit, vt non ſufficiat vnica interpellatio pro expeditione cauſæ, ſed requiratur trina interpellatio. Vant. in d. nu. 117. verſ. an autem ſufficiat, Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. 4. num. 52. Petr. de Surdo conſ. 173. nu. 77. vol. 2. dicit quod iudex non reputatur negligens, niſi pars proteſtetur, & ſæpius inſtet.
6 Quod tamẽ intellige de trina interpellatione, quãdo cauſa non eſſet inſtructa, vel in calculo ferendæ ſententiæ, ſecus vero quãdo non reſtaret aliud quam pronunciare, quia tunc ſufficit vnica interpellatio ita declarat poſt Pariſ. de Sind. Vant. in d. tit. ex defect. iuriſd. ord. num. 117. ſub verſ. an ſufficiat vnica, & eſt communis opinio, quando ſtatutum mandat iudici, quod determinet litem intra certum tempus ſub tanta pœna intelligatur ſi à parte fuerit requiſitus, Rip. in l. fin. nu. 7. & ſeq. ff. de damn. infect. Scacc. de appell. q. 15. num. 289.
7 Sed dubium eſt, an iſtud tempus debeat eſſe vtile, vel continuum, aliqui tenent, vt Ang. per illum text. in l. generò, ff. de his, qui not. infam. quod non vtile, ſed continuum ſit, quia tempora regulariter intelligũtur vtilia, & non cõtinua iuxta notata in rub. ff. de diuerſ. & temp. præſcription. & ibi Ang. reſpondet contrarijs, quam opinionem plures alij ſequuntur relati per Alex. in l. fin. C. de dolo, vbi etiam refert. Bald. & nonnullos alios, qui tenent huiuſmodi tempus eſſe continuum, & non vtile & cum hac opinione ipſe. Alexãd. videtur tranſire. Tandem pro conciliatione iſtarum opinionum, idem Alexãd. in d. l. fin. videtur diſtinguere, quod ſi ſtatutum fuerit cõditum ab Epiſcopo Comite, & Marchione, tale ſtatutum habeat vim iuris prætorij, vt per Bart. in l. ſtipulationũ aliæ, ff. de verb. obligat. & tempus præfixum à iure prætorio dicatur vtile, & non cõtinuum gloſ. inſtit. de perpet. & temp. ait in verb. annum, vt etiam refert. Natt. in dicto conſilio 225. num. 2.

Quod ſecus erit dicendũ ex prædictis in iſto biennio præfixo ordinarijs à Sacro Concilio Tridentino, & ſic à ſupremo Pontifice, vt debeat eſſe continuum, & non vtile, & ita ſemper obſeruaui, & ab alijs etiam ſemper obſeruari vidi, & cauſæ auuocentur ab ordinarijs ad Sedem Apoſtolicam, & Curiam deuoluantur licet viderim obſeruare per nonnullos auuocare cauſas ab ipſis ordinarijs nulla facta inſtantia, vel interpellatione pro expeditione cauſæ licet ego numquam auuocauerim aliquam cauſam ob lapſum dicti biennij niſi partes coram me docuerint etiam de ipſis diligentijs, & interpellationibus modo ſupra poſito.

Præſcriptio officialibus in ſindicatu, quando ſuffragetur.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus habeat recurſum ad ea, quæ latè poſui ſupra in prima defenſione cap. 22.*

C A P. V.

Inſtantia cauſæ criminalis quanto tempore pereat.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtantia peremptio fuit inducta à lege ne lites, & vexationes fiant immortales.*
2 *Inſtantia criminalis ſpirat per biennium.*
3 *Sine procedatur per accuſationẽ ſiue per inquiſitionẽ.*
4 *Inſtantia de iure Canonico eſt perpetua in ciuilibus ſecus in criminalibus.*

5 *Con-*

5 *Contrarium tenent etiam in criminalibus ibi Doctores num.3.& nu.33.*
6 *Quid autem seruetur in Curia Romana de consuetudine,num.34.*
7 *Instantia inducta per statutum breuiori tempore succedit loco instantia biennalis inducta per l. cõmunem.*
8 *Immo non solum succedit loco instantiæ primi anni, sed etiam bienniј præfixi à lege.*
9 *Instantia inducta à l.vel statuto intelligitur de diebus continuis,& non vtilibus.*
10 *Instantia inducta per menses intelligitur de mensibus 30.dierum pro singulo mense.*
Declara tamen vt ibi.
11 *Sententia lata per iudicem perempta instantia si verba statuti sunt directa ad iudicem valet.*
12 *Idemque erit quando imponitur iudici pœna si lu tẽpore præfixo causa non expedierit.*
13 *Dummodo iudex post præfixum terminum tempus à statuto infra legalem instantiam causam decidat.*
14 *Sententia lata à iudice quando statutum præfigit terminum, vel instantiam non tenet si fuerit lata post instantiam peremptam.*
15 *Et hoc est verum etiam si statutum nihil de annullatione disponat,sed solum tempus instantiæ præfigat.*
16 *Instantia perempta in criminalibus per lapsum bienniј adeò peremit causa non requiratur alia sententia ab obseruatione iudiciј.*
17 *Declara tamen,vt ibi.*
18 *Aliј autem tenent, vt requiratur sententia declaratoria.*
19 *Instantia currit non solum coram iudice ordinario,sed etiam coram iudice delegato.*
20 *Instantia perempta per biennium in criminalibus pereunt etiam acta ordinatoria,& probatoria.*
21 *Instantia perempta per biennium debet reus absolui ab obseruatione iudiciј.*
22 *Declara tamen vt ibi.*
23 *Instantia perempta quando fuit agitatus processus debet diffinitiuè absolui.*
24 *Sententia lata ab obseruatione iudicis quando stetit per actorem, ve causa nõ fuerit terminata dicitur diffinitiua,& non interloquutoria.*
25 *Instantia incipit currere à die litis contestatæ.*
26 *Instantia vbi lis non contestatur incipit currere ab illo actu,qui immediatè fieri solet post litem cõtestatã.*
27 *Lis criminalibus contestatur.*
28 *Instantia currit in criminalibus etiam si causa fuit commissa alicui iudici vigore cuiuscumque arbitriј sibi concessi,& 63.*
29 *Restitutio in integrum aduersus lapsum instantiæ nõ concedit.*
30 *Declara vt ibi.*
31 *Fideiussio de iudicio Sisti, & de se repræsentando toties,& quoties extinguitur perempta instantia.*
32 *Instantia perempta iudex potest declarare super desertione instantia, & actorum in expensis condẽnare.*
33 *Instantia perimit per mortem querelantis,vt sit opus nouam instantiam inchoare.*
34 *Declara,vt ibi.*
35 *Instantia transit in successorem.*
36 *Confessus potest condemnari non obstante, quod instantia fuerit perempta.*
37 *Idemque erit si fuerit deserta instantia causæ appellationis.*
38 *Limita tamen in confessione facta resultante contumacia vigore statuti.*
39 *Plures inquisiti si vnus fuerit carceratus, & aliј absentes,Carceratus,non debet absolui,sed relaxari sub cautione de se repræsentando.*
40 *Instantia non perimit coram Principe,vel eius consistorio.*
41 *Instantia non currit in consilio Neapolitano, neque in senatu Pedemontano.*
42 *Contrarium tenet Afflictus, vt in consilio regio currat instantia.*
43 *Conciliantur ista opiniones contrariæ.*
44 *Instantia abbreuiata per statutum vel per rescriptũ Principis,spirato tempore, dicit perempta*
45 *Instantia potest abbreuiari per statutum, vel per rescriptum Principis.*
46 *Instantia inducta per statutum currit à die litis contestatæ, & instãtia abbreuiata per rescriptum incipit currere à die præsentationis rescripti.*
47 *Instantia prorogata per Principem perpetuatur dũmodo, obtineatur rescriptum infra tempus instantia, licet præsentatur rescriptum post tempus.*
48 *Instantia in causis fiscalibus, vbi agitur de tributis, seu functionibus publicis numquam perit.*
49 *Instantia ex communi cõsensu partium potest abbreuiari,sed non prorogari.*
50 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores, vt possit etiam prorogari.*
51 *Idemque est in causa appellationis,vt possit prorogari ex consensu partium.*
52 *Instãtia potest abbreuiari per inferiorem à Principe. Declara tamen vt ibi.*
53 *Instantia in emergentibus ante litem contestatam nũquam perit.*
54 *Sententia ferri potest etiam lapsa instantia quando fuit perempta facto aduersariј, secus si facto iudicis, vel tertiј,quia tunc licet currat potest per Principem insuffiari spiritum vitæ illi instantiæ.*
55 *Quæ insufflatio à solo Principe fieri potest.*
56 *Barones non possunt insufflare spiritum instantiæ.*
57 *Instantia perempta quatuor modis reparari potest.*
58 *Instantia numquam currit,quando superior est consulendus.*
59 *Iudex potest condemnare contumacem perempta instantia, qui non obtemperauit mandato iudicis facto durante instantia.*
60 *Instantia quando Clericus vexatur à iudice est duorũ mensium,quod non obseruatur,vt index laicus in dicto tempore possint punire Clericum.*
61 *Instantia in causa appellationis est annalis, ex causa autem est biennalis.*
62 *Impedimentum quodlibet modicum operatur, vt instantia extendatur ad biennium.*
63 *Diligentia qualibet in Curia Romana sufficit absque alia interloquutoria iudicis,vt instantia sit biennalis.*
64 *Aliæ limitationes ponuntur per Doctores remissiuè.*
65 *Princeps potest insufflare spiritũ vitæ instantiæ peremptæ non solum semel.sed etiam bis.*
66 *Instantia perempta facto aduersariј petens restitui non tenetur soluere expensas.*
67 *Citatio partis in restauratione instantiæ non requiritur.*
68 *Instantiæ tempus quomodo calculetur, & cognoscatur, quod tempora sint lapsa.*

CAP.

CAP. VI.

1 DEfenfor Carcerati, & Inquifiti poteft illum tue-
ri ex illa defenfione, quæ refultat ex inftantia
perempta vt exclamat Iul.Clar.in q.51. n.8. in princ.
cum illa fit inducta a l.ne lites, & vexationes fiant im
mortales propter publicam vtilitatem, text. & ibi gl.
in l. properandum, C. de iud.Carau.rit.258.n.8.Afin.
in fua practica in princ.c.3. num.14.Scacc.de Appel.
quæft.15.fub num.343.
2 Ideò inftantia caufæ criminalis fpirat per bienniũ
text. in l.fin.C.vt intra quãtũ tempus d.l.properandũ
C.de iud.Io.de Amic.conf.432.nu.1.Salic.in l.qui de
crimine n 8. C.de accufat.Natt.conf.202.n.2.vol.1.
Capic.decif.206.n.4.Iul.Clar.q.51.n.8.Afin.in d.c.3.
nu.15. Marant.p.5. in verb.inftantia n.5.vbi teftatur
idem effe per rit.219. fancitũ in Regno Neapol. Ca-
rauit.rit.258. nu.1.Petr.de Surd.conf.119.n.1.vol.2.
vbi teftatur de cõi, & alios allegat Card.Tufc.tom 4.
cõcl.202.n.3.Vinc.de Franc.decif.230.p.2.vbi tefta-
tur ita feruari in curia Neap.Baiar.q.22. Bertaz.cõf.
275.n.1.vol.2.Scac.d.q.15.nu.242.vbi de communi.
3 Primo amplia, vt inftantia caufæ crimin.termine-
tur biennio, fiue pcedatur p accufationẽ, fiue per in-
quifitionẽ, Beuint.decif.76.n.14.Dec.conf.102.n.20.
conf.crim.diuer.Roland.conf.94. n.6. vol.3.Marant.
p.5. in verb.inftantia n.6.poft Bald.in d.l.puniendum
in princ.col.4. Scacc.de appellat.q.15.num.254 vbi
alios allegat, Vinc.de Franch.d.decif.250. n.2.vbi de
communi, Baiard.in q.52. n.19.& feq.vbi poft Bero.
in c.venerabilis nu.79.de iud.dicit procedere non fo-
lum in inftantia iuris communis, fed etiam in inftan-
tia præfixa a ftatuto.
Secũdo amplia, vt licet de iure Canonico inftantia
caufæ fit perpetua, c. venerabilis, c. vlt. de iud.vbi de
communi. Grauat.ad pract.Oct.Veftr.lib.8.c.1.in lit.
D.vbi concordantes allegat, & Oct.Veftr.lib. 8. c.4.
n.25. & Grauatt.lib.4.c.5.in litt.A, Mifing.obferuat.
48. verfic.fed perpetuo, in criminalibus autem nõ eft
correcta d.l.final. C.vt infra certum tempus, & l.pro-
perandum C. de iudic. fed biennio peremit, vt decla-
rat Iul.Clar.q.51. nu.8.vbi teftatur de communi poft
Auan. in c. qualiter, & quando el fecundo, §.licet au-
tem n.6.de accufat. Engen.conf.2.n.37.Petr.de Surd.
conf.159.vol.2.n.1.vbi de communi, & alios allegat,
& Canale.de teftib.p.3. n.147. in fi.firmat poft alios,
quos allegat, quod caufæ crimin. omnino intra bien-
nium funt terminandæ abfque fpe prorogationis, di-
fpenfationis, reuifionis, ac in integrum reftitutionis,
more, nec ex quauis caufa, fiue proxima, fiue remota
vel ad inftantiam rei, vel actoris.
4 Licet poft Feder.de fen.conf 93. nu.6.in fin.Card.
Tufch.to.4. concl.202.num.4.referat quod inftantia
caufarum criminalium de iure Canonico, non habeat
præfinitum tempus.
5 Tertio amplia, vt inftantia breuiori tempore indu-
cta per ftatutum fuccedat loco inftantiæ triẽnalis in-
ductæ per depofitionẽ iuris cõis Bero. in c.venerabi-
lis n.79.de iud.& in conf.36.n.1.vol.3.Neuizz.concl.
42. nu.1. Ant.Gabr.comm.opin.lib.6. tit.de reg.iur.
concl.2.n.57.& latè Petr.de Surd.conf.139.n.9.vol.1.
vbi alios allegat, & loquitur in Inftantia inducta à fta-
tuto per trimeftre, vbi plus dicit poft Bald. in confil.
20.vol.1. Vt tale trimeftre fuccedat non folum loco
6 primi anni, fed etiam biennij præfixi a iure communi,
& teftatur hanc opinionẽ, Bald.effe veriorẽ, licet lat.
tenuerit contrarium, vt d.trimeftre fuccedat tantum-
modo in locũ primi anni, vbi Petr.de Surd.in d.conf.
139. n.10.firmat q̃ ficut lapfo biẽnio de iure cõi ap-
pellatio eft deferta ita et lapfo d.trimeftre.& fcias in
hac materia q̃ inftantia poffit abreuiari, & per ftatu-
tum, & per refcriptum Principis, & quando abreuia-
tur per ftatutũ incipiat currere a die litis cõteftatio-
nis, ficut inftãtia iuris cõis, fed quando fuit per refcri-
ptũ Principis incipiat a die prefẽtationis refcripti, la-
tè, qui alios allegat, Mifing.cent.3. obferu.46. Ac etiã
poteft inftantia tam in caufa ciuili, quàm crim.abbre-
uiari ex cõfenfu partiũ, vt poft Rom.Alex & Caftren;
in locis per eum relatis tradit idem Mifing.centur.3.
obferuat.47.& in obferuat.48.& 49.tradit an ex con-
fenfu partium poffit prorogari.
7 Et ifta inftantia præfixa a ftatuto, vel lege tot die-
rum intelligitur de diebus continuis, & non vtilibus,
vt in terminis ftatuti Piftorienfis tenuit Rota Floren-
tina 21. Martij 1561. & teftatur Card. Tufch.tom.4.
concluf.204.num.1.
8 Et inftantia a ftatuto præfixa, feu inducta triũ mẽ-
fiũ, vel tot mẽfiũ intelligitur de mẽfibus triginta die-
rũ pro fingulo menfe, quãdo menfes funt vtiles, fecus
quãdo sũt currẽtes & cõtinui, quia intelligitur de mẽ-
fibus 30.vel 31.dierũ, prout naturaliter funt cõftituti
Alex.conf.114. n.10.& feq.lib.5.vbi additio in verb.
mẽfis dat concord.Card.Tuf.to.4.cõcl.204.n.2.& 3.
9 Intellige iftã tertiã ampliationẽ, quando ftatutum
dirigit verba ad iudicem, quia etiã lapfa inftantia fen-
tentia lata per iudicẽ valebit Bal conf.296. in princ.
lib.3.Paul.de Caftr.cõf. 140.in princ. vbi de cõi, & la-
tius in conf.184.per totum lib.1.vbi etiam de cõi Pa-
rif.conf.158.nu.2.vol.4.vbi de communi, Card.Tufc.
tom.4.concluf.206.nu.1.vbi etiam de cõi, Marant.de
ordin.iud.p.5.n.58.& Card.concl.153.nu.49. in litt.
S, vbi alios allegat, & teftatur etiã de communi, vide
latiffimè, Scacc.de appellat.q.15.num.282. cum plu-
ribus feqq. vbi declarat, quando tempus præfigitur
parti, caufæ actioni, vel iudici, & quando etiam poffit
cognofci cui tẽpus fit præfixum, & Vincent.de Frãc.
decif.654.nu.4.dicit in illo regno feruari, quod inftan-
tiæ pereat fiue fit ftatutum tẽpus actioni, vel inftãtię.
10 Et idem erit fi iudici pęna imponatur, fi in tẽpore
præfixo caufam non expediuerit. Rom.conf.427.nu.
11.vbi de communi Caftr.in d.conf.140 in princ.& in
d.confil.184. per totum lib.1. Mandof.ad Roman.in
confil. 415. in verb. officium vbi concordantes alle-
gat, & teftatur de communi. Cardin. Tufc. d. confil.
206.nu.2.vbi etiam de communi, Marant.d.p.5.nu.5.
Sed pro declaratione, vide Scacc. de appellat. q.15.
nu.289.cum plurib.feqq.
11 Dummodo iudex poft præfixũ tẽpus a ftatuto in-
trà tamen tẽpus a iure determinatũ procedat, fecus
fi tẽpus legale effet lapfum, quia tũc caufam amplius
terminare non poterit, vt declarat Par.conf.158.n.3.
vol.4.Dec.in cap.de cauſis.nu.21.de offic.deleg cõf.
550.num.1.Card.Tufc.in l.S, concl.143.nu.13.vbi de
commun.& nu.50.Scac. de appell. q.15. fub nu.288.
12 Si verò verba ftatuti, aut terminus præfigatur cau-
fæ, vel inftantię, tũc fententia lata poft lapfã inftãtiã
dicitur nulla, Bald.in d. confil. 296. in princip. lib.3.

Caſtren.d.conſ.140.in princ.& conſ.184 lib.1.vbi de cõi,& loquitur in ſtatuto Florentino Marant. in d.p. 5.n.58. in princ.vbi dicit quod eſt ipſo iure nulla latè Carauit.rit.248.nu.10.& 11.Card.Tuſch.in litt.S, concl.143.n.12.Et quod ſententia lata extra inſtantiam ſit nulla,Alex.conſ.82. nu.1. lib.3.& omnes in l. properandũ,§.illud C.de iud.Tuſch.d.concl.143.n.1. & procedat etiã in inſtantia ſtatutaria,Alex.conſ.104. in princ.lib.5.vbi de cõi,Tuſch.d.concl.143.nu.2.vbi alios allegat,& teſtatur de communi,& procedat etiã in cauſa appellationis,Alex. conſ.114. in princ.lib.4. Tuſch.d.concl.143.n.4.vbi reddit rationem,etiam ſit ipſo iure nulla Moſcatell.in pract.p.7.gloſſ.ſententiã, n.60.Scac.de Appell.q.15.n.288.& quod in criminal. perempta inſtantia pereat ius accuſatoris, vt non ſit amplius accuſator audiendus ẽt ſi vellet reiterare accuſationẽ,& offeret ſoluere expẽſas poſt Bald.& Sal. Miſing.cent.2.obſeru.50.ita expreſsè tenet,& declarat,quicquid aliter dici poſſit in cauſa ciuili.

13 Et hoc procedit etiam ſi ſtatutũ nihil de annullatione diſponat,ſed ſolũ tẽpus inſtantiæ præfigat poſt Abb.conſ.5.col.fin.lib.2.firmat Card.Tuſc.d.concluſ. 206. n.45.& ſub n.7.poſt Bald.in conſ.296. in princ. lib. 3. dicit idem eſſe quando meta temporis ſimul cauſæ ſeu Inſtantiæ, & iudici imponitur,& tunc ſimiliter ſententia lata poſt inſtantiã non valeat,& ibi declarat,quãdo verba dicantur directa iudici,vel cauſæ.

14 Et adeò perimit inſtantia per lapſum biẽnij in criminalibus, vt nõ requiratur alia ſentẽtia abſolutoria, vel ab obſeruatione iudicij.vt iudex nõ poſſit vlterius procedere in cauſa gl. in l.properandũ,§.fin autem, vbi Bart.Salicet.& Bald.illam ſequuntur,C.de iud.etiã ſi per iudicem ſtetiſſet,niſi fuiſſet impeditus pro multitudine cauſarũ, qa tunc daretur reſtitutio, vt dicit ibi Alex.n.3. verſ.limita,per rationem quam allegant Capic.deciſ.11.n.16.Afflict.in c.1.n.112.verſ.vlt.& n.
15 ſeq Gramm.vot.31.n.11.& 12.Dum tamen nõ poſſit aliqua negligentia partibus imputari alias ſecus,vt Salic. & Bald. dicunt in d. c.ſin autem,vbi conſulunt litigantibus, quod faciant multiplices proteſtationes iudici in ſcriptis inſtanter inſtantius, & inſtantiſſimè, Marant.p.5. n.30.vbi dicit bonum eſſe ſemper facere proteſtationes,ne currat inſtantia,vbi ibidem Iaſ.n.4. verſ.Tu adde fortius,vt ſic detur eis reſtitutio,& dici poſſit per iudicem ſtetiſſe,vt etiã ſequitur Gramm.in d.vot.31.n.13.Carauit.rit.248.n.10.verſ.gl vero vbi ſubdit,ꝙ iſta opinio cõfirmatur per d.rit.248. & ꝙ in illo Regno per Reg.Fragm.quãdo ſtetit per iudicem quia fuerit impeditus inſtantia intelligatur reſtituta ipſo iure,vt nõ ſit opus petere reſtitutionem Marant. p.5.n.31.ſi Aduocatus velit habere perfectã declarationem videat Scacc.in tract.de appell.q.15. nu.304. cum plurib. ſeqq. vbi ſeriatim ponit quando impedimentum euenit ex facto rei Actoris vtriuſque iudicis, tertij, vel quãdo euenit caſu fortuito,& ibi ad quemlibet caſum ponit ſuas auctoritates, & ampliationes declarationes,& limitationes.

16 Alij autẽ tenẽt, ꝙ per lapsũ biẽnij inſtãtia perimatur .ſed vltra lapsũ temporis requiratur ſententia iudicis abſolutoria ab obſeruatione iudicij, alias iudex poſſit cognoſcere de cauſa nõ obſtante lapſu temporis prædicti.Oldrad.quẽ refert Bald.in c.1.in princ.n. 14.verſ.ſed aduerte ſe de inueſt.inter Dom.& vaſal. lis oriat ꝑ tres rationes quã opin tenuerũt ẽt Petr.& Cyn. in l.properandũ §.hoc proculdubio,C.de iudic.

17 Quarto principaliter amplia,vt inſtantia currat nõ ſolũ coram iudice ordinario, ſed etiam coram iudice Delegato,vt bene colligitur ex d.l.properandũ,verſ. ſed omnes iudices,C. de iud. & notat Marant.in p.5. n.9.Scacc.de appell.quæſt.15.num.255.

18 Quinto amplia,vt quicquid ſit in ciuilibus,in crim. autem lapſo biennio pereant, ne dum acta ordinatoria, verum etiam probatoria Salicet.in l.vnica n.3.C. vt intr.cert.temp.Marant.in p.5.n.48.verſ.limita tamen,& n.51. verſ.prædictã tamen Carauit.rit.248.n. 15.& ſeq.Caualc.de teſtib.p.3. nu.147.verſic.ſecus in cauſa criminali,latè qui alios allegat Vinc.de Franc. deciſ.653.nu.1.& ſeq.p.4.& deciſ.ſeq.

19 Sexto amplia, quod lapſa inſtãtia per bienniũ reus debet abſolui ſicut in ciuilib. ab obſeruatione iudicij gl.in l.vn.vbi Bald.Io.Fabr.& Salic.C.vt intr.cet.tẽp. & accſator nõ admittatur ſiue actor ad vlterius agendũ,Bal.Alex.& Salic.in d.l.properãdũ,§.fin.Maran.in d.p.5. ſub n.48.& 57.Carauit.d.rit.248.n.15.& ſeqq.

20 Quod intellige eſſe verũ,quãdo cauſa,culpa,& negligentia actoris nõ fuit terminata,ſecus ſi per eũ nõ ſtetiſſet,ſed per iudicem,qa licet reus ſit abſoluendus ab obſeruatione vel reperiat abſolutus ꝑ iudicẽ, erit admittendus ad iterũ accuſandũ Sal.in l.qui de crimine,n.8. verſ.in criminibus,C.de accuſ.& in d.l.properandum §.fin.col.1. quem ſequitur Capic.deciſ.206. & Carauit.d.rit.248.num.17.verſ.limita tamen.

21 Septimo amplia, vt ſi in cauſa criminali lis fuerit cõteſtata per reũ,& fuerit proceſſus agitatus,& fuerit producti Teſtes,non ſolum debet abſolui ab obſeruatione iudicij,prout cõtingit ante agitatum proceſsũ, ſed etiã lapſo biennio debet reus abſolui diffinitiuè a tota cauſa,non autẽ ſimpliciter ab obſeruatione iudicij,adeò ꝙ nõ poſſit vlterius,nec ad inſtantiam partis nec fiſci moleſtari,vt poſt Petr.de Bellapert.in d.l.vnica Io.de Amic.qui ipsũ ſequitur in conſ.139.n.9.& Gramm.vot.31.n.11.Carauit.d.rit.248.n.18.vbi ſubdit,ꝙ iſto caſu non poterit relaxari reus ſub cautione de ſtando iuri,& ſe repreſentãdo toties quoties fuerit requiſitus, ſed debet diffinitiuè abſolui, ac etiã factis defenſionibus debeat abſolui poſt alios,quos allegat, Bertaz.conſ.275.n.2.vol.2.vbi concordantes allegat Petr.de Surd.conſ.199.n.1.vol.2.dicit ꝙ perempta inſtãtia parit actio,vt actor nõ poſſit amplius accuſare.

22 Octauo amplia, vt ſentẽtia ab obſeruatione iudicij in cauſa criminali,quãdo ſtetit per actorẽ,vt cauſa nõ determinata fuerit infra biennium, vt non dicatur interloquutoria,ſed diffinitiua,vt amplius reus moleſtari non poſſit,vt bene notat Carau.in d.rit.248.nu.19.

23 Nono amplia,vt inſtantia incipiat currere a cõteſtatione litis, vnde ſi per mille annos ſtarent litigãtes ad cõteſtandã litem nũquã inciperet inſtantia, vt expreſsè diſponitur in d.l. properandũ,& ibi Doct.cõmuniter vt teſtatur Maran.p.5.nu.3.Abb.in conſ.33. col.4. circa med.verſ.venio ad quartum,lib.2. Card. Tuſch.tom.4. concluſ.102.

24 In cauſis aũt vbi lis non conteſtatur non currit inſtantia niſi ab actu. qui fieri ſolet immediatè poſt litis cõteſtationẽ in quo lis cõteſtat, & ab illo actu dicitur lis conteſtari, & ſucceſſiuè ab eo incipiat inſtantia,vt poſt alios,quos allegat firmat Maran.d.p.5. n.4.Cardin.Tuſch.d.concl.102. n.5.dummodo nec expreſsè nec tacitè conteſtetur lis.Olaſch.deciſ.1. num.41.vel

quando

quando nulla causæ cognitio exigitur, latè Costa de subsid.remed.remed.94. num.14.

25 Quod autem in criminalibus lis contesletur, Marian.Socc.in c.qualibet,& quando n.222.de accusat. Iul.Clar.quæst.45. nu. 1. vbi de communi,& quando lis contestetur in criminalibus, dicam latè infra suo loco in defens.28.cap.17.

26 Decimo amplia, vt instantia currat etiam si iudicis fuerit datū plenū arbitriū Bal.cons.226. circa mediū vers.non obstat arbitriū,lib.4. Card.Tus.to.4. concl. 204. n.6.Nec vigore d.arbitrij poterit iudex post lapsam instantiam restituere actorem,sed bene ante lapsum instantiæ poterit prorogare illā vigore d.arbitrij,vt post alios,quos allegat declarat Eugen.cons.1. n. 2.& loquitur in Gubernatore Vrbis in causis summarijs extraordinarijs, vel executiuis Doct.dubitant si detur instātia tamen de magis comm. opinione testatur Bart.decis.Bonon.30. n.3.vt videtur instantia, & alios allegat,Costa d.remed.94. nu.44. & seq.latè Scacc.de appell.q.15. num.244.& seqq.

27 Vndecimo amplia, vt in tantum currat instantia, vt non detur rest. in int. minori,neque pio loco,& vt a liter,Alex.cons.3. num.3. vers.& posito quod lib.3. Card.Tusch.concl.20.num.11.

28 Quod intellige, quando lapsa fuit instantia ex culpa,vel negligentia actoris, vt superius dixi, latissimè Petr.de Surd.cons.199. per totum vol.2. vbi concludit, quod Princeps de potestate ordinaria non possit cōcedere restitutio in integrum aduersus instantiam lapsam,sed tantum de plenitudine potestatis,quæ est potestas,cui nemo resisti potest, & quando concedatur restitutionem in integrum latissimè tradit Scacc. de appellat,quæst.15.num.304.& seqq.

29 Duodecimo amplia,vt perempta instantia fideiussio præstita de iudicio Sisti,& de se repræsentando toties,& quoties sit extincta Afflict. in consti. sæpè contingit,nu.4. & seq.Carauit.rit.44. nu.12.& post istos Baiar.in quæst.51.num.28.

30 Decimotertio amplia , vt licet perempta instantia omnia deinde acta sint nulla, & iudex non possit amplius se in causa ingerere,tamen quoad declarādū instantiā esse perēptā & ad condēnandū actorē in expensis adhuc durat iurisdictio iudicis,ita declarat Io. de Amic.cons.32.n.11.post alios,quos allegat Mising. cent.2.decis.59.in fin.& causa deserta iudex debet solū pronūciare appellationē desertā nec expresse pos sunt partes prorogare iurisdictionē,vt iudex pronunciet super negocio principali,latè Mising.cent.2.dec. 59.vbi tamē hoc limitat,& intelligit quando ab vtraque parte esset appellatio deserta secus appellans eam deserat, & appellatus intra fatalia eā prosequatur,& alias limitationes ponit idem Mising. cēt.2.decis.60.

31 Decimoquarto amplia , vt per mortē accusatoris, seu querelātis pereat instātia,vt sit opus inchoare nouam instantiam,l. fin.C.si reus vel accusat.mort.fuer.

32 Quod intellige verū quādo iudiciū fundatur in persona accusatoris, secus si in persona iudicis inquirētis ex officio, & sic in casu in quo iudex pōt procedere ex officio,quia etiā si moriatur accusator,nō perimit instantiam,vt declarat Natt.in cons. 312. in 1.dub.n.1. & 2. vol.1. Ideò cum hodie in quolibet delicto possit procedi ex officio,vt dicā inferius suo loco per mortem accusatoris non erit perempta instantia.

33 Decimoquinto amplia, vt instantia causæ transeat in accusatorem indignitate, Abb.in c.quia 5.de iud.n. 11.dec.n.8.in 3.casu Bertaz.cons.400.num.17.vol.2.

34 Primo limita istā conclusionē, vt instantia labatur per bienniū procedere de iure ciuili,secus de iure canonico,tàm in ciuib.quàm in crim. vt firmat Marant. de ord.iud.p.5.n.14.per c.venerabilis,& c.fin.de iud. idē firmat,vt tam in ciuilib.quàm in crim.instantia de iure canon.sit perpetua post Corn.in cons.240.in fin. lib.4.& Fel.in d.c.venerabilis in princ.Grauat.in add. ad Oct. Vestr.in pract.lib.3.c.5.n.6.in lit.A.& ibi Vestr.n.2 qui et post alios,quos alleg.qp omnis instantia de iure canon.sit perpetua,firmat,& alios alleg.Scac. de app.q.15.n.275.vbi etiā declarat Conc.Trid.c.20. sess.24. super reform.quæ limitatio tamē nō est vera in crim.quia per dd.iura,non est correcta d.l.vnica c. vt infra cert.tempus,vt dixi supra in ampliat. 2.

35 Secūdo limita de consuetudine,quia in crim. nulla seruatur instantia , sed quandocūque proceditur etiā biēnio lapso,vt testatur Boss.tit.de inquir.n.89.& Iul. Clar.q.51.n.8.in fi.& ibi Baiard.n.27.post Affl.in cōst. accusatorē,nu.4. dicit,quod per consuetudinē induci potest, vt in crim. instantia nō pereat,& post Ang.in l.transigere,n.7. C.de transact.Ant.Gomez.tit.de delict.c.1.n.37.in fi.etiā dicit,quod hodie de cōsuetudine iudex procedere potest ex officio,etiā perēpta instantia,in Vrbe autē tàm in 1.instantia,quàm in causa appellationis perimit instātia per lapsū biennij,cū sit de iure tàm corā ordinario, quàm corām iudice delegato,d. l.properandū,ibi sed oēs iudices,& post Marant.Scac.de appell.q.15.n.255.& ego obtinui in Tribunali,A.C.tēpore D.Ioannis Caroli Cappelli Locū tenentis criminalis declarari in vna Vicētina pretēsæ falsitatis fidei ad fauorē Presbyteri Sebastiani de Media lira Vicētini,causæ instātiā esse perēptā per lapsu biēnij,quāuis ageretur de causa in tertia instātia verten. in Curia,& ita passim sēper vidi obseruari hic in Curia Romana , & Signatura obseruat, & ob id Practici defensores ante lapsam instantiā solēt obtinere prorogationē instātię nō solū semel,sed ēt pluries maxime,si aliqua causa impedimēti eidē signaturæ ,pponatur nisi sententia esset notoria iniusta, vel nisi esset nulla,quia infra 30.annos potest aduersus sententiam procedi , vt fuit resolutum in Rota Romana coram Ortembergo in vna Romana Rotis de Vincis die Mercurij,quinta Martij,1608.

36 Tertio limita,quando inquisitus fassus fuit delictū, qa poterit cōdēnari nō obstāte perēptione instātiæ, tāquā cōfessio introduxerit notoriū siue in ciuilib. siue in criminal.Marant.de ord.iud.p.5. n.60. vbi concordantes allegat,Roland.cons.94.n.1.& 2.volum.3. vbi pluries alios cumulauit,Baiard.q.51.n.22.vbi subdit, quia in notorijs non requiritur ordo iudiciorum, & Gram.super constit.Reg.Rub.de Desistentibus ab accusat.n.5. vbi in fin.subdit procedere etiam si tempus instantiæ esset præfixum a statuto , vel a consuetudine,Costa de subsid.remed.remed.94.num.11.vbi subdit dummodo cōfessio non fuerit erronea, ac fuerit iudicialis,sed Vinc.de Franc.decis.653.& 654.tuetur cōtrariā opinionē, vt perempta instantia in causa criminali totū ius pereat adeò, qp si superueniat confessio non sit super quo possit adherere, & ibi respōdet ad cōtraria, & præcipuè adde Baldus in l. properandum, C. de iudic. vt procedat quando confessio superuenit, instantia nondum perempta , & postea

erit perempta, secus si emanauerit perempta instantia, ac et respondet ad illud, quod dicitur de confessione, quae inducat notorium, vt procedat, quando emanauit in iudicio valido, & ob id concludit in d.decis.654.et, quod mille testes superueniant de visu, reus non possit amplius molestari, & quod ita fuit pluries per sacrum concilium resolutum.

37 Idemque erit si deserta esset instantia appellationis, & de confessione appareret, vt iudex possit reum confessum condemnare. Bero. in c. Venerabilis, nu.67. circa med. de iudic. & post eum Baiard. q.51. nu.23.

38 Sed hoc non erit verum in confessione ficta resultante ex contumacia vigore statuti, vt contumax habeatur pro confesso, quia instantia biennali elapsa non poterit confessus fictus molestari, vt late tuetur Rolan. cons. 94. per totum vol.3. vbi respondet contrarijs, & sub nu. 6. dicit hanc opinionem esse aequiorem, & veriorem, & ob id esse amplectendam, & ad Rol. in d. cons.94. in proposito se refert, Baiar. q.51. n.23. in fi. late Flamin. Car. in trac. capt. banit. c. fi. n. 319. vers. & si haec procedit, qui et allegat, Roll. in d. cons. 94. Sed ipse loquitur in praescriptione sequuta ante confessionem, & vt sicut propria confessio non nocet confitenti post praescriptionem, nec et ficta confessio sequuta per condemnationem in contumaciam post praescriptionem, noceat.

39 Quarto limita, & intellige, quod si in eodem crimine essent pluries inquisiti, & complices, qui non essent in fortijs Curiae, sed contumaces, quia tunc possent de delicto noua indicia haberi, inquisitus existens in carceribus non debeat post peremptam instantiam absolui a crimine, sed tantummodo ab obseruantia illius instantiae, praestita cautione de stando iuri, & se repraesentando toties quoties fuerit requisitus, Gramm. in voto 31. in fine, Carauitt. rit.248. n.18. vers. limita tamen, qui testatur, quod ita coram Prorege fuit votatum, & exequutum.

40 Quinto limita, quando cognosceretur coram Principe, vel in eius consistorio, quia tunc nulla datur instantia. Calcan. cons.26. n.9. Menoch. q.8. nu.22. lib. 1. de arbitr. Marant. p.5. nu. 15. Baiard. q.51. nu.24. Mising. obseruat. decis.48. cent.3. vbi testatur, quod Camera Imperialis semper sequuta fuit hanc opinionem, Bertaz. cons.275. nu.4. vol.2. qui alios allegat, & loquitur in causa ventilata per iudices coram Pontifice, vt tempus non dicatur lapsum neq. ipsa instantia, Scacc. qui alios allegat de appell. q.15. n.266. vbi loquitur etiam coram omnibus, qui habent liberum arbitrium, & quando et causa est Principi referenda, Rebuff. in trac. de app. articulo 14. gloss. vn. n.8. to.3. fol.515. dummodo tamen habeat liberum arbitrium in procedendo, secus si tantum haberet in sententiando, quia curreret instantia, vt post Alex. & Marant. declarat Scac. d.q.15. nu.271. & seq. Petr. autem de Surd. in consil.139. sub nu.10. vers. quinimmo, vol.1. dicit verius esset etiam in Consistorio Principis in causa appellationis currere instantiam.

41 Sexto limita, in Sacro Concilio Neapolitano, vt non currat instantia, quia potest dici consistorium Principis, Bald. in cons.217. col.fi. vol.4. vbi allegat auth. sed his, C. de temp. appellat. vt refert Marant. p.5. nu. 15. Idem in Senatu Pedemontano non currat instantia, testatur Tesaur. decis.10. nu.16.

42 Sed Afflict. in decis.283. tenet contrarium, vt et dispositio l. properandum, procedat in Sacro Concilio Regio, vt in eo pereat instantia, idem tenet relatiue in const. hac lege in 3. not. Marant. autem in d.p.5. n.15.

43 vers. Ego tamen conatur opiniones istas contrarias ad foedera reducere, qui concludit, quod in Sacr. Regio Concilio currat instantia, tamen, ex quo sententiae in eo proferuntur sub nomine Regiae Maiestatis, ideo non curetur de peremptione instantiae ex quo illa est solenitas inducta de iure positiuo, quae in Consistorio Principis ommitti potest, ideo nullitas causata, ex defectu solemnitatis iuris positiui non inualidet sententiam Sacri Concilij, Vinc. de Franch. dec.643. n.3. & seq. p.4. Gamb. decis. Lusit.324. qui concludunt, quod defectus, qui contingunt in causis apud suprema tribunalia non ita de facili annullant processus, ac si esset apud iudices inferiores, sed Scac. de appellat. q.15. n.270. indistincte tenet contra Marant. vt currat instantia, et coram magistratu, qui iudicat nomine Regio, & ibi alios allegat, & ex pluribus comprobat.

44 Septimo limita, quando instantia esset abbreuiata per statutum, vel per rescriptum Principis, vt quia Princeps rescribat alicui officiali, vel delegato, quod cam expediat infra tres menses, quia finito d. tempore, & perempta instantia, & iudex non potest super illa causa amplius procedere, Marant. post alios, quos allegat in d.p.5. num.17. vbi subdit, quod instantia per statutum potest abbreuiari, & allegat Alexand. in cons.42. vol. 3. & Bald. in l. si cum ipse, ff. de exequut. tut. & quod possit abbreuiari per rescriptum Principis, adducit tex. in c. super eo, el secondo, & ibi Doct. de appellat. Scac. de appellat. q.15. nu.282. vbi etiam refert in pluribus locis vigere similia statuta, Vant. de Nullit. ex defect. iurisd. & Vnd. num.117. in fin.

46 Sed differentiam assignant inter instantiam inductam per statutum, & inductam per rescriptum Principis, vt in primo casu incipiat currere a die litis contestatae, sicut instantia iuris cois, & in secundo casu a die praesentationis rescripti, non aut die datae ipsius rescripti.

47 Octauo limita, si fuerit prorogata per Principem, quia instantia perpetuatur dummodo obtineatur prorogatio intra tempus instantiae, licet praesentetur post tempus. Marant. d. part.5. num.19. Carauitt. rit.248. num.6. in fine.

48 Nono limita, vt non procedat in causis Fiscalibus, vbi agitur de tributis, seu functionis publicis, quia nunquam perit instantia, d.l. properandum versiculo exceptis, C. de iudic. Afflict. decis.210. Marant. d. parte 5. num.20. vbi infert, quod in Curia Camerae summarie numquam perit instantia ex quo, ibi, tractantur causae Fiscales, & idem hic in Curia dicere possumus de causis, quae tractantur in Camera Apostolica coram Reuerendiss. Dominis Camerae Apostolicae Clericis, Scacc. de appellat. q.15. num.264. vbi concordantes allegat, & dicit procedere siue fiscus sit actor, siue Fiscus. Beninten. decis.76. num.7. in fin. & nu.8. & seq. vbi respondet contrarijs, Vinc. de Franch. decis.250. num.2. part.2.

49 Decimo limita, & intellige, quod instantia ex coi consensu partium abbreuiari possit, sed non prorogari illa inducta per ius coe, sed illa inducta breuiori tempore per statutum, & per rescriptum Principis vsq. tamen ad tempus instantiae iuris cois, vt late tradit Marant. in d.p.5. num.22.23. & 24. & post alios, quos allegat latius scribit Carau. d. rit.348. n.7. & seq. Costa de subsid. remed. remed.94. n.10. vbi alios allegat, quod partes ex consensu possint abbreuiare instantiam Doct. adducti per Scacc. de appell. q.15. nu.298. & Thesaur. decis. 242. num.

242.n.2.& testatur veriorem, ac communem opinionem esse posse partes ex communi consensu prorogare instantiam, & quod ita Senatus observat, & sub n.5.etiam dicit non solum per annũ,& biennium, sed etiam per multos annos, etiam quando per statutum esset abbreuiata instantia minori tẽpore, quo sit inducta a iure cõmuni, & ibi etiam testatur de communi.

Sed quod instantia iuris cõi non possit per partes prorogari, firmant Doct. cumulati per Scacc. de app. q.15. n.350. vbi etiã testatur de cõi & procedat neq; expresso neq; tacito consensu, & etiam si fieret cum iuramento, vbi tamen sub n.332. & seq. ad istam vltimã opinionẽ ponit quã plures declarationes,& restrictiones, quas hic transferibere nolo, ne excedã meũ institutũ circa breuitatẽ in tã gurgite vasto defensionis.

51 In causa autem appellationis partes posfunt prorogare instantiam ex eorum consensu, vt latè demonstrat, & disputat articulum ad partes, & contrarijs respõdet, & hanc opinionem tuetur Marant. de ordin. iudic.p.6. tit. de appell.act.2.n.25. cum plurib.seq.& ibi reddit rationem.

52 Vndecimo limita, & intellige, quod inferior a Principe potest committere causã decidendã infra minorẽ terminum a lege præfixũ, sed isto casu nõ perit instãtia quoad partes, lapso termino, sed quoad iudicem, quia non potest amplius in causa se ingerere, sed debent recurrere ad superiorẽ delegantẽ, qui poterit ex eisdem actis pronunciare, sed in termino præfixo a supremo Principe, eoq. lapso pereũt etiam acta, vt amplius sententia ex eis ferri non possit, vt notanter scribit Marant.in d.par.5. num.27.

53 Duodecimo limita, vt in emergentibus ante litem contestatam, prout in legitimatione personarum numquam perit instantia, vt post Corn.Bal.& Ias.tradit Marant.in d.par.5.num.29.

54 Decimotertio si verò actor esset impeditus facto aduersari, vel rei cõueti propter eius cauillationes, & subterfugia, sentẽtia põt ferri, ẽt post lapsũ instãtię, vt post alios, quos allegat firmat Marant. in d.p.5.n.30. vbi subdit, quod bonum erit protestari, quod non currat terminus instantiæ propter impedimentum rei, Si Ad uocatus velit ad plenum habere solutionem de simili materia impedimẽti, & protestationis adeat nouissimè Scac.de appel.q.15.n.289.& seq.Sed Vinc.de Frãch.decis.250.p.2. ponit ista quęstionẽ ẽt ad plenũ, & videtur cõcludere in fauorẽ rei propter dictiones positas in l.fin.C.vt infr.cer temp.& q̃ ita alias sacrũ consilium pronunciauit, & ibi ad cõtraria respondet.

Si verò impedimẽtũ proueniat ex facto iudicis, vel tertij nõ currit instãtia Ias.in d.l.properandum, n.25. limit.5.Ign.in repet.l.4.eleganter, n.76.& seq.ff.ad Sillanian.Bertazz.cons.275.n.4.& seq.lib.2.Sed si currat instantia, p̃ Principẽ insufflatur spiritus vitæ illi instãtiæ, vt faciat reuiuiscere eam, perinde, ac si perempta non esset absque aliqua expensarum refectione, stante iusta causa, vel impedimẽto facto iudicis, secus, quãdo insufflatur spiritus ex aliqua causa colorata. tũc cõceditur eũ expensarũ refectione, vt latè post alios, quos allegat firmat Carau.rit.248. n.5.6.& Marant.in d.p.5.n.31.32.& 33. vbi dicit magis procedere in causa appellationis, & vbi agitur de maiore preiudicio, & q̃ in stantia non currat, si impedimentũ proueniat facto iudicis, tàm in causa appellationis, quàm in causa principali, de cõi testatur post alios, allegat Hier. Ceuall. Hispan.in tract.comm.contra comm.q.338.& q.339.

Sed Carauit.d.rit.248. num.6. in fin.dicit quod in illo Regno insufflatur spiritus vitæ in causis ciuilibus, sed non in criminalibus.

55 Quæ insufflatio à solo Principe cõcedi potest, latè Rol.cons.4.n.11.& seq.vol.2.Gramm.cons.15.n.7.& cons.165. col.2.in ciuilib.Card.Tusc.to.4 concl 215. nu.1. Carauit.rit.248.n.5.Marant.p.5.n.32.& in Regno Neapolit. si fletit per iudicẽ, ne causa expediretur vigore pragm. quæ incipit instantia, restituitur ipso iure, Marant.d.p.5. nu.31.in fin.vbi docet, quando dicatur stetisse per iudicem, & plura de huiusmodi insufflatione,& restitutione aduersus instantiam scribit Card. Tusch. in d.conclus.215. per totam tom.4.

56 Nec potest per Barones sanari processus nullus, neque insufflari spiritus instantiæ perẽptæ, vt post alios, quos allegat, firmat Io. Frãc.Capobl.in tract.de auct. Baron.pragm.8. n.137.Rol.d.cons.4.n.45.n 9.vol.4. Quia requiritur, vt superior habeat iura regalia, Afflict.ad tit.quæ sint regal.n.96. Vrsill.in decis. Afflict. 346. Menoch.cons. 380. n.4.Costa de subsid.remed. remed. 94.n.5.& latè Moscatel.in pract.p.7.gl.sentẽtiã, n. 67.& seq.de appell.Sed in Regno Neap.insufflatur spiritus in instantiæ crim.per Præsidem. Vinc.de Franc.dec.643.n.5.p.5.& ita alias scripsi hic in curia pro ista parte, & obtinui, vt Barones non possint insufflare spiritum instantiæ peremptæ.

57 Et instantia perẽpta quatuor modis reparari potest, vt docet Marant.de ord.iudic.4.p.5. n.46.& seq. & primo modo per insufflationem Principis, Secũdo modo per restitutionẽ in integrum, Tertio per repilogationem actorum, Quarto per incœptionem causæ de nouo.

Et in tribus primis modis acta facta nõ est necesse reficere, sed ex eisdẽ actis fertur sententia, secus in quarto modo, quia tenetur actor omnia acta reficere, ac ẽt expensas, sed ẽt in isto quarto modo in criminalibus amplius accusator non audiretur ad inchoandũ nouũ processũ, ẽt si vellet expensas reficere, sed procedit tantũmodo in ciuilibus, & si posset instantia reparari per alios modos, nõ cõceditur per Principẽ insufflatio instantię, Costa d.remed.94.nu.8.& seq.& in Regno Neap. instãtia perpetuatur p̃ citationẽ ad dicendũ ad trienniũ, & quęlibet citatio ad dicendũ perpetuat instantiã ad aliud trienniũ a die quo esset elapsũ, vt testatur Vinc.de Franc.dec.643.n.4.& seq.p.4.

58 Decimoquarto limita, quando superior est consulẽdus, quia tuc nũquã currit instãtia, Luc.de Penn in l. fin.C.de naufr.Baiard.q.51.n.26.Scacc.de app.q.15. n.269. vbi cõcord.alleg.& idẽ erit quãdo extaret statutũ, vt index appellationis debeat eligi de nu.cõfidẽtiũ, & interposita appellatione nunquã fuerit electus, quia nũquã currit instantia, licet de iure cõi incipiat a die interpositæ appellationis, latè Marf.sing.51. Sed Marãt.in d.p.5.n.41. quęrit quid sit dicẽdũ, quando iudex debet proñciare iuxta votũ sapiẽtis, An interim currat instãtia, qui videtur cõcludere, q̃ currat, sed de facili restituatur, vel iudex pronunciare possit infra instantiam, prout continebitur in voto sapientis.

59 Decimoquinto limita, & intellige, vt iudex possit cõdẽnare, & punire cõtumacẽ perẽpta instãtia, qui nõ obtẽperauit mãdato iudicis facto durante instãtia, vt post Andr. de Iser.in const.in pecuniarijs,& Afflict.in const.accusatore, nu.4.Baiard.in d.q.51.num.25.

60 Decimoſexto limita, & intellige in caſu, in quo Cleric. vexetur a iudice laico, vt cauſa debet expediri infra duos mēſes, & nō extēdatur ad biennium, quod hoc cōtigere poteſt de iure ciuili ob impedimentum Epiſcopi, §. ſi tamen de criminalibus, auth. vt Cleric. apud Prop. Epiſc. Marant. p. 5. nu. 43. Veſtr. in pract. lib. 3. c. 5. n. 2. quod tamen eſt correctum per c. ſi diligenti de for. compet. propter libertatem eccleſiaſticam. Marat. d. p. 5. n. 44. in fi. vt nullo modo poſſit clericus per iudicem laicum puniri, dixi in defenſ. 1. c. 3.

61 Decimoſeptimo limita in cauſa appellationis, quia de iure cōi datur annus appellāti ad proſequendā, & finiēdā cauſā appellationis, & ex cauſa datur bienniū auth. ei, qui appell. C. de temp. appell. c. cū ſit Romana de appell. Calder. conſ. 10. alias 216. de appel. Veſtr. in ſua pract. lib. 3. c. 5. n. 2. Card. Tuſch. to. 4. concl. 209. n. 1, concl. 217. n. 1. vbi ſubdit, q̄ ſententia lata a iudice appellationis eſt ipſo iure nulla, elapſa inſtātia.

Decimooctauo limita, quando cauſa eſſet cōmiſſa, vt ꝓcedatur ſine proceſſu, & ex arbitrio, quia tūc nulla datur inſtātia, quia inſtātia reſpicit ꝓceſſū, vt latè, recitatis opinionib. cōtrarijs, tandē dicit hāc opinionē veriorē Claud. Bertaz. in conſ. 94. in lit. C, vbi alios concordantes allegat, & rationib. cōprobat, & magis dicit procedere vbi officio iudicis agitur exequutiuè, & ſtatutum diſponeret, quod inſtātia incipere deberet a die litis conteſtatæ, vel pro conteſtata habite, cum verè non cadere poſſit in dicto ſtatuto inſtātia.

62 Et quodcunque impedimentū etiā modicū cōtingens in 1. anno facit ſuccedere ſecundum annum, & ſic ſufficit impedimentum vnius menſis, vel vnius diei, vt poſt Florian. de ſancto Petro in conſil. 3. circa medium, & Caſtren conſ. 135. col. 2. lib. 2. Card. Tuſc. d. concl. 217. n. 5. & Coſta de ſubſid. remed. remed. 94. nu. 4. dicit ſufficere quamlibet cauſam etiam coloratam, & non verificatam.

63 Et quælibet diligētia in Curia Romana abſque interloquutoria iudicis ſufficit ad habēdū aliū annū, & ſic q̄ in cauſa appellationis. cauſā cōmittat, vel quod cōmiſſio ſit ad bancū curſorum, vel quod commiſſio fuerit ſignata, ſeu ſubſcripta a Regente Cancellariæ, quę ſubſcriptio appellatur pręſētata. Veſtr. in d. prac. lib. 3. c. 5. n. 2. & ſeq. & talis pręſentata in 1. anno facta excuſat a deſertione. Caſſad. deciſ. 4. de appell. & ita paſſim ꝓcuratores in Curia obſeruāt, vt faciāt à Regēte Cācellarię ſubſcribere cōmiſſionē, quę nūcupatur pręſentata, latè Scacc. de appell. q. 14. nu. 37.

64 Et aliæ limitationes ponuntur per Doct. in diuerſis locis, & præcipuè per Marant in d. p. 5. per totam, per Theſaur. deciſ. 10. vbi ponit decem limitationes, per Card. Tuſch. to. 4. concl. 202. cum plur. ſeq. & per alios Doct. & præcipuè per Iaſ. in d. l. properandū, C. de iud. Ing. in l. 4. §. eleganter ff ad Silan. & Coſta de ſubſid. remed. remed. 64. per totum, & per Hier. Ceuall. Hiſpan. in tract. comm. contra comm. quęſt. 467.

65 Et Princeps poterit inſufflare ſpiritū vitæ inſtantię perēptæ non ſolū ſemel, ſed etiam per binam vicem, text. in l. ſi fine, §. reſtitutus, ff. de minor. Capic. deciſ. 165. vbi teſtatur ita fuiſſe in Sacr. Concil. iudicatum, Gramm. deciſ. 69. in fin. vbi plus refert, quod p Sacr. Concil. per tres vices fuit conceſſa reſtauratio inſtantiæ. Roland. conſ. 4. nu. 62. vol. 4. vbi reſpondet etiam contrarijs, & præcipuè, l. final. C. ſi ſæpius in integr. reſtitut. poſtul. vt procedat, vt ſecunda vice non conceditur reſtitutio, quando prima vice fuit denegata, & non alias, ſed Coſta de ſubſid. remed. remed. 64. nu. 6. tangit hanc difficultatem, ſed tandem concludit, q̄ poſſit concedi non ſolum bis, ſed ter, quater, quinque, vel pluries, & ibi allegat Iaſ. in l. beneficium, n. 31. de conſtitut. princip. & Aſin. & Moſcatell. in locis per eum relatis, & alij contrarium tenentes loquantur, quando prima vice fuit denegata, vel quando cōſtat, quod de malitia ; aliis, vel de contemptu iudicis, vel quando iam elapſum eſſet quadriennium.

66 Impetrans autem reſtaurationē inſtantię ſi per iudicē ſteterit, vt quia fuerit mutuatus, vel ex alia cauſa, quia Principi videatur iuſta, & tūc nō tenetur refundere expēſas retardati ꝓceſſus, ſecus verò ſi ex negligētia actoris perēpta fuerit inſtātia, quia tūc tenetur ſoluere expēſas parti contrarię, Boer. deciſ. 248. n. 10. Marant. de ordin. iudic. in verb. appellatio, num. 31. in fin. & nu. 33. & latè Roland. in d conſil 4. n. 63. & ſeq. volum. 4. vbi etiam ſubdit, quod ſi perempta fuerit inſtantia dolo aduerſarij, vel facto alicuius tertij, aduerſarius tenetur ad expenſas, & contra tertium agi poterat, & ibi concordantes allegat, ſed Coſta dicto remed. 4. num. 7. declarat dummodo ex proceſſu non appareret de aliqua cauſa excludente negligentiam, & pluries poteſtatus fuerit, vt per iudicem deueniretur ad expeditionem cauſæ, & in omnem caſum detur ei actio ad damna, & intereſſe de dolo contra aduerſarium ſi ſit ſoluendo, ſed circa iſtam refectionem expenſarum vide latiſſimè Scacc. de appellation. q. 15. num. 306. cum plurib. ſeqq.

67 In ipſa reſtauratione inſtantiæ non erit neceſſaria citatio partis, vt oſtendit per plura fundamenta. Roland. in d. conſil 4. nu. 69. & ſeqq. & in terminis etiam tenet Capic. in deciſ. 165. Sed caueat cauſæ defenſor vt ſciat bene formare gratiam, quia ſi adeſſet defectus circa apppellationem, quia non fuiſſet interpoſita in tempore, ac etiam eſſet perempta inſtantia, vt obtineat reſtitutionem ab vtroque defectu latè Caualc. de Brach. reg. fragm. 52. per totum.

68 Inſtantia autem ſiue eius tempus quomodo calculari debeat, & quomodo dignoſcatur, quod lapſa ſit inſtantia, adeſt deciſio Borgn. in deciſ. 60. nu. 20. & melius declarat Caualc. de teſtibus p. 3. num. 146. & ſeq. & quæ differentia ſit inter inſtantiam, & fatalia, ſcribit latiſſimè Scacc. de appellat. quæſt. 15. per totam.

Abſolutus, vel condemnatus a crimine, an poſſit iterum moleſtari ſuper eodem crimine.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutus, vel condemnatus de vno delicto de eodem amplius inquietari non poteſt.*

2 *Exceptio abſolutionis eſt impeditiua litis ingreſſus.*

3 *Quod procedit ſiue ꝓceſſū fuit per viā accuſationis, ſiue inquiſitionis tàm de iure ciuili, quàm canonico.*

4 *Item magis procedit, quando inquiſitus fuit abſolutus tanquam innocens, quia non commiſit crimen.*

5 *Abſolutus ob defectum probationum an poſſit iterum moleſtari. Diſtingue vt ibi.*

6 *Abſolutio, quia delictum non fuit probatum, dicitur diffinitiua, & impedit iterum agi, etiam ſi noua ſuperueniant indicia.*

7 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij, vel cū clauſula ex hacteuus deductis, vel reb: ſic ſtantibus, vel alio ſimili*

modo

modo non impedit quin de nouo Reus moleſtetur, ſi noua ſuperueniant indicia.

8 *Sententia ſimpliciter, vel diffinitiuè prolata impedit, vt non poſſit denuò moleſtari etiam ſuperuenientibus nouis indicijs, ſi conſtet de innocentia Rei.*

9 *Sententia lata cum clauſula rebus ſic ſtantibus, vel ex hactenus deductis, vel alio ſimili modo non tollit de communi obſeruantia, vt reus non poſſit denuò moleſtari ſi noua indicia ſuperueniant.*

10 *Quæ obſeruantia eſt cõtra ius commune cum non probato delicto inquiſitus debeat abſolui diffinitiuè.*

11 *Abſolutio ſimpliciter lata an ex capite innocentiæ, vel quia non fuit probatum delictum, lata dicatur.*

Declara vt ibi.

12 *Abſolutus ex capite innocentiæ non obſtante dicta obſeruantia non poterit amplius moleſtari abſolutus, etiam ſi noua ſuperueniant indicia.*

13 *Innocentia Rei quomodo probetur.*

14 *Tortus ſi ſubſtinuerit diffinitiuè de iure abſolui debet, licet de conſuetudine non ſeruetur.*

15 *Tortus quamuis ſubſtinuerit poteſt retineri in carceribus per viginti, vel triginta dies, vt videatur, an aliquã indicia ſuperueniant.*

16 *Relaxatus ſub cautione non poterit moleſtari pro eadem cauſa, niſi ſuperueniant noua indicia.*

17 *Carceratus an ſit abſoluendus, vel relaxandus ſub fideiuſſione erit in arbitrio iudicis.*

18 *Indicia noua qualia eſſe debeant, vt quis iterum pro eodem facto moleſtari poſſit.*

19 *Ius iterum procedendi contra reum quanto tempore præſcribatur referuntur plures opiniones.*

20 *Ius accuſandi præſcribitur ſpatio viginti annorum.*

21 *Abſolutus ſemel iterum inquietari non poteſt, etiam ſi noua qualitas proponeretur, quæ alterari poſſet delictum, de quo alias fuit abſolutus.*

22 *Milites abſoluti, vel condemnati in Caſtris non poſſunt aliunde moleſtari.*

23 *Condemnatus pro vno delicto pro eodem non poteſt iterum inquietari.*

24 *Condemnatus ab vno iudice minori pœna, quam delicti qualitas requirat, an plius inquietari non poteſt.*

25 *Declara vt ibi num. 24. & 25.*

26 *Colluſio in abſolutione ꝓ homicidio quãdo detegatur.*

27 *Abſolutus, etiam per viam exceptionis, non poteſt iterum moleſtari per viam accuſationis, vbi ponuntur exempla.*

28 *Quod tamen hodie in practica non ſeruatur.*

29 *Abſolutus per viam diſpenſationis Indulgentiæ, vel abolitionis non poteſt iterum inquietari.*

Declara tamen vt ibi.

30 *Abſolutus per viam iuramenti purgationis non poteſt iterum inquietari.*

Declara tamen vt ibi.

31 *Abſolutus per viam præſcriptionis non poteſt iterum moleſtari.*

32 *Abſolutus per pactum, vel tranſlationem, vel pacem, quando poſſit iterum moleſtari.*

33 *Impunitas promiſſa alicui, quia fuerit extractus ab eccleſia non põt de iure canonico, vlterius moleſtari.*

34 *Abſolutus in priuato iudicio, puta iniuriarũ ad vindictã, non poterit in publico iudicio amplius accuſare.*

35 *Abſolutus ciuiliter, quia crimen non commiſit, & quia non fuit probatum, non poterit amplius inquietari.*

36 *Abſolutus in dubio cenſetur, quia non fuit probatum delictum, & non quia ſit innocens.*

37 *Abſolutus ab homicidio non poterit amplius moleſtari ſuper qualitate grauante homicidium.*

38 *Abſolutus ab adulterio, quando poſſit moleſtari ſuper inceſtu.*

39 *Abſolutus per impoſitionem perpetui ſilentij nõ poterit amplius moleſtari ad inſtantiam eiuſdem.*

40 *Abſolutus non poterit iterum moleſtari etiam ſi duraret diffamatio, quod crimen commiſerit.*

41 *Condemnatus in pœna pecuniaria, cum debuiſſet condẽnari in pœna corporali, quãdo iterũ moleſtari poſſit.*

42 *Abſolutus ex forma ſtatuti de vulnere propter pacem habitam cum vulnerato per ſolutionẽ pœnæ præfixæ a ſtatuto, non poterit amplius accuſari de occiſo.*

43 *Condemnatus de vulnere an poſſit grauiori pœna puniri, ſi deducatur qualitas cicatricis.*

44 *Abſolutus, vel condemnatus per præuaricationem, quando poſſit iterum moleſtari.*

45 *Præuaricator, quis dicatur quando dimittatur, & vnde habuerit originem.*

46 *Proſequẽs ſuã, vel ſuorũ iniuriã ſi probaret ignorantiam primæ accuſationis, poterit admitti ad accuſandũ.*

47 *Ignorantia in propoſito, quomodo probetur.*

48 *Abſolutus, vel condemnatus in magnis, tantummodo poterit denuò accuſare ſi probaret ignorantiam, & ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur.*

49 *Abſolutus, vel condemnatus in foro pœnitentiali, poterit iterum accuſari.*

50 *Iudæus effectus Chriſtianus non liberatur à delicto commiſſo ante baptiſmum, & traditur hic cautela pro Iudæo ad ſe liberandum ab omni delicto.*

51 *Iudæi liberantur in Curia per Camerarium.*

52 *Iudæi effecti Chriſtiani, non liberantur à reſtitutione male ablatorum.*

53 *Abſolutus ab obſeruatione iudicij propter ineptitudinem accuſationis, quando poſſit iterum moleſtari.*

54 *Monacus punitus à ſuo Abbate quando poſſit puniri ab Epiſcopo.*

55 *Abſolutus, vel condemnatus in foro Eccleſiaſtico in delictis mixti fori, quando poſſit iterum moleſtari in foro ſæculari.*

56 *Abſolutus ſi deinde fateatur delictum quando iterum poſſit moleſtari.*

57 *Abſolutus, vel condemnatus a iudice delicti, quando poſſit puniri iterum à iudice originis, vel domicilij.*

CAP. VII.

1 PRincipalis defenſio carcerati erit, ſi alias inquiſitus fuiſſet de eodem delicto vexatus, condemnatus, vel abſolutus, quia non poterit amplius inquietari, l. pen. § fin. ff. de naut. caup. ſtabul. l. ſi cui, § iiſdem, vbi Bar. ff. de accuſat. c. de his, de accuſat. Boſſ. tit. de ſent. num. 60. Iul. Clar. q. 57. nu. 1. vbi de communi, Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 10. in princ. latè Farinac. q. 1. nu. 51. & q. 4. n. 1. vbi alios concordantes, & atteſtantes de communi Doct. ſententia allegat, Petr. Caball. in q. crim. caſ. 93. n. 1. Bertaz. conſil. 396. n. 1. & ſeq vol. 2. Farinac. conſ. 5. nu. 17. Dec. in tract. crim. to. 1. lib. 3. c. 30. num. 1. Caualc. de Brach. reg. p. 4. num. 273. Scac. de iud. lib. 1. cap. 12. n. 84. Card. Tuſch. litera S, concluſ. 179. num. 1.

2 Et adeò inquiſito ſuffragatur iſta exceptio abſolutionis, vt ſit impeditiua litis ingreſſus. Bar. in l. ſen. ff. de ac-

de accusat.Io.de amic.cōs.37.nu.1.Io.de Anan.in d. cap.de his,col.1.in fin. vers.nota,quod ista exceptio, Farin.quæst.4.num.1.vers.an hæc exceptio, vbi concordantes allegat, & testatur de communi. Bertaz. consil. 396.num.3.volum.2.

3 Quæ conclusio procedit non solū, quādo fuit processum per viam accusationis,sed ēt per viam inquisitionis,tàm de iure ciuili,in quo omnes conueniunt, quàm de iure Canonico,in quo nōnulli tamen cōtradicunt. Couar.lib.2.variar.resolut.cap.10.nu.5.verb. 8.constat,Iul.Clar.q.57.nu.7. vers.procedunt ēt hęc, & nu.8.vers.sed hæc quidem. Farin.q.4.n.3.vbi alios allegat.Petr.Cabal.d.casu 93.n.2.latè Dec.in d.c.30. nu.5.vbi dicit hoc esse verū,tàm de iure ciuili, quàm Canonico,ibi testatur hanc esse veram,& communē opinionē,quicquid aliqui cōtrariū tenuerint,& sub n. 6.etiā dicit procedere,si quis fuerit absolutus per viā denunciationis, adhuc non possit amplius molestari, & testatur hanc ēt esse veram,& cōem opinionē. Baiard.q.57.nu.11.Nec ēt post absolutionem à crimine potest iudex inquisitum condemnare ad damna, & interesse. Rim.Iun.consil.106.num.8. tom.2. diuers. crimin.Nat.consil.407.nu.14.vol.4.Caualc.de Brach. reg.p.4.nu.288.vers.iudex crim.& p.6.nu.254.Surd. dec.261.& ꝙ absolutus à pœna,dicatur etiā absolutus à damnis,idē Caualc.p.6.n.93.& nu.617. vers.tandē.

4 Eoque magis procedit ista cōclusio quādo fuit absolutus tanquam innocens,eo quia non commisit crimen,nam eo casu proculdubio illi cōpetit huiusmodi exceptio rei iudicatæ. Foller.in pract.crim.canonic. cap.35.num.2.& seq. vbi de communi vtriusque iuris opinione Boss.tit.de sentent.nu.77.Iulius Clar.d.q 57 nu.2. versic. & hæc quidem conclusio. Farinacc.q.4. nu.23.& seqq.Couarr.d.cap.10. sub nu.1.vers.4.eadē decis.Petr.Caball.d.cas.93.nu.3. Decin.in tract.crim. lib.3.tom.1.c.30.nu.27. in princ.Baiar.q.57.n.1.& 7.

5 Sed maior difficultas est,quādo quis fuit absolutus ob defectum probationum , eo quia crimen non fuit probatum, in qua difficultate breuiter , ac resolutiuè procedendo,meo solito more, de iure resoluendū videtur ēt procedere dictā propositionē ex quo absolutoria, quia non probatum fuit delictū, est diffinitiua, & transit in iudicatū, & impedit iterū agi contra absolutū,ēt si noua superueniant indicia. Boss. titulo de sentent. nu.76. vers.quæro quis,est absolutus,Foller. in practica crim.canonic. 35.sub nu.8. post versic. est tamē aduertendū circa princ. & in fin. Iulius Clar. d. q.57.nu.3. Couarr.lib.1.variar.resolut.cap.1.sub n.8. vers.9.constat,& lib.2.cap.10.nu.1.vers.1.hæc regula Farinac.q.4.in tertia ampliat num.27.in princip.& sub num.28. post versic. sed quid in dubio , Thesaur. decis.122.sub nu.13.in sexta ampliat. Petr.Caball. in q.criminali casu 96.num.4.& seq. vbi reprobato Romano, & nonnullis alijs contrarium tenētibus,firmat hanc opinionem esse verissimam post alios, quos al-

6 legat sub num.6.dicit opinionem Romani , & sequacium esse falsissimam,& post Rip. in locis per eū relatis refert, quod Ripa attestatur vidisse plures errare,credentes, ꝙ absolutio facta propter defectū probationum actoris possit retractari ex nouis iuribus , quasi sit sententia ab obseruatione iudicij , & nu.15. in principic.& num.18.in fine,& prius sub num.7.dicit,quod in aliquibus locis ob id extat prouisio particularis,prout Florentiæ.quod nō obstāte absolutione sequuta ob defectum probationum , quis possit iterū molestari, & condemnari, & in hac eadem sententia relatis contrarijs,videtur residere,Bertazzol. in cons. 396.num. 4.& 5.vol.2.Baiard.q.57.nu.5. qui Bertaz. post alios, quos cumulauit dicit, quod Butr.in d.c.de his,istos duos casus parificat, si non fuit probatū,vel constitit de innocentia,nisi adsit clausula rebus sic stātibus,& ita obseruat Senatus Mediolan.post Iul.Clar. Baiar.d.q.57. num.5. Brun. à Sol. q.17. Caualcan.de Brach.reg.parte 4.nu.280.vbi plus firmat,vt diffinitiuè absolutus non possit amplius molestari, nec ad instantiam primi accusatoris,nec extranei,nec ab intēressatis,nec ex officio , nec ab vno tamquā de populo,siue qualitas grauatoria omissa fuit,vel non,siue sētentia sit executioni demandata,vel non,& Cardin. Tusch.in littera S.concl.169.n.4.& seq.vbi refert tenentes opinionem Romani,ac etiam tenentes cōtrariam opinionem, sed fine difficultate transit, vt dicatur sententia absolutoria,quando fuit præfigus terminus ad probandum,licet iudex absolueat,quia nō fuit probatum,Couarr.variar.resolut. lib.1.cap.1. num.8. vbi alios allegat,& testatur de cōm.& idē Card.Tusc. d.concl.169.nu.7.vbi de comm.& 10.qui etiam alios allegat,& quod semel absolutus diffinitiuè non possit etiam molestari , nisi fuerit absolutus per præuaricationē,& volens proponere nouam accusationem doceat de ipsa præuaricatione,vel si prosequutor suam, vel suorum iniuriam , tunc admittatur,quādo non habuit scientiam de prima querela,vt latè ponit Antonius Gomez cap.1.nu.26.tit.de delict.& si fuerit pręsens censetur sciuisse primam accusationem.

Quæ tamen propositio est vera , quando quis fuit absol tus ab instantia,vel ab obseruatione iudicij,aut ex processatis,tantum, vel cum clausula ex hactenus deductis,vel rebus sic stantibus, aut alio non edocto, vel non apparente,vel per alia similia verba idem importantia,quia talis absolutoria transit in iudicatum, & videtur sapere naturā diffinitiuè, & nihil de nouo superueniat,non potest reuocari. Thesau.decis. 122. nu.13. Grill. de relaxat.carcerat. q.2.sub nu.2.vers.& isto casu; Tamen effectu considerato,interloquutoria dicitur,quia ex nouis iuribus potest retrideri,& reparari etiam ab eodem iudice. Thesaur. in d.decis.122. nu.13.& Alciat.quem ibi citat in l. si calūnietur,n.4. & 5.ff.de verborum signif.neque inducit exceptionē rei iudicatæ , quin ex iuribus superuenientibus possit reum iterū molestari, Boss.tit. de sent.nu.95. Grill.d. q.2.num.4.Foller.d.cap.35. nu.9. versic.2. vero casu Couarr.lib.1.variarum resolutionum,cap.1.nu.8.vers. 4.constat,& lib.2.c.10.nu.1.Farin.d.q.4.n.23.& seq. Petr.Cabal.d.casu 93.n.8.& seq. Card.Tusc.in litt.S, cōcl.169.n.12. Baiar.q.57.n.1.Caual.d.p.4.n.277.seq.

8 Præterea solent iudices,quando cōstat de Innocētia Rei,quod crimen non commiserit, ferre sententiā absolutoriā simpliciter,& diffinitiuè,quo casu nō pōt deinde contra absolutum ex eadem causa procedi,ēt superuenientibus nouis iudicijs,si vero nō de innocētia, sed solum contra eum non est probatum crimen, quia non adsunt iudicia sufficientia ad torturam inferendā,vel ad aliquam pœnam extraordinariā imponēdam,ferre sententiam non diffinitiuè,neque simpliciter,sed cum clausulis, vel verbis, de quibus supra.

9 Et quandocūq. postea superueniant indicia,semper poterit de nouo contra reū non obstante d.sententia procedi,

procedi, Boſſ. de ſent. nu. 65. 72. teſtans de obſeruantia præfata in toto Ducatu Mediolani, Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. ſub nu. 8. de obſeruantia Hiſpaniarum, & quod hoc eſt expediens, & vtile Reipublicæ ad punienda delicta, & ad effugiendas accuſatorum præuaricationes. Iul. Clar. in q. 57. nu. 3. de eadem obſeruantia in dominio Mediolani, vbi Baiard. nu. 5. in fi. & quod Ign. & Rebuff. teſtantur de eadem obſeruantia in Gallia, Farinac. q. 4. nu. 27. in 3. ampl. de obſeruantia Vrbis, & quod ita obſeruari deberet, licet dicta obſeruantia ſit contraria iuri communi, quam obſeruantiam ſummopere laudat Petr. Caball. in q. crim. caſ. 93. nu. 17. & eandem practicam quandoque etiam dicit obſeruaſſe, & maximè quādo procedebatur per inquiſitionem, de eadem obſeruantia mentionem facit. Bertazz. conſ. 396. nu. 5. & verſ. prętereà ſolent iudices, lib. 2. & ego etiam pluries obſeruaui, ſed non indiſtinctè, vt ſolent facere iudices, qui aliquando ad omnia non animaduertunt, & de eadē obſeruantia teſtatur. Andr. Fachin. controuerſ. iuriſ. lib. 9. cap. 16. in princ.

10 Quæ obſeruantia aduerſatur diſpoſitioni iuris cōmunis, ſecundum quam diſpoſitionem non probato delicto, contra reum ſequi deberet eius abſolutio diffinitiua, gl. ſing. in l. ſi fundus, §. in venditione in verb. abſolui debet, ff. de pignor. & hipothec. Boſſ. titul. de ſent. nu. 67. verſ. de iure, Couar. d. c. 1. nu. 8. verſ. 4. conſtat, & d. c. 10. nu. 1. verſ. 1. hæc regula, Cagnol. in l. fauorabiliores, nu. 14. de reg. iur. Alciat. in d. l. ſi calumnietur, nu. 4. & 5. de verb. ſignif. qui reprehendit iudices iſto modo reos abſoluentes, Farinacc. dicta q. 4. ſub nu. 27. verſ. contrarium, Petr. Caball. d. caſ. 93. nu. 15. vbi alios concordantes cumulauit, & eamdem obſeruantiam reprobat latè Andr. Fachin. d. c. 16.

11 Si vero ex tenore ſentent. æ non appareat, ex quo capite fuerit abſolutus, & quia non fuit probatū crimen, vel ex capite innocentiæ, ſed tantum fuit inquiſitus ſimpliciter abſolutus, & tunc communis opinio eſt, vt ſimplex abſolutoria intelligatur lata ex ea cauſa, ex qua ex actis colligitur, ideò ſi appareat ex proceſſu, de non commiſſo crimine non appareat, ſed ſolum conſtet crimen non eſſe probatum contra reū, ſententia interpretabitur lata ob non probatum crimen, & quia reus non repertus ſit culpabilis, neque punibilis, Florian. in l. 1. in fine, num. 26. ff. ſi men. falſ. mod. dixer. Abb. in cap. examinata, num. 10. verſ. plus dico extra de iudic. Foller. in pract. Can. c. 36. nu. 11. verſ. eſt tamen, Farinac. dicta q. 4. nu. 28. verſ. ſed quid in dubio, Petr. Caball. in qq. crimin. caſ. 93. num. 36. & ſeqq. vbi ſub nu. 39. & ſeq. ſubdit, quod in primo caſu tàm de iure communi, quàm ex practica Curiarum crimin. ſententia abſolutoria erit diffinitiua, & impediet iterum agi, cum reus tanquam innocens ſit abſolutus. In ſecūdo verò caſu, iure communi inſpecto, idem eſt dicendum; ſed inſpecta communi obſeruantia, vel practica erit ſententia ab obſeruatione iudicij, & ſic non impediret iterum agi contra reū nouis ſuperuenientibus iudicijs, & præſumitur iudicem, ita abſoluere voluiſſe, cum communis actus etiam legalis interpretationem recipiat à conſuetudine, vt ex mult's probat, Farinacc. d. q. 4. nu. 28. & ſequitur Pet. Caball. in dict. caſu 93. nu. 40. & quod ſimpliciter abſolutus, dicatur abſolutus ab obſeruatione, tenet etiā, Scacc. de iud. lib. 2. c. 95. nu. 2. & 9. & ob id ex nouiter deductis poſſit moleſtari, & maximè procedere dicit in crimine hæreticali. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 281. Et latè Card. Tuſch. in litt. S, concl. 168. num. 16. vbi refert ſupra adductam declarationem, & diſtinctionem, & teſtatur de com.

Et ſi ex actis liquere non poſſit, ex qua cauſa talis ſimplex ſententia abſolutoria lata fuerit, nempè an ob non commiſſum crimen, an ob non probatum delictum, in dubio præſumetur lata ob non probatū crimen, Florian. in q. 1. nu. 26. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. Foller. in d. c. 35. nu. 20. in fin. verſ. item fallit, Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 1. ſub num. 4. verſ. 4. conſtat. Iul. Clar. q. 57. ſub num. 3. vbi de communi Farinac. d. q. 4. ſub nu. 28. verſ. quod ſi penitus, Petr. Caball. d. caſ. 93. num. 42. vbi ſubdit, & conſequenter ſecundum allegatam practicam, iſto caſu ex nouis ſuperuenientibus iudicijs poterit reus abſolutus iterum moleſtari, licet de iure communi tanquam diffinitiuè abſolutus amplius inquietandus non eſſet, Cardin. Tuſch. d. concl. 168. nu. 16. vbi de communi.

12 Sed ſi reus fuerit abſolutus vti innocens, vel dicatur in ſententia ex capite innocentiæ, & tunc nō obſtante dicta practica, etiam ſi noua ſuperuenirent indicia non poſſet moleſtari, Farinacc. dicta q. 4. nu. 27. in fine, verſ. E conuerſo, licet Petr. Caball. in dict. 93. num. 18. inſurgat contra Farinac. vt in practica numquam viderit aliquē abſolui vti innocentem, nec hoc ſit diſpoſitum de iure communi, ſed hic Curia bene plures fuit obtentum, inquiſitum abſolui vti innocētem, vel ex capite innocentiæ, quod contingit quando fabricato proceſſu informatiuo, fuerunt teſtes examinati ad defenſam inquiſiti qui probarēt eius totaliter innocentiam, quod multis modis contingere poterit, vt inferius dicam ſuo loco in materia defenſionis, vel ſi ex proceſſu met Curiæ per teſtes examinatos pro informatione Curiæ etiam conſtaret ipsū non deliquiſſe, & tunc ſit vti innocens abſoluendus, latè poſt alios, quos allegat. Mar. Ant. Maccr. var. reſolut. lib. 3. reſolut. 36. num. 21. 22. & ita in ſpecie fuit diſcuſſum tempore Clementis Octaui in fauorem cuiuſdam nobilis viri Marchionis ſubditi, & feudatarij Sedis Apoſtolicæ, qui fuit abſolutus tanquam innocens, & ex dicto capite innocentiæ mentionem facit. Farinac. conſ. 56. nu. 24. Immo ſi ab initio per euidentiam facti, vel rei appareret de eius innocentia non erit vexandus in expenſis, neque erit carcerandus nec examinandus, ſed erit dimittendus in pace. Caualcan. dicta p. 4. nu. 286. litt. B, de Brach, reg.

13 Innocentia rei, quomodo probetur, & per quos teſtes latè Maſcard. de probat. concl. 905. per totam, lib. 1. & de quo tempore probari poſſit, & an ex officio etiam iudex de ea quærere debeat, vide Boſſ. tit. de confeſſ. nu. 70. Marſil. ſing. 72. Hier. Grat. conſ. 98. nu. 6. & ſeq. vol. 1. Mazol. conſ. 77. nu. 29. & ſeq. Flam. Cartar. in tract. capt. bannit. in præfatione nu. 50. Maſcar. de probat. concl. 353. & ſeq. vol. 1. Farinacc. cōſ. 35. nu. 2. & ibi adden.

14 Reus autem ſi fuerit tortus, & ſubſtinuerit, licet de iure communi deberet abſolui diffinitiuè, cum puram veritatem dixiſſe videatur, tamen ex conſuetudine abſoluitur ſolummodò cum dicta clauſula rebus ſic ſtantibus, vel exhactenus deductis. Iul. Clar. q. 64. nu. 38. Boſſ. tit. de ſent. nu. 68. & nu. 69. verſ. ſi tamen iudex, & nu. 71. 72. verſ. etſi ex iniuria ſequitur. Farinac. quæſt. 4.

quæst.4.num.26.in secunda ampliat. post alios, quos allegat.Flam.Cartar.in pract.interrog.reor.lib.4 c.1. nu.135.& seq.vers.sed consuetudo, vbi post relatas, varias opiniones firmat, quod ita consuetudo obtinuit, vt absoluatur cum dictis clausulis, & si noua superueniant indicia, de nouo contra eum procedatur, non obstante tali sententia,& post Grilland. in d.q.2. nu.2.& seq.vers. & ista est vera forma,& vers.2. verò casu Petr.Caball.d.casu 93.nu.19.20.21. Card.Tusc. in litt.S,concl.168.nu.34.

15 Immo si talis inquisitus tortus, fuerit retentus, deinde post torturam in carceribus per viginti, vel triginta dies, & nulla superuenerint indicia adhuc non absoluatur plenariè, sed quousque aliud non emergat, vt dicit Iod.in pract.crim.c.40.nu.1.& 2.Petr.Cabal. in d.cas.93.nu.22.etiam dicit, quod ipse seruauit quādo tortus videbatur multum suspectus,& non alias, vt retineatur per dictum tempus.

16 Inquisitus autē si relaxetur sub fideiussione de stādo iuri,& de se præsentando toties, & quoties fuerit requisitus nulla lata sententia, nec diffinitiua, nec ab obseruatione iudicij non poterit, nisi superueniāt noua indicia secundum communem, & practicatā opinionem, attestatam per Carrer.in pract.crim.§.circa septimum,nu.23.vers.vlt.quid faciendū latè Farinac. post alios, quos adducit in cons.50.numero 25.in fin. cons.59.numero 2.23.& 24.& latè Iul.Clar.in quæst. 92.num.2. vers.forma autem, in fine, & in quæst.64. sub num.38. ex ratione aliorum, quos adducit,& licet priori loco hoc non seruari in Ducatu Mediolani attestetur, nisi Senatus, cui fiunt relationes causarū criminalium, id expresè iubeat, tamen posteriori loco non videtur ab hac opinione recedere, & eandē practicam sequuntur. Cartar.in dict.pract. Interrog.reorum,lib.4.cap.1.num.134. vers.& secundum aliquos, Farinacc.q.4.sub num.26.vers.3. fuit, & sub vers.ego autem, ita testatur vidisse obseruari in statu Ecclesiastico, prout verè passim hic in Curia seruatur, & ego seruaui,& prout aliquando in statu Florentino seruauit.Petr.Caball.vt ipse firmat in dicto casu 99. nu.24. in fine,Farinacc.cons.50.nu.25.circa finem.Baiardus q.57.nu.12.post Crau.in cons.321. in fine dicit, quod relaxatus cum cautione de se repræsentando, nō poterit amplius molestari nisi nouis superuenictibus indicijs, quia talis relaxatio cum fideiussione habet vim absolutionis ab obseruatione iudicij, Cardin. Tusch. in litt.S,concl.168.nu.32.in fine.

17 Relaxatus autem inquisitus absque sententia, & fideiussione de stando iuri, & de se repræsentando, reuocatur ad iudicium, quandocumque superueniant noua indicia.Farinac.cons.59.sub num.5. Boss. tit.de sententiæ nu.60.61.vers.sententiæ,vim Farinac. q.4. sub nu.26. vers.ego autem, vbi subdit totum ab iudicum arbitrio pendere, vt si iudex nihil speret de superuenientia indiciorum, & reus instet absolui, tunc eum absoluat, si verò non petat absolutionem, liberè relaxet sine aliqua fideiussione,& absolutione, ne expectet, vt pro consequendis sportulis miser reus detineatur quousque se absolui petat, Si verò dubitet de nouis indicijs, relaxet illum sub fideiussione, si illā habere potest inquisitus, alias sub iuratoria cautione, maxime si post illatam torturam per viginti, vel triginta dies illum in carceribus retinuit iuxta not. per Iod.in dicta pract.crimin.c.40. tit.de negat. patientis in tortura, in princ.num.1.& 2.Petr.Caball. in d.casu 93.nu.25.& 26.in fine, vbi dicit, quod sibi multū placet, vt quando simpliciter relaxatur causa cognita à carceribus sine sententia ex eadem causa superuenietibus nouis indicijs, iterum molestari possit post Boss. in tit.de sentent.nu.60.Baiard.q.57.nu.7.

18 Noua autem indicia superuenire dicuntur, quando non sunt de illis, quæ in processu antea extabant, sed diuersa, quia super primis iā purgatis non potest fieri fundamentum, etiam si melius probarentur, quia non dicitur tūc superuenire nouum indicium, vt opus est, sed noua indicij veteris probatio, quæ non sufficit, Guid.de Suxar.in tractatu de indic.& tortur.num.57. vers sed pone, & ibi ponit exemplum in torto, qui dixit ibi illa nocte neminem iacuisse, vbi maleficiū fuerat commissum, & postea fuit inuentum per testes, quod, ibi, aliquis iacuit, Beluis.in pract.crimin.titul.de quęst.nu.92.vers.iudic.Guid.Bal.de Pereg.in tractatu de quæst.& torment.cap.1.nu.6.vers.Tu dic.Brun.de iudic.p.2.q.5.nu.63.vers.sed cum hic fiat,& noua indicia dicuntur ea, quæ differunt à præcedētibus specie, vel substantia, vt puta prima indicia erāt de mala fama rei, vel de inimicitia cū offenso, superuenit postea vnus testis de visu, vel dicit vidisse illum cū gladio euaginato,& noua indicia sunt siue procedant ex dicto torti, siue aliunde.Boss.tit.de tortur. sub nu.42. Iulius Clarus,q.64.nu.46. Petr.Caball. dicto casu 99. num.43. & seq. de quo dicam latius inferius suo loco defens.30.c.23.nu.8.

19 Quarto autem tempore duret huiusmodi ius procedendi, iterum contra reum post absolutionem ab obseruatione iudicij, vel post torturam. Doct. sunt in varijs opinionibus, quia Follerius in pract. crim. can. c.35.n.10.vers.sed pone, dicit quod hoc poterit infra triginta dies si prosequatur iudex primum iudicium iam intentatum,l.libellorum,§.fin.ff.de accusat. si verò nouum iudicium intentetur fieri poterit infra tantum tempus infra quod durat ius accusandi, & inquirendi,& non vltra,l.accusator,ff.de adulter.quā decisionem sequitur, Farinac.q.4. num.29. vers.sublimita hanc quintam limitationem.

Alciatus verò in l.si calumnietur,num.4. & 5. ff.de verborum signif.dicit, quod elapso biennio inquietari amplius non poterit & sic dicta clausula rebus sic stantibus, vel ex hactenus deductis euanescat lapso biennio, cum tanto temporis spatio duret instantia causæ criminalis, l.vnica, C. vt intra cert. tempus, & quod vulgares latrunculatores aliter credētes bis errant. Caualc.de Brach.regio par.6. nu.576. vers.& in proposito.

Thesaurus autem decis.81.sub num.1. vers.& hæc clausula, credit saltem requiri decennium, quasi quod illud tēpus videatur tacitè datum à iudice, vt interea, quis possit alia iura sua perquirere, in qua re longum tempus concedendum est decem annorum inter pręsentes,& viginti inter absentes, Rub.& toto titulo,C. de præscript.long.temp.10. vel 20. ann. cum non sit angustāda via probationis, de ista opinione. Thesaur. contra Alciat.mentionem facit.Caualc. dicta parte 4. nu.279.in fine, sed dicit esse videndum eumdem Thesaur.decis.208.

Petr.Caball.in quæst.crimin.cas.93.num.30.& seq. post relatas supradictas opiniones, ipse credit, quod sit verior opinio illa, vt tanto tempore possit inquie-

tari

tari per superuenientiam nouorum indiciorum quãto tempore durat ius accusandi, vel inquirendi, quia lata sententia ab obseruatione iudicij, vel cum illis clausulis, non pereunt acta ordinaria, quorum effectus erant iam consumati per litem contestatam in illo iudicio factam; sed durant adeò, quod tẽpus, quod antea lapsum fuerat, non habetur in consideratione, sed adhuc superesse intelligatur illud totum quod à lege conceditur ad procedendum cum præscriptio iam incœpta fuerit interrupta per litis contestationem, & talis interruptio non pereat perempta instantia per dictam sententiam absolutoriam, & ibi dicit Petrus Caball, num. 33. circa finem, quod ista est ratio verissima, & à nemine in proposito considerata. quam probant scribentes in l. properandum, § etsi quidem, C. de iudic, & in l. secunda, C. de fruct. & litis expens. & habetur per Capic. decis. 11. num. 8. vbi inquit, in hoc nullam habitam fuisse rationem opinionis Soccini contrarium tenentis.

20 Ius autem accusandi durat per annos viginti, & nõ vltra, quia tanto tempore præscribitur omnis accusatio criminalis l. quærelam. C. de fals. Boer. decis. 26. nu. 5. & seq. vbi de communi Iul. Clar. q. 51. num. 1. Petrus Caballus q. crimin. 93. num. 34. & ego latè dixi in hac secunda defensione cap. 2. in princ.

21 Amplia supra firmatam cõclusionem, vt semel absolutus amplius inquietari non possit, etiam si noua qualitas delicti proponeretur post absolutionem, quæ non alteret, neque diuersificet delictum, secus si alteraret, vel diuersificaret delictum, vt puta si quis fuerit imputatus de homicidio simpliciter, & de eo fuerit absolutus, quia si deinde imputetur de homicidio cũ qualitate parricidij, poterit denuò molestari, quia nõ dicitur inquiri isto casu super eodẽ delicto, sed super diuerso, & ideò non continetur sub dispositione, capituli de his, de accusa. & ita declarat post alios, quos allegat Foller. in pract. canon. cap. 35. nu. 8. Antonius Gomez tit. de delictis c. 1. nu. 27. & Farinacc. q. 4. n. 4. & præcipuè sub vers. si vero noua, vbi subdit post Follerium, & Antonium Gomez, quod si dicta qualitas, quæ non diuersificat delictum, etiam si augeret pœnã delicti non erit sufficiens ab inducendum, vt iterum possit molestari, sed debet proponi ante condemnationem, vt de ea aliqua ratio haberi debeat, sed Caualc. de Bracb. reg. p. 4. nu. 274. dicit, quod opinio Farinacc. non seruatur in practica, vt non possit iterum inquiri ob qualitatem superuenientem, quæ non diuersificet delictum, sed ego puto, quod Caualc. in hoc decipiatur.

22 Amplia procedere etiam in militibus delinquentibus in Castris, qui si fuerint absoluti, vel condemnati ab eorum Tribunis, vel Colonellis, seu Ducibus dicũtur bene absoluti, & condemnati, vt amplius molestari non possint, text. in l. officium regentis, §. officium Tribunorum ff. de re milit. Martin. Laud. in tract. de milit. q. 37. Farinacc. q. 4. num. 4. vers. Amplia quarto, vbi alios allegat, & dicit, quod in tantum est verum, vt milites delinquẽtes in Castris si fuerint reperti extra Castra debeant remitti ad Magistrum Militum; & ibi testatur, quod ita in facto obtinuit, & latissimè idẽ Farinacc. cons. 4. n. 17. cum plurib. seq. ad saturitatem scripsit in isto articulo, & concordantes cumulauit.

23 Amplia vt procedat non solum in absoluto, sed etiam in condemnato pro vno delicto, vt amplius molestari non possit. Maran. de ord. judic. tit. de inquis. nu. 40. Corrad. in pract. tit. de inq. n. 11. Iul. Clar. q. 57. in princ. Farinac. q. 4. nu. 2. vbi alios allegat, & testatur de communi. Franc. Becc. cons. 69. nu. 1. & seq. lib. 1.

Amplia etiam si ab vno iudice fuerit reus cõdemnatus minori pœna, quam delicti qualitas requirebat, vt amplius inquietari non possit, Bald. cons. 34. in fin. lib. 1. quem sequitur, & à contrarijs defendit. Boer. decis. 289. nu. 1. & seq. vbi testatur ita quotidie in practica seruari, & eandem opinionem amplectitur. Carauit. ritu 272. nu. 24. vers. etiam si minus. Bonifat. in tract. de furt. §. 3. nu. 35. circa fin. vbi subdit post alios quos allegat, maximè procedere, quando pœna iam imposita esset pœna ordinaria delicti.

24 Quam ampliationem limitabis, quando iudex, qui imposuit minorem pœnam, & non condignam delicti habet iurisdictionem separatam, & diuersam à iurisdictione alterius iudicis, qui tunc si minori pœna cõdemnatum punire intendit, tunc vnus iudex non prohibetur non condignè condemnatum ab alio iudice, eumdem reum debita pœna punire. Marant. p. 4. distinct. 1. nu. 13. & p. 6. nu. 92. Becc. qui alios allegat, & & communem dicit in cons. 69. nu. 3. & seqq. libro 1. Scacc. de Iud. lib. 1. c. 12. nu. 84. de ea ratione; quia crimen vtriusque fori potest puniri ab vtroque iudice, non solum quando pœna imposita fuit extraordinaria, verum etiam ordinaria, vt post Aret. cons. 58. n. 8. Barbat. cons. 75. sub nu. 3. lib. 3. firmat Farinac. in q. 4. nu. 2. vers. si tamen iurisdictio, Aduocatus autem aduersus istam declarationem, videat Caualc. de brach. reg. p. 4. num. 281. vbi firmat, quod semel punitus in pœnis afflictiuis, vt in ictibus funis, aut in frustra, vel in abscissione membri vel in exilio, vel in banno postquam sententia executa est, vt non possit ab altero iudice amplius puniri ex traditis per Bald. Felin. & Put. in locis per eum relatis, sed de ista ampliatione vide latè infra in defens. 36. c. 11. per totum.

25 Itemque erit quando per vnum iudicem mediante corruptela, vel collusione fuit imposita minor pena, quia per alium iudicem puniri poterit, cum sententia lata per sordes non prosit ei, ad cuius fauorem lata fuit. Farinac. d. q. 4. nu. 2. vers. etsi rursus. Decian. lib. 4. c. 16. nu. 7. vbi allegat. Bal. cons. 392. vol. 4. Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 10. Caualc. d. p. 4. nu. 272.

26 Collusio, vel fraus præsumeretur, si pro homicidio judex imposuerit pœnam pecuniariam delinquenti, & nulla possit considerari qualitas per quam esset recedendum à pœna mortis, & ordinaria delicti, vt firmat. Farinac. in d. q. 4. nu. 2. in fine declarando Iul. Clar. in q. 57. vers. dictum est.

27 Amplia etiam si fuisset absolutus per viam exceptionis, vt non possit iterum per viam accusationis molestari, argumento l. quod in diem §. si rationem ff. de compensat. & notat. in capit. super his, de accusat. Dec. in tractatu criminali tomo 1. libro 3. capit. 30. numero secundo, vbi tamen post Bart. in l. si cui, §. 1. numero quinto, ff. de accus. dicit hanc ampliationem procedere quando exceptio opposita est ad eundem finem ad quem solent proponi accusationes, nempè ad puniendum, secus si ad alium finem, vt si oppositũ fuisset crimen falsi ad repellendũ ab accusatione, quia non prohibebitur iterum per viã accusationis inquietari, & ibi sub nu. 3. latè ponit exemplum, quando crimen opponatur ad puniendum, vt si vir accusaret vxorem

xorem

xorem de adulterio, & ipsa exciperet, quod persuasione viri adulterium commisit, vt possit de lenocinio puniri per viam exceptionis opposito l.2.§.si publico ff. de adulter. & dicit idem esse in quacunque exceptione concernente negocium de quo agitur, vt si opponatur de falsitate testium cōtra aliquem deponentium, & probetur falsitas, non solum repellantur illi testes, verum etiam puniri possint, l. nullum C. de test. secus si opponeretur aliqua exceptio, quæ non tangeret negocium principale, de quo agitur, vt si ad tollendam fidem testi opponatur contra eum de homicidio, & probetur, licet tanquam homicida repellatur, tamen non poterit inquietari super homicidio cum non concerneret causam, de qua tractabatur, vt firmat Decian.in d.c.30.nu.3.

28 Quod tamen hodie in practica non admitteretur, cum constito iudici de delicto exprobationibus factis per viam exceptionis iudex possit ex officio inquirere, & criminaliter punire. Iulius Clarus, q.19.num.2, vers. bene verum est, etsi verò agatur criminaliter per viā exceptionis sine altercatione, procedit iudex cōtra delinquentes, ac si ageretur per viam accusationis Iulius Clarus dicta q.19.n.3. vers. hic infertur, & vers. sequentibus. Et ideo parum est curandum quicquid colligitur ex cap.in fine de ord. cognit. & ibi per scribentes, quod opponens exceptionem, si dicat illam opposuisse ad vindictam hoc probare debeat, cū regula sit in contrarium, vt exceptio nō tendat ad vindictam, quam dubitationem. Decian.in d. lib.3. to.1. c.30.nu.4. ponit, & Farinac.q.4.n.39. post alios, quos allegat dicit, quod quando agitur incidenter per viā exceptionis non imponitur regulariter nisi pœna extraordinaria, ideo poterit iterum molestari, ad pœnā ordinariam imponendam, & ideò in illis casibus pro quibus incidenter imponitur pœna ordinaria nō poterit denuò molestari.

29 Amplia, vt sit vera conclusio, etiam si per viam dispensationis, vel indulgentiæ, vel abolutionis fuisset absolutus, gloss. per illum text.in cap. ex tua in verbo irritati de fil. presbyt. & in capit. final. in gloss. pen. de temp.ord. & in cap.2.in gloss.1. de schismat. Decius cons.173. in princ. Decian.in d.c.30.nu.7. & sub n.8. declarat hoc procedere in dispensatione facta de crimine notorio, secus si de occulto, quia tunc dispensatio haberet vim absolutionis à sacerdote facta, quæ non impedit accusationem, vt inferius dicam in limitatione.

30 Amplia in absoluto mediante iuramento sibi delato per iudicem, vel per partem in casibus, in quibus potest in criminalibus deferri, de quibus per Bart. in l. maritus in fine, de quæst. in l. si cui §.1.nu.7. de accusat. Decian.d.c.30.nu.9. vbi rationem adducit, quia si absolutio per sententiam rem iudicatam inducit, vt iterum nō possit accusari, multo minus absolutus per iuramentum, cum maiorem habeat auctoritatem, quā res iudicata per text in l.2. in fin. ff. de iur. iuran. vbi tamen subdit, dummodo sequuta fuerit sententia absolutoria secundum iuramentum, vt per Abb. & Butr. in cap. exterrarum in fine, de purgat. Canon. & dummodo accusatio à qua fuit absolutus per iuramentum tenderet ad vindictam, & pœnam criminalem, & Farinac.q.4.nu.42. post alios, quos allegat dicit, quod si in ista denunciatione euangelica non fuit deuentum ad pœnam ordinariam, sed tantum ad emendam poterit iterum accusari, & puniri, secus si fuerit deuentum per iudicem ad ordinarium processum, & denuciatus per iuramentum plene delicto satisfecisset, non poterit iterum molestari.

31 Amplia in absoluto per lapsum temporis, vt per præscriptionem, vel quia fuerit perempta instantia, vt non possit molestari etiam si delictum fateretur. Decian.in d.c.30.nu.11. Marian. Socin.in cap. de his nu.38. de accusat. Baiard. q.58.nu.13. & ego superius in suis locis latè dixi.

32 Amplia in liberato à crimine per transactionem, vel pactum, seu per pacem sequutam, vt nō possit denuò molestari. Decian.in d.c.30.nu.10. vide latissimè Farinac.in q.4.num.31. vbi dicit, quod licet ab eadem parte à qua remissionem habuit inquietari nō possit, poterit tamen à tertio molestari, & hæc est differentia, inter sententiam, & transactionem, quia sententia facit ius quo ad omnes, transactio autem quo ad trasigentem tantum, & ibi plures alios concordantes allegat, & testatur de communi, & longa serie ad hanc communem opinionem ponit plures declarationes, & illas iuribus, & auctoribus comprobat, & dicam infra in defensione circa accusationem.

33 Amplia, quando alicui fuisset promissa impunitas, qui ad Ecclesias confugisset, & ex eis sub impunitate extractus fuisset, vt non possit amplius de iure canonico ab aliquo iterum molestari, gloss. in cap. reum 17. q. 4. communiter approbata à Doct. vt testatur Decian.in d.c.30.nu.12. de qua ampliatione latè tradit. Marian. Soccin.in c. de his num.16. de accusat. Quæ ampliatio procedit in casibus in quibus cōfugiens ad Ecclesias tutus esset, de quibus in c. inter alia de immunitat. Eccl. Decian.in d.c.30.nu.12. in fine.

34 Amplia in absoluto in priuato iudicio, puta iniuriarum ad vindictam, quia non poterit publico iudicio accusari, l. Prætor §.1. ff. de iniur. vbi disponitur, quod contra homicidam fuerit actum actione iniuriarum ad vindictam non poterit postea l. Cor. de sic. accusari. Decian. d. lib.3. to.1. c.30.nu.13. Farinacc. q.4. nu.40. vbi alios allegat, & in specie. Boss. tit. de sent. num.77. Iul. Clar. q.57. vers. & hæc quidem. Foller. in pract. can. c.17. nu.20. Couar. Variar. resolut. lib.2. c.10. sub nu.2. vbi sub nu.41. proponit quid in condemnato ob crimen ciuiliter deductum, & pro resolutione tradit distinctionem, vt si fuerit pœna ordinaria punitus, non possit amplius molestari, secus si non pœna ordinaria, sed alia leui pœna, quia poterit iterum molestari.

35 Amplia in absoluto, quia ciuiliter cum eo actū fuit, & fuit absolutus, quia crimen non comisit, non quia probatum non fuit l. si quis cum totum, ff. de except. re iudicata cum alijs iuribus allegatis per Decian. in d.c.30.nu.14. Vbi tamen subdit procedere in eo, qui egit ciuiliter, & vellet modo accusare criminaliter, secus in tertio, quia poterit per Bar. in l.1. ff. vi bonorū rapt. & in l. qui de crimine C. qui accus. non poss. Farinac. q.4.nu.41.

36 Bene verum est, quod in dubio præsumitur absolutus, quia non fuit probatum, & non quia delictum non cōmisit, vel quia sit innocens. Bart. in l. ex duobus, q. 10. ff. de duobus rei, latè Marianus Socinus in cap. de his sub num.17. vers. quandoque, & octauo. Decianus in d.c.30.nu.15.

37 Amplia in absoluto ab homicidio, vt nō possit molestari

leftari fuper aliqua fpecie, vel qualitate, quæ prætenderetur in homicidio, vt fi proponeretur fpecies parricidij, fecus fi fuerit abfolutus ab adulterio, quia poterit moleftari fuper inceftu, cum ifta delicta proponantur tamquam diuerfa, & non tamquam genus, & fpecies, vt declarat Decian. in d. c. 30. nu. 16. vbi fubdit, nifi fuiffet abfolutus, quia nullam copulam carnalem cum muliere habuerit, & fub num. 26. dicit, quod abfolutus ab homicidio poterit inquietari de facrilegio, nempè propter homicidium commiffum in Ecclefia contra l. fi quis in hoc genus. C. de Epif. & Cleric. prout tenet in hoc exemplo etiam Marian. Soc. in c. de his in antep. colum. verf. 5. limitatur de accuf.

39 Amplia in eo, cui fuit impofitum perpetuum filentium, vt non poffit ad inftantiam eiufdem amplius moleftari, fecundum vnum intellectum probat tex. in cap. licet de accufat. Decian. in d. c. 30. nu. 20.

40 Amplia etiam, fi poft abfolutionem duraret diffamatio, quod ipfe crimen commiferit, vt abfolutus nõ poffit amplius moleftari, vt poft Abb. Anan. & Lancell. in locis per eum relatis firmat. Decian. in dicto cap. 30. num. 21.

41 Amplia quando fuit à iudice condemnatus pœna tantum pecuniaria, cum debuiffet pœna corporali puniri, vt non poffit iterum accufari, vt corporaliter puniatur Ioan. Andr. in add. ad Speculat. in tit. de ac-
42 cufat. Paul. de Caftr. conf. 348. nu. 1. circa med. vol. 1. Baiardus q. 57. num. 22. in fin. qui firmant quatenus poffet puniri pœnam pecuniariam ei effe reftituendam, & puniendus erit pœna corporali.

43 Amplia quando quis fuit accufatus de vulnere, & poftea fequuta fuiffet pax cum vulnerato de vulnere, & de toto eo, quod inde fequi potuiffet, & fic abfolutus ex forma ftatuti, quod habẽs pacem abfoluatur foluendo tantam quãtitatem, nam fi poftea fequatur mors, non poterit accufari de occifo. Speculat. in tit. de accufat §. 1. num. 5. verf. fed pone vbi latè Marian. Socin. in capit. de his col. pen. verf. pone, quod de accufat. Idemque quando in accufatione fuit facta mẽtio, quod vulnus erat lethale, quia fi fequatur mors poft pacem initam, vel poft condemnationẽ non poterit iterum moleftari, fecus fi de morte, vel lethali vulnere non effet facta mentio. Decian. in d. cap. 30. Baiard. q. 57. nu. 21. & feqq. de qua ampliatione ego latiffimè dixi in meo tractatu de pac. treug. verb. & caut. de non offendend. in 1. p. Sed bene poterit iterũ puniri fi deducatur qualitas cicatricis in vulnere, vt grauiori pœna puniatur, nifi accufator in prima accufatione dolosè cicatricem omiferit. Bero. conf. 196. nu. 3. vol. 3. Lancell. de attent. p. 2. c. 12. limit. 27. n. 10. Baiard. dicta quæft. 57. num. 22. vbi alios concordantes allegat.

44 Primo limita fupradictam conclufionem, vt femel abfolutus, vel condemnatus amplius fuper eodẽ delicto inquifitus moleftari non poffit, quando accufator, feu iudex colluferit, vel præuaricatus fuiffet, quia tunc poterit iterum accufari tex. in l. 3. ff. de præuaricator. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. nu. 6. vbi dicit idẽ effe fi collufio interuenerit cum teftibus, vel tabellione. Iulius Clarus in §. fi. q. 57. verf. vlterius quæro. Foller. in pract. can. crim. c. 35. nu. 4. Couar. var. ref. lib. 2. c. 10. verf. 2. nunc demùm. Farinacc. qui alios allegat, & teftatur de communi q. 4. nu. 13. Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 30. nu. 22. vel fi fuerit abfolutus non feruatis feruandis, qui à fuperiore talis fententia poteft retractari, latè qui alios allegat. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu 274. verf. item quando, & num. 284 vbi tamen declarat, quod fupremus magiftratus femel tantum poteft. d. fententiam declarare, interpretare, vel retractare, & non pluries.

45 Præuaricator quis dicatur, & quando, quis incidat in iftud crimen, & vnde habuerit originem, vide latiffimè Menoch. de arbitr. caf. 323. per totum libro 2. & Farinac. in dicta q. 4. nu. 14. & feqq. ibi reafumit & repetit latè fcripta per Menoc. & ibi etiam concordantes allegat, & quomodo probetur præuaricatio, vide Bart. in l. 1. §. præuaricationem ff. ad Turpil. Decian. in d. c. 30 nu. 22. in fin.

46 Secũdo limita nifi, qui vellet iterum accufare profequeretur fuam, vel fuorum iniuriam, & allegaret, ac probaret ignorantiam primæ accufationis intentatæ contra inquifitum, quia his duobus concurrentibus poterit denuò accufare, licet prius fuerit abfolutus, vel condemnatus tex. in l. fi cui. §. 1. de accufat. l. maritus. §. fi ante ff. de adult. Ant. Gomez. tit. de delic. c. 1. n. 26. in fine, Iul. Clar. q. 57. verf. fed pone Farinac. q. 4. n. 10. vbi concordantes allegat. Carauit. rit. 272. n. 23. & feq verf. non obftant iura, & verf. dici etiam poteft Decian. in d. c. 30. nu. 23.

47 Ignorantia autem probabitur eo ipfo, quod non probetur ex aduerfo fcientia, gloff. in d. §. 1. l. fi cui de accufat. ac probabitur etiam iuramento proprio, & alijs coniecturis. Marian. Socin. in d. cap. de his nu 21. verf. 2. limita. Decian. d. c. 30. nu. 23. in fine, ex illa generali conclufione, quæ fe habet, cum ignorantia fit quid confiftens in animo; ideò regulariter probatur per iuramentum. Decian. in capit. propofuifti 82. diftinct. vbi Abb. nu. 9. Dec. nu. 18. Mant. nu. 55. extr. de conftit. Menoch. de arbitr. cafu 186. nu. 1. lib. 2. Farinac. dict. q. 4. nu. 21. vbi fubdit, dummodo fuerit ignorantia verifimilis, & probabilis, & ibi ponit exempla.

Item probabitur per abfentiam. Ant. Gom. d. c. 1. nu. 26. in fine. Foller. in d. c. 35. nu. 7. cum fit regulare, quod ex abfentia præfumetur ignorantia. Farinacc. dicta q. 4. num. 21. vbi alios allegat, ficut è contra ex præfentia fcientia regulariter præfumatur. Foller. in dicto cap. 35. nu. 7. Iul. Clar. dicta q. 57. verf. fed pone, Couar. var. refol. lib. 2. c. 10. fub nu. 1.

Ac etiam ignorantia probabitur fi ille, qui fuperuenit in accufando erat minor tempore, quo ille inquifitus fuerat abfolutus, vel condemnatus. Foller. in dicta pract. can. crim. c. 35. nu. 7. Farinac. d. q. 4. nu. 21. circa finẽ vbi fubdit, quod in practica ad effugiendas dictas difputationes fuper ignorantia, vel fcientia, folet pars offenfa citari ad fumminiftrandum indicia, & ifto cafu non poterit amplius ignorantia allegari, & quod ita in Vrbe practicatur, & de eadem practica mentionem facit Iulius Clar. d. q. 57. verf. & hæc quidem conclufio per Boff. tit. de fent. n. 81. fed ego quidem nunquam vidi practicari, quod aliquis, qui accufationem nõ propofuit, neque partes in iudicio fecit, vt citetur ad dicta indicia fubminiftranda, prout afferit. Farinacc. fateor bene quod erit bona cautela, vt citentur omnes, qui poffent prætendere intereffe in caufa ad dicta indicia, vel probationes fubminiftrandum ad tollendum, ne amplius poffit audiri ex prætextu ignorantiæ, & quomodo probetur ignorantia, & è contra accufatus qualiter probabit fcientiam il-

lius,

lius, qui vult eum accusare de nouo videatur. Mariã. Socin. in c. de his nu. 47. de accusat. Baiard. q. 57. n. 8.

48 Quæ limitatio intelligitur solummodo in delictis magnis, & atrocibus, & vbi vigeret magna causa, alias semel absolutus, vel condemnatus, nõ poterit amplius molestari etiam si suã, vel suorum iniuriam quis prosequi vellet per Text. in l. si cui §. eisdem vers. magna ex causa de accusatio. & bene notat. Iul. Clar. in dict. q. 57. vers. sed pone in fine. Farinac. d. q. 4. num. 22. vbi subdit, & nisi præstaret cautionem de reficiendo expensas, & damna in euentum succumbentię per Mot. prop. Pij IV. super reformat. Tribun. Vrb. vers. non præsequatur fiscus causam appellationis.

49 Tertio limita non procedere in eo, qui fuit absolutus, vel condemnatus in foro pœnitentiali à Sacerdote, siue pœnitentia fuerit publica, siue priuata, siue etiam solemnis, poterit in foro exteriori criminaliter puniri, gloss. in capit. admonere in verbo pœnitentia 33. q. 2. & in cap. penult. in verbo quib. de pœn. dist. 1. in c. 1. de schismat. in gl. 1. in fin. in cap. gaudemus, in gl. finali, de diuort. Farinac. q. 4. nu. 5. & 6. vbi de cõm. & alios allegat, & contrarios reprobat, & vltra illos per eum allegatos. Marian. Soccin. in cap. de his, nu. 9. vers. si verò denunciatus fuit de accus. Decian. tom. 1. lib. 3. c. 30. nu. 28. in tract. crim. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 274. in fine, vbi tamen dissentit quando pœnitentia fuit publica, & allegat. Marsil. sing. 639. vbi latissimè, qui cõcordantes cumulauit. Menoch. de arb. cent. 6. cas. 539. n. 31. & seq. vbi dicit procedere etiam in crimine blasphemię, & etiam si Sacerdos confesso magnam pœnitentiam imposuisset. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. nú. 40. sequitur Iul. Clar. q. 57. nu. 10.

50 Quarto limita in iudæi effecto Christiano, vt per Baptismum non liberetur à delicto commisso per eũ ante baptismum secundum communem opinionem attestatam per Doct. in vnum cumulatos per Marquard. in tractatu de iudæis p. 3. c. 5. num. 1. vbi etiam adducit nonnullos alios contrarium tenentes, & de veriori opinione, quod baptismus non extingeat delicta testatur. Decian. in d. c. 30. nu. 28. in fine.

Quæ communis conclusio indubitanter procedit, quando infidelis baptismum suscepisset in fraudẽ pœnæ, & non intuitu fidei, & Dei, Marquard. in d. cap. 5. nu. 2. & 3. vbi quamplures alios concordantes allegat, & docet in fraudem præsumi suscepisse baptismum, si illum susceperit post accusationem, aut diffamationẽ, aut si fuisset in crimine depræhensus.

Erit autem consultum iudæo, vel infideli venienti ad fidem, vt adeat summum Pontificem, vel alium supremum Principem, sub cuius ditione extaret, vt gratiam sibi faciat de criminibus prius commissis, qui de facili ei gratiam faciet, vt per Dec. in cons. 127. vol. 1. & Paris. cons. 1. vol. 4. Marquard. d. c. 5. n. 3. in fine.

51 Iudæi autem possunt liberari ab omnibus criminibus ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinali S.R.E. Camerario, quibus in vim suarum facultatum gratiã facit de omnibus eorum excessibus, præterquam de quibusdam in dictis facultatibus expressis, & nisi fuerint de eis accusati, vt etiam firmat. Farinacc. in q. 6. num. 21. vbi admonet. Aduocatos, vt sciant Hebræos in hac parte defendere, de quo ego latè dixi in meo tract. de confiscat. bon.

52 Et isti infideles effecti Christiani non eximuntur ab obligatione, & restitutione male oblatorum, & emendatione damni per alium passi, neque baptismus præiudicat iuri alteri quæsito ante baptismum neq; tollit vitia personalia, & personæ inhærẽtia, nec peccatum, per quod incurritur non satisfaciendo homini per restitutionẽ male ablatorũ, vt per Marquard. in d. 3. p. c. 5. nu. 6. vbi etiam concordantes allegat.

53 Quinto limita quando quis fuerit absolutus ab obseruatione iudicij propter ineptitudinem libelli, vel accusationis, vel quia non erat legitimus accusator, quia poterit ab eodem, vel ab alio accusari infra terminos statutos, l. libellorum ff. de accus. cap. libellorũ 2. q. 8. gloss. fin. in c. 1. de accusat. Spec. in tit. de abolit. vers. porro Decian. d. c. 30. nu. 27. vbi subdit idem esse si nomen accusati fuisset abolitum ex eo, quod accusator mortuus fuerit, dũmodo infra triginta dies per dict. l. libellorum. §. fin. & quod nulliter absolutus in criminalibus possit ab eodem iudice seu à successore iterum inquiri, & processari, est text. in l. si accusatoribus, vbi Bald. in summ. iunct. num. 6. & seqq. Salicet. nu. 1. & nu. 11. & 12. C. de accusat. Farinacc. cons. 53. nu. 2. in fine, & quod reus absolutus, quia solemniter non fuerit facta inquisitio, & non fuerint datæ copiæ parti, neque datus terminus ad faciendum defensiones, & ex abrupto iudex deuenerit ad absolutionem possit iterum inquiri, & processari. Paul. de Cast. cons. 348. nu. 1. circa med. vol. 1. prout solet contingere in fine officij, quãdo officialis vult parti gratificari, vel implere crumenam, vt per Pari. de Put. in tractatu de synd. in verbo pœna §. iuxta prædicta, quem refert, & sequitur Io. Ant. de Nigr. super capit. Regn. c. 40. n. 6. de except. & re iud. & Baiard. in q. 57. nu. 16. & seq. & hinc transiuit in adagium, quod tempore discessus cassentur mille processus.

54 Sexto limita in Monacho punito à suo Abbate nõ pœna ordinaria delicti, quia poterit ab Episcopo loci puniri pœna ordinaria. Decian. in d. c. 30. num 29. etsi Clericus pro adulterio composuit cum officiali Episcopi, non impeditur Episcopus eundẽ punire. Paul. de Castr. cons. 348. per tot. vol. 1. Baiard. q. 58. nu. 18. Concil. Trid. ses. 25. c. 14.

55 Septimo limita in absoluto, vel cõdemnato in foro Ecclesiastico, quia in delictis mixti fori poterit iterũ molestari in foro sæculari, de qua limitatione latè dixit. Farinacc. in q. 4. nu. 7. & seqq. vbi distinguẽdo plures casus illam resoluit, & melius latis. Scacc. de iud. lib. 1. c. 12. nu. 81. cum plur. seqq. & dicam latè in defens. 36. c. 11. per totum, sed quid è cõtra in condemnato, vel absoluto à iudice sæculari, an possit puniri à iudice Ecclesiastico. Scacc d. c. 12. nu. 83. vbi de communi, & reddit bonam rationem, & Farinac. in d. q. 4. nu. 12. post Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. nu. 40. in fin. & Iul. Clar. q. 57. sub vers. sed quæro dicit, quod si pœna imposita à iudice sęculari est minor illa, quam pro eo crimine poterat imponere iudex Ecclesiasticus, possit iterũ a iudice Ecclesiastico molestari, sed Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 10. nu. 5. post alios per eum allegatos firmat indistinctè, quod iudex Ecclesiasticus possit eumdem punire secundum dispositionem iuris canonici. Scacc. d. c. 12. nu. 83. Sed in ista limitatione videntur Doct. tenere communiter, quod absolutus ab vno iudice in delictis mixti fori non impediantur, quod alter non procedat, & puniat finito processu per iudicem, qui præuenit, cum iudex Ecclesiasticus non teneatur stare processui iudicis laici,

& è

& è contra, vt de communi, & veriori opinione teſt. tur. Caualcan. de Brach. reg. parte 4 numero 242. ſed de iſta limitatione vide latè in Defenſ. 36. capit. 11. per totum.

56 Octauo limita ſi poſt abſolutionem quis fateretur delictum pro quo fuit abſolutus, & dicat iniuſtè fuiſſe abſolutum, quia poterit iterum proceſsari, & puniri, vt latè per Foller. in practic. crim. 1. p. 3. partis princ. in verbo, etſi confitebuntur, nu. 40. & ſeqq. Farinac. q. 4. num. 43. vbi teſtatur de communi, & ibi reſpondit iſti obiectioni, in qua omnes Doct. ſe fundant, vt confeſſio, non noceat confitenti, ſi contra eam fuerit pronunciatum, quia intelligitur de confeſſione emanata ante ſententiam contra quam fiſcus poſt ſententiam amplius venire non poteſt, cum illam prius impugnauerit, ſecus in confeſſione emanata poſt ſententiam. Boſſ. tit. ſi aduerſ. rem iudic. nu. 28. Caualc. d. p. 4. nu. 285. in fine, vbi ſubdit maximè procedere ſi fiſcus reclamet. Sed quod ſi quis ſponte confeſſus fuit delictum, & iudex illum abſoluerit, non poſſit amplius vi illius confeſſionis cōdemnari. Boerius deciſ. 289. numero 9. & Roland. conſilio 31. numero 23. volum. 3. Baiard. quæſt. 57. numero 15. vbi plus ſubdit, quod talis confeſſio, nec etiam confitenti præiudicabit quo ad indicium ad torturam.

Quæ limitatio eſt vera, quando quis fuit diffinitiuè abſolutus, vt non præiudicet ſibi etiam propria confeſſio, ſecus ſi nō fuerit abſolutus diffinitè, ſed ab obſeruatione iudicij, quia vigore dictæ confeſſionis extraiudicialis poterit iterum moleſtari, & torqueri, vt declarat idem Fariſacc. in dict. q. 4. nu. 44. & ſeq. vbi dicit, quod ita vidit obſeruari in quodam fauſto de Palumbaria, qui vigore confeſſionis extraiudicialis poſt abſolutionē ab obſeruatione iudicij fuit tortus, & faſsus, & furca ſuſpenſus, & ego etiam habui in facto in quodam Thoma Picciafoco imputato de ſtricſo in quodam exploratore, qui poſt abſolutoriam cū clauſula ex hactenus deductis faſsus fuit delictum, extraiudicialiter, & iterum fuit carceratus, & tortus, ſed ſubſtinuit.

57 Quid autem ſi reus fuerit abſolutus, vel condemnatus à iudice loci delicti, an poſſit puniri à iudice originis, vel domicilij dixi ſuprà in prima defenſ. capitolo 14.

Dum tractaui materiam remiſſionis, & latè de iſta materia ſcripſit Decian. in tract. crimin. to. 1. lib. 4. c. 16. nu. 7. & ſeqq. Viu. opin. 420. nu. 4. Farinac. q. 7. nu. 26. verſ. ſed tertia, vbi impugnat. Viu. vbi ſupra; & indiſtinctè tenet, quod abſolutus, vel condemnatus in vno loco, etiam quod iuriſdictiones ſint diſtinctè, & ſeparatè non poſſit alibi puniri neque inquietari, & ibi teſtatur de veriori opinione ceſsante fraude, vel colluſione, ſed Baiard. quæſt. 57. num. 27. impugnat. Farinacc. & illum reſtringit ad caſum abſolutionis in loco delicti, & quod de conſuetudine aliter obſeruetur quā Farinacc. affirmat, teſtatur Caualcan. de Brach. reg. parte 4. num. 243. ego autem amplector opinionem, vt non poſſit alibi moleſtari ſiue abſolutus vel condemnatus fuerit in vno loco, quando circa abſolutionem ceſsaret omnis fraus, & circa cōdemnationem, eſset condigna pœna punitus, & vide quæ dixi in dicta prima defenſione, cap. 14.

Sententia abſolutoria, vel condemnatoria lata in perſona vnius, quando proſit, & noceat alijs complicibus.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio, vel ſolutio pœnæ facta per vnum ex complicibus, ſuffragatur alteri.*

2 *Declara quando plures tenentur ex contractu, ſecus quando tenentur ex delicto, quia ſolutio facta ab vno non ſuffragatur alteri.*

3 *Sententia abſolutoria, vel condemnatoria in delictis non connexis non prodeſt neque nocet alijs; nec pœna pecuniaria, vel corporalis ab vno ſoluta liberat alios.*

4 *Quod intellige in pœna ſoluen. Fiſco ſecus in pœna ſoluenda parti.*

5 *Sententia abſolutoria lata in fauorem vnius proſit alteri in delictis connexis.*

6 *Fama bona vnius ſuffragatur alteri in delictis indiuiduis.*

7 *Sententia abſolutoria in fauorem principalis delinquentis ſuffragatur conſultori, & auxiliatori.*

8 *Sententia lata in fauorem mandantis ſuffragatur mandatario.*

9 *Aliqui autem reſtringunt, vt ſententia abſolutoria vnius ſuffragetur alteri in crimine adulterij ſolummodo ſecus in alijs criminibus quamuis connexis.*

10 *Sententia condemnatoria lata contra vnum in delictis connexis, & etiā in crimine adulterij non nocet alteri.*

11 *Sententia condemnatoria lata contra Notarium ob falſum inſtrumentum non nocet partibus.*

12 *Alij autem diſtinguunt, vt ſententia abſolutoria lata ſuper facto nempè non fuiſſe commiſſum delictum ſuffragetur alteri ſecus ſi ſuper re nempè illum non cōmiſiſſe delictum.*

13 *Alij autem declarant alio modo, vt hic.*

14 *Sententia in confiſcatione bonorum lata in conſequentiam nocet illi, qui ad illam tenetur in conſequentiā, & in condemnatione legitimæ pro delicto filij teneatur pater in conſequentiam ad illam ſoluendam etiam patre non citato.*

15 *Sententia condemnatoria lata contra innocentem per errorem non liberat culpabilem, & nocentem.*

16 *Sententia contumacialis lata contra vnum non nocet alteri.*

17 *Pax producta ab vno ex corriſſantibus etiam contumaci ad diminutionem pœnæ vigore ſtatuti conceſſa.*

C A P. VIII.

1 INquiſitus de aliquo crimine poterit per Aduocatum eximi à vexationibus curiæ, allegando, quod alter, qui prætendebatur ſocius criminis, vel complex delicti fuit abſolutus, vel fuit condemnatus, & ſoluit pœnam, ideo illius abſolutoria, vel pœnæ ſolutio ſuffragatur alteri inquiſito l. 2. ff. de duob. reis l. 1. C. eod. tit. Quæ vera loquuntur in contractibus, vbi tenentur omnes reſpectu vnius intereſse rei, vel ſummæ deductæ in obligatione, ſi Aduocatus velit multa ſcire circa quæſtionem, quando ſententia lata contra vnum præiudicet, vel non alteri videat, Card. Tuſc. in lit. S. concluſ. 174. per totam ad quem remitto, qui loquitur in materia ciuili.

2 Secus quando tenentur ex delicto principaliter ad pœnam, quia tunc ſolutio facta ab vno non liberat

alios

alios, qui videntur soluere pro suo proprio, & indistincto delicto, vt declarat. Ant. Gomez. tit. de delicto cap. 1. num. 88.

3 Ideo pro vera declaratione istius materiæ plures constituo conclusiones, & prima erit, quod in delictis non connexis à pluribus commissis vnusquisque principaliter, & de per se tenetur, & tali casu sentẽtia absolutoria, vel condemnatoria lata in persona vnius non prodest, neque nocet alijs, nec pœna ab vno soluta pecuniaria, vel corporalis liberat alios, latè Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. nu. 88. in princ. vbi iura & Doctores allegat. Ang. de malefic. in verbo, & ibi caput à spatulis, vers. sed quæro n. 13. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 155. per tex. in l. si quis ad quod §. fin. cum l. seq. ff. de iurisd. omn. iud.

4 Vbi tamen Gomez. subdit sub versic. ex quo infertur, esse verum quando agitur de pœna Fisco applicanda, secus si de re, vel interesse partis, quia solutio vnius liberaret alios, vt dicam latè infra in defens. 34. cap. 23. per totum.

5 Secunda erit conclusio in delictis connexis, vt sententia absolutoria lata in fauorem vnius prosit alteri, l. denunciasse §. final. de adulter. Ant. Gomez. titul. de delict. cap. 1. nu. 88. vers. 2. conclusio. Decian. respons. 104. nu. 36. vol. 3. Petr. de Surd. cons. 132. n. 58. vol. 1.

6 Vbi cõcordantes allegat', & ait quod in indiuiduis vnus gaudet priuilegio, vel beneficio ex persona socij, quo non posset gaudere ex propria persona, & ideò si vnus esset malæ famæ, & alij imputati essent bonæ famæ, isti, qui sunt bonæ famæ suffragantur alteri imputato, qui est malæ famæ. Menoch. de arbit. cas. 351. nu. 12. & seqq.

7 Vbi loquitur, quod sententia absolutoria principalis imputati de delictò suffragabitur etiam cõsultori, & auxiliatori, & idem firmat in cas. 352. numero 12. in princ. lib. 2.

8 Vbi loquitur, quod sententia absolutoria in fauorem mandantis suffragatur etiam mandatario, & delicta connexa dicuntur lenocinium, adulterium cum ad eumdem finem tẽdant, quamuis quodlibet de per se sit delictum. Decian. lib. 3. c. 3. n. 3. in tractatu crim. Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 156.

9 Aliqui autem restringunt d. l. denunciasse. §. final. ad crimen adulterij propter fauorem, & decus matrimonij, secus in alijs delictis etiam connexis, quia sententia absolutoria vnius non prosit alteri. Bart. in d. §. final. quem sequitur. Ant. Gomez. in d. c. 1. nu. 88. in fi. & exemplificat sequendo opinionem. Bart. in crimine incœstus, stupri, sodomiæ, & similibus, & ad leg. 80. Tauri num. 72. in fine, post Alex. in l. sæpè nu. 36. ff. de iudic. firmat hanc esse opinionem communem. Laurent. Tenn. in pract. caut. 6. num. 194. Farinac. q. 141. num. 108. in fine.

10 Sententia autem condẽnatoria in istis delictis connexis lata contra vnum non parit præiudicium contra alterum, etiam in crimine adulterij, vt per d. l. denunciasse §. fin. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. nu. 89. vers. sententia tamen, & ad leg. 80. Thaur. nu. 72. circa fin. vbi de communi. Addit. ad Iul. Clar. in q. 84. in litt. B, Farinac. dicta q. 141. num. 108. vbi subdit idem procedere in confessione vnius alteri non nocere.

11 Vt videmus, quod sententia lata contra notarium ob falsum instrumentum non obstat partibus. Petr. de Surd. cons. 173. n. 81. vol. 2. vbi concordantes allegat.

12 Pro vera autem declaratione istarum duarum conclusionum distinguendum est, aut in sententia pronunciatum fuit super facto, nempè non fuisse commissum delictum, & tunc sententia absolutoria vnius suffragatur alteri. Aut pronunciatum fuit super re, nempè illum nõ cõmisisse delictum, & tunc sententia absolutoria vnius non prodest alteri. Dynus in capit. ratihabitionem nu. 17. de reg. iur. Bar. in l. adulteram §. si eo tempore nu. 2. ff. de adulter. Ang. de malefic. in verbo, & sibi caput à spatulis nu. 13. in fine, latè Menoch. de arbitr. cas. 351. nu. 12. 13. & 14. & seq. & cas. 352. num. 12. lib. 2. vbi alios concordantes allegat, & loquitur. An sententia absolutoria ad fauorem mandantis, & etiam principalis delinquentis suffragetur consultori, & mandatario. Decian. respons. 104. n. 36. vol. 3. Baiard. ad Iul. Clar. q. 57. num. 2. & 3. Caualc. de Brach reg. p. 5. nu. 156. vbi tamen subdit, quod in practica seruatur, vt si ambo sint præsentes, ambo absoluantur, vel condemnentur, & si fortè vnus in negatiua persistat, & alter confiteatur, tunc negans absoluitur, & confessus damnatur in eadẽ sententia, si verò vnus sit præsens & alter absens, primo perficiatur processus contra absentem, & postea deueniatur ad expeditionem causæ contra præsentem, & quod ista sit vera, & tutior practica.

13 Ac etiam declaratur per Franc. in cap. ratihabitionem, num. 6. de reg. iur. in 6. vt tunc non suffragetur sententia absolutoria vnius alteri tamquam res inter alios acta, quando iura diuersarum personarum sunt diuisa, & separata, secus quando per omnia est eadẽ causa defensionis, & eodem facto sumunt originem, & ideò firmata inquisitione contra duos, vt contra Titium, quia occidit, & contra Semproniũ, quia mandauit, & contra vtrumque est probatum, sed Titius probauit, quod fecit ad sui defensionem, & Sempronius nihil probauit, probatio Titij non prodest Sempronio, vt absoluatur, quia bona fides facientis non excusat malitiam mandantis, si verò Titius probauit se fuisse absentem à loco maleficij, tunc si iudex illos testes pro veritate vtriusq; inquisitionis communiter contra vtrumque formatæ examinauit, quod potuit, & tunc per illas probationes per quas absoluitur Titius, absoluetur Sempronius, sed si iudex recepit illas probationes ad specialem defensionem Titij, tũc Titius absoluetur, & talis probatio non proderit Sempronio, sed bene tunc contra Sempronium requirantur clariores probationes de suo mandato propter præsumptionem surgentẽ ex absolutione Titij, prout etiam sequitur. Baiard. q. 57. num. 3. vbi in fine subdit, quod si ageretur per viam accusationis tũc distinctio prædicta locum non haberet, cũ acta facta inter accusatorem, & accusatum quantumcumque generalia non egrediantur ipsorum personam extradictis per Bar. in l. denunciasse §. quæritur C. de adult. & in l. adulter. §. eo tempore ff. eod.

Sed an iudex teneatur admittere defensiones, seu articulos pro carcerato continentes defensiones absentium, & contumacium, dicam infra latè suo loco.

Ac etiam declaratur, vt in his, quæ facto ab initio inhærent, & ab eo separari non possunt, & in istis, quod per vnum fit, prodest etiam alijs non facientibus, secus autem in his, quæ postea superuenerunt extra ipsum factum, & eo iã consumato, in quibus. quod vni cõuenit nõ omnibus conuenire dicitur, sed vniuscuiusque

cuiusque

cuiufque factum infpicitur,& fecūdū illud quifque iudicat, & hoc fiue agatur de augumēto obnegationē, vel cōtumaciā ex ftatutorū difpofitione, quia fi caufa propter quā fit diminutio,vel augumentum militat in vno, & in alio ceffat,debet folū habere locum in eo, in quo militat, & non in eo in quo ceffat,nō fit incōueniēs,ꝙ ex corrixātib.& fuppofitis eidē pœnæ vnus propter confeffionē ,vel pacē cōdemnetur in minus, & alter propter negationē in plus,cū iftæ fint qualitates, & circūftantiæ a maleficio feparatæ, & poft illud fuperuenientes,in quib. fingulę perfonę delinquētiū,& fingula earū facta cōfiderātur iuxta notabiliter tradita per Bart.in l.libertis §. pofthumis verf.vlt.nota ff. de alimen.& cibar. legat.& in l.is,qui opem fub nu.5. verf.Item fallit ff.de furtis,& latiffimè,qui alios allegat,& in quolibet cafu ponit fua exēpla Petr.Caball.in qq.crim.caf.56. n.99.cum plur.feqq.& caf.75. nu.9.& feq.vbi fubdit,quod ex prædictis conftat non effe abfurdum , quod ex eadem fententia habentes eamdem caufam diuerfimodè puniantur , ne dum quando inter eos vnus eft contumax,fed etiam quando omnes comparuerunt,quorum aliqui fatentur delictum , & gaudent beneficio confeffionis , alij verò negant & carent dicto beneficio , & quandoq; inter corrixantes adfunt aliqui priuilegiati , puta milites, quibus conceduntur priuilegia ob confeffionem , & pacem pinguiora quam alijs non ita fint priuilegiati.

14 Tertia erit cōclufio, vt fi delictum commiffum ab vno principaliter, & pœna bonorum,vel confifcatio prouenit ad alium in cōfequentiam,tunc fententia, & condemnatio principalis nocet illi,qui tenetur in cōfequentiam, vt euenit in ftatu Ecclefiaftico per bullā Sixti IV.& conftitutionis Marchię,vt pater teneatur ad legitimam pro delicto filij,& tunc fententia cōtra filium præiudicat patri etiam non citato fecundum communem opinionem atteftatam per Ant.Gomez. in d.c.1. n.90.vbi ponit quatuor illationes.Caualc.de Brach.reg.p.4.n.159.& ego latè dixi in meo tract.de confifcat.bonorum .

15 Quarta erit conclufio,quod fi aliquis innocens,qui verè non commifit delictum , fed ex ignorantia iudicis,vel malitia teftium fuit condemnatus , poftea fuit repertus alius delinquens, vt pęna illata illi innocenti non fuffragetur nocenti, & culpabili,fed erit puniendus pœna delicti Ant.Gomez.d.c.1.n.91.tit.de delict.

16 Quinta erit conclufio,quod fententia contumacialis lata contra vnum, non noceat alteri Roland.conf. 94. n.22.vol.3.latiffimè Farinacc.q.24.n.72.& feqq. vbi plures cōcordantes allegat Thob.Non.conf. 97. n.14.Bertazz.conf.82.n.19.vol.1.Rom.Iun.conf.758. n.16. vol.7. Hond.conf. 87.n.185.& feq.vol.2.vbi de communi, fed quæ refultent ex ipfa fententia contumaciali contra alios latè dicam infra in 2.lib.

17 Sexta erit conclufio,quod pax ab vno ex corrixantibus producta profit alteri, etiam contumaci ad obtinendum beneficium ftatuti minuentis pœnam ob pacem fequutam. Catal.de Boncompagn. in tract. de Syndicat.quæft.187.num.127.latè Petr.Caball.in qq. crim.caf.75.per totum de cuius veritate vide ea,quæ ego latè fcripfi in meo tractat. de Pac. Treug. Verb. & Caut.par.1.quæft.26.per totam.

Obtinens gratiam, vel compofitionem,fiue remiffionem per nominationem alicuius Banniti interfecti, & Curiæ præfentati, quando non poffit vlterius moleftari.

S V M M A R I V M.

1 *Gratiatus a Principe non poteft amplius de eodem crimine inquietare.*
2 *Princeps poteft omnem pœnam corporalem,& pecuniariam etiam poft rem iudicatam remittere.*
3 *Gratia allegata in fauorem inquifiti operatur,vt iudex fuperfcdeat , & præfigat terminum inquifito ad docendum de dicta gratia.*
4 *Gratia regulatur a verbis eiufdem gratiæ , vel reftitutionis.*
5 *Gratia etiam fi fuerit de perdita,poterit etiam probari per teftes.*
6 *Gratia etiam fi fuerit nulla fuffragatur gratiato , vt relaxetur,ne decipiatur fub fide publica.*
7 *Gratia fi fuerit impugnata tamquam fubreptitia,vel obreptitia ad quem fpectet gratiam iuftificare.*
8 *Compofitio facta fuper delicto operatur, vt fuper eodem crimine non poffit amplius procedi fiue proceffum fuerit per accufationem , fiue per inquifitionem, dummodo pars non contradixerit oppofitioni.*
9 *Iudex non poteft recufare pœnam iam compofitam,& fi illam recufet , debet pœnam compofitam deponere, & iudici intimare.*
10 *Compofitio magis operatur quam abfolutio ab obferuatione iudicij.*
11 *Compofitio operatur , vt nec etiam fi fuperueniant noua indicia poffit fuper eodem crimine procedi.*
12 *Quod intellige in compofitione in qua pœna fuit foluta fecus in compofitione gratuita.*
13 *Liberatus ex nominatione alterius banniti non poterit amplius moleftari.*
14 *Statutum concedens liberationem pro capite præfentato vnius banniti pro homicidio cum armis non fuffragatur pro homicidio facto veneno.*
15 *Liberatio facta per nominationem alterius banniti vigore ftatuti refpicit non ex qualitate pœnæ , fed ex qualitate facti.*
16 *Liberatio pro præfentato capite vnius banniti in pœnam furcarum pro furto,an fuffragetur pro homicidio ad liberandum a pœna capitis.*
17 *Pœna,quæ nam maior fit,an quæ confiftit in amputatione capitis , vel quæ confiftit in pœnam furcarum, vbi referuntur plures opiniones.*
18 *Qualitas pœnæ quando indueat maius delictum.*
19 *Statutum concedens liberationem ob occifionem banniti,non pro maiori delicto, fed pro fimili pari,aut minori, an infpici debeat pœna ad iudicandum, quod maius delictum dicatur. Declara latè,vt hic.*
20 *Delictum pro quo imponitur pœna mortis , & confifcatio bonorum eft maius illo pro quo imponitur pœna mortis fine confifcatione bonorum.*
21 *Declara tamen,vt ibi.*
22 *Statutum pōt inducere, vt bannitus poffit liberari,et fi effet bānitus ꝓ maiori delicto q̄ ille,qui occifus fuit.*
23 *Limita in rebellibus.*
24 *Liberatio per nominationem alterius banniti non poteft concedi nifi per Principem.*

25 *Liberatio per rebannitionem, an concedatur pro criminibus exceptis.*

26 *Bannitus habens nominationem alterius banniti interfecti, si non habuit decretum non gaudebit beneficio dictæ nominationis.*

27 *Sed an sit puniendus, vel relaxandus obnoxius priori condemnationi.*

28 *Bannum non trahitur ad futuros delinquentes concedens impunitatem, vt occidens bannitum possit se eximere a pœna sua condemnationis.*

CAP. IX.

1 DEfensor Carcerati debet præcauere, si ille de quò de præsenti molestatur fuerit alias à Principe aggratiatus, quia non poterit amplius inquietari, l. 1. & per totum, C. de sentent. post l. fin. C. de ge-
2 nerali abolit. Paris. consil. 1. num. 59. lib. 4. vbi firmat, quod Princeps potest omnes pœnas pecuniarias, & corporales per sententiam, & condemnationẽ inflictas, etiã si trãsiuerit in rẽ iudicatã remittere. Suarez. commun. opin. vers. Princeps, nu. 257. Iul. Clar. q. 59. in princip. Farinac. q. 6. nu. 1. vbi cõcordantes allegat. latè Odd. de rest. in integ. lib. 2. q. 91. & seq. Flam. Cartar. in tract. capt. bannit. cap 3. nu. 57. & seqq. & n. 64. & seq. Card. Tusc. tom. 4. concl. 53. n. 2. vbi de comm. Thesaur. decis. 27. nu. 1. & aliter dicere esset sacrilegium disputare de auctoritate supremi Principis, Petr. Caball. in qq. crim. casu 58. num. 4. & 5. cent. 1.

3 Et ideò Aduocatus producat in actis gratiã à Principe obtentam, & si illã præ manibus non habeat, eãdem gratiam, allegat etiã in actis, quia iudex tenetur concedere terminũ competentem ad producendum allegatam gratiã, & si non præfixo dicto termino, ad exequutionem sententiæ deueniret, si de gratia postea appareret, non effugeret pœnam saltem extraordinariam, vt dicit Cartar. in loco supra citato sub nu. 71. & sequitur Farinac. in d. quæst. 6. num. 1. in fine.

4 Cum ius cuiuscunque restituti, vel gratiati pendeat à verbis restitutionis, & gratiæ, & quatenus per gratiã ei conceditur eatenus consequitur, & non vltra secundum comm. opinionẽ attestatam per Doct. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. vt testatur Hier. Grat. in cons. 106. num. 1. vol. 1.

5 Et si gratia fuerit deperdita poterit probari per testes, vt post Bart. & Abb. firmat, Ias. in consil. 86. nu. 9. versic. vnde vol. 3.

6 Immo etiam si gratia fuerit nulla adhuc instet Aduocatus pro excarceratione illius, cum sit relaxandus subiectus tamen pœnis, & condẽnationi delicti, quod commisit ne decipiatur sub fide publica l. 1. C. de his, qui veniam ætat. impetrat. Clar. q. 59. vers. adde quod Farinac. q. 6. num. 27. & latius hanc materiã declarat idem Farin. in consil. 53. per totum, vbi distinguit plures casus, & ibi testatur, quid fuerit resolutum in illo casu in sacra cõsulta, vbi iste articulus diù, & accerrimè fuit disputatus, & ego latè dixi in meo tract. de Pac. Treug. Verb & Caut. q. 38. n. 17. & seq. p. 1.

7 Et si gratia impugnetur, quod fuerit obreptitia, vel subreptitia, seu nulla ad quem spectet gratiam iustificare, & quid Aduocatus inspicere, & considerare debeat ad saluandam dictam gratiam, vt carcerato suffragetur, dicam infra latè suo loco in secundo libro, vbi tractabo materiam gratiæ, postquam posuerim defensiones contra sententiam contumacialem.

8 Vel si carceratus cõposuerit cum fisco, & pœnam soluerit, Aduocatus debet deducere, quod illa pœna pecuniaria fisco applicata totaliter aboleuit delictũ, vt amplius super eo inquiri non possit, siue processũ fuerit per accusationem, siue per inquisitionẽ, dũmodo pars offensa de processu inquisitionis notitiam habuerit, & non contradixerit cõpositioni. Paris de Put. de Synd. in verb. cõpositio, c. 4. & 5. Fab. à Mon. Leo. in pract. arb. in 7. q. vltima, part. 5. partis principalis
9 num. 1. & num. 11. vbi plus subdit, quod si iudex vellet recedere a compositione iam facta, & recuset pœnam compositam recipere non debet audiri, sed cõpositus debet facere depositum reale de pecunia cõposita, & illud iudici intimare, & adhuc Aduocatus animaduertat, quia sic faciẽdo carceratus erit ab omni alia pœna liberatus, & idem tenet Farinac. in quæst. 5. num. 4.

10 Immo semel compositus habet maius priuilegiũ, quàm absolutus ab obseruatione iudicij, quia nec etiã nouis superuenientibus indicijs amplius inquitari poterit, Paul. Grill. tit. de pœna composit. q. 6. per totam
11 Farinac. q. 5. nu. 4. versiculo ampla præfatam, vbi etiã subdit, quod loco pœnæ succedat, l. Senatus, §. si quis, & §. sequenti, ff. de iur. Fisc. l. si eum, §. qui iniuriã, ff. si quis caut. Paris de Put. in d. versic. compositio, cap. 5. num. 5. Carauitt. rit. 272. num. 12.

12 Et absurdũ sit, quod peccata semel per cõpositionem dimissa in vltionẽ iterum redeant cap. si illis 23. quæst. 4. secus in gratuita abolitione, quia tunc poterit ex nouis superuenientibus indicijs molestari, vt per Farinac. in d. q. 5. sub nu. 4. versic. ampla præfatam.

Compositio per quam superiorem fieri possit, de quo tempore, & quæ requirantur, dicam infra latè suo loco in Defens. 35.

13 Liberatus autem ex nomine alterius banniti, nec &t poterit amplius molestari si per statutum huiusmodi remissio concedatur. Petr. Cabal. in qq. criminal. cas. 197. per totum, & præcipuè sub nu. 12. idem erit, si occiderit alium bannitum, vel præsentauerit Curiæ caput alterius banniti, vt latè per Farinac. in consil. 53. & latius hanc materiam reassumit Cabal. cent. 3. cas. 244. per totum vbi latissimè, & bene suo solito more.

14 Sed pro intelligentia istius statuti cõcedentis liberationem præsentanti caput alterius banniti pro pari, vel minori delicto non autẽ pro maiori, vt nõ habeat locum in præsentante bannitum pro homicidio cum armis, & velit facere se ipsum rebanniri, vel alium bãnitum pro homicidio cum veneno, cum maius sit, ac atrocius delictum cõmissum veneno, quam gladio, l. 1. C. de Malefic. & Matemat. & in puncto decidit Alber. de Rosat. de stat. lib. 4. quæst. 99. quem sequitur, Dec. col. 1. versiculo, & pro ista cõclusione, vbi testatur ita alias fuisse iudicatum, & idem latè in contingentia facti fuisse decisum, etiã testatur Petr. Caball. in qq. crim. casu 197. num. 1. Farin. q. 103. nu. 190.

15 Item si bãnitus pro homicidio vellet rebanniri per occisionem, vel præsentationem alterius banniti etiã cõdemnati in pœnam vitę ex forma bannimentorum pro delicto minori, vt si esset condemnatus in pœnã vitæ pro violentia illata cũ armis mulieri tentãdo illius pudicitiã, vel pro vulneribus alicui priuilegiato illatis cũ cicatrice perpetuo remansura, vel pro ex oneratio ne sclopi cũ aliqua offensione prout est permissũ in statu ecclesiastico per bannimenta generalia aut pro alijs criminibus homicidio minorib. pro quib. vigore statuti

ſtatuti eſſe impoſita pœna vitæ non erit audiendus neq; eſſet bene gratiatus cũ non currat paritas cauſę, & delicti, licet concurrat paritas pœnę, vt latè tuetur, Petr. Caball. in qq. crim. caſ. 197. n. 1. circa fin. & latius ſub n. 7. & latiſſimè caſ. 244. per totum cent. 3. qui loquitur in bannito pro homicidio vt non poſſit ſe tueri ſi præſentet caput banniti pro adulterio, inceſtu, vel ſtupro quamuis eſſet bannitus in pœnam mortis.

16 Item nec liberabitur, qui occidet bannitũ cõdẽnatum in pœnã furcarũ pro furtis, vel caput illius præſentet ad ſe eximendũ a pęna capitis pro homicidio, cũ iſte dicatur cõdẽnatus pro maiori delicto, licet ſit condẽnatus in pęnã capitis tantũ, & occiſus, vel pręſentatus in pœnã furcarũ, quæ maior videtur decapi-

17 tatione, quia ad cognoſcendũ an vnũ delictũ ſit maius altero, non ſimpliciter inſpicitur pœna, ſed cauſa, & pœna ſimul, vt in ſtatuto Lucenſi articulum iſtũ diſputat ad partes, & pro hac opinione ex pluribus cõcludit Socc. in conſ. 157. per totum lib. 2. Baiar. ad Iul. Clar. §. homicid. n. 215. indiſtinctè tenet, quod occidẽs bannitũ pro furto non poſſit remittere bannitũ pro homicidio, etiã commiſſo in pura rixa, & ibi teſtatur, quod ita obſeruauit, & obſeruari vidit, & quamuis Decian. contrarium in eodem caſu conſuluerit in conſ. 65. per totum, & cũ eadem opinione tranſeat in c. at ſi Clerici, nu. 60. & ſeq. extr. de iud. vbi etiam teſtatur, quod contra Socc. fuit ſecũdum eius conſilium iudicatum, Tamen Addentes ad ipſum Decium in vtroque loco dicunt, quod Dec. male conſuluit, & peius ſecundum eius conſilium iudicatum fuit.

Sed Dec. opinio videtur corroborari ex doctrin. Bald. conſ. 426. lib. 1. qui in terminis conſulendo eamdem ſententiam tenet, quam etiam ſequitur, Crauett. in tract. de antiq. tẽp. in 4. p. §. videamus modo de aliquib. limitationib. ſub n. 28. circa medium verſ. & aduertendum, quia Socc. & Dec. conſuluerunt, & eandẽ ſequi videtur Farin. q. 18. nu. 87. verſ. vnde ſecundum Aymon. fundãtes ſe, quod pęna furcarũ ratione ignominiæ, ſit maior pœna, quia pœna decapitationis etiam ſit inſtantanea, pœna verò furcarũ habeat aliquẽ tẽporis tractũ, & ſic ẽt naturaliter maior pęna dicatur, & ex quãtitate, & qualitate pęnę cognoſcatur quantitas, & qualitas delicti, & tanto grauius delictũ iudicatur, quanto grauior pœna imponitur inuenitur. Abb. in c. at ſi Clericis, §. de adulterijs nu. 7. de iud. Hier. de Mon. q. 16. ſub nu. 14. cum alijs adductis per Farin. in d. q. 18. n. 83. & latè Petr. Caball. qui etiam cõcordantes adducit in qq. crim. caſu 197. num. 4. & 5.

Soccin. autem in d. conſil. 157. num. 14. & 15. verſic. ſecundum punctum impugnat hanc rationem, & dicit, quod non eſt ſimpliciter verum, quod pœna furcarum ſit maior decapitatione, quia reſpectu atrocitatis non eſt maior, quamuis non ſit tantum inſtantanea, quantum decapitatio, tamen illo inſtanti maiorẽ affert dolorem, vt a Phiſicis audiuit, ſed tantum reſpectu ignominiæ dicatur maior, & ſic ſecundu quid, & verba in ſtatutis ſint intelligenda ſimpliciter, & nõ ſecundum quid. Et ſub n. 16. & ſeq. verſ. 3. & vlt. plus ſubdit poſito etiam, quod maior ſit pœna furcarum, quam decapitationis, non propterea ſequitur, quod maius delictum ſit furtum, quam homicidium, nec valet conſequentia, ſemper imponitur maior pœna, ergo maius eſt delictum, & maius eſt peccatum, & grauius delictum ſit occidere matrem, quam vxorem, & tamẽ maior pœna imponitur pro morte vxoris, & firmat tandem, quod in dubio illa regula procedit ad cognoſcẽdam qualitatem delicti ex qualitate pœnæ, ſecus vbi per alias rationes probetur, quod delictũ ſit maius licet minor pœna imponatur, & cum Socc. cõ- entre videtur in hoc Crau. in d. §. videamus modo nu. 25. & ſeq. verſ. ex hac declaratione, & ſub n. 28. & probat ẽt Farin. in d. q. 18. n. 84. & ſecundũ hanc opinionem Socc. Petr. Caball. in d. caſ. 197. n. 6. & ſeq. & ſub n. 8. in fin. firmat, quod magis ſibi ſeper placuit opinio Socc. cõtra Dec. & maxime quia in caſu Socc. homicidiu nõ erat ſimplex, ſed qualificatũ, quia cõmiſsũ fuerat in perſonã patrui, & erat ẽt alijs circumſtantijs aggrauatum, vt idemmet Socc. conſiderat in d. conſ. 157. n. 12 verſ. poſtremo delictum, & Pet. Caball. in d. caſ. 197. n. 8. in fin. teſtatur, quod pro illa opinione contra Dec. vidit determinari non eximi a banno bannitũ in pœnã capitis pro homicidio, etiam nõ qualificato ab occiſionẽ, vel præſentationẽ alterius banniti in pęnam furcarũ pro furtis, & Farinac. in q. 103. num. 189. firmat male fuiſſe iudicatũ iuxta conſiliũ Decij, ſed ſi quis fuiſſet condemnatus pro ſimplici homicidio, & fuerit occiſus famoſus latro, vel fur, ipſe tenet, quod admittẽda erit nominatio ex rationib. per Deciũ conſideratis, & quod ſi ipſi caſus cõtigeret, ita iudicaret quicquid Baiar. in §. homicidium nu. 215. dicat de contraria obſeruantia, ego autem arbitror opinionem Farinacc. eſſe multum conſiderandam, quia cohæret rationibus Dec. quæ in iſto particulari puto, quod dictæ rationes non ſit ſpernendæ.

18 Qui Crau. bene tamen fatetur, quod vbi cadere poſſet probabile dubium, an vnũ delictum ſit maius altero, tunc cognoſcatur grauitas delicti ex qualitate pœnę, ſed vbi eſt notorium vnũ delictum eſſe maius altero per rerum naturã, prout in homicidio, & furto non ſit recurrendum ad qualitatẽ pœnæ maioris, vel minoris, vt ex ea maius vel minus cenſeatur delictum quem ſequitur Farinacc. in d. q. 18. num. 87. verſiculo bene fateor, & refert Petr. Caball. in d. caſ. 197. nu. 7. verſ. fatetur tamen.

19 Immo in eiſdem terminis ſtatuti concedentis liberationẽ ab occiſionẽ, vel præſentationẽ bãniti cũ illa qualitate, quod liberandus non ſit in banno pro maiori delicto, ſed pro ſimili pari, aut minori bãno, Pet. Cab. in d. caſ. 197. n. 9. teſtatur vidiſſe recurri ad pęnã, & ad cauſã bãni, & ſi delictũ liberãdi ſit grauius delicto bãniti occiſi, vel pręſentati, etiã, quod pœna ſit eadem puta vtraque furcarũ, vel decapitationis liberationem non admitti per deciſionem Alber. de Roſat de ſtatut. lib. 4. q. 99. qui firmat, quod nec etiam, Dec. in d. conſ. 65. reſpondeat, nec verè reſpondere poterat, cum ſit in terminis, & multum ſtringat, & latè Add. ad Farinac. in conſil. 53. in litt. G, dicunt, quod in propoſito delictum attenditur an ſit maius vel minus reſpectu qualitatum aggrauantium, & ex grauantium ipſum delictum, & Farinacc. in q. 103. num. 186.

Sed verè Crauett. in d. §. videamus modo ſub num. 28. conatur ſaluare Dec. opinionem, & ſententiam latam vigore dicti conſilij, vt intentio ſtatuti fuerit, vt Prouincia expurgetur iſtis facinoroſis hominibus, & bannitis, & ob id quo quo modo præſentet bannitum poſſit cõſequi priuilegium liberandi ſe ipſum vel aliũ bannitũ a banno cũ in omni caſu expurget Prouincia homine ſcelerato, & patibulo digno, & huiuſmodi beneficium

neficiũ cõcedatur ob publicã vtilitatẽ,vt homines accedãt ad extirpãdos bãnitos, & eos occidẽdos, vel in manib. Curiæ dandos,& ob id esse extẽdendũ,& largè interpretandũ, prout etiam Dec.deducit in dicto conf.65.sub n.3.verf.& primo quod tale statutũ.Quæ Crau. saluatio non potest ad statutum adaptari, cum limitatè loquitur, dummodo rebãniendus pro delicto maiori non fuerit bannitus, quã bannitus occisus,vel præsentatus adeò φ nullam possit recipere extensionẽ,prout etiam considerat Petr. Cabal.in d.caf.197. n.8. & si admitteremus huiusmodi,Crauett.saluationem destrueretur tota intentio statuentium , quæ est restricta ad casum æqualem,vel minorem.

20 Ac etiam sciendũ est in ista materia,φ delictũ pro quo imponitur pœna mortis , & confiscatio bonorũ, est maius illo , pro quo simpliciter imponitur pœna mortis sine cõfiscatione bonor. vt post alios quos allegat firmat Socc.in d.conf.157.n.9.& seqq.& Bald.in conf.426.n.6.lib.2.Petr.Cab.d.caf.197.n.10.vbi tamẽ videtur ex mente eiusdẽ Bal. in d.conf.426.sub nu.5.

21 verf. præterea ista sunt, considerare illam distinctionem,φ si fuerit reus condemnatus in pœnã mortis,& confiscationis bonorũ per copulam,&, duo dicantur banna,vnum in persona,alterum in ære,& quantũ ad pœnã capitis fiat remissio per occisionem,vel presẽtationem banniti, cũ liberatione bannitorũ regulariter nõ extẽdatur ad bona publicata & fisco in corporata, seu remissio restringatur ad alias pœnas in bannis appositas,a quibus,vbi adsit similitudo paritas,vel minoritas delicti iuxta prædicta fuit liberatio remanentibus bonis sub condemnatione.

22 Et potest etiã per statutũ induci,vt sit nominadus, & liberandus ex banno ẽt si esset bannitus pro maiori delicto,quam sit ille,qui occisus fuit. Dec.conf.65. n.2.versic.sed tamen Farinacc.quæst.103. n.181. vbi

23 subdit dummodo non sit rebellis , & quod in simili statuto consuluit etiam Ang.in conf.67.

24 Et tale statutum de rebannitione banniti per occisionem, vel præsentationem alterius banniti non potest induci per iudicem potestate ordinaria,sed per solum Principem , vt post alios quos allegat,firmat Farinacc.in d.q.103.num.193.

25 Sed an tale statutum de rebannitione procedat ẽt in criminib.exceptis prout in crimine falsi,Sodomię, & læsæ maiest.Foller.in pragm.t.de exulibus,nu. 34. tenet partẽ negatiuam, cum tale statutum debeat intelligi,& limitari secundũ iura communia l. talis scriptura ff.de leg.c.cũ alijs ꝑ eũ allegatis,& in crimine læsæ maiest. Vinc. de Franch.decif.330. p.2. & quid in occidente alium in ecclesia,& sic in sacrilegio,vide eumd.Franch.decif.402.par.1.& si quis fuit imputatus,& condemnatus de pluribus delictis, an possit habere gratiam pro aliquo ex dictis delictis,Vincent. de Franch. d. decif. 130. sed Farinacc.in quæst. 103. n.....dicit apud nos in practica contrarium seruati,vt possit rebanniri etiã pro quocũque crimine excepto.

26 Si autem bãnitus fuerit captus , qui habet nominationem,sed adhuc nõ habuit decretũ,licet declaretur nõ posse gaudere d. nominatione,tamẽ ne decipiatur sub fide publica erit remittẽdus in pristinã libertatem

27 per ea, quæ ponit Baiar. ad Clar.in §. homicidiũ,nu. 216.sed Farinacc.in d.q.103. n.184.refert contrarium fuisse obseruatum hic in Curia tempore Pij V.contra quẽdam firmanum,qui fuit laqueo suspẽsus,licet obtinuerit nominationem , ac etiam decretũ iudicis declarationem sibi suffragari, quia rebannitio non fuerat valida, de cuius materia in terminis rebannitionis

28 inualidè latè scripsit Farinacc. in conf.13. per tot.& an statutum permittens impunè occidi bãnitum, possit quis se eximere a banno,& an extendatur ad bannitos de futuro post dictum bannum,vide latè Baiard. in §.homicidium,num.205. & Vincent.de Franc.decif.369.& decif.468.

DEFENSIO III.

Circa Accusationem.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio quid sit,quotuplex sit,remissiuè.*

2 *Persona , quæ repellantur ab accusatione, vel admittantur ad quærelandum,remissiuè.*

Clericus quando admittatur ad accusandum.

3 *Personæ , quæ præferantur in accusatione remissiuè.*

4 *Accusatores plures,quis præferri debeat,remissiuè.*

5 *Accusatus semel, pendente illa accusatione, an possit ab alio accusari,remissiuè .*

6 *Abolitio quando impediat accusationem, remissiuè .*

7 *Fiscus ant sit audiendus,vt in causa procedatur nemine quærelante , & quid in crimine vsurariæ prauitatis,& quomodo proponere debeat suam instantiam,vt in causa procedatur .*

CAP. I.

1 QVoniam vt pluries dixi meum institutum est,non insistere circa declarationem terminorum,sed solum percutere, quæ possunt immediatè decernere defensionem reorum.

Ideò si Aduocatus velit scire,quid sit accusatio,quotuplex sit.An accusator dicat,qui simpliciter libellum accusationis produxit,an potius requiratur perseuerãtia vsq.ad fin. iudicij,in quib. differat accusatio a denunciatione, & verbũ defero,a verbo accuso,& quid sit nunciare, vel denunciare,indicare,quærelor,cõquęror,insimulari,criminari,vel crim.dare adeat modernos,q. antiq.ios Doct. cumularunt, & plenè singulos terminos pro?. onibus declararũt,vt est videre apud Dec.in tract.crim.tom.1.lib.3.c.1. per totum Sigism. Scac c.in tract.crim.c.51. nu.1.tit.de libello accusat. Baiard.ad Iul.Clar.q.12.num.1.& seq.§.final.

2 Et quæ personæ repellãtur ab accusatione,vel admittãt ad quærelãdã illas recensere excederet metam nostri ordinis. & esset potius res laboriosa,quã vtilis cũ hodie similes nullitates nõ attendãtur de consuetudine,vt inferius dicam,tamẽ si aliquo occidenti,vel causa,Aduocatus eas scire cupiat,adeat Lancell.Corrad.in pract.crim.tit.de accus.n.9.cum plur.seqq.vbi ponit ampliationes,& limitat. Iul. Clar. q. 14. per totam,§.fin.vbi latè Baiard.in add.Farin.q.12.per totã, & diffusissimè per plura c.Dec.to.1.lib.3.c.1.cũ plur.c.seqq. sed solet constitui regula,φ in delictis priuatis nõ admittãr, nisi qui suã,vel suorũ iniuriã ,psequãt,& in delict.public.quilibet de populo admittãt l.1.C.qui accusar.nõ poss.§.1.instit.de public.delict.Rom.conf. 152. Gand.tit.qui accusar.nõ poss.Caualc.de Brach. reg.p.4. nu.283. & qui non admittantur ad accusandum posuit Villagut. in pract.crim.lib.1. conclus.1. cum pluribus alijs seqq.conclusionibus.

Clericus

Clericus verò non poteſt accuſare in delicto, pro quo ingeritur pœna ſanguinis,niſi pro delicto non imponatur pœna ſanguinis,vel deponat cum illa proteſtatione citra vindictam ſanguinis, quæ proteſtatio debet eſſe expreſſa, & tacita non ſufficit, vel accuſet pro intereſſe ciuili, & nõ ad vindictam,& pro ſuo intereſſe,& ſuorũ ſeruorũ,vel ancillarũ.Miſing.cent.2. deciſ.51.latè de his omnibus ponit Moder.Farinacc. in fragm. crim.in litt.C,nu.431. vel pro tuitione ſuæ perſonæ,vel bonorum ſuæ eccleſię.c.Prælatis dc homicid. in 6.vel de morte ſui filij,vel fratris, vt eſt latè videre per Prax. Neapolitan. in c.35. per totum,vbi concordantes allegat,& teſtatur de communi.

Et iſtas irregularitas propter exercitiũ iudicijs ſãguinis eſt de iure poſitiuo,ideò Papa ſuper ea diſpenſat,quæ tamen debet eſse expreſsa,& tacita per viam indulgentiæ non ſufficit Arnal.Albertin.de agnoſcen. aſsert.Cathol.q.25. num.42. & alij Canoniſtæ adducti per Farinacc.in d.fragm.in litt.C,n.415.& ſeq.Et ſi Clericus ſe immiſceret in iudicio ſanguinis efficitur irregularis, ſecuta morte, vel membri mutilatione,& quid ſi mors,aut membri mutilatio ſecuta non fuerit vide Marian.Socc.in cap.ad audientiam,num.141.& 144.de homicid.in 6. Foller.in pract.crim.Canon.c. 24. Ignat.Lopez.ad Diaz in pract.crim.Canon.cap. 99.in verbo puniendum.

3 Quæ autem perſonæ præferantur in accuſatione ſuper nece defuncti,& proſequatur ſuam,vel ſuorum iniuriam. Farinacc. q.13. per totam,& ego latiſſimè deduxi in meo tract. de Pace Treug.Verb.& Caut.p. 1. per plures quæſt.& cap.& latè ponit etiam Dec.in tract.crim.lib.3.cap.32.per totum tomo 1.

4 Et ſi concurrant plures accuſatores quis præferri debeat,latè dixit Dec.in d.lib.3.c.5.per totum,& ego retuli in d.tract.de Pac.p.1. per plures quęſtiones.

5 Accuſatus ſemel, & pendente illa accuſatione an de eodem crimine poſſit ab alio accuſari,vide latiſſimè Dec.in d.lib.3. cap.31.per totum.

6 Abolitio quando, & quouſque impediat accuſationem Decian.d.lib.3.cap.25.per totum.

7 Fiſcus in quibus caſibus poſſit agere in iudicio , vt ex officio procedatur nouiſſimè recolligit Maur. Burg. in ſuo tract.de mod.proced.ex abrupt.q.19.per totã, caſ.135.vbi in fi.poſuit aliquas declarationes,& an in crimine vſurarum nemine accuſante Fiſcus poſſit inſtare,vt procedatur.latè Carauitt.rit.20.vbi tamen in fi.teſtatur,ꝗ ipſe numquam vidit proceſſum formatũ ex officio ſuper vſuraria practicate,quomodo autem proponere debeat fiſcus ſuam accuſationem, vel inſtantiam, dicam infra c.3.ſub nu.13. verſ.Circa verò.

Præiudicia,quæ reſultant ex accuſatione.

SVMMARIVM.

1 *Author admonet aduocatos,& procuratores ne inducant eorũ clientulos ad accuſandum,& quærelandum.*

2 *Accuſationes , vt plurimum proponuntur propter odium,& rancores,& ob id inducunt peccatum.*

3 *Accuſatores habentur pro inimicis , a lege repelluntur,a teſtimonio,a muneribus publicis,& varia infortunia in hoc ſæculo pati ſolent.*

4 *Accuſatio inducit inimicitiam,& alia incommoda.*

5 *Accuſatio criminalis requirit clariores probationes, quam libellus ciuilis.*

6 *Accuſatio inducit alia præiudicia hic deſcripta, num. 7.8.& 9.*

10 *Accuſator quando non conſequatur præmium a ſtatuto conſtitutum.*

11 *Accuſator tenetur ad expenſas in fabricando proceſſum offenſiuum.*

12 *Aduocatus poteſt interuenire in defenſione Rebellis.*

13 *Aduocatus non debet contra reum patrocinium præſtare.*

14 *Clericus poteſt in cauſa criminali pro reo aduocare dummodo non inſtet accuſatorem condemnari in pœnam ſanguinis.*

15 *Clericus patrocinans præſtans contra reum,licet non efficiatur irregularis,vbi non imponitur pœna ſanguinis,tamen grauiter eſt puniendus.*

CAP. II.

1 ADmoneo tamen Aduocatum, & Procuratorem quod ſi aliquis ad eos accedat pro querela , vt accuſatione inſtituenda criminaliter contra aliquem ſuper aliquo facto , vt debeant ei ſignificare incommoda,& præiudicia, quæ reſultant ex ipſa accuſatione,& primum eſt, vt apud Deum reprehẽdatur, quia ſolẽt,vt plurimũ proponi accuſationes propter odia, rãcores, & vindictas,quę peccatum generant,idemq. ſi illas proponunt ob lucrum,vel quęſtum,c.accuſatores 3. q.5.Dec.in tract.crim. lib.3.c.4.nu.6.& ſeq.Se-
2 cũdum eſt,vt lex illos pro ſuis inimicis habeat Io.Faber. inſtit.de public.iud.in princ.circa fin.& licet aliquæ leges appellẽt hoc officiũ accuſationis laudabile,vt in l.nulli,C.de Epiſc.& Cleric. Auth.de nõ alien, §.etiã,tamẽ ſint intelligẽdę,quando quis zelo iuſtitię, & publicæ quietis accuſaret,& non aliter,vt latè per
3 Dec.d.lib.3.c.4.nu.6.& ſeq.Tertiũ eſt quia repellitur à teſtimonio ferendo in iudicio,cũ eius vita,vel intẽtio illaudabilis,ac reprobata reputetur,c.ſi Epiſc.2.q. 7.Dec.lib.3.c.3.n.1.& c.11 7.n.41.vbi latè,& priuatur honoribus, & muneribus publicis ſuæ Ciuitatis, quia ad d.munera,& officia nõ eligitur. Quartum eſt,quia iſti accuſatores adeò ſunt Deo odioſi , vt diù in hoc ſæculo eos nõ patiatur viuere, & varijs,& diuerſis infortunijs,& calamitatibus à Deo percutiantur,& ſæpè ab hominibus iniurias recipiant, vt bene exagerat Dec.d.c.4. n.13. & ſeq.& ibi refert exempla calamitatum aliquorum, & verè vt plurimum iſti ſolent, vel interfici,vel cũ aliquo perpetuo ſigno in facie viuere.
4 Quinto quia ex dicta accuſatione contrahitur inimicitia inter ipſũ,& accuſatũ,glo.in c.licet de arbitr. Gram.deciſ.73.n.3.& ſeq. Ant.Gomez.tit.de delict.c. 12.n.12.Rim.Iun.conſ.114.nu.22.vol.2.Tho.Triuiſ. deciſ.61. nu.4. lib.1.& maxime ſi ex ipſa accuſatione poſſet irrogari accuſato infamia, vel pœna corporalis,Dec.reſponſ.124.nu.22.vol.2.vbi alios allegat,& ex inimicitia infinita incõmoda ſequantur , adeò , vt non poſſit frui hæreditate Dei,quam in ſuo vlt.teſtamẽto nobis pro dono præcioſo reliquit.Pacẽ meã relinquo vobis,vt latè poſui in meo tractatu de Pace in princ.& quia ſequuto aliquo delicto in perſona inimici poterit ex eo inquietari,& deſumi indiciũ cõtra ipſum,vt inferius in materiam indiciorum latè dicam.
5 Quia durius accuſator agit cauſã ſuã criminaliter, quam ciuiliter cum in iudicio ciuili ſufficiant leuiores probationes ad victoriam , quam in criminalibus, vbi luce

luce meridiana clariores probationes requiruntur vulg.l.sciant cuncti, C.de prob.vt dicam latè infra in materia probationis delicti.

6 Quia contingit, quod diù cum maxima sua impensa agitauit causam criminalem,& tandē,Deo permittente, & non quod de iure fieri possit ille accusatus admittitur ad cōpositionē, absq. quod ipse accusator recipiat cōpensationem sui interesse,cum clausula reseruato iure ciuiliter parti agen. & ob id cogitur relicto iudicio criminali incipere iudicium ciuile, & cām suā ferè in infinitum protrahere, de quo latè dicā infra suo loco in 2.lib.dum materiam gratię attingam.

7 Quia vt plurimum nō potest conuinci accusatus de crimine,sed tātūmodo indiciatur super delicto, & ob id iudex,vt plurimū,vt deinde extorqueat sportulas à carcerato,illum torquet,& si substineat illū absoluit, & sic extinguitur omnis prętensio accusatoris,vt etiā dicam infra, latè suo loco in materia Torturæ.

8 Quia deinde moto iudicio criminali non poterit conuolare ad iudicium ciuile,& sententia lata in criminali inducit exceptionem rei iudicatæ in causa ciuili,vt dixi supra in 2. defens.

9 Quia non probando delictum potest, & criminaliter puniri,& ad expensas condemnari,vt dicam infra latè in hac tertia defensione, cap. 13.

Nec putet accusator, quod causa criminalis vnicą sententia possit determinari, cum etiam in criminali, requirantur tres sententiæ conformes, vt dicam latę infra suo loco,circa appellationem.

10 Aliud præiudiciū resultat accusatori, quia ipse tenetur ad expensas,quę fiūt in accusādo,& prosequendo delictum,& in fabricando processum,Capel.Thol.quæst.41.Petr.Cabal.cas.201.nu.2.& seq.cent.3. vbi testatur hoc transire sine dubio.

11 Necnon sciat accusator, quod si prætendat præmium ex accusatione, illud non consequitur si qualificatè,& sub conditio accuset,si delictu verū sit, item quando accusat ad proprium commodum, & non ad publicam vindictam, item quando accusat ad propriam defensam,vt post alios,quos allegat Caualc.de Brach.reg.p.4.num.38.in litt.B, in fine.

Et sic videat accusator quot incōmoda, & præiudicia sibi possint parari ob iudiciū criminale, & ideò Aduocatus omnia ante oculos sui clientis proponat, ne deinde perdat clientem,& amicum, & penes vulgum diffametur de malo consilio ei dato, prout millies in Curia audiui similes accusatores conqueri de eorum Aduocatis,& Procuratoribus.

12 Et etiā caueat Aduocatus,à patrocinio cōtra reū, quia eius virtus in populo vilescit,& quilibet,l.C.bonus hoc abhorreat,vt firmat Ias.in consil.144. in fin. vol.2.vbi refert illos versus Peligni Poetæ, Nullaque quæ possit scriptis tot millibus extat. Littera Nasonis sanguinolenta legi,sed bene toto corde defensionē inquisiti assumat,cum dicatur ei souere ope,fauore,& auxilio legis,Alber.de statut. lib.4.q.52.num.5. Sforz.Odd. cons.27.n.8. & seqq.vbi etiam tuetur,Aduocato licere tueri innocentiam etiā Rebellium læsæ Maiestatis,reprobato, Bart.in loco per eum relato,quod erit contrarium illius, quod annui in præfatione, nu. 20. & seqq. circa defensionem pro Rebellibus.

Immo etiam Clericus admittitur ad patrocinium inquisiti,dummodo non instet accusatorem condemnari in pęnam sanguinis, Couarr.in clement. si furiosus, parte 2.§.5.nu.5.de homicid.in 6. Ignat. Lopez ad Diaz.in pract.crim.cap.68. nu.20. vbi etiam subdit,quod Clericus Aduocatus contra reum,si non ingeratur pęna sanguinis,non efficiatur irregularis, sed grauiter, puniendus veniat.

Quæ requirantur in accusatione.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio requirit plura requisita de quibus hic.*

2 *Annus commissi delicti exprimi debet in accusatione, & inquisitione.*

3 *Etiam in crimine falsi.*

4 *Declara quando sit exprimendus annus, & locus cōmissi delicti pro vt hic.*

5 *Mensis requiritur, vt exprimatur io accusatione, & si fuerit falsa eius demonstratio vitiatur processus.*

6 *Dies patrati delicti est exprimenda in accusatione.*

7 *Contrariam opinionem tenent alij Doctores.*

8 *Alij autem diuersimodè loquuntur.*

9 *Author conatur reducere ad concordiam istas contrarias opiniones.*

10 *Arma deferentes contra prohibitionem,& sine lumine deambulantes vltra somnum Campana, quomodo defendi possint, vbi latè.*

11 *Dies expressa in accusatione si delictum probetur commissum alia die, an sequi possit condemnatio.*

12 *Qualitas expressa in accusatione, si non probetur, an sequi possit condemnatio.*

13 *Sequūtur alia requisita in ipsa accusatione, cum pluribus num. seqq.*

CAP. III.

1 PRæcipuè Aduocatus videat si accusatio habeat sua requisita, circa quę Doctores diuersimodè loquuntur,cum alij pauciora,alij plura assignent requisita tamen videntur se restringere ad decem,& septē requisita,in quibus etiam confusè, & intricatè se habent,licet tam de iure,quām de consuetudine expressè,vel tacitè omnes cōueniant in septem,& sunt hæc Annus, Mensis, locus commissi delicti, nomen accusatoris,accusati,& iudicis, & species commissi criminis ex text.in l.libellorū,ff.de accusat. per Gandin. in tractat.malefic.Rubr. Qualiter fiat accusatio,num.3. Ang.de Malefic.in verb. Ad quærelam Titij, nu.55. Boss.tit.de accusat.nu.2. Marant.p.6.mēbr.4.nu.16. Iul.Clar.q.12.vers.Præterea,& vers. Dixi etiam, latè Sigism.Scacc.lib.1.de iudicijs, cap.51.num.2.

2 Et quod debet exprimi Annus commissi delicti, habetur in d.l.libellorum, & in cap.fin.§.libellorum, 2. quæst.8. quæ iura propriè loquuntur in accusatione, vt firmat Farinac.q.1. num.12. vbi alios cumulauit,& dicit etiam procedere in inquisitione, quæ hodie successit loco accusationis, Iul. Clar.q.12.versic. præterea.& q.31. nu.11. vbi de communi, & firmat ita obseruari per totum Mūdum,siue procedatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, & reprobat Bal.contrarium tenentem, Scac.in d. cap.51. numero 20.

3 Quod admittunt etiam in crimine falsi,vt exprimi debeat tempus commissi delicti. Boss.tit.de inq.n.90. & seq. sequitur Iul. Scarlatin. cons.118. nu.2. tom.1. crimin.& sequitur Andr.Fachin.controuers.iur.c.14. in fi.lib.9.licet alij contrarium teneant,vt sunt Garg. consil.125.

conf. 125. n. 1. & seq. to:t. crim. Cephal. conf. 304. nu. 114. lib. 3. Menoch. conf. 100. nu. 88. & 90. lib. 1. Rim. Iun. conf. 18. num. 7. volum. 1. & de communi contra Boss. testatur Farinac. d. q. 1. num. 13. in fin. & alij relati per Fach. d. cap. 14. in princ.

4 Sed Decian. respons. 129. num. 25. vol. 3. dicit, vt exprimi debeat annus, & locus cōmissi delicti, quando pro eo posset imponi pœna corporalis alias secus, & sub n. 26. & seq. etiam dicit dummodo talis exceptio Anni, & loci fuerit opposita, alias secus, & ibi cōcordantes alleg. & φ in leuibus criminib. annus, & mensis nō debeāt exprimi, nec in delict. successiuis tenet Rota Rom. diuers. decis. 431. n. 2. p. 1. & Scac. d. c. 51. n. 3. & sub n. 4. dicit φ Annus erit desumendus nō a die de licti cōmissi, sed a die Natiuit. Nostri Saluatoris, & φ ita Notarij de consuetudine in princ. librorum crim. obseruant, ad quorum stilum debeat haberi relatio.

5 Mensis etiam requiritur, vt exprimatur, quo fuerit commissum delictum d. l. libellorum, ff. de accusat. d. cap. fin. §. libellorum Farinacc. d. quæst. 1. num. 12. vbi etiam concordantes allegat Vulpell. respons. 14. num. 13. Scacc. d. cap. 51. num. 21. vbi firmat hoc non habere in iure difficultatem.

6 Et si fuerit falsa demōstratio mensis processus vitiaretur, eum tempus mensis sit de substantia, & forma iudicij, vt post Bal. firmat, Baiar. q. 66. num. 22.

7 Dies autē patrati delicti est ēt exprimendus in accusatione Boss. tit. de inq. n. 91. in fi. Grat. conf. 59. n. 13. vol. 2. Marsc. de probat. concl. 28. n. 5. vol. 1. Farinacc. conf. 86. n. 59. & seq. latè Io. Bott. conf. 2. nu. 3. & seq. Contrariam opinionem, quod expressio diei non fit necessaria probat text. in d. l. libellorum vers. Nec autem diem, nec horam inuitus, Ant. Gomez. tit. de

8 delict. Qualiter formetur accusatio, n. 4. in fi. Boss. tit. de Inq. n. 19. in fin. Gig. de crim. læsæ maiest. tit. Qualiter in crim. læsæ maiest. procedat lib. 1. Farinacc. q. 1. nu. 18. vbi de communi, & quod tempus exprimi debeat d. l. libellorum, & latè Mising. cent. 1. obseru. 32. & 33. dicit quid si fuerit tempus expresſū in determinatum, vt valeat processus si deinde ex probationib. factis suppleatur ex trad. per Socc. conf. 146. col. pen. lib. 1. & in ead. cent. 2. obseruat. 40. loquitur de expressione diei.

9 Sed pro concordia istarum opinionū circa diei expressionē aliqui distinguunt, φ si factum certa die loco, & hora, est punibile, & tunc inseri debeat dies, si verò fit omni tēpore hora, & loco punibile, & tūc nō exigatur, vt dies apponatur Ant. Gomez. tit. de del. c. 11. n. 4. vbi decōi, Iul. Clar. q. 12. n. 10. vers. quæ tamen opinio Gig. d. tit. Qualiter formet accusat. q. 4. sub n. 2. Farin. q. 1. n. 19. & Mising. in d. obseru. 40. dicit verio rem esse opinionem nō requiri expressionem diei ēt parte petente, & quod eamdem opinionem tenet Marant. in suo speculo iudic. 4. p. 16. dist. num. 44.

Alij autē tradunt, φ similes solemnitates, d. l. libellorum non sint necessariæ, vt exprimantur, saltem de consuetudine, & ob id si non fuerint expressè accusatio sustineatur, vt firmat Dec. respōs. 124. n. 29. & 33. vol. 3. & latè sub n. 30. 31. ēt firmat, φ si constat de lícto cōmisso, iudex nō debet attendere istas solēnitates, & subtilitates, & præcipuè quando delictum est scandalosum; Si vero per partē opponatur, & tunc debeat dies exprimi, vt melius possit se desēdere, vt post Alber. testatur Ant. Gomez. d. c. 11. sub n. 4. vers. iuxta quod, & ibi testatur de communi, & quod ita fuit obtemptum coram magnis, & peritissimis iudicibus. Iul. Clar. q. 12. n. 9. vbi alios adducit, & testatur de cōi, & de anno 1595. ita fuit resolutū per Papā Clem. VIII. in plena signatura ad fauorem Canonici Alphonsi in vna Gadiecen. iniuriarum, me informāte per acta Frācisci Belg. Not. A. C. Mascard. de probat. concl. 28. n. 4. vol. 1. Bertaz. conf. 367. n. 3. lib. 2. Farinacc. q. 1. n. 20. vbi alios allegat, & testantur de cōmuni, & magis cōmuni, & nō esse ab hac opinione in iudicando, & cōsulendo recedendum Ost. Vestr. in pract. tit. de respōs. Rei ad positiones actoris col. 2. quem sequitur Viu. com. opin. 29. nu. 3. lib. 1. Baiard. q. 12. nu. 7. vbi tamen firmant, φ ad instantiam partis debeat per actorem dies expressi, sed non per officium iudicis. Scacc. d. c. 51. n. 35. latè Io. Bott. conf. 2. n. 3. & seq. vbi alios allegat, immo adducit, etiam doct. tenentes, quod dies sit exprimenda etiam parte non opponente.

Et in tantum requiritur expressio diei ad instantiam partis, etiam si causa ageretur coram Principe, vt tuetur Plot. conf. 60. nu. 3. & seq. vbi reddit rationē & reprobat Bald & Salic. contrarium tenentes.

Et peti debet per reū antequā respondeat accusationi, vel inquisitioni alias actor poterit dicere se memoria de die non tenere, vt tradit Masc de prob. concl. 28. nu. 4. vol. 1. sed Iul. Clar. q. 12 sub n. 3. post Bertrād. firmat, φ sufficiat, vt petatur, & exprimatur dies in termino sibi dato ad suas faciendas defensiones, vt possit deinde probare negatiuā, vel aliam legitimam probationem facere, & sequitur Scac. in d. tract. crim. c. 51. num. 48. & ita vidi in Curia pluries obseruari.

Alij autem, vt nec etiam ad petitionem rei accusator teneatur diem exprimere, tenent, & præcipuè Ant. Gomez. d. c. 11. n. 4. vers. sed his non obstantibus, quā opinionē acerrime defendit, & tuetur, ac eandē opinionem tenet Mising. obseruat. decis 40. in fi. vbi post alios, quos allegat testatur hanc opinionem veriorē, & aliam opinionem pugna non carere Vulpell. respons. 14. nu. 5. versic. Quicquid sit in die Marant. de ordin. iud. p. 6. memb. 3. num. 14. Signorol conf. 244. numero 2. Paol. merend. conf. 88. numero 3. tomo secundo crim.

10 Quæ opiniones contrariæ ad fœdus reduci possunt, vt 1. opinio negatiua procedat, quando reus petit expressionē diei calūniosè, vt si non fuerit vtilis talis expressio ipsi reo, vel posset se defendere absque d. expressione; Secus si nō posset d. suas defensiones facere sine d. diei expressione, vt quia vellet testes redarguere de falso probando negatiuā, vel aliā similē probationem faciēdo, & tunc procedat opinio affirmatiua, vt declarat Farinacc. d. q. 1. nu. 21. Scacc. d. c. 51. n. 35. vbi tamen subdit, quod erit difficile inuenire casum, in quo expressio diei non prosit Reo ad se defendendum, & ideò totum erit relinquendum arbitrio iudicis. Boss. titulo de inq. numero 92. Farinacc. dicta quæstione prima, nu. 21. Simanch. de Cath. instit. tit. 4. n. 10. decis. diuers. 431. n. 3. p. 1. Plot. conf. 60. nu. 17. Scacc. d. cap. 51. num. 35. in fin. vbi subdit quicquid aliter senserit Thom. Triuis. decis. 20. n. 2. & seq. lib. 2. & ita vidi pluries in contingentia facti practicari, vt totū resideat in Religione boni, & sapientis iudicis, ac in resolutione totius congreg. vbi causa pendet, & aliquādo vidi adire Signaturam Sanct. pro resolutione, an in casu, de quo agit dies sit exprimenda,

& per summos Pontifices rescribi negatiuè, vel affirmatiuè iuxta qualitatem facti.

Vel possunt concordari, quod si quærelans verisimiliter recordari posset de die, vt quia ageretur de die valde nota, ex aliquo accidēti, q̄a fuit in die creationis Sanct. Pontificis, vel in die aduentus alicuius Principis in Italiā, vel fuit in die alicuius solemnitatis, vel alia verisimili causa posset de dicta die recordari, & tunc omnino teneatur ad instantiā inquisiti diē exprimere Frāc.Casson.in trac.de accus.& libell.c.3. n. 8. Plot.cons.60.n.13.Aut verisimiliter nō pōt recordari, & tūc minimè sit cogendus, Boss.tit.de Inq.n.92. in fin.Iul.Clar.q.12.n.9.in fi.vbi testatur ꝙ ita practicatur & si casus cōtingeret ita admitteret, dummodo accusator medio iuramento hoc affirmasset Sigism. Scacc.in d.c.51.n.36.vbi subdit post Boss.vbi supra, ꝙ obliuio quando sit verisimilis, & quando non arbitrio boni iudicis relinquatur, & Farin.in q.1.nu.22.qui loquitur in accusatione, & inquisitione.

11 Ac etiam possunt conciliari, quod si dies, vel hora erit de substantia delicti, quia vna die, vel hora delictū induceretur, vt in ambulatione nocturna, quæ sine lumine est prohibita post pulsatā Campanā in 2. hora noctis, vt contingit ferè in omnibus locis, & præcipuè in Patria mea, vt in delatione armorum post sonū d. Campanę, & prout solet cōtingere in Vrbe, quia delationes armorū cōceduntur vsque ad certā horā noctis, vt puta vsque ad quatuor horas & tunc erit exprimenda dies, & hora Bart.in d.l.libellorum, n.12.de accusat.Ang.de Malefic.in verb.de anno præsenti, n. 5. Ant. Gomez.tit.de delict.c.11. num.4. vbi latè, & Farinacc.d.quæst.1. num.19.vbi de communi Scacc. d.cap.51.num.36.in fin.

Sed in proposito Aduocatus sciat defendere suum clientē probando, ꝙ ille fuit captus in loco in quo nō poterat sonus Campanę exaudiri secundū Bal.in l.fin. n.1. C.de his quib.vt indign.Bertaz.cōs.308.n 8.vers. Quibus concinit lib.2.Polid.Rip.in tract.de Nocturn. temp.c.5.n.11.vbi sub n.15.& seq.tradit illam distinctionem, aut Cāpana pulsatur de die, & tunc sit vera opinio Bald.& aliorū, aut de nocte ad noctem demōstrandam, vt in princip. noctis, & tūc nō excusetur, cū ipsa nos iudicet prohibitionem delationis armorum.

Vel poterit Aduocatus deducere deferentē arma fuisse, & esse surdū à Natiuitate, qui neque ex consuetudine antiqua potuit percipere stylū Ciuitatis, vt firmat idē Rip.in d.c.5.nu.20. Ac etiā poterit deducere ꝙ fuit captus in noctibus Iouis, vel Veneris in Parasceuę in quibus Campana non pulsatur, & ob id deferens arma puniri non possit secundū Polid. Rip. in d. tract.de noctur.temp.c.5. n.22.cum plur.seq.vbi etiā refert Doct.cōtrariā opinionē tenentes, & tandē sub n.8.concludit ꝙ si quęstio esset circa modicū tempus quo campana pulsari solet, & tunc mitius agendum erit contra deferentem arma in dd. duabus noctibus in Parasceuę, alias omnino puniendus sit, cuius declarationi animus meus acquiescit. In Vrbe autē in honorem Sacratissimæ Passionis D. N. in illis noctibus solent suspendi omnes licentię post sonum primæ Cāpanæ, quæ in principio noctis pulsari solitum est, & sic ferè paulo post occasum solis.

Aduocatus etiam poterit deducere, ꝙ Custos Cāpanæ hora solita illam non pulsauit, & ideò arma deferens post illius sonum excusetur cum fuerit in iusto errore Bonifac.Vital.in tract.de Malefic.in tit.forma libell.num.80.vers.sed pone ordinatum est.

Sed mihi circa declarationem istius opinionis Vital. non displicet eiusdem Polid.Rip.opin.in d.c.5.nu. 30.distinctio, vt procedat quando Campanarius errauit per tertia horā, vel per horā noctis, & nō vlterius, alias esset incrassa, & supina ignorantia, quę nō excusat, l.nec supinæ, ff.de iur.& fact.ignor. Et si Aduocatus velit in proposito delationis armorum ante, vel post sonum Campanæ factæ, alia scire, & clientem suum defendere, adeat eum Polid. Rip. in d. tract. de noctur.temp.in d.c.5.per totum.

Alij autē videntur tenere, quod licet accusator teneatur ad petitionē inquisiti diem exprimere, non tamen ad illam probandam arctetur, vt post Boss.tradit Iul.Clar.in q.12.nu.9.vers.intellige tamen vbi firmat, quod omnes ita fatentur Plot.cōs.60.n.28.& seq.vbi latissimè, cum verè talis expressio fieri debeat tantūmodo, vt reus possit probare negatiuam, vel aliam legitimam probationem facere, & ob id post Bal. Baiard.in d.q.12.nu.8.non male sentit.dum firmat, quod, falsa diei delicti demonstratio in accusatione, vel inquisitione non vitiat processum, secus si esset circa mensem, cum mensis de forma exprimi debeat, vt superius deduxi.

In casu verò, in quo accusans diem exprimere non tenetur; Inquisitus volēs facere probationē ad sui defensionem, si delictū, de quo agitur est reiterabile, vt percussio, si negauit delictū, & fuit probatū, & tūc Aduocatus ꝓ defensione inquisiti faciat duos articulos, & primus erit, ꝙ inter querelatū, & quærelantem vna tantū fuit rixa, cui interfuerūt testes descripti in querela, secundus erit, ꝙ ipse quærelans vulneratus quærelatū, vt docet Bart.in l.is qui reus de publ.iud.Ang. de Malef.in verb.de anno præsente n.2.si vero fassus fuit delictū in facto reiterabili satis erit, ꝙ testes deponant fecisse inquisitū ad sui defensionem, vt firmat Sigismund. Scac. in tract.crim.c.51. num.37. si vero delictum non fuit reiterabile, vt homicidium, & tunc absque alijs articulis testes deponentes inquisitum fecisse ad defensionem dicuntur illam probare, cum eorum depositiones non possint referri ad aliud delictum, vt per Ang. in d.verb. de anno præsenti sub d. num.2.& Scacc.in d.cap.51.num.37.

12 Sed difficultas est, si in accusatione, vel inquisitione est expressa certa dies, vel certa hora, & alio tempore in processu probatum fuit, fuisse commissum delictum, & tunc aliqui tenent reum esse absoluendum. vt post alios, quos allegat, firmat Boss.in titul.de inquisitio, numero 93.Iul.Clar.quæst.12.numero 9.in princ. vbi de communi, & post alios etiam, quos allegat Rim.Iun.cons.647.num.9.volum.6.Qui Iul.Clar. in d.quæst.12.numero 10.versiculo quæ tamen, contrariam opinionem sequitur, & quod prima opinio numquam sibi placuit, & quod in practica cum magna difficultate posset sustineri, nisi quādo delictum esset magis punibile magis vna die, quam alia, & tunc erit de substantia probatio diei, & Sigism.Scacc.in d. cap 51. n.39. vbi ad longum hanc quæst.ponit, cuius resolutio dicit pendere ab illa præpositione generali, quæ se habet, quod si fuit deducta aliqua qualitas in accusatione, & si non fuerit probata si inquisitus esset absoluendus, de qua inferius dicam.

Alij autem volentes istas cōtrarias opiniones per distin-

distinctionē conciliare affirmant, aut dies fuit in querela, vel inquisitione reo non opponente apposita, & tunc si non probetur deductum fuisse commissum eadem die, non per hoc sequi debet absolutio, secus si fuerit expressa ad petitionem inquisiti, vt voluerunt Doctores adducti per Farinac. in q. 1. nu. 30. qui testantur de communi, quam opinionem etiam ipse sequitur, licèt Ant. Gomez. c. 1 1. num. 6. vers. 4. etiam limita in tit. de delict. & Iul. Clar. in q. 10. vers. sed quid, si accusator, indistinctè teneant, quod in quocunque casu sequi debeat condemnatio, ego autem non auderem recedere a communi opinione supra firmata, & Plot. in consi. 60. ponit etiam quam plures declarationes circa istam diei expressionē, & præcipuè quādo probaretur factum per quinque Testes, vt nō requiratur expressio diei, etiam si vigore statuti requireretur, vt est videre sub nu. 1. & seqq. & sub nu. 10. & seqq. dicit, quod elapso decennio non requiratur talis expressio diei immo si expressa dies, & probatio secundum eam etiam facta esset, diceretur suspecta, de falso, & sub num. 13. etiam dicit non esse necessariam diei expressionem, quando esset notabilis, & famosa, vt dies Natiuitatis D. N. & dies mortis Pontificis, vel Imperatoris, & sub nu. 14. & seqq. dicit, quod si probatio fieret nō solum per testes, sed etiam per instrumenta, tunc non requiratur expressio diei, & sub nu. 17. cum plurib. seqq. etiam ponit, quid in testibus deponentibus sine expressione diei.

13 Quod autem dicebatur de qualitate expressa in accusatione, vel inquisitione si non fuerit probata, inquisitus absolui debeat, de qua latè posuit Farinac. in dicta q. 1. nu. 23. & seqq. & latissimè Sigismun. Seac. in d. c. 51. nu. 39. vbi retulit Doctores longa serie vtramque opinionem tenentes, ac etiam quandam suam distinctionem apposuerit, etiam latissimè Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 56. n. 81. & seqq. vbi retulit vtramque opinionem, & auctoritatibus corroborauit, immo Rim. Iun. consi. 550. num. 3. vol. 5. dicit quod in casu, in quo debet probari qualitas deducta in accusatione probari debeat plenè, clarè, & specificè, ad quos lectorem remitto, quia hodie parum prodesset reo similis defensio, cum huiusmodi defectus soleant penitus sanari, ac tolli per clausulas, quæ opponuntur in quærela, vel inquisitione, prout contigit in illa clausula super quibus omnibus, & singulis, &c. & per aliam clausulam non se astringens &c. & per aliam clausulā saluo iure &c. & per aliam omni meliori modo, &c. de quibus omnibus post alios per eum relatos, tradit Farinac. in d. q. 1. nu. 32. & seq. & Seac. in d. c. 51. n. 39. vers. quare petit, & latissimè sub nu. 42. & seqq. vbi de supradictis omnibus, & alijs similib. clausulis scripsit.

Et vigore dd. clausularum de consuetudine obseruatur, vt se qui debeat condemnatio etiam nō probata qualitate. Iul. Clar. quæst. 66. vers. sed quid pro parte Magon. decis. Lucens. 43. nu. 22. Farinac. q. 1. num. 38. & Scacc. in d. c. 51. nu. 39. vers. contrariam sententiam Petr. Cabal. in dict. cas. 56. nu. 81. & seqq. vbi etiam ipse ponit quamdam suam distinctionem, & cas. 173. n. 12. Bene verum est, quod sine dictis clausulis consuetudo prædicta cessaret, & non posset sequi condemnatio, nisi probata qualitate deducta in accusatione, vel inquisitione, vt tenet Farinac. in d. q. 1. nu. 39. in fine, & Rim. Iun. in consi. 349. nu. 5. lib. 3.

Si autem iudex per imperitiam attenta dict. consuetudine ob non probatam qualitatem reum absoluisset, an quærelans poterit contra inquisitum nouum iudicium intentare, vide Doctores allegatos per Boss. in tit. de inquisitio. n. 88. & Pract. papiens. in for. libell. act. Rea in gloss. non se abstringens nu. 4. fol. 135.

Locus autem commissi delicti est etiam exprimendus in accusatione d. l. libellorum, & dicto cap. fin. & libellorum. Plot. consi. 60. num. 3 & 7. & seq. Farinacc. q. 1. num. 12. Iul. Clar. q. 12. sub nu. 6 vbi subdit, quia si non opponeretur locus, & tēpus inquisitus non posset probare negatiuam, neque facere alias legitimas probationes. Decian. respons. 18. n. 74. vers. 5. respondeò, & nu. 75. & lib. 1. Farinac. consi. 86. nu. 58. Mising. cent. 2. obseruat. 32.

Ac etiam erit exprimendus locus, & describendus per confines, & cohærentias, vt post Ang. firmat. Iul. Clar. q. 12. nu. 7. vers. est autem, & num. 7. & si non exprimantur istæ qualitates nempè annus, mensis, locus, & tempus commissi delicti etiam parte non opponēte accusatio sit nulla, & reus absolui debeat ab obseruatione iudicij latè, qui alios allegat. Ioan. Bott. consilio 2. numero 4.

Quæ expressio loci est necessaria etiam si causa agitaretur coram Imperatore, vt tuetur Plot. consi. 60. n. 3. & seq. & in crimine falsi etiam requiritur expressio loci, & temporis. Boss. tit. de inq. num. 90. & seq. Iulius Scarlatin. consi. 118. num. 2. & seq. to. 1. criminal. Baiard. q. 12. nu. 4. licèt Farinac. q. 1. num. 13. dicat in contrarium se habere communem opinionem.

Etsi procedatur contra mandantem erit exprimēdus locus, & tempus non mandati, sed secuti delicti, Boss. tit. de inqui. nu. 90. vbi tamen subdit, quod ad effugiendum omnes difficultates erit tutius exprimere locum, & tempus mandati, & commissi delicti. Farinac. q. 1. nu. 14. Ioan. Mar. Manticell. in pract. crimin. reg. 7. num. 69.

Imò locus, & tempus adeò debeat exprimi etiam parte non opponente. Iul. Cla. q. 12. vers. dixi exprimendum. Farinac. q. 1. n. 15. vbi de communi Menoc. de recuperand. possess. remed. 1. nu. 473. & consi. 100. nu. 86. lib. 1. Mising. sing. obseru. 32. nu. 1. cent. 1.

Contrariam opinionem in eodem casu cōsulendo tenuerunt. Cephal. consi. 304. nu. 113. lib. 3. Decian. respons. 18. nu. 76. & seq. lib. 1. & nonnulli alij Doctores antiquiores tenent, vt opus sit, quod opponatur, quos refert Mising. d. obser. 31. nu. 1. vers. multa tamen.

Qui Mising. in obser. 42. pro conciliatione illarum opinionum sic distinguit generaliter, aut illud, quod deficit in accusatione est postea probatum per confessionem partis, & tunc reo nihil opponente, tenet processus, aut nō est probatum per confessionem, sed per testes, & tunc processus corruat, sed si fuerit expressus locus, tamen indeterminatus poterit ex probationibus postea factis suppleri, vt post Socc. in cōs. 146. num. 13. vol. 1. firmat Mising. obser. 33. cent. 2. & quod ex probationibus secutis suppleatur locus. Baiard. q. 12. nu. 5. & Decian. respons. 124. nu. 28. vol. 3.

Bene verum est, quod si non probetur locus delicti, sequi debeat absolutio. Iul. Clar. q. 12. & q. 30. n. 11. Boss. tit. de inq. nu. 90. Magon. decis. Lucens. 54. nu. 16. & seq. vbi testatur, quod Rota declarauit bene appellatum, & male iudicatum, quia non fuerat expressus locus delicti. Plot. consi. 52. nu. 14. Rim. Iun. consi. 723. num. 86. volum. 6.

Immo

Immo non desunt, qui tenent, vt exprimi debeat locus loci. Spec. in tit. de accus. §. 1. nu. 1. part. 4. lib. 4. Gand. in tract. de malefic. rub. qualiter fiat accusatio nu. 3. vt veritas vel falsitas comprobari valeat, vt testatur. Rim. Iun. cons. 723. nu. 87. vol. 6. licet nonnulli alij contrarium sentiant. Iul. Clar. d. q. 112. vers. dixi exprimendum, & vers. seq. Siman. de Cath. instit. tit. 4. nu. 9. Scac. c. 51. nu. 5. vers. contraria vi de com. & refert, quod Specul. alias istam opinionem sequutus fuit in tit. de test. §. iam de interrogat. sub nu. 9. lib. 1. p. 4.

Quæ opiniones contrariæ possunt duplici modo ad fœdera reduci, vt prima opinio procedat, quando locus loci aggrauaret delictum, & iudex vellet accusatum punire pena inflicta pro delicto commisso in isto loco, & tūc requiratur, vt exprimatur locus loci, alias secus, ac etiam potest dici quando locus esset expressus, nimis obscurus, & generalis, ita vt reus nō posset perfectè se defendere, & tunc etiam requiratur expressio loci, vt bene declarat. Scac. in d. c. 51. num. 5. vbi subdit, quod residebit in arbitrio iudicis, quando dicatur expressus locus loci, & defensio reo non dicatur sublata.

Immo adeò requirunt Doct. expressionem loci delicti, vt si non fuerit expressus locus, accusatio, vel inquisitio sit nulla etiam parte non opponente. Iul. Cla. q. 12. nu. 6. vers. dixi exprimendum, & q. 31. nu. 9. vers. existens, Farinac. q. 1. num. 15. vbi de communi. Boss. tit. de inq. nu. 98. Magon. decis. Lucens. 54. num. 16. & seq. vbi testatur, quod Rota Lucens. declarauit bene appellatum, & male iudicatum, quia nō fuerat in prima instantia expressus locus delicti, & idem expressè tenet. Rim. Iun. cons. 723. num. 86. vol. 7. Plot. cons. 60. nu. 7. & seq. Farinac. cons. 86. nu. 54.

Quod erit verum, quādo ageretur de causa criminali, vel ciuili famosa, vt requiratur expressio loci, alias sit nulla, accusatio, vel inquisitio etiam parte non opponente, secus si de alia actione ciuili, vt testatur. Iulius Clarus dicta q. 12. nu. 7.

Sed Doct. in ista materia dicunt quod si agatur de aliquo delicto, quod temporis momento determinatur, vt in homicidio, & tunc expressio loci, & temporis requiratur, secus in alijs delictis habentibus tractū successiuum. Bart. in dict. l. libellorum num. 10. in fin. & nu. 16. ff. de accusat. Menoch. cons. 100. nu. 89. & seq. lib. 1. Ang. de malefic. in verbo. Hæc est quædam inquisitio nu. 64. Farinac. q. 1. n. 17. Decian. respons. 18. nu. 72. & seqq. lib. 1. Cæphal. cons. 304. nu. 115. lib. 3.

Nec non expressio loci minimè requiritur, quādo delictum consistit non in cōmittendo, sed in omittēdo, Iul. Clar. q. 12. nu. 7. in fine, & etiam quando locus esset notorius. Clar. d. q. 12. nu. 8. vbi tandem subdit, quod nūquam vidit annullare processus propter istā solemnitatem nō expressionis loci, & Decian. respons. 124. nu. 32. vol. 3. post Bald. testatur de consuetudine solemnitates d. l. libellorum non seruari. Ego autem sum opinionis, quod si nō petatur expressio loci processus teneat, si verò petatur, & non exprimatur, & inquisitus non posset facere suas defensiones, & tunc si non exprimatur processus non teneat per Decian. dict. respons. 124. n. 25. Mascard. de probat. concl. 28. num. 3. vol. 1. Bene verum est quod iudex poterit ex officio supplere locū, & alia necessaria, vt substineatur iudicium vt post alios, quos allegat, ita firmat Baiard. in d. q. 12. nu. 6.

Circa verò alia decem requisita, quæ sunt ista, subscriptio, regnatio Papæ, Imperatoris, indictio, oblati libelli, conclusio, iuramentum, & alia, quæ ad plenū posuit post alios, quos cumulauit. Scac. in tract. crim. c. 51. nu. 5. cum pluribus seqq. ad quem Aduocatum remitto, si velit aliquis defensiones super eis elicere in fauorem Inquisiti, & sciat etiam Aduocatus, quod licet fiscus possit in aliquibus casibus instare, vt procedatur contra delinquētes nemine accusante, vel quærelante, tamen ipse fiscus debet in sua instantia apponere ea omnia, quæ tenetur apponere priuatus in suo libello accusatorio iuxta l. libellorum ff. de accus. vt bene declarat. Carauit rit. 20. num. 1. & 4. vbi etiam docet, quod fiscus non teneatur libellum proponere, sed solum designare instantiam, dicendo hæc est quędam inquisitio, quæ fit mero ex officio contra N. & super eo, videlicet, quod de anno tali, & mense, &c.

Sed circa illud requisitum de subscriptione quicquid sit de iure de consuetudine non seruatur, vt accusator se subscribat ad pœnam taleonis. Afflic. super const. pessimam nu. 8. lib. 1. Carau. rit. 20. nu. 1. Clar. d. q. 12. vers. cæterum hodie. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 322. num. 3. Gail. in pract. obser. de pac. pub. lib. 1. c. 9. sub nu. 3. Pegn. in comment. ad direct. inquisit. part. 3. comment. 14. §. his positis, vbi de com. Scac. d. c. 51. num. 13. qui etiam testatur de com. Caba. in qq. crim. cas. 166. num. 2. Villagut. in pract. crim. lib. 1. cap. 6. concl. 1. in princ.

Quæ consuetudo procedit etiam in Curia Romana quicquid in contrarium dubitatiuè dixerit. Bart. in l. si cui nu. 2. ff. de accusa. Villagut in pract. crim. lib. 1. cap. 6. concl. 2. circa fi. Idemque obseruatur in regno Neapolitano, vt talis subscriptio non fiat, non obstāte constitutione præsenti lege, la 2. Quia illa constitutio non loquitur de pœna talionis, sed de alia pena desistentiæ, vt declarat ibi Afflict. num. 1. in fine. Quæ consuetudo forsan procedit hodie etiam de iure per tex. in §. pœna instit. de iniur. vt notant. Menoch. de arb. q. 79. nu. 5. lib. 1. & Gail. de pac. publ. c. 9. n. 3. vers. fin. & Scac. d. c. 51. nu. 13. Et d. etiam consuetudo forsan processit, vel quia ob dictam pœnam talionis nemo reperiretur, qui accusaret, & sic delicta remanerent impunita. Afflict. d. constit. præsenti lege num. 1. Gail. d. c. 9. nu. 3. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 11. nu. 3. Clar. q. 12. nu. 14. Pegn. in comment. ad direct. inquis. comment. 14. p. 3. §. his positis in fine, vel fuit inducta ex auiditate latrunculatorum, vel Graphiarium, qui Cancellarias habent titulo oneroso, vt latè per Scac. d. c. 51. nu. 15. in fin, & nu. 30.

De iure autem non est dubium, quod talis subscriptio ad pœnam talionis sit necessaria. Ant. Gomez. c. 11. sub nu. 3. Duen. reg. 27. Clar. d. q. 12. sub d. nu. 15. Pegn. in dict. comment. 14. in princ. Scac. d. c. 51. n. 7. Petr. Cabal. in qq. crim. cas. 166. nu. 1. qui omnes alios cumularunt, & testantur de magis communi.

Immo affirmant procedere etiam in marito accusante vxorem de adulterio, vt ipse teneatur etiam se subscribere ad pœnam talionis. Clar. dicta q. 12. vers. sed retente Scacc. d. c. 51. nu. 7. & seqq. vbi hoc tribus modis limitat, & quod de iure ciuili mulier teneatur se subscribere, quicquid dicatur de iure canonico post Aret. in §. consequens num. 3. instit. de suspect. nec testatur de commun. Hier. Cæualles tract. com. contra com. q. 533.

Quæ

Quæ fubfcriptio ad pœnam talionis importat fimilitudinem fupplicij, vt accuator eadem pœna puniatur, qua effet accufatus puniendus fi delinquens effet. Afflict.in conftit.peffimam nu.7. in fi. Menoch. caf.332.in fin.lib.2.de arb.Scacc.d.c.51.nu.12. Petr. Cabal.dicto cafu 166.nu.3.qui alios cumularunt.

Quę opinio feruatur in impetratione Beneficij per priuationem alterius ex aliquo crimine, vt fignatura nunquam refcribat nifi cum refcripto ad pœnam taleonis, vt poft Card.Alexan. teftatur Clar.dicta q.12. nu.14.& fatis erit, fi talis fubfcriptio fiat per procuratorem, & deinde ratificetur per principalē, qui fi deinde deficiat in probatione puniatur, vel pœna talionis, vel alia extraordinaria Staphil. de litt. Sig. Iuft. Rub. fignatura iuftitiæ, ad quid feruiat nu.7. fol.318. Mandof.in tract.de fign.Grat.titul. de priuat. verfic. priuationes propter crimen.Scac.d.c.51.n.13.in fi.

Aduocatus autem pro defenfione accufatoris, qui ad dictam pœnam fe fubfcripfit poteft in fauorem illius deducere, quod probauit accufationem per vnū teftem, quia fufficit ad dictam pœnam euadendam. Ioan.de Arn.Problem.66.Marfil.in pract.crim. §.cōftante nu.97.& fing.47.Pegn.dict.comment.14. §.tādem accufatori.Scac.d.c.51.nu.16.verf. quæ conclufio,& ego obtinui in plena congregatione Auditoris cam. liberari quemdam equitem Iofephum Paulutiū de Affifio, qui porrexit memoriale contra Gubernatorem illius ciuitatis, & fe obtulit probare contenta in eo, & probauit contenta in memoriali per vnū teftem, quia illa obligatio ego deduxi, quod non poterat plus operari, quam fubfcriptio ad pœnam taleonis. Idemque erit fi doceret de publica fama. Bart.in l. fin. ff. de her. inftituen. quod dicit effe notandum Pegn.in loco citato,& fequitur.Scacc.in dict.cap.51. num.16.in fine.

Sed fi talis fubfcriptio non petatur proceffus non vitiatur, cum poffit reus tali infcriptioni renunciare. Felin.in c.fuper his nu.4.de accufat.Clar.q.12.nu.14. fed licet fuerit ommiffa talis fubfcriptio, tamen accufator deficiens in probatione puniretur dicta pęna fimilitudine fupplicij fecundum communem opinionem atteftatam per Abb.in dicto cap. fuper his nu.8. & per Felin.nu.4.de accufat. & ob id dum Clar.in d. q.12.num.14. firmat effe omnino neceffariam talem fubfcriptionem, forfan decipitur, vt etiam animaduertit.Sigifmund.Scacc.d.c.51.nu.11. de quo latè dicam in cap.fin.præfentis defenfionis.

Delictum, vel qualitas non deducta in accufatione; an fi fuerit probata fuper ea fequi poffit condemnatio.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas non deducta in accufatione, fuper ea non poteft fequi fententia, licet fuerit in proceffu probata.*
2 *Contrariam opinionem tenent hic Doctores.*
3 *Quæ contraria opinio procedit, non folum quādo proceditur per accufationem, fed etiam per inquifitionē, & eo maxime fi fequeretur confeffio rei.*
4 *Qualitas probata, vel deducta nouiter in proceffu debet publicari inquifito.*
5 *Et poterit fequi fuper dicta qualitate nouiter deducta, & probata, fententia in pœnam ordinariam, fecundum communem opinionem.*
6 *Accufationes, & inquifitiones tot funt, quot funt capita delictorum tentata, & idea ineptitudo in vno capite non vitiat accufationem in alijs capitibus.*

CAP. IV.

1 ADuocatus etiam debet diligenter videre fi delictum probatum in proceffu, vel aliqua qualitas aggrauans delictum etiā probata in proceffu fuerint prius deducta in quærela, quia non poterit condemnari, etiā probata qualitate, vel delicto, nifi prius fuerint in ipfa quærela, vel accufatione inftituta. Marfil.latiffime in pract.crim.§.quoniam, nu.52. & feqq. Rim.Iun.conf.817.nu.43.vol.7.& Doctor. cumulati per Petr.Caball.in qq.crimin.caf.173.nu.1. poft Bar. in conf.117.fub num.3.& Ang.de malef.in verbo.qui dominus iudex.nu.4.& dicam in defenf.36.c.1.

2 Contrariam opinionem, vt poffit fequi condemnatio, etiam fi delictum, vel qualitas non fuerint deducta in quærela, dummodo tamen fuerint probata, tenet Ant.Gomez.tit.de delict.c.11. nu.8. & inter alia fundamenta illud adducit, quia in criminali non requiritur, quod fententia fit cōformis libello, & quod ex probationibus, fequentibus omiffa in accufatione fuppleri poffint Decian.refponf.124.num.28. vol.3. vbi poft alios, quos allegat, maximè dicit procedere per confeffionem partis, Baiard.q.12.nu.5.quia tunc non eft curandum de forma accufationis, vel inquifitionis.Petr.Caball.in d.caf.173. n.9. vbi poft Aug.ad Ang.de malefic.in verbo, qui Dominus iudex, num.5. & 10.vbi firmat, idem procedere, ne dum in qualitate aggrauante delictum, fed etiam in delicto penitus feparato ab intentato, vt fi ageretur de homicidio, & fateretur furtum, quia de vtroque poterit condēnari, & eandem opinionem fequuntur Doctores cumulati ab eodem Petr.Caball.in d.caf.173.num.2.& feqq.& nu.8.& fub num.11.in fin.teftatur ita communiter in practica feruari, & quod ipfe millies feruauit, prout etiam hic in curia ego feruaui, & ab alijs femper indiftinctè feruari vidi, & Baiard.dict.q.66. n.28. & feq. Caualc.de Brach reg.p.4.nu.36.

3 Quæ opinio procedit, non folū quando iudex procedit per accufationem, fed etiam per inquifitionem, eoque maxime, fi delictum probaretur per confeffionem rei, quia non erit curandum de forma accufationis, vt poft alios, quos allegat fequitur. Cabal. in dict. caf.173.nu.8. & feq. & maxime dicit hoc procedere propter claufulas folitas apponi in ipfa accufatione.

Bene verum eft, quod tam nouum delictum, quàm noua qualitas probata in proceffu, & non deducta in quærela, debet reo tradi in publicatione proceffus, & de ea copiam habere, ne fine defēfione remaneat, & condemnetur, vt bene declarat. Ant. Gomez. in d. c.11.nu.8.in princ.& dicam in defenf.35.c.1.nu.6.

5 Sed difficultas eft, an reus vigore dicti delicti, vel qualitatis probatæ in proceffu, & non deductæ in accufatione condemnari poffit in pœnam ordinariam delicti. Decian.autem in refponf.115.num.10. vol.3. poft Ang.in conf.177.& confil.215. & Aug. ad Ang. de malefic.in verbo.Qui D.Iudex, nu.18. tenet, quod non poffit condemnari; nifi in pœnam extraordinariam, fiue reus faffus fuerit delictum, fiue fuerit conuictus per teftes.Sed Ant.Gomez.in d.capit.11. nu.8. verf.immo, quod magis eft, & poft Cyn. Bart.Ang.& Caftren.tenet opinionem contrariam, vt condemnari pof-

ti possit in pœnam ordinariam, & ibi testatur de cõmuni, à qua dubito, quod minime in iudicando, & cõsulendo recedendum sit.

6 Et pro complemento scias, quod dicantur tot accusationes, vel inquisitiones, quot sunt capita delictorum intentata, & ideò si ineptitudo accusationis, vel inquisitionis esset in vno, vel pluribus capitibus, substinebitur in alijs in quibus non adesset ineptitudo, vt latè declarat. Decian. respons. 12. nu. 29. volum. 3. vbi concordantes allegat.

Qualitas delicti an possit addi, vel detrahi in accusatione.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas aggrauans delictum ante sententiam potest addi in accusatione, vel inquisitione, & super ea sequi potest sententia condemnatoria.*

2 *Accusator antequam examinetur reus potest detrahere aliquam qualitatẽ ab ipsa accusatione, vel quarela.*

C A P. V.

1 ANte sententiam potest addi qualitas aggrauans delictum in ipsa accusatione, vel inquisitione, vt de ea in sententia ratio haberi possit, imò optimũ, & tutum remedium dicitur ad tollẽdas omnes disputationes, vt per Bart. in l. denunciasse, §. quid tamen, num. 5. vers. videamus vltra. l. adiectio, ff. ad leg. Iul. de adult. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 1. num. 27. vers. item iuxta prædicta, & latius in cap. 11. sub nu. 8. vers. item etiam quæro, vbi de communi. Ang. de malef. in verbo, qui Dominus iudex, nu. 1. & 3. vbi Aug. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 173. nu. 11. vbi etiam testatur pluries vidisse ita in practica per peritos fieri, & obseruari, prout in curia milles, & passim obseruatur, licet etiam sine dicta additione, si qualitas fuerit probata, super ea possit etiam sequi cõdemnatio, vt dixi supra in c. 4. & firmat. Pet. Caball. d. cas. 173. num. 11. quod ipse infinitis vicibus ita obseruauit, & ab alijs obseruari vidit, prout etiam hic in curia ego obseruaui, & ab alijs etiam passim obseruari vidi, & potest etiam addi in causa appellationis, vt super ea, & toto crimine sic qualificato instituatur iudicium, Lãcell. de attent. c. 12. limit. 17. nu. 10. vbi alios allegat.

2 Detrahere autem ab ipsa quærela, vel accusatione aliquid accusator potest antequam reus examinetur, vel lis contestetur, secus lite contestata, Sigismund. Scacc. in tract. crim. c. 51. nu. 4. & cap. fin. num. 8. cum sit regulare, vt libellus mutari non possit lite contestata, etiam si accederet consensus rei. Andr. Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 74. num 4. & 8. & 9. In causis ciuilibus quando possit emendari libellus vide Marc. Ant. Macerat. lib. 1. resol. 83. per totam.

Pax, transactio, vel pactum quando impediant accusationem.

S V M M A R I V M.

1 *Pax inter offensum, & offendentem impedit proponere quarelam.*

2 *Pactum de non accusando pro delictus futuris non valet.*

3 *Etiamsi fuerit iuramento confirmatum.*

4 *Statutum disponens quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria non valet.*

5 *Dolus de futuro licet non possit remitti expressè, potest tamen tacitè.*

6 *Dolus præsumptus potest remitti de futuro.*

7 *Dolus de futuro potest remitti quando concernit fauorem tertij.*

8 *Pactum de non accusando pro delicto præterito tenet, declara vt ibi.*

9 *Transactio impedit accusationem.*

10 *Quod procedit quo ad prosequen. accusationem iam propositam.*

11 *Transigens moto iudicio ciuili non potest criminaliter reum accusare.*

12 *Etiam si verba transactionis fuerint generalia, & non fuerint facta mentio de lite criminali.*

13 *Transactio facta super negocio principali suffragatur etiam super accessorijs.*

14 *Transactio impedit criminale iudicium, etiam si fuerit reseruatum agi super erroribus, & calculis quia intelligitur ciuiliter, & non criminaliter.*

15 *Transactio facta per proximiorem offensi non poterit institui accusatio per sequentem in gradu.*

16 *Transigens nõ potest deducere nullitatem transactionis ad officium procedendi criminaliter.*

17 *Accusatus promittens soluere expensas, vel interesse, vel non accedere ad aliquem locum si contrauenia tnõ poterit iterum accusari, sed tantum agi pro pœna pecuniaria habita ratione dicta contrauentionis.*

C A P. VI.

1 PAx autem sequuta inter offensam, vel offendentem an impediat, vt offensus non possit quærelare, vel an saltem iudex possit procedere ex officio Aduocatus adeat meum tract. de Pac. treug. in 1. par. q. 9. n. 32. & seqq & si in casibus in quibus de iure est prohibita transactio, vel pax sequuta fuerit pax, vel transactio an possit offensus accusare etiam dixi in d. q. 9. nu. 22. & latè And. Fachin. cons. 51. nu. 4. lib. 2.

2 Pactum verò de non accusando de delictis in futurum committendis non valet cum dolus de futuro remitti non possit l. si vnus §. pacta in fin. ff. de pact. l. pacta quæ contra C. de pact. cum alijs allegat per Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 3. c. 24. nu. 1. Menoch. de arb. cas. 337. nu. 14. lib. 2. Afflict. decis. 220. num. 9. vbi Vrsill. nu. 7. Petr. Caball. in q. crim. cas. 115. nu. 12. post hæc scripta superuenit. Farinacc. in fragm. crim. in litt. D. vbi latè.

3 Quod procedit etiam si pactum fuerit iuramento
corroboratum, cum non sit vinculum iniquitatis cap.
inter cætera 12. q. 3 capit. 5. de iure iuran, etsi valeret
aperiretur via iniquitatibus. Decian. d. c. 24. n. 2. lib. 3.
Immo nec etiam statutũ valeret, si disponeret, quod
4 pro homicidio pœna pecuniaria homicida plecteretur,
nisi respiceret delicta præterita, secus si futura ne
detur materia delinquendi. Bar. in l. omn. populi in 6.
q princip. ff. de iust. & iur. & post alios, quos allegat
ita declarat. Decian. dict. lib. 3. c. 24. nu. 4.

5 Sed Aduocatus in ista materia deducat, quod sit verum, vt non possit remitti dolus de futuro per pactum expræssum secus per tacitum.

6 Item vt procedat in dolo vero secus in præsum-
pto, vel in lata culpa. Item vt non procedat in pacto
7 concernente fauorem tertij, vt si quis pro delicto al-
terius tenetur, vt in filio pro patre, quia poterit paci-
sci, vt non teneatur, vt latè & benè declarat. Decian.
in dicto

in dicto lib. 3.c.24.nu 4 & ſeq.& ibi auctoritatibus,& iuribus illas limitationes comprobat.

8 Ac etiam poterit deducere, quod pactum teneat de non accuſando pro delicto iam commiſſo, & ſuper dolo de præterito. Decian.d.lib.3.c.24. n.7.Menoch.d.caſ.337.num.14.latè Andr. Fachin. conſ.51. nu.1.& ſeq. lib.1.Petr.Cabail.in tract. crim. caſ. 115. nu.12. vbi alios concordantes allegant, quo ad intereſſe remittétis, & paciſcentis, ſecus quo ad intereſſe publicum,quia iudex poterit ex officio inquirere, vel Syndicus, ſiue officialis accuſare per text. in l.ſi vnus §.pacta,in fin.ff.de pact.Decian.d.lib.3.c.24.nu.8.

9 Ac etiam poterit tueri clientem Aduocatus, vt accuſatio non ſubſiſtat,quia iam accuſator tranſegit ſuper illo facto cum accuſato,l.qui §.fin.ff.ad leg.Iul. de vi public.vbi communiter Doct.l.ſi maritus la 2. §. ſi negauerit ff.de adult. l.2. C.de abolit. Farinacc.q.4. nu.31.vbi de communi, & concordantes allegat Pariſ.conſil.150.num.67.vol.4. qui etiam concordantes cumulauit.Iul.Clar.q.58. verſ.ſed pone. Ant.Gomez. tit.de delict. cap.3.num.55.Andr.Fach. dict.conſ.51. num.1.& ſeqq.

10 Quod procedit non ſolum quo ad accuſationem intentandam de futuro, ſed etiam quo ad accuſationem propoſitam, vt non poſſit illam proſequi poſt tranſactionem factam, vt latè per Pariſ.in conſ.150. nu.6.& ſeqq.volum 4.qui etiam alios allegat, etſi fiat tranſactio ante inſtitutam querelam, vt viterius accuſare non poſſit.Pariſ.ibi nu.13. & ſub nu.19.Iul.Clar. dicta q.58. nu.1. verſ. Hæc autem pax vbi tamen ſub verſ. Sed de conſuetudine, ſubdit, quod iudex poterit procedere ex officio,& ſub nu.2. verſ.& ita practicatur. Quod intellige verum in caſibus in quibus poterat procedi ex officio, vt poſſit iudex proſequi cauſam ex officio, ſecus ſi in alijs in quibus non poſſet procedi niſi ad querelam partis, vt de communi teſtatur Baiard.d.q.58.nu.17.

11 Immo etiam moto iudicio ciuili tranſigens nō poterit amplius reum criminaliter accuſare ſuper eodē facto Pariſ.d.conſ.150.num.15.& ſeqq.vol.4. vbi adducit l.gloſ.& Bartol.in l.qui de ſiſtit ff. ad Turpel.& Alex.in add.ad Bar.in l.accuſationem. C.qui accuſat. non poſſ.

12 Et ſi verba tranſactionis fuerint generalia, licet in ea non fuerit facta mentio de lite criminali,nihilominus tranſigens nō poterit ſuper lite pendente, vel ſuper futura,de qua aderat timor conuolare ad iudiciū criminale. Pariſ.dic.conſil.150.nu.7. & ſeq.ex notatis in l.2.C.de tranſac.& in l.3.C.eod.tit. & Alex.conſil. 42.col.antepen.lib.1.

13 Et talis tranſactio facta ſuper negocio principali ſuffragatur etiam ſuper acceſſorijs, vt non poſſit inſtitui querela ſuper connexis, & acceſſorijs. Pariſ.d. conſ. 150. nu.9. vbi dicit, quod tranſactio facta ſuper ſorte operatur etiam ſuper pœna,per ea quæ tradūt. Alex.& Caſtrenſ.in l.2.in princ. ff. ſi quis caut.& plenè Felin.in c.ſuper literis col.13.extr.de reſcript.

14 Immo etiam ſi partes in trāſactione reſeruauerint agere ciuiliter ſuper calculis, vel rationibus reddēdis, ſeu ſuper erroribus non poterit amplius tranſigens pro dictis erroribus criminaliter agere,latè Pariſ.dict. conſ.150.n.23.& ſeqq.vol.4. vbi reddit illam bonam rationem, quia iam elegerint viam ciuilem, non poſſunt deinde conuolare ad criminalem per l. quod in hæredem §. eligere ff. de tribut. l.nemo §. quoties ff. de reg.iur.& not.Doct.in l.interdum ff. de pub.iud.& in l.2.§.hoc edicto ff.de vi bon.rapt.& in l.1. C.quād. ciuil.act.vbi Bar.in oppoſ.

15 Et ſcias quod tranſactio facta per proximiorē offenſi,quicquid de iure dici poſſet,ſequens in gradu de conſuetudine non poterit accuſare niſi prout poſſet quilibet extraneus.Iul.Clar.q.58.nu.2.verſ.& licet,& ſub nu.3. dicit quod tertius non poterit accuſare,niſi in quibus proſequatur ſuam,vel ſuorum iniuriam, vel delictum ſit publicum.

16 Nec poterit accuſator deducere,quod tranſegit in caſibus non permiſſis, in quibus videtur poſſe dici, quod tranſigens poſſit accuſationem proponere, & repetere.Iul.Clar.q.58.nu.22. vbi latè Farinacc. q.4. nu.38.vbi alios allegat. Quoniam communis opinio eſt, quod reſpectu accuſatoris teneat trāſactio, etiam in caſu de iure non tranſibili,quam atteſtatur. Anton. Gomez.tit.de delic.c.3.de homicid.nu.56.verſ.2.pro iſta mea ſententia, & poſtea de conſuetudine ſuper quocunque delicto hodie tenet tranſactio.Iul. Clar.d. q.58.num.10. & ibi Baiard.nu.22.in fine,& ego alias dixi in meo tract.de Pac.treug.p.1.q.10.

17 Immo ſi accuſatus promiſit aliquid ratione expēſarum, & intereſſe, vel per annum, non accedere ad aliquem locum, quia ſi non ſtetit promiſſis, non poterit iterum accuſari per text.in l.quamois C.de tranſact.& latè Baiard.in q 58. ſub nu.19. poſt alios,quos allegat, vbi tādem videtur concludere, quod ſi in pacta, vel in tranſactione deducatur alia pœna quā pecuniaria non teneat,cum pœna corporalis,vel alia ſimilis oriatur ex delicto, & non ex pacto, vt ego latè deduxi in dicta 1.p.de pac.q.62.per totam.

Et de iſta materia ſi Aduocatus velit ſe inſtruere vlterius adeat Doct.in l.tranſigere C.de tranſact.Ant. Gomez.tit.de delict.c.1.& c.3.nu.55.& ſeqq.Farinac. q.4.num.31. cum plurib. ſeqq. & latiſſime Decian.in tract.crim.to.1.lib.3.c.24. per totum, cuius dicta,neq hic tranſcribere videar, ideo remitto ad illum in occurrenti caſu Aduocatum, qui bene loquitur in iſta materia.

Exceptio nullitatis contra accuſationem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis contra accuſationem eſt opponēda alias proceſſus valebit.*

2 *Exceptio de quo tempore contra accuſationem proponi debeat, declara vt ibi.*

3 *Index ex officio poteſt accuſatores omnino inhabiles reijcere.*

4 *Etiam quod per ſtatutum diſponatur, vt quilibet admittatur ad accuſandum.*

5 *Exceptio illegitima perſonæ circa accuſationem reddit proceſſum nullum, vt non poſſit ſequi ſententia niſi in fauorem inquiſiti.*

6 *Defectus circa voluntatem in accuſatione eſt inſanabilis, & non poteſt etiam per principem proponi, & vſque ad mille annos deduci poteſt.*

7 *Defectus in accuſationem an ſuppleri poſſit per iudicem ex officio, vt procedere valeat per inquiſitionem vide hic.*

CAP.

C A P. VII.

1 DEfensor accusati caueat, vt exceptionem opponat cōtra accusationem alias processus deinde fabricatus valebit Corrad. in pract. in tit.de accusat.nu.14. Alexander in l.pen. nu.362. & seq. ff. de pub.iud.Farinac.q.12.num.54. vbi de communi.Decian.in tract.crim.to.1.lib.3.c.36.num.16.latè Vant. de Nullit.ex defect.mand.nu.176. & latius prius dixit
2 nu.1.& seq. De quo autem tempore opponi debeat. Bald.in l.2. nu.6. C. qui accus.non poss.distinguendo firmat, quod si exceptio proueniat de iure ciuili, opponi debeat ante litem contestatam; si verò prouenit de iure naturali, vel gentium, vt possit apponi etiam post litem contestatam, quem sequitur Corrad. in tractatu crim.tit.de accus.nu.14.& Farinacc. q.12. nu.55.Bene verum est, quod iudex non debet esse nimis promptus in reijciendo procuratorem superuenientem post litem contestatam, nec respicere ita seuerè tales exceptiones concernentes apices iuris vt dicit idem Bal.in dict.l.2.num.10.quem sequitur.Decian.in dict.c.36.nu.15. & Vant.in tract. de nullit.ex defectu mandati nu.176.

3 Immo iudex ex suo officio parte non opponente poterit accusatores omnino inhabiles ex defectu psonarum reijcere, vt sunt Iudæi, Hæretici, & alij similes, secus si non fuerint omnino inhabiles, & possent tacito, vel expressu consensu partium habilitari, quia contra istos iudex non opponit parte non reclamāte. Corrad.in sua pract.tit.de accus.nu.14. in fin.Moder. Rom.q.12. nu.56. & licet per statutum esset dispositum, vt quilibet admittatur ad accusandum, nihilominus restringitur ad personas habiles. Paul. de Cast. in l.2.nu.5.ff.qui satisd.cogan.Baiard.q.14.n.3.Vant. de nullit.ex defect.mand.nu.1.vers.& est talis.

4 Quæ exceptio illegitimæ personę circa accusationem reddit totum processum nullum, & inualidum, vt non possit sequi sententia, nisi in fauorem inquisiti. Mars.cons.49.nu.9.& seqq. latè Rol.cons.31.per totum lib.1.Farinac.cons.55.n.1.Decian. in tract.crim. to.7.lib.3.cap.3.nu.2. vbi dicit, quod si legitimus non fuerit accusator frustra defatigatur accusatus, & allegat.Oldrad.cons.124.in princ.

5 Si vero non interuenerit persona legitima, quia esset falsus procurator, vel alio modo deficeret voluntas principalis, dicitur defectus insauabilis, qui nec etiam poterit suppleri per ipsum principalem, vt latè per Vant.de nullit.ex defect.mand. nu.60. & seq. vbi concordantes allegat, & talis exceptio tanquam reddens iudicium, & processum retro nullum, quandocunque poterit opponi l.licet C. de procur. capit. in nostra in fine eod.tit.Bero.in c.1.nu.5.& seqq.de accusat.Baiard.q.14.num 2.& etiam vsque ad mille annos, vt latè per Vant.de nullit.ex defect.mand.nu.58. in fine vbi alios concordantes allegat.

6 Sed dubitari cōtigit in proposito si processus posset substineri saltem ex officio iudicis, vt quia vellet iudex procedere ex officio per inquisitionem, prout hodie de quadam consuetudine generali, & maxime in terris Ecclesiæ quotidie obseruatur, vt in quocunque delicto tàm publico, quàm priuato procedatur per inquisitionem. Decian. in rub.de Iud. nu.68.& seq.Nouell.in pract.crim. in princ.nu.4. & saltem de cōsuetudine remedium inquisitionis dicatur ordinarium sicut iudicium accusationis. Corrad.in pract.tit. de inquis.nu.2. Iulius Clar. q.1. vers.sed certe. Anton. Gomez.tit.de delict.c.1.nu.19. in fine, & nu.10. Farinac.q.1.nu.8.num.10.vbi alios concordantes allegat, & in specie, quod iudex suppleat similes defectus existentes in quærelis, & super eis fundet iudiciū, & procedat ex officio. Clar.q.2.num.7. vers.præterea cum hodie, qui Baiard. nu.17. vbi concordantes adducit. & Idem Clar.q.10.num.2.vers.Et sic iudex, & clarius dixit in q.14.num.1. vers.scias tamen, vbi ad literam firmat, quod iudices nunquam reiciunt quærelas ab aliquo porrectas propter aliquem defectum existentem in quærelis, sed iudices super eis assumunt informationes, & procedunt ex officio, etiam si accusationes fuerint porrectæ ab illis, qui de iure accusare non possint, & quod ita quotidie practicatur.

Sed huiusmodi exceptiones possent opponi in locis, in quibus seruaretur ius commune, & in illis casibus, in quibus iudex non poterit procedere ex officio, sed tantum ad quærelam, vel accusationem partis, vt tradit idem Clar.in d.q.14.nu.1.in fin.

An quis admittatur ad accusandum nomine alieno, & requiratur speciale Mandatum.

S V M M A R I V M.

1 *Accusare quis non potest nomine alieno, sed proprio nomine ad vtilitatem alterius.*
2 *Accusare quis non potest de iure per Procuratorem.*
3 *Secus est de consuetudine.*
Gesta per falsum procuratorem quando possint ratificari.
4 *Illustris persona potest accusare per Procuratorem, idem est in minoribus, & Mulieribus honestis.*
5 *Ius accusandi an cedi possit, remissiuè.*
6 *Mandatum speciale requiritur ad accusandum.*
7 *Procurator ad accusan. videndum est, an fuerit per vniuersitatem per duas partes legitimè constitutus.*
8 *Mandatum an fuerit extinctum ante accusationem per mortem constituentis mandatum.*
9 *Iudex potest opponere ex officio demandato, & quæ possint obijci contra illud.*

C A P. VIII.

1 NOn modica erit defensio pro accusato, vt non debeat audiri quærelans, quia proposuit quæ-
2 relam nomine alieno, & de iure quis admitti nō possit, sed tantum suo proprio nomine Ias.in l. post dotem nu.70.ff.solut.matrim.,Corrad.in pract.tit.de accusat.nu.12.63.vers.Tutor, curator, procurator.Clar. d.q.14.nu.22. vbi de communi, & concordantes allegat vbi subdit, & ob id Sindicus vniuersitatis nō potest Sindicario nomine accusare, sed opus est, quod accuset suo nomine ad vtilitatem vniuersitatis, & idē est in Tutore, vel Curatore, vt debeat ad vtilitatem pupill.Farinac.q.12. nu.51. & seqq. & latius in cons. 55.nu.1.& q.99.nu.18.Menoch.q.79.nu.2. vbi de receptissima opinione.

2 Immo nec etiam quis possit accusare de iure per procuratorem, vt latè defendit Marian.Socc.in c.veniens nu.154. cum plurib.seqq.de accusat. Ant. Gomez.tit.de delict. c.12. nu.12. vbi de communi Gabr. lib.7.concl.9.nu.3. Scacc.in tract.crim.c.101. nu.44.

vers.

verſ.de iure,vbi aſſignat rationes, & latiſſimè. Addẽtes ad Farinacc.in conſ.55. in litt. A, vbi quamplures concordantes adducunt, & ibi ampliat iſtam concluſionem, ſiue pœna excedat Relegationem, ſiue non, quando crimen eſt publicum, & etiam ſi pœna eſſet pecuniaria, & quod in delictis publicis, quis non admittatur ad accuſandum nomine alieno, & per procuratore latiſſimè Decian.in tract.crim.tom.1.lib.3. c.36.nu.1.& ſeqq.vbi reddit rationes, & ponit, & ibi, ampliationes, & limitationes ad quem lectorem remitto,latè etiam Farinac.q.99.num.3.& ſeqq. Scacc. q.101.nu.44.lib.1.de Iudic.

3 De conſuetudine autem quis poteſt accuſare, & proſequi accuſationem per procuratorem. Carauit. Rit.108.nu.3.in fin.Clar.q.32.nu.3.& num.22.Andr. Gail.de pac.publ.lib.1.c.10.poſt nu.7.Scacc.d.c.101. nu.44.verſ.de conſuetudine Farinac.q.12.ſub nu.53. & latè.Addentes ad Farinacc. in d.conſ.55.in litt.A, verſ.ſed quid ſi de iure, & ita paſſim hic in Curia obſeruatur, & idem eſt in Sindico, Tutore,& Curatore, Clar.d.q.17.nu.22.Farinac.d.q.12.nu.53.Baiard.in d. q.14.n.44.& ſeq. vbi dicit in Regno idem procedere in muliere coniugata,& quod de iure vniuerſitas poſſit agere pro iniuria facta vni de vniuerſitate, & allegat Oldrad. conſ.66. & Foller. in pract.crim.in verb. audiantur nu.7.

Sed in propoſito ſcias incidenter quod geſta per falſum procuratorem poſſunt ratificari ante ſententiam,ſecus ſi fiat ratificatio poſt ſententiam,vt eſt latè videre per Miſing. cent.1. obſeruat.45. vbi in fine ſubdit, quod in auditorio principis facta per falſum procuratorem ratificatione nõ conualeſcunt ex Doctrina Bald.in l.in falſus procurator. C.de fur. & ſerr. corrupt.

4 Item fallit in Fiſco, in Illuſtribus perſonis, mulieribus honeſtis, & minoribus, quia omnes illæ perſonæ per procuratorem, Tutores, & Curatores accuſare poſſunt circumſcripta dicta conſuetudine Afflict. ſuper conſtit.Beneficium nu.2.& gloſſ.in conſtit. generalia Iura Baiard.ad Iul.Clar.q.14. nu.47. Decian.d. c.36.nu.14.qui loquitur in perſonis Illuſtribus, & Baiard.vbi ſuprà.

5 Ius autẽ accuſandi an cœdi poſſit,latè Petr.à Plac. in epit.delict.lib.1.c.47. per totum, & quod non poſſit Ceſſionarius ſine altercatione de periurio puniri tradit.Afflict.in conſtit. eos qui ſcienter num.14. Decian.d.lib.3.c.36.nu.18.in fin.

Sed bene requiritur mandatum ſpeciale ad accuſandum latè Farinac.q.99.num.6. Scac.de Iud.lib.1. c.101.nu.43.verſ.ſi de Iure,& præſertim quando agitur de fama accuſati.l.non ſolum.§.fin. ff. de procur. vbi gloſ.in verb.nominatim,& Bart. n.2. & Caſtrenſ. nu.3.Virg.Bocacc.in trac.de citat.nu.76. Bero.conſ. 151.num.19.lib.1.latè Peregr. Iann.in trac. de citat. real.lib.3.c.21.nu.91.117.132. vbi loquitur ad redarguendum teſtes de fallo, & ibi recenſet. 85. caſus in quibus requiritur mandatum ſpeciale. Afflict. in conſtit.Regn.generalia iura.Baiard. in d.q.14.nu.45. qui etiam loquũtur in Sindico,vt debeat habere ſpeciale mandatum, & non ſufficiat vniuerſale, vbi tamẽ ſubdunt,quod ſi dubitetur de mandato,debet admitti, cũ cautione de rato,& quod requiratur ſpeciale mandatum ad accuſandum. Ioan.de Amic.conſ.132.num.5. Rom.conſ.60.per totum Caball.in Conſtit.Marchię lib.6.c.11.in verb.procuratorum n.4.verſ.40. Addentes ad Farinac.in d.conſ.55. in litt.A, verſ.ſed quid ſi Immo adeò requiritur mandatum ſpeciale ad obijciendum crimina, & accuſandum,vt ipſum mandatũ debeat habere omnes ſolemnitates, & requiſita, quæ debent apponi in accuſatione, alias mandatum eſſet inefficax,ſecundum Rom.in d. conſil.60. per totum, vbi in ſpecie, quando promiſit conſtituens procuratorem ratum habere geſta per ipſum procuratorem legitimè facta, vel in ipſo mandato non appoſuit tẽpus commiſſi delicti, vt mandatum non dicatur legitimum per rationes per eum,ibi,allegatas, quod cõſ. Rom. ſequuntur Doctores adducti, ibi, per Mandoſ. in addit.& Baiard.q.14.nu.47.in fin.Ne ſufficit clauſula generalis in fine mandati poſita,videlicet,nec nõ ad agendum,& faciendum omnia alia,& ſingula,quæ mandatum ſpeciale exigerent, & quæ ipſe conſtituẽs facere poſſet, ſi præſens eſſe latè poſt alios, quos allegat.Boccac.in d.trac.de citat.nu.77.& ſub num.76. in fin.etiam firmat, quod accuſatus abſens cum procuratore generali, ſi condẽnetur ſententia erit nulla. Sed Viu.com.opin.lib.3.opin.630.n.3. dicit ſufficere mandatum generale ad obijciẽda crimina, & ad proponendas quærelas, etiam nulla facta mentione, vel ſpecificatione criminis, reiecta opinione Romani tãquam falſiſſima,cõtra quam ipſe bis iudicauit, tu autem non recedas à prima opinione,vt requiratur mãdatum ſpeciale ad quærelandum ſuper tali crimine per latè tradita per Soc.in cap. veniens, num.267.& ſeqq.de accuſat.vbi ad litteram firmat,quod requiratur ſpecialiſſimum mandatum, & ibi hanc opinionẽ, & Doctoribus, & rationibus exornat, & comprobat, licet de conſuetudine nõ ſeruetur,vt in mandato omnia exprimantur, quæ exprimi debeant in ipſa accuſatione.

Ac erit videndũ ſi fuerit legitimè conſtitutus procurator, vt ſi Sindicus Vniuerſitatis fuerit per duas partes Vniuerſitatis deputatus, & ſi interuenerit maior pars in cõſtitutione, & ſi in mandato ſint expreſſa nomina conſtituentiũ de quo latiſſimè vide Vant. de nullit.de ex defect.mand.num.151.vbi ad plenum tractat iſtam materiam, & ponit ſolemnitates requiſitas in conſtitutione mandati,& latè Scac.de iud.lib. 1.c.101.num.37.& ſeq.ſub num 46. & ſeq. etiam latè docet de quo tempore opponi poſſit de iſta exceptione mandati.

Ac etiam videndum erit ſi mandatum fuerit extinctum,vel expiratum per mortem mandantis, vel alio modo reuocatum,de quo etiam ad ſaturitatem tradit Vant.de Nullit.ex defec.mand.n.155. & ſeq. vbi etiã docet quomodo ſit procuratori intimanda reuocatio,latè Scac.de iudic.lib.1.c.101.nu.43.

Et opponi poteſt de mandato etiam per iudicem ex officio ſecundum magis commun. opinionem atteſtatam per Scacc.de iud.lib.1.c.101.nu.33.& num. ſeq. docet quomodo conſtare poſſit de mandato, & requiratur,quod mandatum fuerit acceptatum,vel expreſsè, vel tacitè, & quomodo dicatur tacitè acceptatum, & quæ conſiderare debeat Aduocatus contra dictum mandatum ad illud infringendum, latè videat ibi per Scac.nu.37.& ſeqq.

Accu-

Accusationis priuilegia, & effectus, qui sint.

SVMMARIVM.

1 *Delictum commissum in Ecclesia operatur, vt à Rectoribus ecclesiæ cognosci valeat.*

2 *Accusator potest eligere iudicem, quem vult quando de eodem delicto plures iudices cognoscere possunt.*

3 *Accusator potest conueniri corã eodem iudice coram quo ipse alium accusauit.*

4 *Episcopus, vel clericus pro quibus in sæculari curia accusare possit.*

CAP. IX.

1 Accusationis enim priuilegium dat causam cõpetentiæ iudicis, vt si ecclesia fuerit spoliata, & sacrilegium commissum, illius rectores possunt reũ etiam laicum cõuenire coram iudice ecclesiastico c. cum sit generale de foro competen. Decian. tom. 1. lib.4.c.4.nu.1. vbi subdit huiusmodi priuilegium posse etiam à consuetudine dari, & refert, quod Speculator in titul. de compet.Iud.add. §.1. dicit se audiuisse quod Aretij super qualibet causa clericus trahit laicũ coram iudice ecclesiastico. Osasch. decis.31. num.6. Benè verum est, quod si reus fuerit etiam priuilegiatus, vt non possit conueniri nisi in tali foro. Reus præfertur omnibus cæteris paribus concurrentibus, vt post Ioan.Andr.& alios in cap.1. de priuileg.in 6. firmat Decian.in d.lib.4.c.42.& si mulier vidua iam nupta tempore viduitatis quærelam exposuerit coram vno iudice, si non iurauerit perhorrescere iudicẽ ordinarium, si deinde nupta vellet iurare an suffragetur ei ad istum effectum ne causa remittatur ad dictũ iudicem ordinarium ponit hanc quæstionem. Vinc. de Franch. decis. 257. p.2. vbi etiam ponit, quid si tempore viduitatis perhorrescentiæ iuramentum etiam præstiterit an si deinde nupserit accusatio valeat; & operetur ne causa remittatur se refert ad Foller. qui videtur concludere, quod sufficiat fuisse viduam tempore expositæ quærelæ; vt priuilegio accusationis potiri possit.

2 Si vero plures iudices possunt cognoscere de delicto; electio erit accusatoris licet alias in alternatiuis electio sit debitoris, vt latè per Decianum in d. lib.4. c.5.nu.1.& 2.post Iaf.in l.3.§.1.num.5.ff.de eo,quod cert.loco post Guid.de Suza. Alber. & Castr. vbi ponit Decian.in d.c.5.nu.3. & seqq. tres limitationes, & prima quando plures iudices cumulatiuè essent dati in fauorẽ rei, vt in auth. habita C.ne filius pro patre, & glos.in verbo opinione, secunda quando reus præuenisset vocando actorem coram vno ex dictis iudicibus petendo silentium sibi imponi iuxta l.diffamari C.de ingen. & manumiss. tertia in vagabundo, qui dicitur habere electionem vbi conueniri debeat. Etsi clericus, & laicus in simul comiserint delictum accusatio porrecta coram iudice Ecclesiastico operatur, vt ipse cognoscat causam laicorum, quamuis alias illam cognoscere nõ possit licet hoc male seruetur de consuetudine, vt dixi latè in prima defensione in materia præuentionis, latè Mastril.decis.138.

3 Et accusator poterit conueniri coram eodem iudice, coram quo accusauit l.cũ Papinianus C.de sent. & inter om.iud.cap.1.& 2.de mutua petit. c.cuius in agendo 3.q.8.& hoc præcipuè inductum est, ne continentia causæ diuidatur l.nulli C.de iud. Decian.dic. lib.4.to.1.c.7.& de ista quæst.seu materia latè scripsi, & dixi in diuersis locis præsentis tractatus, ideò superfluum censeo hic illa transcribere, vbi etiam posui si clericus per viam reconuentionis possit conueniri, & accusari coram iudice laico, & præcipuè tetigi in 1.defens.in materia præuentionis.

4 Et clerici possũt accusare pro defensione propriæ personæ, & bonorum coram iudice laico cap. prælatis de homicid.in 6.nec non pro seruis, & ancillis, cũ veniant appellatione bonorum, vt post Franch. in d. cap.prælatis declarat Prax. Archiep.Neapolit. c.35. nu.4. præmissa tamen solita protestatione circa pœnam sanguinis, vt legitur in dict.cap.prælatis, sed talis facultas accusandi etiam cum dicta protestatione, an sit concedenda clerico agendo in iudicio sęculari cõtra interfectores fratris, & filij dict. Prax. Archiepisc. Neap.d.c.35.vbi etiam generaliter firmat, quod dict. protestatio non suffragatur agenti causas alienas, nec testi, nec aduocato, nec iudici de quo latè per Couar. in Clem.si furiosi 2.p.§.5.de Homic.in 6.& Doctores concludũt clericum posse accusare de morte fratris, & filij, cum iniuria ei etiã dicatur illata, & sic dicatur agi de causa propria semper cum dicta protestatione Nauar.consl.3. de iniur.& damn.dato Couar.d.§.5.n. 4.Ac etiam potest cũ dicta protestatione denunciare aliquod delictum in reip. perniciem, vel ad euitandũ periculum criminis contra priuatum. Nauar. in c.inter verba 11.q.3.Coroll.57.Cnuar.vbi supra.Ac etiã potest vti dict. protestatione si reum inflagranti crimine reperiat, capiat, & iudici tradat declarando tamen, vt per d.Pract.Archiep.Neap.d.c.35.n.7.& seq. Sed caueat Aduocatus, vt exploret à clerico si accusando cum dicta protestatione habuerit animũ, quod reus moriatur, quia secuta morte, vel mutatione alicuius membri, consulat ei, vt procuret absolutionẽ ab irregularitate incursa secundum veriorem opinionẽ per Nauar.in manual.c.27.nu.226. Quia non obstat, quod irregularitas sola voluntate non contrahatur, quia improposito cum voluntate concurrit accusatio exterior, & protestatio est fallax, & mendax, nec est talis qualem ius canonicum requirit ad euitandam talem irregularitatem, & sequitur Lopez. ad Diaz.in pract.c.99.& d.Prax.Arch.d.c.35.nu.9. Et de ista accusationis materia cum protestatione post hæc scripta, latè ponit Farinac.frag.crim.in litt.C.

Accusatus quando admittatur ad reaccusandũ suum accusatorem.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus an possit suum accusatorem recusare est articulus difficilis, & intricatus.*

2 *Accusatus regula est, vt non possit de aliquo crimine suum accusatorem recusare.*

3 *Reus non relatione criminis, sed innocentia purgari debet.*

4 *Accusatus non potest suum accusatorem accusare solũ de æquitate canonica, quicquid de iure ciuili dubitari possit.*

5 *Accusatus in pari crimine non potest suum accusatorem accusare, quando tendunt delicta ad eumdem finem, ibi ponitur exemplum.*

6 *Idem procedit quando delicta sunt diuersa speciei sed*

ſed propter connexitate tendunt ad eumdem finem, & ibi ponuntur exempla.

7 *Ac magis procedit ſi ageretur criminaliter coram iudice delegato.*

8 *Item procedit poſtquam nomen accuſati fuit receptum inter reos.*

9 *Secus ſi nomen accuſati nõ eſſet receptum inter reos.*

10 *Criminoſus non dicitur accuſatus de iure canonico repellitur quicquid ſit de iure ciuili.*

11 *Accuſatus, quando poſſit ſuum accuſatorẽ reaccuſare poſtquã nomen rei receptum eſt inter reos remiſſiuè.*

12 *Accuſatus poſt conſenſum in cauſa non admittitur ad recuſandum ſuum accuſatorem.*

13 *Accuſatus poſt ſententiam quando admittatur ad reaccuſãdũ ſuũ accuſatorẽ diſtingue, & declara, vt ibi.*

14 *Accuſatus quando poſſit ciuiliter conuenire ſuum accuſatorem.*

15 *Reus conuentus ciuiliter quando poſſit reconuenire actorem criminaliter.*

16 *Accuſatus ciuilicer quando poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare.*

17 *Accuſatus non poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare niſi conſtituat ſe in carceribus.*

18 *Accuſatus ſi calumnioſè reaccuſat ſuũ accuſatorem ſi iudici videbitur reaccuſatus debet præſtare cautionem de ſe conſtituendo in carceribus finita cauſa primi accuſati.*

CAP. X.

1 ISte articulus eſt valdè difficilis, intricatus, & confuſus, ac multum imperfectè a Doctoribus traditus, vt exclamat Marian. Soccin. in c. ex litteris num. 64. circa medium de mutu. petit. & Marant. p. 4. in 6. diſtinc. principali, n. 47. mihi fol. 160. quem articulum tractant Doct. in d. cap. ex litteris, & præcipuè Abb. Ant. Butr. & latiſſimè Marian. Socc. & ibi cæteri ſcribẽtes Marant. vbi ſupra. Dec. in tractatu crim. tom. 1. lib. 3. cap. 33. per totum. Rimin. Iun. cõſ. 114. per totũ vol. 2. Et tractatur a Doctoribus in diuerſis locis, & præcipuè à Sol. in l. final. in 4. oppoſ. C. de ord. Iudic. Paul. de Caſtr. in l. qui prior, num. 3. ff. de Iudic. Crau. conſilio 28. num. 2. Hier. Giach. ad Clar. q. 1. in litt. A, verſ. Item ſi vtraque, & eſt materia, l. 1. C. de his, qui accuſ. non poſſ. & l. is, qui reos, ff. de publ. iudic. & l. cum rationibus C. de accuſat. & l. qui de crimine C. eod. tit. & Ang. in l. qui prior, numero 2. de iudic.

Ego autem pro illius dilucidatione diſtinctè, & breui diſcuſſione, quàm fieri poterit, procedam, & attingam illas defenſiones magis carcerato, & inquiſito
2 vtiles, & aduocatus habet regulam generalem pro ſe, vt accuſatus de aliquo crimine non poſſit accuſare ſuum accuſatorem, l. neganda C. qui accuſ. non poſſ. Ang. de malefic. in verbo, & ad querelam Titij, nu. 19. Nouell. in tract. ad defenſ. cap. 2. nu. 23. Marian. Socc. in cap. ex litteris, nu. 64. in princ. de mutu. petit. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 33. verſic. quod accuſatus, vbi ponit hoc pro regula, licet Marant. vbi ſupra faciat regulam in contrarium.

3 Ratio eſt poſita per iuris conſult. in his, quis reus de publ. iudic. quia reus non relatione crim. ſed innocentia purgatur, ne quis debet alium inculpare priuſquam ſe lauet. Nouell. in d. tractatu ad defenſ. cap. 2. nu. 23. Marian. Soccin. in d. cap. ex litteris num. 64. in principio, vbi alios allegat.

4 Quæ regula licet de iure ciuili reuocetur in dubiũ, tamen de quadam æquitate canonica; tãquam inimicus accuſatus nõ poſſit ſuum accuſatorem reacuſare, cum præſumatur moueri malo zelo. Marian. Socc. in d. cap. ex litteris, num. 65. verſic. tu aduerte, & nu. 67. extr. de mutu. petit. Iul. Clar. in q. 14. nu. 9. in fine. Qui Marian. Socc. in d. nu. 67. tradit duas declarationes in propoſito, vnam in principio, & alterã in verſ. aduerte tamen Baiard. ad Iul. Clar. quæſt. 14. num. 39.

5 Ac etiam procedit in paribus delictis, vt quando coniux coniugẽ accuſat de adulterio, quia repellitur ab accuſatione, ſi ipſe adulteriũ cõmiſiſſe cõuincatur c. pen. & & c. fin. de adult. hæc enim paria ſunt delicta, & tendunt ad eundẽ finẽ, nempè ad violandam fidẽ matrimonij cõmunis inter eos, & ideò nil doloſus doloſo, nil Catelina Cetego l. ſi filium C. de liberal cauſ. Marſil. ſing. 234. Din. in c. pari cauſ. de reg. iur. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 33. n. 1. in fin. vbi ponit etiam aliud exemplum.

6 Idemq; erit quando delicta ſunt diuerſa ſpecie, ſed adeò ſunt connexa, vt tẽdãt ad eũdẽ finẽ, vt tũc accuſatus nõ admittatur ad accuſatorẽ reacuſãdũ, vt proſequitur Dec. in d. lib. 3. c. 33. n. 3. to. 1. & ſeq. & ibi ponit plura exẽpla, & in ſpecie ſi maritus accuſet vxorẽ de adulterio, nõ poterit vxor accuſare virũ de lenocinio. Neq; ſi pax facta ſit inter duos ſub pęna cõtra frangẽtẽ pacẽ, ſi vterque pacẽ ipsã frangat, nõ poterit alter alterum accuſare, cũ licet ſint duo facta, tamẽ tendũt ad eundẽ finẽ, vt per Bald. in l. cũ mulier col. 2. verſ. 6. opponitur ff. ſolut. matrim. vbi Bald. in 8. oppoſit. dicit ꝙ ſi tu clã ædificaſti, & cũ violentia, ſi ego clã & violenter deſtruo, neuter alterũ accuſare poterit l. ſi alius §. eſt alia, & l. ſi tutor §. ſi ad ianuam ff. quod vi, aut clam Decian. in d. c. 33. num. 4. in fine.

7 Eoq. magis procedit ſi ageretur criminaliter corã aliquo delegato, quia corã eo nõ habebit locũ recõuentio de alia cauſa criminali, vt latè declarat, Marant. p. 4. diſtinct. 6. n. 51. & 52. vbi reddit bonas rationes, vbi tamen hoc limitat, quando iudex delegatus fuiſſet impetratus per ipſum primũ accuſantem, quia coram eodem poterit etiam criminaliter reconueniri per rationem per eum ibi allegatam.

8 Quę concluſio, vel regula ſupra firmata maxime procedit, quãdo nomen rei accuſati eſt receptũ inter eos, vt accuſatus ſuũ accuſatorem accuſare nõ poſſit per l. is, qui reus ff. de publ. iudic. quia vt ſuperius dixi non relatione criminis, ſed innocẽtia accuſatus debet ſe expurgare, vt pro regula tradit Marian. Socc. in d. c. ex litteris n. 69. & ita prius voluit, Bal. in l. cum mulier in 11. oppoſit. ff. ſolut. matrim. Dec. in tract. crim. tom. 1. lib. 3. c. 33. n. 14. qui allegat tex. in l. maritus §. præſcriptiones ff. de adulter. Iul. Clar. q. 14. n. 12. verſ. poteſt autem vbi de communi. Farinac. q. 12. n. 23. vbi de communi, & ſolum allegat. Iul. Clar. vbi ſupra, qui Farin. ibi admittit, vt accuſatus poſſit reaccuſare ſuũ accuſatorem de minori, & de maiori crimine ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur quando nomen primi accuſati non eſt adhuc receptum inter reos.

Quando autem dicatur nomen rei receptum inter reos, dicam latè infra in defenſione 21. cap. 17.

9 Si autem nomen rei non fuerit receptũ inter reos, tunc ſine difficultate accuſatus de maiori, ſiue ſuam, aut ſuorũ, ſiue etiã extranei, iniuriam proſequatur accuſatorem ſuum, vel alium reaccuſare poteſt, vt latè

prosequitur Marian.Socc.in c.1.nu.67.in fi.de mutu. petit.Iul.Clar.in d.q.14. sub vers.tertius est casus Farin.q.12.n.23.Marant.latè in 4.p.6.distinct.n.48.vbi de veriori opinione, Galganett. in glos. ad statutum Vrbis lib.2. c.27.n.20.Qui Marian.vbi supra dicit esse animaduertendum, vt hoc procedat, dummodo alia causa impeditiua non subesset, quàm ipsa recusatio, secus si ex alia causa legitima accusator repelleretur, quia tunc nec admitteretur etiam antequam nomen receptum esse inter Reos,de minori autem,sine de pari, nisi suam, aut suorum iniuriam prosequatur.Bald.in l.1. n.21. C.qui accus.non poss.& per totam Italiam Ita seruari,testatur Gand.vt refert Caualcan.de Brach.reg.p.4.num.476.in litt.B.

10 Criminosus autem nôdum accusatus, seu diffamatus de iure ciuili ab accusando nô repellitur licet aliter si in foro ecclesiast.vt supra dixi,ne dum criminosus, sed et côstitutus in peccato mortali repellitur ab accusando. Bero.in c.1.n.45. de accusat.vbi de communi,sed Iul.Clar.in d.q.15.versiculo dixi quoque,& versiculo quinimmo, dicit, quod si Peccatores non admitterêtur ad accusandum, nullus posset accusare. Farinacc.d.quæst.12. num.22.

11 Ad illud autem,quod supradictum fuit,vt reconuêtio in criminalibus nô admittatur postquâ nomen est receptû inter Reos,Doctores in d.c.ex litteris de mu tu.petit.& præcipuè Marian.Soccin.nu.70. cum pluribus seqq.ponit longa serie,decem limitationes,quas hic recensere esset nimis laboriosum, & ideò remitto lectorem ad eum,& erit etiam videndus.Ang.de Malefic.in verb.& ad querelam Titij nu.63.& ibi Aug.in addit.Marant.in d.4.p.distinct.n.47.cum plurib.seqq. vbi etiam refert,quid in illo Regno,Dec.in d.cap.33. per totum. De eod.crimine a tertio indubitantur potest pendente iudicio accusari, si delictum sit publicum,vt testatur Caualc. de Brach.reg.p.4. num.379. in littera C,in fin.

12 Si fuerit conclusum in causa, tunc accusatus non admittitur ad reaccusandum,etiam ad finem, vt in causa supersedeatur, vt bene declarat post Bar. Salic. & Ang.Marian.Socc.in d.c.ex litteris,n.80.vbi subdit nisi tamen delictum esset commissum post conclusionem in causa, ac etiam ibi restringit, ac declarat omnes casus in quibus permittitur procedi post nomen receptum inter Reos, dummodo non fuerit conclusum in causa. Quando autem concludatur in causa in crimin.dicam inferius suo loco.

13 Quando autem reus fuerit côdemnatus an admittatur ad reaccusandû post sententiâ,& tunc Doct.côsiderant quinque casus, & primum si accusatus fuerit absolutus, secûdus si per condemnationê nô ammisit famâ,aut Ciuitatê,vel libertatê,tertio si ammisit solâ famam,& non Ciuitatem,& libertatem,quarto quando ammisit Ciuitatem,vel libertatem,quinto quando fuit damnatus ad mortem, vt latè, & pulchro ordine declarat Marian. Soccin. In d.c.ex litteris,n 81.cum pluribus seq. Et in primo capite quâdo fuit absolutus côcedit tàm de iure Ciuili,quàm Canonico, vt admittatur ad accusandû,Caualc.de Brach.reg.p.4. n.379. in litt. C , dummodo tamen de iure Canonico suam iniuriam prosequatur,Iul. Clar. in q.14. vers.quartus est casus.Farinacc.q.12.nu.25.& idem Marian.Socc. in d.n.61. in fin.dicit idem procedere in secundo casu,quando fuit condemnatus,sed non ammisit, neque Ciuitatem, neque libertatem,neque famam. Iul.Clar. d. quæst. 14. versic.quintus casus,vbi ampliat procedere etiam in crim.exceptis,Farinac. d. q.12. nu.24.

In tertio verò casu quando ammisit per condemnationem solam famam,sed non ciuitatem,aut libertatem,& tunc Marian.Soccin.in d.cap.ex litteris,nu. 82. firmat,vt possit reaccusare suum accusatorem,& non alium extraneum.

Super quarto verò casu, quando per condemnationem ammisit ciuitatem,vel libertatem,& tunc idê Marian.firmat,vt non possit,neq;suum accusatorem, neq; extraneum accusare,sed bene possit iam cum'accusationes inchoatas prosequi,& ibi testatur de côi.

In quinto verò casu postquam fuit condemnatus ad mortem,& tunc sine altercatione non admittatur ad accusandum,neq;suum accusatorem neq;extraneû l. si forte,ff.de pen.l.cum reis,& l.si vendicari,C.eod. tit.Marian.Socc.in d.c.ex litteris,nu.84. vbi subdit,si verò vellet inchoatas accusationes prosequi, maius erit dubium,q longa serie,& ad partes illud disputat.

14 Si verò accusatus criminaliter vellet accusatorem suum ciuiliter reconuenire,non erit audiendus, cum causa criminalis tanquam maior faciat silere ciuilem, l. fin. C.de ordin.cognit.Marian.Socc.in d.c.ex litteris n.85. de mutu.petit.vbi firmat hanc propositionê procedere siue reconuentio fiat coram eodem iudice, siue coram alio vtrique parti competente, & idê tenet Marant.in d.4. p.distinct.6.n.57.vbi etiam subdit hoc procedere in illo Regno per Ric. fin. Bart.in l.edita sub n.16.C.de edend.Plot.cons.73.n.5.tom.2. crim.diuers.vbi firmat,non possit recôuenire,nec coram eod. iudice,nec coram diuerso,nec in petitorio, nec in possessorio,nec sic quacumque causa siue annexa,sine separata, & ibi testatur de commun. Moder. Rom.q.100. nu.71.vbi concord.alleg.& ibi subdit,q hęc opinio non placet,Baiard.in q.2. n.16.vbi tamen ipse Farin. ait,quod ipse numquam vidit accusatû repelli a iudicio ciuili intentando contra accusatorem, neq.per aliquem iudicem inhiberi,quando causa ciuilis est separata a crim.cuius opinionê non sequor nisi causa ciuilis intentanda esset ardua, per quam possit accusator distrahi a prosequutione causæ criminalis per ea,quæ tradit Rom.in l.edita,n.135.C.de edend.

Et è contra accusatus non poterit ciuiliter conueniri ab accusatore ne sic conuentus a se defendendo retrahatur,Bart.in d.l.edita,nu. 16. & post alios,quos allegat de communi testatur, Modern. Roman. in d. quæst. 100.num.73.

15 Si verò reus conuentus fuerit ciuiliter , & velit reconuenire actorem criminaliter,& isto casu si reconuentio fiat coram iudice competenti ipsius actoris, admittatur,secus si coram iudice incompetenti,vt latè prosequitur Marian. Socc. in dicto cap. ex litteris, num.86. & Marant.in dict.4. part.distinct.6. numero 57.in fin. num.58. vbi firmat,quod ita obseruatur,in illo Regno , sed vt non supersedeatur super causa ciuili prius intentata , etiam si ageretur de crimine læsæ maiestatis.

16 Si vero Reus fuerit de crimine ciuiliter côuentus, & tunc poterit etiam de alio crimine actorem ciuiliter reconuenire,Marian.Socc.in d.c.ex litteris nu.88. Marant.in d.4. par. distinction.6. numero 59. vbi tamen subdit , dummodo reconuentio fiat coram iudice competente ipsius actoris , cum per prius Iudiciû intentat-

intentatum non dicatur prorogata iuriſdictio in iudicem alias incompetentem.

17 Et pro cõplemẽto iſtius quæſtionis nõ eſt ommittẽda ſentẽtia Iul. Clar. in d. q. 14. ſub n. 12. vt quicquid ſit de iure, de cõſuetudine autẽ illius Ducatus Mediolani ſeruetur, vt accuſatus contra ſuũ accuſatorẽ niſi ſe conſtituat in carceribus non admittatur cum alias eſset deſtruere totã practicã criminalẽ, quia per indirectum reus admitteretur ad faciendum ſuas deſenſiones, & hoc dicit obſeruari, etiam ſi ſecunda accuſatio fiat de grauiori delicto.

Si verò eſſet conſtitutus in carceribus ſemper admittatur quęrela contra quęrelam ſiue de maiori, ſiue de minori crimine agatur, dũmodo crimina ad inuicẽ ſe cõtingãt, & patiãtur, ſecus ſi inuicẽ nõ ſe cõtingãt, quia tunc ſeruaretur ius cõe, vt nõ admittatur niſi reaccuſare vellet de maiori crimine, & ſuã iniuriã proſequeretur, vbi ponit exẽplũ quando crimina ſe inuicẽ non contingat, vt ſi accuſatus de vulnere, vellet reaccuſare teſtes deponentes ſuper dicto vulnere de falſitate, quia iſta cauſa falſitatis contra teſtes admittitur, & facit ſilere cauſam principalem criminalem cõtra primũ accuſatum, Paul. de Caſtr. in l. qui prior, ſub nu. 3. ff. de iudic. Anch. conſil. 62. n. 1. Afflict. deciſ. 229. n. 4. vbi Vrſill. num. 2. Barbat. conſ. 43. num. 10. lib. 1.

Et adeò leges abhorrent falſitates teſtium, & aliarum probationum, vt ſi ſententia detegatur lata prætextu falſorum teſtium, vel ex falſis probationibus vt præbeant quattuor remedia ad ſententiam irritandã, & alia ad falſitatem euitandam, & quæ ponit Coſta de ſubſid. remed. 120. num. 32.

Quod tamen declaretur primo dummodo proponatur accuſatio falſitatis contra teſtes coram eod. iudice, ſecus ſi coram alio ne continentia cauſarum diuidatur, & ne reus in vno tribunali accuſatus faciat ſuas defenſiones in alio Auth. & conſequeretur, vbi Bar. n. 3. C. de ſent. Iun. in c. 1. nu. 4. Butr. n. 12. & Mar. Socc. n. 84. de mutu. petit. Moder. Rom. q. 100. nu. 70. Et 2. declaratur, vt licet de iure ſit opinio vera tamẽ de cõſuetudine nõ ſeruetur, vt procedatur eod. tẽpore ſuper vtraque cauſa, & informationes aſsumãtur & pronuncietur Ang. in d. l. qui prior, n. 2. Anan. in c. 1. n. 10. de caluniat. Clar. q. 14. ſub nu. 12. verſ. tertius eſt caſus Farinae. d. quæſt. 110. num. 91. & ibi reſpondit Barbat. contrarium tenenti.

18 Bene verum eſt, ꝙ ſi iudex videat ꝙ accuſatus ſuũ accuſatorẽ reaccuſat, vt illum diuertat, a ſua accuſatione, iudex debet recipere cautionẽ a reaccuſato de ſe cõſtituẽdo quotieſcũq; ipſi iudici videbitur, & proſequi debet cauſã contra primũ accuſatum, vt firmat Iul. Clar. in d. q. 14. n. 12. verſ. bene verum, & ita vidi ẽt pluries hic in Curia obſeruari, quamuis etiam aliquãdo vidi aliter, vt dicam de facto, per procuratores fiſcales niti velle obſeruari contrarium, forſan, quia fiſcus poteſt inſtare, vt ſuper reaccuſatione ex officio iudicis procedatur, & informationes aſsumãtur, niſi cõſtet ſecundã accuſationẽ eſse inſtitutã per caluniã, vt accuſator diuertatur a ſua prima accuſatione, vt tradit Coſta de ſubſid. remed. remed. 120. num. 31.

Et ideò puto quod arbitrio iudicis multum ſit tribuendum in hoc diſcernere ſi verè ſecuta accuſatio poſſit impedire primum accuſatum a proſequutione ſuę accuſationis, & ſi per calumniam inſtituatur dicta ſecunda accuſatio, & ideò ſemper tutius erit recipere cautionem a ſecundo quærelato & proſequatur iudex cauſam contra primũ accuſatorem inſtitutam.

An, qui ſemel receſſit ab accuſatione, poſſit iterum accuſare.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione non debet iterum audiri.*

2 *Deſiſtere ab accuſatione quibus modis dicatur.*

3 *Accuſatus deſiſtens ab accuſatione per priuatam abolitionem non debet iterum audiri.*

4 *Item procedit in eo, qui deſiſtit cum pacto præcedente, vt conſequi debet aliquid a Reo, quia etiã quod Reus non obſeruet promiſſionem, non debet iterum audiri.*

5 *Item ſi proteſtatus fuit velle iterum accuſare, non debet iterum audiri.*

6 *Item ſi interrogatus eſſet ſi vellet accuſare, negauerit velle non debet iterum audiri.*

7 *Item procedit in delictis miſti fori, quia ſi quis accuſauit aliquem coram vno iudice non poterit coram altero accuſare.*

8 *Primo limita quando accuſator dolo aduerſarij fuiſſet ductus ad reuocandum quærelam.*

9 *Item limita, vt iudex poſſit proſequi cauſã ex officio.*

10 *Item limita in publica abolitione, vt poſſit iterum accuſare infra triginta dies.*

11 *Solicitatio, vel inſtigatio, quando operetur, vt quis dicatur facere partem in iudicio.*

12 *Item limita in purgatione Canonica contra quam admittitur denuò accuſatio.*

CAP. XI.

1 QVoniam hic in Curia pluries contingere vidi, quòd offenſus recuſauit quærelam proponere, & propoſitam reuocare, & deinde velle admitti ad iterum quærelandum; Ideò Aduocatus Carcerati ſciat, quod ipſe habet intentionem fundatam ſuper regula, quæ eſt quod qui ſemel accuſauit, & deſtitit nõ poſſit iterũ ad accuſationẽ redire, l. qui deſiſtit, ff. ad Turpell. l. 2. §. 1. ff. de adult. l. qui accuſationem C. qui accuſ. non poſſ. text. in l. Senatus Conſulto, §. idem in accuſatione verſ. nam cum, ff. ad Turpell. & eſt etiam vulgare dictum, quod remittentibus actiones, ſuas nõ eſt dandus regreſſus l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de delict. ædict. c. caſu 7. q. 1. c. ſi illis 23. q. 4. Decian. in tractat. crim. tomo 1. lib. 3. c. 29. num. 1. & plenè Bald. in l. accuſationem, C. de his, qui accuſ non poſſ. Baiard. ad Iul. Clar. q. 10. n. 1. in pract. crim. Foll. in pract. crim. in verb. audiantur exceptiones, n. 29. & ſeqq. Caualc. in fragm. fragm. 84. verſ. At ille vbi in fine poſt Sforz. Odd. de reſtit. in integr. q. 85. per totam, dicit nõ procedere in minore, & quod deſiſtens a quærela non poſſit amplius audiri idem Caualc. de Brach. reg. p. 5. n. 48. vbi tamen poſt Bart. videtur diſtinguere, quod ſi agatur de crimine ſuper quo non poſſit tranſegi, & tunc amplius non audiatur ſecus in alijs.

2 Deſtitiſse autem dicitur, qui in totum animũ agendi depoſuit, l. deſtitiſse, ff. ad Turpell. item, qui infra præfinitũ tẽpus a Pręſide ad accuſandũ nõ accuſauit, itẽ, qui cũ Aduerſario de cõpoſitione eius criminis, ꝙ intendebat, loquutus eſt, l. ab accuſatione in princ. & §. deſtitiſse, ff. ad Turpell. item qui affectum, & animũ accuſandi depoſuit Decian. in dict. cap. 29. num. 1. in fi.

in fi. Si verò quis interrogatus dicat Titiū ſibi iniuriā minime feciſſe, poterit ſuam cōfeſſionem retractare, & de iniuria eūdem Titium accuſare, vt poſt Luc. de Penn. in l. 1. C. de deſertoribus, lib. 12. tenet Baiard. ad Iul. Clar. in d. q. 10. n. 2. & 5. Caualc. d. p. 5. n. 48. vbi inter alia in propoſito dicit, quod quærelans non quærens expeditionem, dicitur deſiſtere.

3 Quæ concluſio ſupra firmata procedit, vt procedat etiam in priuata abolitione, quia non poterit ab eodē proponi quærela, l. mulier. §. fi. ff. ad Turpell. idē eſſe in Præuaricatore, vt poſtquā eſt cōuictus de præuaricatione non poſſit amplius accuſare, l. accuſator, ff. de præuar. l. qui iudicio, ff. de accuſ. Dec. in d. c. 29. num. 3. tom. 1. lib. 3. vbi reddit rationem.

4 Ac etiam procedit, quando quis deſiſtit pacto Precedēte, vt Reus ei aliquid dare debeat, quia etiam, ꝙ non obſeruet promiſſionem nō poterit accuſare, text.

5 in l. quamuis, C. ad Turpell. Dec. in d. c. 29. n. 4. Idemque erit quando deſtitit, & proteſtatus fuit, ſe poſtea velle accuſare, quia nec etiam admitteretur amplius ad accuſandum, vt notat Bartol. per illum text. in l. Miles §. Socer. ff. de adult.

6 Ac ſi interrogatus eſſet, ſi vellet accuſare, & negauerit velle accuſare, quia non poterit amplius accuſare, text. in l. maritus, la ſeconda, ff. ſi negauerint, ff. de adulter. Decian. in d. c. 29. num. 6. qui tamen ſub n. 7. dicit, d. §. ſi negauerit reſtringi ad caſum ſpecialem matrimonij, vt obuietur turpedini, ſecus in alijs caſibus, vt reintegra etiam facta dictā interrogatione per iudicem, poſſit accuſare.

7 Idemq; erit in delictis mixti fori, vt ſi quis accuſauit aliquē coram vno iudice, vbi accuſatus fuerit abſolutus, non poterit ab eodem coram alio iudice iterum accuſari, vt declarat Imol. in c. cum dilectus de purg. caut. Alciat. cap. 1. n. 87. de offic. ordin. Decian. in d. cap. 29. num. 8.

8 Primo limita, quando accuſator fuiſſet dolo per aduerſariū ductus ad reuocādā quærelā, vel tueri errore ductus, quia poterit iterū accuſare ſiue ex ſimplicitate deſtitiſſet, vel iuſto impedimēto detētus fuiſſet, quia nō fuiſſet proſequutus, l. fin. C. ad Turpill. Decian. d. cap. 29. nu. 9. & 17. in fin. ſi verò per colluſionem deſtiterit ipſe accuſator non poteſt accuſare, nec proſequi accuſationem, ſed bene quilibet tertius latè, Caual. in fragm. fragm. 99. & colluſio quomodo probetur. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 26. Maſcard. concluſ. 321. Caualc. d. fragm. 99. vbi latè, & dicit, quod ſi procurator fuerit remotus, vel reuocatus ante accordium cum parte non poteſt de præuaricatione accuſari, & in dubio etiam colluſio, non præſumatur, Farinac. q. 4. num. 19. vbi alios allegat.

9 Secundo limita, & intellige, quod iudex poſt porrectā quærelā ſi pars deſtitiſſet potuit proſequi cauſā ex officio ſuo, tex. in l. conſtante matrimonio in fine, ff. de adulter. Afflict. in conſtit. legum aſperitate, n. 12 Gramm. deciſ. 31. num. 3. & ſeq. & Baiard. poſt iſtos in quæſt. 10. num. 5. vbi etiam ſubdit poſt Carauie. quod hoc erit verum in quacumque parte iudicij etiam in cauſa appellationis, vel ſi mortuus fuerit accuſator.

10 Si verò facta eſſet generalis, & publica abolitio criminis ex aliqua cauſa poterit poſtea repetere eādem accuſationem infra triginta dies, & erit in eodem ſtatu in quo erat ante abolitionem, l. ſi quis repetere, l. aut priuatim §. tinginta dies, ff. ad Turpill. l. 1. C. de generali abilit. Decian. in dicto cap. 29. numero 10.

11 Sed per ſolam ſolleicitationem, vel inſtigationē nō intelligitur, quis facere partem in iudicio, ſed oportet declarare, & ideò ſolet peti, vt mandetur inſtiganti, vt declaret ſi intendat facere partes in iudicio, ad quod iudex tenetur facere, declarate, vt poſt Foll. in pract. crimin. in verb. audiātur exceptiones n. 2. Baiar. q. 10. n. 6. & ita paſſim hic in Curia obſeruatur Caual. de Brach. reg. p. 5. num. 48. circa finem.

12 Tertio limita quando quis ſe expurgauit a delicto per iuramentum, quia accuſator denuò admitti poteſt ad accuſandum de periurio cum iuramentum purgationis ſit iudiciale contra quod admittitur probatio, vt firmat Miſing. cent. 2. obſeruat. 82. ex notatis in l. admonendi, ff. de iur. iur. & per Hoſtien. de purg. canon. verſ. an purgatus in fine.

Denuncians maleficium, vnde iudex incepit inquirere contra aliquos, an poſſit ipſe denuncians alios accuſare.

S V M M A R I V M.

1 *Denuncians maleficium quando poſſit alios accuſare ſi iudex incepit inquirere contra aliquos. l. Declara latè, vt ibi.*

2 *Accuſans aliquem de homicidio ſi in accuſatione omiſit apponere qualitatem proditionis vel appēſamēti quando poſſit d. qualitatem addere in accuſatione.*

CAP. XII.

1 ISta quæſtio fuit diſputata per Alber. quem refert Specul. in tit. de inq. §. pen. verſ. vlt. queritur ſub n. 8. & ſequitur Gand. in tract. de Malefic. Rub. vtrum ille contra quem fuit per inqui. proceſſ. poſs. de nouo accuſat. circa fi. & omnes concludunt, quod ſi a principio quando denunciauit, nominauit eos, quos nunc vult accuſare, & contra eoſdem fuit facta inquiſitio, & iſto caſu, cum elegerit viam denunciationis, & inquiſitionis, nō poteſt illam variare, ſi verò denunciās nullos nominauit, ſed tantum denunciauit delictum fuiſſe commiſſum, & tunc poſſit nominatim aliquos accuſare. Dec. in tract. crim. lib. 3. to. 1. c. 29. nu. 11. & ſeq. dicit licet credat hanc diſtinctionem eſſe veram, tamen, ibi tradit aliam diſtinctionem, quæ eſt iſta.

Aut quis denūciauit delictum ex debito ſui offiecij, & tunc non obſtante d. denunciatione poterit proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam accuſare, aut nulla neceſſitate cogente id fecit, & tunc ſit vera opinio, Specul. & Gandin. per rationes adductas per Decian. in d. cap. 29. num. 12. & ſeq.

Si verò iſte, qui tenebatur denunciare ratione officij fuerit præuentus ab accuſatore, adhuc ipſe tenebatur denunciare, & maxime ſi videat accuſationē fuiſſe male formatū, vel ſuſpicetur de colluſione, & ſi nō denunciauerit ſtante dicta accuſatione facta per alios ſi reus fuit abſolutus puniretur, denuncians in pœnam ſtatuti, ſi verò Reus fuerit condemnatus euitaret pœnam cum in crimin. ad pœnam euitandam, non intersit a quo diſpoſitio adimpleatur Decian. in d. c. 29. n. 14. & 15. vbi firmat, quod ita tenent omnes in l. eum ſeruus, ff. de verborum obligatione.

Si verò iſte officialis, qui ratione officij tenebatur denunciare, denunciauerit dum fuerat priuatus, & poſtea

poſtea denuò factus iterum officialis non tenetur iterum denunciare, bene verum eſt, quod ſi in prima denunciatione in aliquo defeciſſet, & foret in culpa, ſi deinde effectus officialis iterum non denunciaſſet puniretur, Ang. de Malefic. vbi Aug. in verb. Nec nõ ad denunciationem, n. 34. & Dec. in d. c. 29. nu. 15. in fin.

Bene verum eſt, quod ſi quis primo accuſauit de homicidio, ſed in accuſatione omiſit qualitatẽ appenſamenti, vel proditionis, vel veneni, vel poteſt iterum accuſare, vel primę accuſationi d. qualitates aggrauãtes addere, addere, Bart. in l. Senatus, n. 4. de accuſ. ſed dubitatur ſi poſſit vſque ad ſentẽtiam, ac ẽt poſt ſententiam condemnatoriam, & Bart. ibi tenet, ꝙ ſic, ſed Spec. & alij relati ibi per duas Apoſtillas tenent contrarium, vt poſt ſententiam non poſſit. Dec. in d. cap. 29. n. 16. idem tenet ante ſententiam, ſed de alio tempore nih l poſſit. vide ſupra in cap. 5.

Accuſator quando liberetur a pœna calumniæ, & ab expenſis, ſi non probet accuſationem.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatores de iure ad pœnã Talionis ſe inſcribebant.*
2 *Quæ pœna Taleonis de conſuetudine eſt ſublata.*
3 *Accuſatores de conſuetudine ob calumniam arbitrio iudicis puniuntur etiam pœna mortis.*
4 *Accuſatores poſſunt etiam puniri de falſo, ſi falſos teſtes induxerint etiam vſq; ad pœnam mortis.*
5 *Immo duplici pœna, nempè in amputationem linguæ, & poſtea in pœnam mortis.*
6 *Accuſantes memoriam defuncti, & compellentes teſtes ad falſum deponendum, poſſunt etiam puniri.*
7 *Calumnioſam accuſationem, quando quis dicatur proponere.*
8 *Accuſatores calumnioſi ſemper debent condemnari ad damna, & expenſas ad fauorem Rei abſoluti.*
9 *Fiſcus indebitè aliquem vexans condemnatur in expenſis, & in alijs pœnis.*
10 *Iudex indebitè aliquem vexans poteſt puniri pœna extraordinaria, & ad expenſas.*
11 *Iudex ex inquiſitione contra accuſatorem calumnioſum procedere poteſt.*
12 *Accuſator pœna falſi pro calumnia puniri nõ poteſt.*
13 *Niſi produxerit falſos teſtes, vel falſa inſtrumenta, vel niſi fuerit interpellatus, an vellet vti d. accuſatio.*
14 *Accuſator excuſatur à pœna calumniæ, & Taleonis, quando habet vnum teſtem pro ſe.*
15 *Etiamſi deponeret de confeſſione extraiudiciali delinquentes.*
16 *Niſi tamen iſte teſtes eſſet fatuus.*
17 *Accuſator excuſatur a calumnia, quando ſemiplene probauit accuſationem.*
18 *Et excuſatur etiam iſto caſu ab expenſis.*
19 *Niſi accuſator eſſet ſolitus calumniari, quia ſemiplene probatio ipſum non excuſet.*
20 *Vel niſi eſſemus in caſu, in quo non defertur iuramentum in ſupplementum.*
Declara tamen, vt ibi.
21 *Accuſator ſi fuit deceptus à teſtibus excuſatur.*
22 *Accuſator excuſatur ſi audiuit a perſonis fide dignis.*
23 *Item, quando dicit audiuiſſe ſimpliciter, vel quod publicè dicebatur.*
24 *Fide digni, qui dicantur in propoſito.*
25 *Item ſi audiuit a teſtibus, qui deinde ob eorum exceptiones fuerunt repulſati.*
26 *Declara tamen, vt ibi.*
27 *Item ſi accuſatus eſſet infamia notatus.*
28 *Declara tamen, vt ibi.*
29 *Item in delictis atrocibus excuſatur.*
30 *Declara tamen, vt ibi.*
31 *Item excuſatur propter fragilitatem ſexus.*
32 *Item excuſatur, ſi ex neceſſitate officij accuſet.*
33 *Declara tamen, vt ibi.*
34 *Item excuſatur, ſi calore iracundiæ accuſet.*
35 *Item excuſator ſi habuit occiſi inculpationem.*
36 *Item ſi deſiſtat ab accuſatione antequam reus citetur.*
37 *Item ſi fuerit compulſus ad accuſandum.*
38 *Item quãdo reus abſoluitur per canon. accuſationem.*
39 *Item ſi reus fuerit tortus.*
40 *Item ſi accuſator habuerit indicia ſufficientia ad inquirendum.*
41 *Item ſi habuerit aliquod indicium.*
42 *Item ſi non fuerit in vera, ſed in præſumpta calũnia.*
43 *Calumnia quando dicatur vera, & quãdo præſumpta.*
44 *Item excuſatur ſi aliquo errore, ſiue vero, ſiue præſumpto accuſauit.*
45 *Item quando habuit iuſtam cauſam accuſandi.*
46 *Cauſa accuſandi, vt excuſet a calumnia, vt ſemiplene probetur ſecundum magis communem opinionem.*
47 *Cauſa etiam coniecturis etiam probari poterit.*
48 *Item poterit etiam probari per iuramentum concurrentibus aliquibus coniecturis.*
49 *Item propter indicia, & coniecturas excuſatur accuſator, etiam ſi ſtatutum diſponat accuſatorem teneri de calumnia ſi accuſationem non probauit.*
50 *Accuſator non cenſetur calumnioſus in dubio, & ita ſeruatur in praxi.*
51 *Accuſator etiam calumnioſus non poteſt puniri de calumnia, niſi præfigatur ei terminus ad ſe defendendum ſuper calumnia.*
52 *Item debet condemnari in eadem ſententia abſolutoria, & prius inquiſitus debet abſolui, & poſtea accuſator condemnari pro calumnia.*
53 *Item excuſatur, ſi accuſauit ex iniuſta cauſa ſecundum communem opinionem.*
54 *Alij autem contrarium tenent.*
55 *Autor autem ad concordiam reducit iſtas contrarias opiniones.*
56 *Accuſator ex iuſta cauſa accuſandi excuſatur etiam ab expenſis, vbi latè.*
57 *Iuſta cauſa quando dicatur.*
58 *Iuſta cauſa excuſat ab expenſis etiam ſi ſtatutum diſponat, vt victus victori in expenſis condemnetur.*
59 *Iudex per totam diem, quo tulit ſententiam poteſt ſupplere condemnationem expenſarum ſi illam in ſententia ommiſit.*
60 *Expenſarũ appellatione an veniant dãna, & intereſſe.*
61 *Iuſta non cauſa excuſat, vt accuſator non poſſit puniri pœna iniuriarum ſecundum vnam opinionem.*
62 *Contrariam autem opinionem tuetur Author.*

C A P. XIII.

1 QVoniam de iure ad pœnam Talionis accuſatores ſe inſcribebant ſeu ad ſimilitudinem ſupplicij, ſi in accuſatione deficiebant, & ob id ita de iure puniebantur, leg. ſi cui, ff. de accuſat. lege qui crimen,

C. qui accusat. non poss. c. cum dilectus in verb. calũniandi circa med. de calumniatoribus, Ang. de Malef. in verb. & ad quærelam Titij, n. 5. versic. 2. requiritur & ibi Aug. in add. latè Iul. Clar. §. fin. q. 12. nu. 15. vers. dixi quoq; Farin. q. 16. n. 12. Petr. Cabal. in q. crim. cas. 167. n. 1. latissimè Sigism. Scacc. in tract. crim. c. 51. n. 7. cum plurib. seq. Menoch. de arb. cas. 332. in fin. lib. 2. Laurent. Tenn. caut. 1. num. 1. & seqq.

2 Quæ subscriptio ad pœnam Talionis de consuetudine fuit sublata, Iul. Clar. d. q. 12. nu. 17. & latius, q. 81. n. 3. cum alijs cumulatis per Scacc. d. c. 51. nu. 14. Farinac. q. 16. n. 3. Petr. Caball. in d. cas. 167. n. 2. prout etiam superius dixi in cap. 3.

3 Et quia licet de consuetudine non imponatur accusatoribus d. pœna Talionis, tamen arbitrio iudicis extraordinariè puniantur c. super his de accusat. l. & in priuatis, ff. ad Turpellia. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 9. sub nu. 1. Boss. tit. de accusat. sub n. 17. & sub tit. de præuaricato, sub nu. 8. Clar. q. 81. sub n. 3. Menoch. de arb. lib. 1. q. 79. n. 5. & lib. 2. cas. 322. n. 3. Farinac. q. 16. sub numero quinto, Mascard. de probat. lib. 1. concl. 24. n. 2. Petr. Caball. d. cas. 167. n. 2. Scacc. d. c. 51. n. 18. & sub n. 16. dicit quod Franc. Pegn. in comment. ad direct. inq. p. 3. comment. 14. §. sed quid si re vera, testatur quod idem seruatur in illo supremo Tribunali Sanctæ inquisitionis, Laurent. Tenn. caut. 1. n. 11. & seqq. vbi latissimè, & firmat, quod ista pœna extraordinaria dupliciter imponitur, vno modo ad publicam vindictam, alio modo ad expẽsas & damna erga accusatum, quæ propriè non dicitur pœna, sed propriè interesse rei familiaris, & caut. 15. num. 1. Baiard. quæst. 62. num. 19.

Immo isti accusatores calumniosi grauiter puniũtur, quandoque etiam pœna mortis Bal. in l. etsi legibus, n. 3. vers. 2. intellectus, C. si cõtra ius vel vtilit. publ. vbi testatur ita vidisse, quẽdam de facto decapitari. Boss. in tit. de falso n. 171. vers. quod volui commemorare, vbi etiam refert aliũ casum, Clar. q. 81. vers. scias tamen, vbi refert quandam mulierem euasisse pœnam mortis, quia erat prægnas, & quod alius propter falsam notificationem fuit per triennium ad triremes condemnatus. Farinac. d. q. 16. n. 5. qui etiam concludit modo esse pecuniariam, modo corporalem, iuxta facti, & personarum qualitatem. Mascard. d. concl. 24. n. 18. Scacc. d. cas. 15. n. 18. vbi etiam firmat posse extendi vsque ad mortem, & latissimè Pet. Caball. d. cas. 167. n. 3. cum plurib. seq. vbi refert alios casus, decis. Auenion, q. 8. n. 2. vbi etiam refert ita fuisse quemdam voto omnium, strangulatum, Lauren. Tenn. caut. 1. n. 11. Caualcan. de Brach. reg. p. 5. n. 102. vbi de cõmuni, vt possint puniri pœna capitali, & post Dulcet. de sindic. nu. 22. & seq. vt possit puniri pœna confiscationis bonorum in damnis expensis, & interesse.

4 Quod magis erit dicendum, si vna cum falsa accusatione fuerint inducti, & examinati falsi testes, quia non solum accusator poterit puniri pœna calumniæ, sed etiam de falso, quæ maior pœna dicitur Bal. in l. quicunque sub n. 31. vers. deinde nota. C. de seru. fug. Boss. tit. de accusat. sub n. 17. August. ad Angel. de malefic. in verb. & ad quærelam Titij, n. 92. Capel. Tholos. quæst. 7. num. 2. quo casu ratione mixturæ falsitatis, poterit etiam facilius vsque ad mortem puniri, vt post Gig. firmat Farinacc. in d. quæst. 16. sub num. 7. circa fin. vbi testatur ita in contingentia facti fuisse seruatum, eo addito, qu od ille fuerat solitus accusationes calumniosas proponere, & sequitur Petr. Caball. in d. cas. 167. num. 10. & seq.

5 In tantum, vt possit etiam duplici pœna puniri, nempè primo in amputationem linguæ, & deinde in pœnam mortis, Bal. in l. data opera sub num. 49. C. qui accus. poss. Franc. Marc. decis. 738. par. 1. vbi concordantes allegat Laurent. Tenn. caut. 1. nu. 9. Baiard. q. 62. num. 33. quæst. 81. n. 7. Qui Marc. vbi supra subdit, quod procedit in delictis capitalibus, secus in non capitalibus, vel alias non grauibus, quia mitius accusatores sunt puniendi, vel in pœnam fustigationis, vel berlinæ, seu Catenæ infamis, vel exilij, vel relegationis ad tempus, vel ictuum funis, vel in pœna pecuniariam tantum, iuxta personarum, & factorum qualitatem, prout idem; et sequitur Petr. Caball. d. casu 167. numero 12. & 13.

Et etiam instigator si accusationem non proposuit, poterit condemnari in pœnam calumniæ, & in expensis, Iaf. cons. 2. n. 9. volum. 1. Grat. consil. 97. n. 1. & seqq. volum. 1. latè Farinacc. d. quæst. 16. num. 5. & seqq. Capell. Tholos. quæst. 6. n. 1. in add. vt puniantur pœna stellionatus, & in expensis.

6 Idemq; erit dicendum in accusante memoriam defuncti, ac in compellente testem ad falsum deponendum, vt possit puniri pœna Talionis, etiam si talis cõpulsio fiat per iudicem, vt per Baiard. q. 81. nu. 2. & 3.

7 Et quibus modis quis dicatur calumniosam accusationem proponere, latè docet Mascard. de probat. conclus. 253. vol. 1. per totam, & prius dixit in concl. 24. & conclus. 25. Iul. Clar. quæst. 62. per totam, & ibi latè Baiard. in add. Boss. in tit. de accusat. & in tit. de præuaricat. Farinacc. in d. quæst. 16. sub varijs numeris, Menoch. de arb. cas. 321. per totum lib. 2. Villagut. in pract. crim. lib. 1. c. 7. in princ. latè Petr. Caball. cent. 3. cas. 205. n. 2. qui loquitur quando defecerit accusator in probatione, & idem firmat ex professo Benintend. decis. Bonon. 46. num. 1.

8 Et vltra pœnam fiscalem debent etiam condemnari semper ad refectionem expensarum, & damnorum ad fauorem Rei absoluti, Boss. tit. de accusat. nu. 19. 27. & 28. & tit. de præuaricat. nu. 8. 10. & 11. Clar. quæst. 62. num 4. Farinacc. quæst. 16. num. 8. vers. tenetur insuper, Menoch. de arb. cas. 321. nu. 34. Caball. d. cas. 166. n. 14. A qua condemnatione expensarum nõ excusantur, etiam quod possint excusari a pœna calumniæ, cum sufficiat temeritas, & quod non interfuerit iusta causa accusandi, vt consuluit. Paul. de Mont. Pich. cons. 29. num. 12. vers. nec obstat vltimum latè Petr. Caball. cas. 205. cent. 3.

Et ista pęna calumnię poterit etiam puniri Fiscus, si aliquem indebitè vexaret, vt condemnetur in expensis de suo proprio soluendis, ac viuus esset comburendus l. vniuersi. C. vbi causa Fiscalis, Gram. decis. 60. num. 21. Farinacc. q. 16. nu. 20. Ioseph. Lud. decis. Luccens. 1. n. 34. & seqq. vbi maxime contra istos procuratores Fiscales exclamat, Baiard. q. 62. num. 16.

9 Ac etiam iudex poterit condemnari ad expensas, quando indebitè processit ad inquisitionem contra aliquem Grat. consilio 79. numero duodecimo, volumine secundo, & si erit in vera calumnia poterit etiam puniri pęnà extraordinaria, vt post Boss. firmat Baiardus q. 62. numero 29. latissimè, Farinacc. quæst. 16. numero 25. & in Regn. Neap. iudex non condemnans

nans accuſatorem calumnioſum puniretur pœna infamiæ, & duarum librarum auri puriſſimi, vt per Afflict.in conſt.pœna calumniæ,n.8. Baiard.q.62.n.21.

10 Et iudex poterit etiam ex officio contra accuſatorem calumnioſum procedere, vt poſt alios, quos allegat firmat Baiard.q.62. n.18.& pœna expenſarum, & damnorum tranſit contra hæredes calumniatoris, etiam lite non conteſtata cū ipſo calumniatore, Bertaz.conſ.362.per totum,& Baiar.q.62.n.15.& poteſt iurari in litem contra non iuſtificantem accuſationē Menoch.caſ.321.& poſt eum Caualc.de teſtib.p.3.n.63.verſ. & etiam poterit,& ſatis eſt,quod Iudex pronunciet accuſationem calumnioſam non imponendo aliter pœnam,cum in talibus ſufficiat pronunciare ſuper facto,vt declarat Benint.decif.Bonon.46.nu.2.in fi.& n.3. cū deinde reſultet pœna ex diſpoſitione Iur.

11 Ideò erit videndum ex quibus cauſis poſſit Aduocatus ſuum clientem ab omni pœna eximere, quod contingere poterit pluribus modis,& primo,vt licet poſſit de iure pœna calumniæ puniri, Calumniator non poteſt tamen puniri de falſo, quæ maior pœna reputatur,Gand. in tit. de falſ.n.23. vbi teſtatur,quod ita Bononiæ vna cum quatuor alijs ita conſuluit.Boſſ.in tit.de accuſat.n.17. Menoch.caſ.322.n.5.qui teſtatur de veriori opinione,Baiard.d.q.62. num.32. latiſſimè Laurent.Tenn.caut.1.num.6.& ſeq.

12 Niſi tamē falſus accuſator vlterius deliquerit, producendo teſtes falſos, vel alia inſtrumenta falſa, Cabal.d.caſ.166.n.10.Baiard.d.q.62.n.32.in fin.& q.81. n.7. in fin.Laurent.Tenn.caut.1. nu.9.& 10.qui alios concordantes allegant. Vel niſi accuſator fuerit interpellatus,vel interrogatus,ſi intendat,velle vti querela pro bona, & vera,alias intendat illam redarguere de falſo,quia ſi reſpondeat velle vti,ſi deinde querela detegatur falſa,de falſo quærelans puniretur,Iul. Clar.quæſt.62. n.7.in fin.vbi ſubdit,quod iſte modus interrogandi eſt approbatus à iure,& de conſuetudine ſeruatur Boſſ.tit.de falſ.n.155.Clar.§.falſum,verſ. vtens dicto & verſ.vtens falſo.Burſat.conſ.189.nu.9. lib. 2. ſed Add. ad Iul.Clar.in q.18.lit.A,videntur diſtinguere an accuſator ſit in facto proprio , vel alieno , ſi in alieno, & tunc requiratur interrogatio, ſi in facto proprio ſatis ſit fundata intētio Inquiſiti ex ipſa quærela,vt actor puniatur,ſed Mar. Ant. Macerat. var.reſolut.lib.3.reſolut.6.n.21.poſt Gabr.lib.7.cōcl. 7.n.8.& Surd.decii.267.n.1.decif.281.n.2.dicit etiam ſi dixiſſet nol e vti teſte,tamen ſit puniendus,& ſub n. 22.poſt Vna.decif.71.n.3.Borgn.decif. 39.n.5.& ſeq. n. 5. dicit quod familia interrogatoria fieri ſoleant in cauſis ciuilibus,ſecus in crim & ſub eod.num.22.tandem dicit, quod talis interrogatio requiratur ad effugiendam pœnam falſi ſi non fuerit adhibita ſecus quo ad condemnationem expenſarum ex traditis per Farinacc.quæſt.16.num.44.& 70.

13 Secundo modo quando accuſator haberet vnum Teſtem pro accuſatione,quia tunc excuſabitur a pœna calumniæ,etiam ſi ſe interipſerit ad pœnam Talionis Marſ.in pract.crim.§.Conſtante nu.97.& ſing.47. Pegn.de comment.14.§.tandem accuſatori Scac.d.c. 51.ſub n.16.Maſcard.de probat.concl.24.n.11.vol.1. Farinacc.q.16.n.51.61.& ſeq.& in conſ.87. n.9.verſ. ſic etiam Honded.conſilio 96. numero 30. volum. 1. Bertazz.conſil.212. num.5. in fin.& num.10.in fine, Benitend.decif.Bonon.46.num.1.

14 Quæ limitatio eſt vera etiam ſi iſte Teſtis deponeret de confeſſione extraiudiciali delinquentis , vt accuſator,vel inſtigator excuſetur a pœna calumniæ,vt conſuluit Iaſ conſ.2. num.6. vol.1.Dummodo tamen iſte vnicus Teſtis non eſſet infamis, vel fatuus, vt declarat,Idem Iaſ.d.conſ.2.num.7.& ſeqq.

15 Et iſto caſu accuſatori probāti per vnum Teſtem, ſit deferendum iuramentum in ſupplementum, vt inquiſitus poſſit puniri,vide latè Maſcard.d.concluſ.24. nu.11. vbi tamen videtur affirmare communem opinionem eſſe pro parte negatiua.

16 Tertio modo quando accuſator ſemiplenè ſuā accuſationē probauit, vt a pœna calūniæ excuſetur.Fel. in c.2.in 3.notab.de calūniat.Marſ.ſing.47.Iaſ.in Lait Prętor n.19. ff.de iur.Iuran.vbi de cōmuni,& in conſ. 2.n.11.in fin.vol.1.Menoch.de arb.caſ.231.n.7.lib.2. Farinacc.q.16.nu.41.Laurent.Tenn.caut.1.num.17. verſ.quintum remedium.Maſcard.de probat.concluſ. 253.n.11.vol.1.latè Honded.conſ.96.n.30.lib.1.Benint.decif.Bononienſ.46.ſub num.1.

17 Et adeò eſt verum,vt accuſator excuſetur,etiam à pęna , & condēnatione expēſarū, vt latè tuetur Farin.d.q.16.n.55. vbi reddit bonas rationes,& ad contraria reſpōdet, cū cuius opinione modo libēter pertranſeo,quia ſi ex ſemiplena probatione accuſatus poterit torqueri, & ſequi deinde condemnatio, ſi falſus fuerit delictū, quomodo ergo non debet ab expenſis liberari , ſi habuerit iuſta cauſam quærelandi,& iuſta cauſa ſine altercatione ab omni præſūpta calūnia,& condemnatione expēſarū excuſet, vt inferius dicam.

18 Niſi forſan accuſator eſſet ſolitus calumniari,quia ſemiplena probatio per eū deducta per regulā ſemel malus erit eliſa.Menoch.d.caſ.321. n.17.Maſcard.de prob.concl.253.n.18.& ſeq.vol. 1.Farinac.d.q.16.n. 47.& maximè quando tamquā calumnioſus,alias cōdemnatus fuiſſet Caualcan. de Brach.reg.part.5. nu. 101.vel niſi aliquid probauerit accuſatus,ex quo fuerit eliſa illa ſemiplena probatio accuſatoris Felin. in cap.2.in 3.notab extr.de calumn.Menoch.d.caſ.231. nu.18.Benint.decif.46.propè finem Maſcard.d.concl.253.nu.20. dummodo illa probatio accuſati,eſſet nota accuſatori tempore inſtitutæ querelæ quia poterat ſcire poſſe accuſatum elidere ſuam ſemiplenam probationem alias ſecus,vt declarat Maſcard. concl. 253.n.20.& prius in concl.24.n.9.& Farinac.d.q.16. n.48.& Hond.conſ.36.n.33.verſ.dummodo volu.1.

19 Vel niſi forſan eſſemus in caſu, in quo nō defertur Iuramentum in ſupplemētum in defectum probationum, cum actor debeat præcauere illam ſemiplenam probationē non prodeſſe,& ideò ſecundū aliquos nō excuſabitur a calumnia,quos recenſet Menoch.d.caſ. 321. n.7.& ſeq.& Maſcar.d.concl.253.n.13.& ſeqq. qui tamen hoc dicunt procedere reſpectu expenſarum, & non pœnæ calumniæ,quia excuſabitur vt per Menoch.ibi n.9. & per Maſcard.ibi n.15.16.& idem erit in Syndicatu contra officiales,vt ſemiplena probatio nō excuſet a pœna calumniæ Modern.Rom.q. 16.n.42.& ſeqq.Caualc.de Brach.reg.p.5.n.11.& nu. 105.& ſeq.latè etiam dicit,quod clauſulæ appoſitæ in quærela non ſe aſtringens , vel ſuper quibus omnibus & ſingulis annexis & connexis, petijt ſibi ius & Iuſtitiam miniſtrari,vel de clauſula omni meliori modo, licet poſſet inter priuatū, & priuatē excuſare a pęna calumniæ, non excuſabunt inter priuatū,& iudicem.

20 Quarto modo quando accusator fuit deceptus a Testibus, qui promiserunt ferre Testimonium contra delinquentem, vel se iactabant extraiudicium deponere contra accusatum, quia si postea examinati illud nō dixerint, vel contrarium dixerint nihilominus actor excusabitur Iul. Clar. q. 62. n. 8. vbi de communi Menoch. cas. 172. n. 9. & cas. 321. n. 19. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 253. n. 21. vol. 1. Farinac. q. 19. nu. 49. Laurent. Tenn. caut. 1. n. 17. vers. 2. est casus Claud. Bertazz. in add. ad patrem cons. 212. in litt. B, in fin.

21 Quinto modo si accusator probauit a personis fide dignis audiuisse accusatum commisisse delictum, quia excusabitur a pœna calumniæ, Iul. Clar. q. 62. n. 8. in princ. Menoch. d. cas. 231. n. 20. Ant. Gabr. concl. 8. n. 40. tit. de crim. Mascard. de probat. d. concl. 253. n. 22. Farinacc. q. 16. nu. 50. vbi de communi Laurent. Tenn. caut. 1. nu. 17. vers. tertium est Claud. Bertazz. cons. 212. in add. ad patrem in litt. B, in fin. quia fuit inducta in eo bona fides, & iusta credulitas Ant. Gabr. lib. 7. tit. de crim. concl. 8. Ioseph. Ludou. conclus. 15. vers. pen. & fin. vbi plus subdit, vt talis credulitas excuset etiam si non fuerit probabilis, & ageretur de crimine læsæ maiest. Immo satis est iustificare, quod

22 audiuerit simpliciter, vel quid simile iuxta communē opinionem, de qua per Iul. Clar. in d. q. 64. vers. sed pone, vt refert, & sequitur Honded. cons. 66. n. 32. vol. 1. vel quod publicè diceretur Mascard. d. concl. 24. n. 11. in fin. vbi alios concordantes allegat, vbi tamen hæsitat dubium, si sola probatio per famam excuset a pœna talionis, & se refert ad Brixien. in suis quæst. vener. q. 83. qui ponit rationes, & fundamenta pro vtraque parte, & vberius ponit Felin. in cap. 2. nu. 2. vers. quod autem de calumniat. qui latè hanc quæstionem examinat Laurent. Tenn. caut. 1. nu. 17. vers. sciendum est, vbi firmat, quod rumor, & fama excuset a pœna calumniæ, & ibi Concordantes cumulauit, & testatur de communi, vt qui docuit per famam excusetur etiā a pœna præsumptæ calumniæ, Idemque si probauerit iactantiam, vel propalationem eiusdem delinquētis Caualcan. de Brach. reg. p. 4. n. 38. vbi subdit etiam si quærelatus absoluatur.

23 Et Fide dignus in proposito dicitur amicus, & cōsanguineus post Bart. in l. Athalethas, §. calumniator n. 3. ff de his qui notan. in fam. & in l. fin. sub n. 7. ff. de hæred. institüen. Menoch. de arb. d. Cas. 321 sub n. 20. Laurent. Tenn. caut. 1. n. 17. vers. Quantum est, vbi firmat, quod excusator si sciuit ab amicis, & consanguineis.

24 Immo sufficit etiam si audiuerit a Testibus, qui deinde ob eorum exceptiones fuerint repulsati, vt accusator excusetur a pœna calumniæ Specul. in tit. de calumniat. in fin. nu. 7. Socc. Sen. cons. 118. nu. 9. lib. 1. Bal. in l. 1. n. 9. vbi Rom. num. 20. C. de Aduoca. diuers. Iud. Farinac. q. 16. nu. 59. Mascard. de probat. conclus. 24. n. 9. vol. 2. Honded. cons. 96. nu. 33. vol. 1. Menoch. d. cas. 321. nu. 31. lib. 2. Laurent. Tenn. caut. 1. nu. 17. versiculo Tertius est Casus.

25 Dummodo contra istum, qui vsus est dd. Testibus non laboret aliqua suspicio, quod sciuerit illos Testes pati exceptiones, & posse reprobari, vt post Alex. in l. properandum §. fin autem alterata nu. 15. C. de iud. declarat Mascard. d. conclus. 24. num. 9. & Honded. d. cons. 96. num. 33. vers. dummodo.

26 6. Modo excusabitur, si accusatus esset de delicto, infamia notatus Clar. q. 62. vers. sed pone, & q. 72. nu. 8. vers. & dicit Farinacc. q. 16. n. 61. qui alios cumulauit Mascard. concl. 24. n. 12. & concl. 253. n. 23. vol. 1. Menoch. cas. 521. n. 25. lib. 2. & in cons. 145. n. 24. lib. 2. Hond. cons. 56. n. 31. vol. 1. Farinacc. cons. 71. nu. 9. vers. quod enim Laurent. Tenn. caut. 1. nu. 17. vers. secundum est Beniten. decis. Bonon. 46. sub num. 1.

27 Quod tamen Doct. declarant procedere in personis, quibus licet ex sola suspicione accusare, secus in alijs, quibus non est permissum ex dicta sola suspicione denunciare delictum, quia non excusat à calumnia, vt per Mascard. post alios quos allegat in concl. 233. n. 39. & sub n. 40. & dicit procedere in præsumpta, in calumnia, secus in vera, & euidenti, a qua non excusat nec fama, nec alia probatio.

28 7. Excusabitur in delictis atrocibus, & grauibus, quia propter atrocitatem delicti licet nō probauerit accusationem, tamen non poterit puniri in pœnam calumniæ, latè Menoch. d. cas. 321. n. 16. qui loquitur in crimine falsæ monetæ. Clar. q. 62. vers. dixi supra vbi ponit exemplum in crimine hæresis, & læsæ maiestatis. Mascard. concl. 253 nu. 24. qui loquitur in publicis crassatoribus Farin. q. 16. n. 57. Baiard. in q. 62. nu. 30.

29 Quod Doct. admittunt in accusatore, qui deducit delicta grauia fuisse secretè commissa, secus si accusaret committentes delicta publica, quia tunc non probando delictum teneretur de calumnia. Socc. Sen. cōs. 118. col. pen. vers. nec etiam obstat lib. 1. Farin. q. 19. n. 57. Menoch. d. cas. 321. n. 28. Mascard. d. concl. 253. n. 24. & sub n. 16. etiam declarat, vt excusetur à pœna calumniæ, sed non à pœna Iniuriarum.

30 8. Deducitur, vt propter fragilitatem sexus, quis excusetur à pœna calumniæ. Menoch. d. cas. 321. n. 32. Farinac. q. 16. n. 52. Mascard. d. concl. 253. n. 18. & seq. Qui omnes reprobant Alex. in cons. 11. n. 4. lib. 1. qui contrarium asseruit, sed Mascard. & Farinac. vbi supra videntur declarare opinionem. Alex. posse procedere, vel in publica meretrice, vel quando mulier esset in vera, & non præsumpta calumnia.

31 9. Modo excusabitur ille, qui ex necessitate officij accusauit Menoch. d. cas. 321. nu. 21. & seq. vbi etiam declarat, quod in proposito dicatur vera, vel euidens Calumnia quando nullum datur indicium Clar. d. q. 62. vers. dixi 5. Farinac. d. q. 16. n. 51. & seq. Mascard. d. concl 24. n. 56. vbi alios allegat & Concl. 25. n. 9. & concl. 253. nu. 34 & seq. & ponunt exemplum in Sindicis, & Massarijs villarum in procuratore Fiscali, in Iudice, qui contra facinorosos inquirere tenetur, in hærede occisi, in Antianis, in Parrochianis, in tutore, in Barbitonsoribus, qui in Curia tenentur etiam denunciare nomina delinquentium, & solummodo, à quibus nominatum vulnerasse audiuerint.

32 Quod tamen admittit Doctores, vt similes personæ excusentur a præsumpta calumnia, secus ab euidenti, & dolosa, a qua nemo excusatur, Capel. Tholosan. quæst. 6. num. 2. & seq. Menoch. d. cas. 321. num. 23. in fine Mascard. d. conclus. 24. num. 16. & seqq. & Farinac. d. quæst. 16. nu. 55. qui etiam loquitur quando Syndicus, vel barbitonsor ad instantiam alicuius in relatione aggrauat, vel diminuit qualitatem delicti, vt si referret vulnus non esse lethale, cum esset lethale, vel è contra, quia teneretur pœna falsi. Ang. de malefic. in verbo, nec non ad denunciationem num. 25. versiculo quæro Syndicus.

33 Decimo excusabitur si quis calore iracundiæ, vel immenso

immenfo dolore motus fuerit ad accufandũ. Iul. Clar. dicta q. 62. nu. 6. in fin. qui loquitur in matre accufante aliquem de morte filij. Menoch. dicto caf. 321. nu. 24. & eq. Farinacc. dict. q. 16. qui poft Afin. in pract. iud. §. 32. c. 32. nu. 1. loquitur in omnibus, qui honoris caufa fuam fibi, fuorum iniuriam illatã profequuntur Dummodò tamen non fuerit in euidenti calumnia. Aret. conf. 80. nu. 5. in fine. Boff. in tit. de denunciatio. nu. 15. Menoch. d. cafu 321. num. 25. & Farinac. dicta q. 16. nu. 56. & Mafcard. de probat. concl. 25. num. 8. vbi fubdit, quia præfumptio calumniæ generalis tollatur per fpecialem præfumptionem amoris.

34 Vndecimo modo excufabitur fi accufator habuit occifi inculpationem. Clar. q. 21. fub verf. affertio vulnerati, & q. 62. fub verf. fed pone, vbi teftatur ita fuiffe decifum. Menoch. d. caf. 321. nu. 30. Farinacc. d. q. 16. nu. 60. Mafcard. de probat. concl. 24. nu. 23.

35 Duodecimo Quis excufabitur, fi poft propofitam querelam defiftat ab ea, antequam reus citetur, quia non poterit puniri pœna calumniæ. Iaf. conf. 31. nu. 4. verf. 2. facit vol. 1.

36 Decimotertio excufabitur accufator fi fuerit inftigatur, & impulfus ad accufandum, quia non probando accufationem, adhuc puniri non poterit, vt poft alios, quos allegat, firmat Mafcard. concl. 24. nu. 14.

37 Decimoquarto etiam excufabitur fi reus abfoluatur, quia fuit fibi delatum iuramentum iudiciale, vel voluntarium, quia accufator non probans poteft fe purgare, fecus fi ei deferatur iuramentum neceffariũ iuxta fententiam Butr. in cap. fin. de iure iurand. Iaf. in l. ait Prętor la 1. nu. 14. ff. eod. tit. Mafcard. dict. concl. 24. nu. 16.

38 Decimoquinto etiam excufabitur, fi propter indicia exiftentia contra inquifitum fuerit tortus, quia accufator etiam, quod fuccubuerit euitabit, pœnam calumniæ, cum dicatur habuiffe iuftam caufam accufãdi. Iaf. conf. 2. num. 11. vol. 1. vbi dicit, quod hoc patet ad fenfum Crau. conf. 178. num. 10. Caualc. de Brach. reg. p. 3. num. 280. circa finem. Clar. dict. q. 62. verf fed pone, loquitur quando indicia fuerint euidentia. Farinac. d. q. 16. fub nu. 62. qui reprobat. Rim. Iun. confil. 303. fub n. 5. 8. & 9. vol. 3. qui poft alios, quos allegat, tenet inquifitum tortum, & deinde abfolutum adhuc poffit contra accufatorem agere ad damna, & intereffe, & quod dicitur indicia excufare à calũnia procedat in eo, qui ratione officij iuuatur, fecus in accufatore, fed verè quicquid Rim. Iun. & Alciat. & Boff. per eum alleg. in propofito dicant tamen magis cõmunis opinio eft, vt ifte tortus, & abfolutus minime agere poffit contra accufatorem, & de magis com. teftatur Farinac. d. q. 16. num. 62. prout ego nunquam in curia vidi aliter obferuari, licet aliquando per auctoritatẽ d. Rim. fuerit per aliquos inquifitos, & tortos aliter tentatum. Nifi tamen accufator fuerit in vera, & euidenti calumnia, quia bene fciebat illũ non commififse delictum, fed tamen inftituit querelam, & fafsus fuit iudicẽ afsumere informationes, & grauare inquifitum ad torturam, vide in Defenf. 31. cap. 40. num. 17.

39 Decimofexto excufabitur etiam à præfumpta calumnia, fi accufator habuerit indicia fufficientia ad inquirendum. Bofs. in tit. de accufato. n. 19. in fin. prout euenit, fi haberet inculpationem occifi, famam, & fimilia, vt fupra diximus, & tenet Farinac. in d. q. 16. fub nu. 62. Iaf. dict. conf. 2. n. 9. vol. 1. Farinac. conf. 87. fub nu. 9. verf. vbi amplius.

40 Decimofeptimo excufabitur fi accufator habuerit aliquod indicium, licet non fuerit fufficiens ad inquirendum, vt per Iaf. in d. conf. 2. nu. 9. Bofs. in tit. de accufat. nu. 19. in fin.

41 Decimooctauo excufabitur hodie à calumnia, etiam fi nullum indicium habuerit, fed defifterit ab accufatione, & fic fuerit non in vera, & euidẽti, dolofa, vel aperta calumnia, fed in præfumpta Clar. d. q. 62. fub nu. 4. verf. pro refolutione iftius articuli, & ibi Baiard. nu. 19. & 31. Mafcard. de probat. concl. 25. nu. 5. & feq. & concl. 253. num. 33. in fine vol. 1. vbi firmat, quod non fit par ratio calumniæ veræ, & præfumptæ latè Farinac. q. 16. num. 74. & latè Rim. Iun. conf. 303. num. 10. vol. 3. Et latius Petr. Caball. conf. 205. num. 3. & feq. vbi alios allegat.

42 Calumnia autem vera tunc dicitur, quando quis fciens, aut fcire debens aliquem efse innocentem, & nihilominus contra eum proponit accufationẽ. Præfumpta autem eft quando accufator non probat, vel ab accufatione defiftit. Clar. dict. q. 62. fub nu. 4. Rim. Iun. dict. conf. 303. nu. 10. & Farinac. d. q. 16. nu. 74.

43 Decimonono excufabitur fi quis errore fiue vero, fiue præfumpto motus fuerit ad accufandum. Ruyn. conf. 145. nu. 16. vol. 5. Farinacc. conf. 87. nu. 9. verfic. & non folum.

44 Vigefimo excufabitur quando accufator habuifset iuftam caufam accufandi, quia ficut in ciuilibus excufatur actor, qui iuftam caufam litigandi habuit, vt nõ condemnetur in expenfis, ita in criminalibus excufatur à præfumpta calumnia. Text. in l. 1. §. fed non vtique ff. ad Turpell. Corrad. in pract. tit. de fentent. diffinit. nu. 6. verf. limitatur 1. Crau. conf. 178. num. 10. Benintend. decif. 46. vbi de com. & latè Farinac. d. q. 16. num. 33. & feq. & eft regulare, vt ifta caufa excufet à dolo, & pœna Clar. q. 60. nu. 18. in fin. Bertazol. conf. 256. nu. 15. vol. 2. Honded. conf. 91. n. 17. vol. 2. Polid. Rip. in tract. de noctur. temp. c. 5. nu. 36.

45 Et licet Doctores affirment accufatorem debere probare non folum caufam Corn. confil. 280. num. 6. verf. ita etiam lib. 4. Dec. conf. 35. n. 11. Roland. conf. 57. nu. 13. lib. 1. Ant. Gabr. lib. 7. concluf. 8. nu. 63. Iul. Clar. q. 60. verf. fed hic quæro. Menoc. de recuperan. pofs. rem. 5. nu. 60. Honded. conf. 35. nu. 55. vol. 1. fed etiam, quod propter illam motus fuerit ad accufandum, & crediderit non delinquere, alias dolus præfumatur, nec allegata caufa illum excufabit Gomez. §. ex malefic. nu. 32. inftit. de action. Alex. conf. 103. n. 4. verf. & dato quod lib. 1. Crau. conf. 254. nu. 4. verf. & fi dicatur. Tiraq. de pen. Cauf. 43. num. 9. Ant. Gabr. lib. 7. concl. 8. nu 66. Bertaz. conf. 375. num. 15. lib. 2. Honded. conf. 35. nu. 56. & feq. & conf. 105. num. 33. & 37. lib. 1. Tamẽ magis communis opinio eft, vt ifta caufa femiplenè probatur fufficiat, & non requiratur plena probatio. Alex. conf. 115. nu. 15. lib. 4. Crau. cõf. 254. nu. 5. conf. 386. nu. 20. Gabr. dicta concl. 8 nu. 64. Herculan. de prob. reg nu. 7. Bertazol. concl. 11. n. 21. conf. 38. nu. 9. Honded. conf. 105. nu. 26. lib. 1.

46 Et propterea caufa præfata coniecturis probari poterit, dummodo vehementes fuerint Math. in fuis reg. crim. verf. 6. vt quælibet iniufta mihi fol. 346. inter com. opin. nu. 1. Claud. Battand. reg. crim. 81. nu. 2. prout etiam quod motus fuerit ex illa caufa, feu cre-

dulitate

dulitate vehemẽtius coniecturis probari poterit.Boſ. tit.de decr.iud.ſub nu.19.Tiraq.de pen.Cauſ.43.n.9. Bertazol.conſ.417.nu.32. Honded.conſ.105. nu.33. & 37.Brun.à ſole in ſuo compend.iuris credulitas, & cauſa fol.56.col.2. & inter alias coniecturas ſufficiẽs videtur,quando quis ante accuſationem expreſſe coram teſtibus declarauit ſe ſic agere ex aliqua cauſa. Ant.Gabriel.dic.concluſ.8.per Crau.in loco per eum allegato.

47 Immo probari poterit etiam per iuramentum cõcurrentibus quibuſdam coniecturis.Honded.dict.cõſ. 105. nu.36. & ſeqq. & videtur eſſe de mente Anton. Gabriel.quicquid aliquid dixerint de ſolo iuramento, relati per dict.Anton.Gabriel.ibi.

48 Vigeſimoprimo modo poterit Aduocatus defendere accuſatorem ſi diſponeretur per ſtatutum, quẽ teneri de calumnia,ſi accuſationem nõ probauit, vel ſi falſam produxit accuſationem, vt adhuc ſi laborẽt ſupradicta indicia,coniecturæ,vel præſumptiones accuſator à pœna calumniæ eximatur,vt poſt Bart. in l. fin.ff.de hęred.inſtituen.firmat Lauren.Tenn.caut.1. nu.17.verſ.hæc igitur nota vbi etiam ſubdit ſupradictas excuſationes clienti poſſet deſeruire, ne ſorte ob calumniæ præſumptionem pro ipſa calumnia teneatur pœna, quãdo iuris ſcripti diſpoſitio vigeret, vt eo ipſo, quod in probando, quis defuit calumniari præſumatur, & abſque alijs indicijs poſſit de calumnia puniri.Baiard. q.62.num.35.Et vt ibi puniri poſſit de falſa accuſatione oportet prius probare dolum accuſatoris, vt poſt Bal.in l. etſi legibus vbi Iaſ. num.2. C.ſi contra ius Maſcard.de probat. concl.25. nu.18. volumine 1.

49 Vigeſimoſecundo modo defenditur à pœna accuſator,quia licet concluſio ſit, vt non probata accuſatione,accuſator cenſeatur calumnioſus,etiam ſi accuſationem iuramento firmauerit.Clar.d.q.62.verſ.dixi ſupra,& verſ.ſed quid Menoch.caſ.321.nu.5.& ſeqq. Suarez.com.opin.nu.32.& latè Maſcard.d.concl.25. nu.1.& ſeq.præterquam in crimine adulterij, & quãdo immineret damnum inſigne, & maxime circa patrimonium,vt conſuluit Mant.in conſ.43.nu.16. vol. 1. Nihilominus in praxi receptum eſt, vt non puniatur pœna calumniæ,vt latiſſimè concordantes cumulando firmat. Maſcard.d.concl.25.nu.5.& ibi atteſtatur de communi,& Cabal.dicto caſu 205.nu.4.

50 Vigeſimotertio modo poterit Aduocatus cliẽtem ſuum defendere à pœna calumniæ,quamuis non habuerit aliqua indicia, vel excuſationem, vt ſi fuerit condemnatus à iudice in pœnam calumniæ,abſque quod fuerit accuſatori præfixus terminus ad ſe defẽdendum,vel dicendum cauſam,quare non deberet in pœnam calumniæ condemnari,quia ſi ſententia alias ſequatur non dato dicto termino,erit nulla, vt docet Fab.à Mont.leo.p.4.nu.237.mihi fol.153.Clar.dicta q.52.nu.9.vbi etiam firmat,quod iudex aliter faciens tenebitur in Syndicatu, & quod debeat dari terminus ad faciendum ſuas defenſiones poſt Bart.in l.Athaletas §.calumniator ff.de calumniat.& Afflic.in conſtit. pœnam calumniæ, nu.4. tenet Baiard.q.62. num.18. Villagut.in pract.crim.lib.2. c.vnic.concl.1. in princ. & latè concl.2.vbi reddit rationes.

51 Et quod in eadem ſententia abſolutoria debeat ſequi condemnatio contra accuſatorem, & quod prius debeat poni abſolutoria, & deinde ſequi condemnatio, quod eſt notandum, quia millies in curia vidi errare procuratores, & iudices; & ideò practici procuratores,quando citant ad ſententiam accuſatores, ſolent in eadem citatione apponere, & ad dicendum cauſam,quare in pœnam calumniæ condemnari non debeat,licet Iaſ.in conſ.2.num.4.vol.1.dicat,quod iudex poterit ex ſuo officio nobili infra viginti annos agere contra accuſatorem de calumnia.

52 Vigeſimoquarto modo excuſabitur etiam ſi accuſator ex iniuſta cauſa motus fuerit ad accuſandum, cum ſit trita regula,quod quælibet cauſa, beſtialis,temeraria, & iniuſta excuſet à dolo, & pœna l. igitur §. generaliter.ff.de liber.cauſ.Tiraq.de pœn.cauſ.43. n. 1.& ſeqq.Gabriel lib.7.concl.8.num.1. & ſeqq.Clar. q.60.verſ.& generaliter nu.18. Honded. conſ.96. nu. 21.& conſ.88.nu.39.& conſ.91.nu.14.vol.2. Petr.de Surd.conſ.132.nu.54.vol.1.

53 Alij autem tenent, vt iniuſta cauſa non excuſet à pœna calumniæ,quia concluſio ſupra firmata procedit in extraiudicialibus, & non in Iudicialibus. Bal. in l.qui non probaſſe num.3. C.de calumniato. Soccin. conſ.117.ſub nu.3.lib. 1.Menoch.caſ.321.num.6.Tiraq.de pęn.cauſ.43.nu.11. Farinac.q.16.num.65.vbi de communi,& in quæſt.90.nu.69.& 70.vbi etiam de communi.

Contrariam autem opinionem tuetur. Anton.Gabriel lib.7.concl.8.poſt nu.72. poſt Abb.in c.cum dilecti num.7. verſ. 3. oppono de electiou.nec diſſentit Petr.de Surd.deciſ.Mant.89.nu.22.& ſeqq. & nu.32. qui videtur tenere contra Soccin.in loco citato,nempè cauſam iniuſtam etiam in crimine iniuriarum, & etiam in Iudicio illatarum excuſare prout etiam refert Moder.Rom.in d. q.97. nu.71. qui relinquit iſtas opiniones contrarias,abſque conciliatione.

54 Ego autem arbitror illas poſse ad fœdera reduci, vt ſi accuſator poſſit ab initio etiam ex iniuſtis, & temerarijs cauſis ſe mouere ad accuſandum, cum non ita arctè teneatur probationes legitimas præmanibus habere, prout ſupra in diſcurſu iſtius c.vidimus in accuſatore,qui habuit famam,rumorem, teſtes repulſatos, & teſtes iactantes pro ſua intentione probanda, & iſto caſu à dicta pœna calumniæ eximitur; ſed ſi deinde in progreſſu cauſæ viderit, & cognouerit cauſas prædictas, & iniuſtas, & temerarias, & non receſſerit ab accuſatione, & tunc verè non excuſetur à pęna calumniæ, ſi in ea perſeuerauerit, quia tunc diceretur eſse in dolo.Natt.in addit. ad Alexand.in conſ. 92. nu.6. lib.1. Addentes ad Magon.in deciſ.Lucenſ. 49. nu.17. in litt.C, cum verè non poſſit aſſignari differentia, cur magis cauſa iniuſta excuſet in extraiudicialibus, quam in iudicialibus, vt per Menoch. de recuper an.poſſeſs.remed.5.nu.64.& ita credo omnino eſſe tenendum, & ſi iudex eſſem ita verè obſeruatum in contingentia facti.

55 Vigeſimoquinto modo poteſt Aduocatus non ſolum eximere ſuum clientem à condemnatione calũniæ, ſed etiam expenſarum, ſi deducat, quod accuſator habuerit iuſtam cauſam accuſandi, cum regula ſit trita,quod tàm in cauſa ciuili,quã criminali iuſta cauſa excuſet ab expenſis, vt latè tuetur, & defendit Farinac.in q.16.nu.70. & 71. vbi reſpondet contrarijs, & teſtatur,quod ita quotidie communiter practicatur Menoch.de arb.caſ.77.nu.1.lib.2.Petr.de Surd.conſ. 142.nu.6.vol.1.Caball.q.crim.caſ.166.nu.15. vbi etiã

firmat,

firmat, quod ita in practica sæpius vidit seruari, quicquid Clar. in d. q. 62. nu. 4. in contrarium dixerit, & ita etiam de facto Consultus à Iudice respondit Paul. de Mont Pich. in cons. 29. nu. 12. vers. nec obstat vltimũ, latè Mar. Ant. Maceraten. var. resolut. lib. 3. resolut. 6. nu. 11. Hond. cons. 112. nu. 39. lib. 1. Si verò causa esset magna, & plusquam iusta, eo magis excusabitur accusator ab expensis. Menoch. d. cas. 321. nu. 9. & nu. 34. lib. 2. post Boss. Mascard. de probat. concl. 154. nu. 15. & seq. Rim. iun. d. cons. 303. nu. 8. vol. 3. & post Bertazol. cons. 212. per totum Cabal. cas. 205. nu. 9. cent. 3. dicit sine dubio procedere, quando accusator tot indicia subministrauit, quæ cõtra reum ad torturam satis fuerint, & Baiard. q. 62. nu. 24. dicit quod in Statu Ecclesiastico obseruatur, quod accusator non condemnetur in expẽsis, nisi appareat de vera calumnia, prout ego in Curia nunquam vidi, nec audiui aliter practicari, vt accusator in expensis condemnetur, qui aliquem colorem, vel causam habuit quærelandi, & nisi fuerit in vera calumnia. Et si aliquis curiosus velit videre Doctores contrarium tenentes adeat Doctores cumulatos per Farinac. in d. q. 16. num. 70. per Clar. in d. q. 62. nu. 4. per Laurent. Ten. cautel. 1. n. 17. circa fin. per Petr. Caball. in d. cas. 166. nu. 14. per Baiard. in q. 62 n. 22. & per Petr. de Surd. in d. cons. 142. nu. 1. vers. sine causa vol. 1. & idem Cabal. cent. 3. cas. 205. per totum.

Et omnes Doctores in locis prædictis præsupponunt non habentem iustam causam accusandi posse in expensis cõdemnari, quod verum erit etiam in denunciatore, & instigatore, qui non fuerint in processu nominati, licet per Inquisitionẽ processum fuerit, vt post Ant. de Sole in Comm. ad Constitut. Sabaud. in verb. vt nemo inuit. accus. n. 2. & 3. fol. 170. Baiard. in d. q. 62. nu. 37. Hier. Grat. cons. 67. n. 1. & seqq. vol. 1.

Et procedit siue sententia sit diffinitiua, siue interloquutoria, vt post alios, quos adducit firmat Petr. de Surd. d. cons. 142. sub nu. 1. vers. sine sententia.

56 Iusta autem causa erit si accusator habuerit vnum indicium, vnicum Testem, semiplenam probationẽ, si Inquisitus fuerit tortus, & aliæ similes positæ per Ias. in cons. 2. per totum vol. 1. & relatæ etiam superius in præsenti capite, & quæ sit iusta causa etiam remittatur arbitrio Iudici. Bal. in l. 1. C. de Aduoca. diuers. iudic. Farinac. q. 16. nu. 13. Mar. Ant. Maceraten. var. resolut. lib. 3. resol. 6. nu. 13. vbi etiam firmat, quod præsumptiones exclusiuæ calumniæ præferantur alijs contrarijs, ex traditis per Hond. cons. 113. nu. 42. vol. 1. & tandem accusator excusetur ab expensis de vniuersali consuetudine si quid vltra quærelam Curiæ aliquid subministrauerit prout firmat idem Macerat. dict. resolut. 6. numero 13.

57 Et licet per Statutum disponatur, quod victus victori in expensis condemnetur, & vltra ius commune aliquid operetur, dicatur, iustam causam, nõ excusari ab expensis Mars. sing. 107. & in pract. crim. §. oportunè nu. 43. & in cons. 44. nu. 27. Gabriel. concl. 1. tit. de expens. libro 2. Corsett. sing. in verb. pœna, vbi de communi cum alijs cumulatis per Farinac. q. 16. nu. 72. Nihilominus verior opinio est, vt etiam iusta causa excuset ab expensis non obstãte dicto Statuto. Couar. pract. quæst. c. 27. vers. sed in specie vbi testatur de veriori opinione Roland. in tract. de lucro dot. q. 26. nu. 17. Afin. in sua pract. indic. §. 32. c. 2. in 3. sublimit. nu. 8. vbi testatur de magis recepta opinione secundũ quam Farinacc. in d. q. 16. num. 73. testatur ita vidisse pluries iudicari per Aliettamentum, licet extet statutum in foro Capitolino, vt victus victori in expensis condemnetur, & ego nunquam vidi in dicto Tribunali aliter practicari, Immo Constitutio Regni vt victus victori in expensis condemnetur non est in obseruantia, vt testatur. Carauit. rit. 279. præterq; contra calumniatores officialium, Cauale. de Brach. reg. par. 4. num. 302.

58 Sed in casu in quo iudex tenetur accusatorẽ in expensis condemnare vigore alicuius Statuti, vel consuetudinis si omiserit dictam condemnationem expensarum in sententia absolutoria, poterit d. suam sentẽtiam reuocare, & illum in expensis condemnarem, vt post Felyn. in cap. inter monasteriũ in fin. de re iudic. firmat Baiard. q. 60. nu. 5. & sub n. 13. etiam dicit quod per totam illam diem in qua iudex protulit sententiã dicitur durare officium Iudicis, quantum ad expẽsas, & ideò si pars petat, vt iudex suppleat condemnationem expensarum in sententia, iudex tenebitur supplere, & sub num. 14. post Afflict. etiam firmat, quod in condemnatione expensarum, veniunt expensæ, quas fuerint pro habenda sententia in forma probanti, sed si vigore Statuti Iudex debeat victum victori in expẽsis condemnare ipso iure condemnatus intelligatur in expensis prout Genue viget, quamuis in sententia lata nihil de expensis dictum fuerit contra text. in l. 1. terminato. vbi Doct. C. de fructib. & litis expens. vbi secuta absolutoria, vel condemnatoria si de expensis nihil dictum fuerit reus intelligatur absolutus, vt latè prosequitur Cauale. de Brach. reg. p. 4. nu. 302. in litt. A.

59 Et an appellatione expensarum veniant damna, & interesse Aduocatus videat Thesaur. decis. 67. per totam, vbi etiam docet, quæ expensæ veniant extrinsicè, vel intrinsicè in hac materia.

60 Sed pro complemento istius materiæ sciat Aduocatus totaliter defendere clientem suum ab omni pœna, quia non desunt, qui consuluerunt, quod licet accusator non possit condemnari ex ista causa in pœnam calumniæ, tamen possit puniri in pœnam iniuriarum, & sic absolutus intentet contra accusatorem actionẽ iniuriarum per Alexan. in cons. 11. nu. 4. vol. 1. quam cautelam ponit Boss. in tit. de accusat. nu. 20. & in tit. de præuaricat. nu. 8. Socc. Sen. cons. 118. nu. 12. vol. 1. Menoch. cas. 321. nu. 33. lib. 2. Mascard. de prob. conclus. 254. nu. 17. vol. 1. Bertaz. cons. 3 o. ferè per totũ, & præcipuè sub n. 14. & seq. vol. 2. vbi consuluit quod ob nõ probatum delictum deductum in iudicio fuerit illata iniuria, vt donatio reuocari possit, & latissimè Laurent. Tennin. reg. 15. per totã vbi accerrimè hanc opinionem tuetur, & respondet etiam ad contraria, & in specie dicit pro confirmatione opinionis. Socc. Sen. contra Cepoll. in c. 5. 70. in tertio dubio, quod diuersa sit causa calumniantium, & iniuriantium, cum separatorum separata sit causa, & ideò exceptiones, quæ in causa calumniæ introductæ sunt, in causa iniuriarum non sint commiscẽdæ, & quod licet ex causis iustis, qui motus fuerit ad accusandum, & ob id, excusetur à pœna calumniæ, non tamen concludit, quod ille non habuerit animum iniuriandi, & ob id actione iniuriarum conueniri, ac puniri possit, vt latè prosequitur Laurent. Tenn. in d. reg. 15. in fin. vbi tamen firmat, quod ista opinio non transit sine magna diffi-

difficultate, cum sit magna auctoritas Doctorū contrariam opinionem tenentium.

61 Quoniam licet rationes, & auctoritates adductæ pro ista prima opinione videantur probabiles, & vrgentes, vt firmat Laurent. Tenn. in d. cautel. 15. nu. 3. vers. Circa; nihilominus communis opinio est, vt iusta causa excuset etiam à pœna iniuriarum, vt melius, ac diffusius reassumendo istum articulum firmat idem Boss. in tit. de iniur. nu. 4. & prius idem voluit Cepoll. in dic. conf. 70. in 3. dub. Quoniam iniuria sine animo iniuriandi non committitur. l. quod. Reipublicæ, ff. de iniur. l. si non conuitij, C. eod. tit. & sola culpa non sufficiat Crauet. conf. 13. nu. 2. Cepoll. d. conf. 70. nu. 11. & dolus cesset in eo, qui habuit aliquam iustam causam, vt in puncto nostro probat Text. in l. item apud labeonem §. si quis astrologus, ff. de iur. iuran. Couar. variar. resolut. lib. 1. c. 11. nu. 6. Immo non tantum iusta, sed etiam iniusta excusat à pœna iniuriarum. Oldrad. conf. 53. nu. 3. Mising. conf. 19. nu. 2. & cum hac opinione pertransit etiam Modern. Rom. in d. q. 16. nu. 17. & seqq. Et Andr. Fachin. conf. 164. per totum, lib. 2. vbi ad Alexandrum, & ad alios latè respondet, & ego nunquam audiui, neque vidi, nec practicaui, neque per alios practicari vidi, vt accusator conueniatur, neque puniatur ex ista cautela, actione vel pœna iniuriarum, sed tantum pœna calumniæ in casibus in quibus de iure, vel consuetudine irrogari possit.

Et ad laudem immaculatæ Virginis MARIÆ sit datus finis huic tertiæ Defensioni hac die 28. Maij, 1611.

DEFENSIO IIII.

Circa corpus delicti.

Constare debet de delicto antequam procedatur ad aliquem actum per iudicem contra imputatum.

SVMMARIVM.

1 *Constare debet in primis de corpore delicti antequam iudex criminalis deuenire possit ad aliquem actum cōtra imputatum de delicto.*

2 *Quod procedit etiāsi statuto disponeretur, vt pro delicto pœna imponatur.*

3 *Et etiamsi fuerit data iudici facultas procedendi nulla seruata solemnitate.*

4 *Et etiam si statuto fuerit prouisum, vt sit standum iuramento damnum passi quoad emendationem damni, quia intelligitur, dummodo constet de corpore delicti.*

5 *Et si iudex procedat non constito de corpore delicti, omnia inde secuta sunt nulla.*

6 *Nec potest deueniri ad capturam, & maxime in Clericis.*

7 *Inquisitus suspectus de fuga, etiam nō constito de corpore delicti poterit adstringi sub cautione de se præsentando.*

8 *Licet de consuetudine possit etiam detrudi in carceribus.*

9 *De contraria consuetudine adest magis communis opinio.*

10 *Author autem in istis contrarijs opinionibus tradit bonam distinctionem.*

11 *Accusator, vel denunciator potest adstringi ad præstandam cautionem de reficiendis expēsis, si delictum, quod proponit contra aliquem non sit verum.*

12 *Indicia leuiora sufficiunt super corpore delicti ad capturam, quam requirantur ad condemnandum.*

13 *Inquisitio specialis non potest formari contra aliquē, non constito de corpore delicti.*

14 *Examinari quis non potest, non constito de corpore delicti.*

15 *Tortura inferri non potest super delicto, non constito de eius corpore.*

16 *Tortura non potest inferri, non constito de circumstantijs, & qualitatibus delicti.*

17 *Nec iudex vigore cuiuscumque arbitrij potest deuenire ad torturam, non constito de corpore delicti.*

18 *Nec potest deueniri ad condemnationem, non constito de corpore delicti, immo sententia erit ipso iure nulla.*

19 *Nec contra absentem potest deueniri ad sententiam, etiam præsupposita constitutione, quod contumax habeatur pro confesso.*

20 *Confiscatio bonorum non potest inferri, vbi non constat de corpore delicti.*

21 *Nec sufficeret si constaret de corpore delicti post sententiam.*

22 *Constito de corpore delicti index si non procedat in causa puniri poterit.*

CAP. I.



1 Nter alias defensiones, potissima illa est, quæ resultat in fauorem inquisiti, vel carcerati, quod non constet de delicto, neque de eius corpore, prout omninò in primis requiritur vulg. l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. Iul. Clar. q. 4. nu. 1. vbi testatur de communi, & practicata opinione Roland. conf. 51. num. 10. vol. 1. Bursatt. conf. 166. nu. 27. & conf. 201. nu. 30. vol. 2. Ant. Gabr. conclus. 17. per totam tit. de Crim. Honded. conf. 107. nu. 9. vol. 1. vbi testatur, quod est conclusio iuris indubitata, vt non possit deueniri ad aliquem actum, nisi prius constet de corpore delicti, & idem firmat in conf. 91. nu. 10. vol. 1. vbi concordantes allegat, & testatur de communi latè Petr. Caball. cent. 3. cas. 255. nu. 3. vbi post alios, quos allegat dicit procedere etiā si per testes de delicto esset conuictus, latè Maurus Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 22. nu. 3. & seqq. & nu. 16. & seqq. dicit procedere etiam in casibus in quibus potest procedi ex abrupto, Caualc. de Brach. reg. p. 1. nu. 188. vbi de communi obseruantia, & practicata opinione, latè Fab. Turret. conf. 9. nu. 6.

2 Et in tantum est vera ista conclusio, vt procedat in qualibet dispositione, statuto, vel constitutione imponente pœnam, vt intelligatur; dummodo constet de
3 corpore delicti, latè Plot. conf. 30. nu. 2. † & etiam si fuerit data facultas alicui procedendi, nulla seruata solemnitate, vt vigore dicti arbitrij non possit contra aliquem procedere, nisi sibi constiterit de delicto, vt post alios, quos allegat, firmat Bursat. conf. 201. n. 90.
4 vol. 2. † & etiam si statutum prouideat, quod sit standum iuramento damnum passi, vt vniuersitas teneatur emendare damnum, vt intelligatur, dummodo de damno constet, Bursatt. d. conf. 201. nu. 62. vbi de cōmuni, quia sunt ligatæ manus iudici ad procedendum in causa, donec non constat de delicto, vel eius corpore, vt per Farinacc. conf. 23. num. 2. Scacc. in tract. crim. q. 83. sub n. 6. Franc. Personal. in tract. de Sindic. & tortur.

& tortur.q.17.num.26. vbi latè Franc. Bernard. Me-
diolanen.in schol. ad Ambros. de mod.form.process.
lib.1.c.1.nu.14.in fin.

5 Adeò quod non constito de delicto, vel eius cor-
pore, omne, quod desuper ædificatur dicatur nullũ,
Ruin.cons.80.nu.3.lib.4. Honded.cons.107. num.8.
vol.1.& cons.90.nu.10. in fin. vol.2.post alios, quos
allegat, Maur.Burg.d.q.22.nu.6.

6 Immo non constito de delicto iudex non potest,
deuenire ad capturam, Anton. Gomez.tit.de delict.c.
3.nu.1.Farinac. q.2. nu.2. vbi de communi Boss. tit.
de delict.nu.34.Bursatt.cons.166. nu.2. vol.2.Hond.
cons.107.n.7.vers.& si de corpore, vol.1.cons.88.n.9.
& cons.91.nu.10.vol.2.Pereg.Iann.in tract.de captu-
ra reali,lib.1.c.2.nu.42. vbi de communi,& in Regno
Neapol. iudex deueniens, ad capturam non constito
de delicto puniretur vigore pragmat. Grammat. de-
cis.60.col.2.nu.19.quæ pragmatica non seruatur per
iudices,nisi quando eis placet,vt attestatur. Carauitt.
rit.39.sub nu.10.Baiard.q.28.nu.16.Maur.Burg.dict.
quæst.22.num.8.

Quod maxime procedit in Clerico, Iul.Clar.q.28.
sub vers.quare numquid, Farinacc.q.2. nu.2. qui post
Corn.testatur de communi.

7 Bene verum est, quod si inquisitus, vel imputatus
de crimine esset suspectus de fuga, poterit adstringi
sub fideiussione de se præsentando. Iul.Clar.q.4. n.3.
vbi dicit ita aliquando vidisse obseruari per Senatũ,
contra quosdam imputatos de homicidio, Blanch.in
tractat.de ind.nu.8. Farinacc.q.27.num.125. Baiard.
8 q.4. nu. 3. † Licet viderim pluries in Curia obseruari
imputatos de graui delicto detrudi in carceribus, &
de eadem consuetudine testantur. Ant.Scap. in tract.
de iur.non script.lib.5.cap.43.num.3.Flam.Cartar.in
Prax.Interrog.reor.lib.2.c.1.nu.3.in fi.Iul.Clar.q.28.
nu.2.Baiard.q.61.num.2.qui omnes se fundant in au-
thoritate, Castren.in cons.328.nu.1. lib.2. qui voluit,
quod etiam si nulla præcedant indicia super corpore
delicti, & iudex aliquam informationem non asum-
pserit, possit in grauibus delictis deuenire ad capturã,
habita relatione de delicto, etiam persecutum explo-
ratorem, vt per Ant. Scap. & alios supra adductos, &
Clar.q.4.nu.4. refert, quod Senatus iussit capi, & pro-
cedi cum magna seueritate contra duos Nobiles in
9 Ciuitate Papiæ licet vix de delicto appareret. † Sed
contra opinionem Castren.& aliorum, quod iudex ex
consuetudine totius Italiæ nõ deueniat ad capturam
contra imputatum, nisi prius assumat informationes
super delicto, adest verior, & magis cõmunis opinio,
quam attestatur Eugen.in cons.49.nu.14.& seqq.

10 Ego autem vidi practicari per bonos iudices, vt nõ
in omni delicto, & contra quacumque personam ha-
bita relatione, vel accusatione de delicto, absque in-
formationibus decernere capturam, sed inspecta gra-
uitate criminis, & qualitate personæ, si fuerit diues,
vel pauper, vel possideat bona stabilia in loco, vel sit
persona bonæ famæ, vel iuuenis, rixosus, vel scanda-
losus, & verisimiliter etiam committere potuerit de-
lictum, & si delictum sit occultum, vel difficilis pro-
bationis, & in summa totum resideat in arbitrio cir-
cumspecti iudicis, vt animaduertit, Clar.in q.28. vers.
scias etiam, Farin. q.28.nu.11.& seqq.Baiard.ad Clar.
11 q.21. num.99. circa med. † Sed bene poterit iudex,
quando imputatus de graui delicto esset suspectus de
fuga habita denunciatione, vel accusatione per ali-
quem adstringere ipsum accusatorem, vel denuncia-
torem ad præstandam cautionem de reficiendis ex-
pensis, si delictum non fuerit verum, prout vidit ali-
quando seruari, testatur Boss.tit.de capt.nu.3. in fi. &
Menoch.de arb.cas.314.nu.6.lib.2.refert fuisse illum
denunciatorem capite mulctatum, qui appræhendere
fecit quemdam tamquam bannitum, cum non esset,
& iuxta opinionem, Boss.vidi etiam pluries obseruari
hic in Curia; prout aliquando ego etiam obseruaui.

12 Sed ad istum effectum capturandi imputatum de
delicto sufficiũt leuiora indicia super corpore delicti,
quam requirantur ad condemnandum. Clar. in q. 4.
nu.1.vers.aliter & in q.55.n.10.& in q.64. vers.debet
etiam, & in q.66.circa princ.& Eugen.in cons.64.nu.
25.dicit, quod etiam sufficeret si constaret de delicto
per vnum indicium tantum, & traditur regula, quod
ad inquirendum sufficiat quærela, ad torturam suffi-
ciant testes, ad condemnandum debeat constare de
corpore delicti si fieri potest Caualc. de Brac. reg.p.
1.nu.193.& post Gand.dicit, quod per testes, vel per
indicia, vel per euidentiam facti sufficiat constare de
delicto.

13 Nec potest deueniri contra imputatum non con-
stito de delicto ad specialem inquisitionem, Rol.cõs.
51.nu.11.vol.1. Decian.resp.96.sub nu.19.vers.cum
igitur vol.3.Hond.cons.107.nu.7.vol.1. imò nec etiã
poterit imputatus citari non constito de delicto. De-
cian.d.resp.96.nu.11. vers.cum igitur, volum.3. Ant.
Gab.concl.17.nu.4.lib.7.Mau.Burg. d.q.22. nu.8. &
seqq. vbi subdit dummodo hoc opponatur per reum
alias posset deueniri ob specialem inquisitionem post
14 Farin.q.1.nu.49. vers.limita. † Minusque poterit im-
putatus examinari non constito de delicto Doct. cu-
mulati per Mod.Rom. in q.2. num.1. circa med. ver.
vbi quòd, & per Hond.in cas.107.num.9. vol.1. & in
cons.88.num.7.& in cons.91. nu.10. volum.2.Scacc.
d.q.83.nu.6.vers.& faciunt idem Mod.Rom.in cons.
23.nu.2.vbi firmat post alios, quos allegat, quòd si im-
putatus fateretur delictum, talis confessio sibi non
præiudicaret, cum non sit Dominus membrorũ suo-
rum. Ant.Gab.concl.17.nu.2. lib.7. vbi alios cumula-
uit, Scac.d.q.82.num 6. vbi dicit, quod inquisitio cor-
15 rueret, nisi constito de corpore delicti. † Eoque mi-
nus iudex poterit deuenire ad torturam cõtra impu-
tatum non constito de corpore delicti, Clar.quæs.4.in
princ.Ant.Gab concl.17.nu.1.lib.7. Hond.cons.107.
num.7.vers.& si de corpore, vol.1. Baiar.ad Clar.in q.
95.nu.15.in fin.latissimè Burs.cons.201. nu.30.& seq.
vol.2. vbi alios cumulauit, & testatur de communi,
maxime per illam rationem, quia tortura infertur nõ
ad inueniendum factum, neque ad illud liquidandum
sed ad inueniendum delinquentem, Mosc.in prac.de
cogn.& prob.crim.in proem.nu.58. Caualc.de Brac.
reg.p.3.num.10.vbi docet, quod debeat constare, vel
per euidentiam facti, vel per testes de visu, vel per fa-
mam quando aliter constare non potest, & Sim. de
Pret.in cons.50.nu.4.dicit, quod non solum debet cõ-
stare de delicto ad effectum torquendi, sed etiam de
16 illius qualitatibus, & circumstantijs, † & ob id repro-
batur illorum opinio, vt in praxi aliter seruetur, nem-
pè statim, quod quis dicit sibi fuisse factum furtum,
etiam, quod de furto non constet, suspecti torquean-
tur, vt exclamat contra illorum opinionem. Burs.in d.
cons.

conf.201.nu.34.& Clar.in q.64.nu.3. qui repræhēdit Senatum Mediolani, qui aliter obseruauit, licet opinionem senatus teneatur Franc. Bernard. Mediolan. ad Schol.Tranq.Ambros.de mod.form. proc. cap.1.
17 nu.3. † Immo sub prætextu cuiuscumque arbitrij iudex non potest deuenire ad torturam, non constito de corpore delicti, vt post alios, quos allegat ita firmat Bursat.in d.cons.201.nu.89.de quo latius dicam
18 in c.3.huius 4.defensionis,nu.13. & seqq. † Nec etiā poterit iudex deuenire ad condemnationem non cōstito de delicto,Decian.resp.96.num.19.& 22. vol.3. vbi post alios, quos alleg.dicit, quod si feratur sentētia,erit ipso iure nulla,Farinac.cons.23.nu.2.

19 Nec contra absentem,etiam præsup posita constitutione, quod contumax habeatur pro confesso poterit deueniri ad sententiam,Plot.cons.30. nu.2. latè Decian.d.resp.96. nu.19. vers.item plus dico, Maur. Burg.d.q.22.nu.12. vbi subdit etiam si reus fateretur delictum,Caualc.de Brach.reg.p.1.nu.188.

20 Nec minus non constito de delicto poterit iudex deuenire ad confisc.bonor.latè Plot.d.cons.20.nu.2. & sub nu.3.& seq.dicit,quod nec crederet Imperatori,Regi,vel alteri superiori asserenti aliquem esse sibi rebellem,etiam si motu proprio hoc assereret, ad effectum confiscandi bona, si non constaret aliunde de rebellione, & plus subdit : etiam si statutum disponeret,quod credendum esset Principi,prout ego latè dixi in tract.de confisc.bonor.

21 Nec minus sufficeret si constaret de corpore delicti post sententiam,cum sententia ex nouis probationibus non conualescat,latè Boer.decis.259. Baiard.in q.66.nu.9.in Add.ad Clar.

22 Sed bene caueat iudex, quod postquam constiterit sibi de delicto,vt procedat in causa, & assumat informationes,alias si neglexerit,vel noluerit dd.informationes assumere puniri poterit. Bald. in l.mancipia,n.1.C.de seru.fugi.vbi refert ita aliàs vidisse puniri quēdam iudicem,vt post Amod.cōciuem meum, Iul.Cla. q.4.nu.1.in fi.& Baiar.in q.66.nu.7.& seq.post alios, quos allegat, & firmat quod constito de corpore delicti iudices debeant esse prompti ad procedendum, & puniendum nec debent multum pōderare iuris solemnitates, ne delicta impunita remaneant; sicut è contra, quod nō constito de corpore delicti, reus debeat absolui,Bursat.cons.13.nu.28. vol.2. & sufficiat constare de corpore delicti, vt sequi possit condemnatio, vel per testes, vel per indicia legitima, vel per euidentiam facti,Franc.Bernard.Mediol.in Schol.ad Ambros.de mod.form.process.c.1. vers.Nec non per remissionem,num.3.Et non constito plenè de delicto interim reus erit relaxādus sub fideiussione de se præsentando ad omne mandatum Curiæ. Ball. de quæst. pract.q.4.nu.43.& de iu.l.q.2.num.3. Maur.Burg. de mod.proced.ex abrupt.q.23.num.285. vbi alios allegat, & quod debeat constare de corpore delicti, vel per testes de visu, vel per famam, vel per euidentiam facti,si aliter constare nō potest,post Gandin.& Boss. tradit Caualc.de Brach.reg.p.3.nu.10.& etiam alios, quos supra adduxi.

Quomodo constare debeat de corpore delicti.

S V M M A R I V M.

1 *Author delicti vt puniatur debet constare, quod dolosè delictum patrauerit.*
2 *Dolus in delictis à natura prohibitis præsumitur.*
3 *Iudex in casu mortui in puteo reperti,vel veneno extincti debet adhibere iudicium peritorum, vt assumat informationes pro habenda facti veritate.*
4 *Corpus delicti in similibus casibus per indicia,ac præsumptiones probatur.*
5 *Inimicitiæ exceptione repelluntur periti super huiusmodi delictis de eorum iudicio deponentes.*
6 *Corpus delicti non verificatur à non peritis, neque ab vno tantum perito,quando in loco plures adsint.*
7 *De delicti identitate constare debet.*
8 *Item de eius qualitatibus,& circumstātijs,& quibus.*
9 *Cadauer sepultum iudex debet exhumari facere.*
10 *Sic cadauer temporis diuturnitate corruptum fuerit, adeò,vt vulnera,& eorum qualitates inspici non possint,examinandi sunt testes, qui vulnera,ac eorū qualitates viderunt.*
11 *Cadauer debet recognosci per testes, qui ipsum dum viuebat cognouerint.*
12 *Cadauer alicuius in loco non noti, sat est,vt recognoscatur per testes etiam eius nomen, cognomen, ac patriam ignorantes.*
13 *Processus contra delinquentem constito de corpore delicti valet,licet delinquentis nomen ignorent.*
14 *Inquisitio contra delinquentem non valet,nisi constet de eius signis, nec sententia potest exequutioni demandari.*
15 *Corpus delictorum facti transeuntis, in quibus vestigia non remanent,probari debet per aliquas coniecturas,& indicia.*
16 *Corpus delicti difficilis probationis probatur per præsumptiones,& coniecturas.*
17 *Corpus delictorum, in quibus vestigia remanēt debet probari,vel per ocularē inspectionem, vel per testes.*
18 *Hæresis crimen etiam non constito de delicti puniri potest.*
19 *Idem in crimine lamiarum.*
20 *Corpus delicti pro cuius perfecta cognitione peritia hominum requiritur,& per peritos est probandum.*
21 *Sententia condemnatoria Principis penitus separati facit,quod iudex procedere valeat in causa, etiam non constito de corpore delicti.*

C A P. II.

1 SCiat etiam Aduocatus suum defendere clientem, quia non sufficit, vt constet hominem fuisse occisum, vel aliquod aliud illicitum fuisse commissum, quia vt possit author puniri debet constare, quod dolosè,& scœlestè patratum fuerit delictum, d. l.1. §.itē illud,vers.scœlere interemptum,ff.ad Sillan. Foller.in pract.crim.in verb.capiat informationem, num.1. & seqq.vbi latè,Brun.à Sol.in suo vnico consilio,nu.13. Modern.Roman.q.2. num.1. & 4.latissimè Rim.Iun. cons.758.nu.2.& seqq. vol.7. & Honded.cons.88. nu. 11.vol.2.latissimè,Boss.tit.de delict.nu.1.& seqq. latè Scacc.in tract.crimin.q.83. num.6. & ibi ponit multa exempla, quando factum possit succedere sine crimine,ad quem lectorē remitto, & nouissimè ponit alios casus Franc. Bernar. Mediolan.in Schol. ad Ambros. de mod.form.process.lib.1. cap.1. nu.14. & testatur quod in dubio præsumitur, quod naturali morbo decesserit,& super intellectu d.§.item illud,plura scribit Moscatell.in pract.de probat. delict. in procem.n.57. & seqq.Caualc.de Brach.reg.p.1.nu.195.Sed in frag.

fragm.20

fragm. 10. dicit, quod in dubio eſt præſumendū, quod ab alio fuerit ſuffocatus ad euitandam cõfiſcationem bonorum, & ibi alios allegat.

2 Qui dolus in delictis à natura prohibitis abſq; alia extrinſeca probatione præſumitur, vt per Doctores relatos per Moder. Roman. in d. q. 2. num. 1. in dubio autem, vt ſi quis mortuus reperiatur in puteo, vt in caſu Dec. conſil. 438. & in ſimili caſu ſcribit Franc. Bernard. d. c. 1. nu. 14. vbi etiam poſt alios, quos allegat, dicit cum natura abhorreat, quod quis proprias carnes odio habeat, ideo imputatus de tali delicto, vel alio ſimili debet per clariores, & fortiores probationes defenſiones ſuas facere, & in illo veneno interempto, vt in caſu Gram. in vot. 31. iudex debet aſſumere informationes, non quidem tanquam de maleficio, ſed vt veritas facti habeatur, adhibendo iudiciū medicorum, vel peritorū, vbi opus fuerit, & vbi conſtabit non interueniſſe dolum, ſilebit proceſſus criminalis, aliàs ad vlteriora procedet, latiſſimè Iul. Clar. q. 4. nu. 4. & ibi Baiard. num. 9. Modern. Senog. in paruo Tract. de mod. forman. proceſſ. lib. 1. num. 14. & ſeqq. Vulpell. reſponſ. 1. n. 25. qui loquitur in eo, qui in fõte repertus fuit ſuffocatus. Boſſ. tit. de delict. nu. 3. loquitur in illis, qui Mediolani in Caſtro Portæ Iouis fuerunt fulgure interempti. Scacc. in d. q. 83. num. 5. & 8. latè Peregr. Iann. in tract. de citat. real. lib. 1. c. 2. nu. 50. & de illo qui fuit hic Romæ repertus mortuus in carceribus, ponit Franc. Bernard. Mediol. in Schol. ad Ambroſ. d. cap. 1. nu. 14. & latè Moſcatel. in pract. de probat. delict. in proœm nu. 76. & ſeqq.

3

4 Sed in iſtis, & ſimilibus caſibus per coniecturas, & præſumptiones, ac per indicia probabitur corpus delicti, Boſſ. tit. de delict. nu. 10. Foller. in d. verb. capiat informationem nu. 24. & in verb. quòd ſuffocauit vxorem nu. 16. & num. 59. latiſſimè Moder. Rom. q. 2. nu. 29. vbi ponit aliquas coniecturas, ac præſumptiones, an delictum ſcelere fuerit commiſſum Iul. Clar. q. 4. nu. 4. vbi Baiard. num. 9. in fin. latiſſimè Scacc. in tract. crim. c. 85. per totum, lib. 1. de Iudic.

5 Et animaduertat Aduocatus, quod licet teſtes periti, vt medicus, chirurgus, obſtetrices, & ſimiles ſufficiant, vt deponant de eorum iudicio, & credulitate, & non præciſè. Iul. Clar. §. homicidium verſ. ſcias autem, & in q. 4. num. 3. Mille. in Prax. crim. ſub rubr. renunciat. formul. nu. 4. mihi fol. 18. Moſcatel. in pract. de probat. delict. in proœm. nu. 77. & ſeqq. vbi reprobat Foller. qui volebat, quod teſtes, vel periti dicerẽt delictum fuiſſe commiſſum ſcuitia, vel animo delinquendi, niſi tamen fieri debeat relatio in caſu, ſuper quo fundari poteſt veritas, & tunc requiritur iuramẽtum veritatis, & non ſufficeret iuramentum credulitatis. Pelyn. in cap. propoſuiſti nu. 7. Caſſan. vbi ſuprà ſub c. 4. nu. 2. Gail. in Pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 111. nu. 19. Scacc. d. q. 83. nu. 13. verſ. dixi etiam, ſed & latè dicam infra c. 12. in hac 4. defenſ. Sed poterit excipere, quòd illi fuerint odioſi, maleuoli, & inimici, quæ exceptio inimicitiæ nunquam cenſetur excluſa. Gramat. conſil. 45. nu. 11. conſ. 58. num. 101. Ant. Gomez tit. de delict. c. 12. nu. 21. Baiard. q. 29. nu. 117. vbi alios

6 adducit, † & etiam quòd illi non ſint periti, & ideò non poſſint ſuper dicto crimine recipi; quia quando adhibentur teſtes non periti, dicitur conſtare de corpore facti, & non de corpore delicti. Scacc. dict. q. 83. num. 16. Vel quia in loco aderant plures periti, & non fuit niſi vnus ſolus adhibitus, & ob id non verificari corpus delicti Maſcard. de probat. concl. 674. nu. 20. & ſeq. vol. 2. vbi latiſſimè, & quid ſi in loco non adeſſet niſi vnus peritus, Maſcard. ibi nu. 23. & ſeqq. vide latè in hac 4. defenſ. cap. 11.

7 Et non ſolum conſtare debet de delicto, ſed de identitate rei, ſuper qua aſſeritur fuiſſe commiſſum delictum Abb. in c. cum Ioannes nu. 16. in fin. de fid. Inſtr. Decian. conſ. 101. col. 2. verſ. bene facit, Crauett. conſ. 244. nu. 2. Maſcard. de probat. concl. 497. nu. 5. & ſeq. vbi ſubdit, quod licet aliàs identitas rei præſumatur, tamen non procedit, quando ex identitate præſumeretur delictum, quia tunc identitas eſt probanda, & non præſumitur.

8 Imò non ſolum conſtare debet de delicto, ſed etiã de eius qualitatibus, & circumſtantijs. Ign. in d. l. 1. §. item illud. nu. 10. Ang. de malefic. in verb. item fama nu. 108. Sim. de Pret. conſ. 50. nu. 4. Boſſ. tit. de delict. nu. 24. Clar. q. 4. nu. 3. Moder. Roman. q. 2. nu. 4. vbi refert, quod ita totus mundus obſeruat, quòd Notarius deſcribat quot percuſſiones, quot vulnera, punctim, vel cæſim, & in qua parte corporis habeat, & an ſint mortalia, nec ne, & cum quo armorum genere illata fuerint, vt iudex percipere poſſit quis teneatur de occiſo, & quis de ſimplici vulnere, ſi delictum fuerit cõmiſſum in pura rixa, ac ſi teſtes ſuper crimine examinati veritatẽ deponant, cum ſæpè contingat eos plura deponere, quàm ea, quæ ex corporis inſpectione apparent, & ſic quanta fides poſſit ipſis teſtibus adhiberi, & poterit ſuper qualitate vulnerum examinare medicos, & Chirurgos, vt cognoſcãt, an vulnera fuerint mortalia, nec ne, etiam quo genere armorum illata, Blanc. in Pract. in princ. nu. 6. vbi teſtatur quòd iſta eſt communis practica. Nouell. in pract. crim. fol. 79. nu. 1. latè Iodoch. in Pract. crim. c. 7. tit. de inſpectio. occiſi, nu. 1. & ſeq. Hond. conſ. 107. nu. 10. vol. 1. latiſſimè Scacc. in d. q. 83. nu. 12. & ſeq. Peregr. Iannin. in tract. de captur. real. lib. 1. c. 2. num. 43. & ſeq latè Caualc. de Brach. reg. p. 1. n. 185. & latius, n. 190. & ſeq.

9 Et ſi cadauer fuerit ſepultum iudex debet illud effodi facere. Marant. in tit. de inquiſit. n. 18. Clar. q. 55. verſ. quomodo autem, Moder. Roman. q. 2. nu. 5. Baiard. in q. 4. ſub num. 4. vbi poſt Pariſ. de Sindic. in ver. confeſſio nu. 6. refert vidiſſe in pluribus locis, & præſertim in Vrbe fieri ſimiles exhumationes, & latè, qui alios allegat Baiard. q. 4. nu. 4. Caualc. de Brach. reg. p. 1. nu. 185. in princ. & latius, nu. 190. & 196. omnino vidẽdus; vbi magiſtraliter loquitur, & quod ſit deſcribendus locus vbi reperitur, & quomodo cadauer ſe-

10 pultum maneat, & latè Iodoch. vbi ſupra, & ſi cadauer propter tempus eſſet labefactatum, & occulari inſpectione vulnera, & eorum qualitates inſpici non poſſent, iudex examinet teſtes, qui dicta vulnera, & eorum qualitates viderunt, ad quod Aduocatus debet diligenter animaduertere, quia poterit clientem ſuum à magno liberare periculo, probando, quòd in rixa non habuerit arma apta ad illa vulnera inferẽda, latiſſimè Scacc. in d. q. 83. nu. 12. & ſeqq. qui alios cumulauit, Iannin. d. tract. de citat. real. c. 2. num. 44. latè Caualc. d. p. 1. nu. 191. Idemque erit ſi Epiſcopus nollet licentiam impartiri pro exhumando corpore, vt examinentur teſtes ſuper morte illius, vt per Scacc. in d. q. 83. num. 11. circa med. vbi ſubdit quòd debeant examinari plures teſtes, quàm duo Foller. in Pract.

crim.

ftantes fuiffe occifos aliter, quàm ex eorum confef-
fione Moder.Rom.d.quæft.2.num.26.

20 In delictis aũt, in quibus pro eorũ perfecta cogni-
tione requirit peritia hominũ, vt in pecunia adulteri-
na, annona corrupta, veneficio, & fimilib. requiruntur
periti in arte, nec fufficiũt teftes nõ periti, ẽt fi reus fa
teretur delictũ, fciat Aduocatus clientẽ fuũ defende-
re, ꝓbando teftes fuper d. corpore delicti examinatos
non fuiffe in illo delicto expertos, vel peritos, & ideò
nõ poffe fequi cõdẽnationẽ, licèt reus faffus fuerit de
lictum. Alexand.conf.155. nu.3. & feq.volum.3.Cat.
conf.99. n.8.& feqq.tom.1.Crim.Burf.conf.166.nu.
5.& feqq.volum.2.& faltim duo requiruntur.Mafcar.
de probat.concl.674.num.21.& feq.vol.2.

22 Sententia aũt condẽnatoria alterius Principis pe-
nitus feparati operatur, vt Iudex poffit procedere in
caufa ẽt ꝙ aliter de corpore delicti nõ cõftet. Clar.q.
54.nu.6.Baiard.q.55.n.17.& ego latè dixi fupra in 1.
defenf. Caualc.de Brach.reg.p.1. n.199.vbi ita tefta-
tur de confuetudine feruari contra bannitos.

Et fcias ẽt ꝙ fola recognitio facta per Notariũ de
corpore delicti nõ fufficiat, fed requiritur. vt fuper ea
examinẽtur faltim duo teftes vt poft Foller. in pract.
crim.in verb.capiat informationes n.4. Iod.in pract.
c.75.n.1.& 3.& alios, quos allegat, ita in puncto tradit
Scacc.in Tract.crim.c.83. nu.14.quod eft notandum,
quia fæpè in facto cõtingit, & ego pluries ita obtinui.

Corpus delicti an fuppleatur per confef-fionem delinquentis.

S V M M A R I V M.

1 *Corpus delicti non fuppletur per confeffionem Rei.*

2 *Iudex, non verificans confeffionem Rei, damnat animam, & corpus.*

3 *De corpore delicti non conftito, Reus eft abfoluendus, etiamfi delictum fuerit confeffus, factis tamẽ diligentijs, & comperto delictum non fuiffe commiffum.*

4 *Sententia condemnatoria eft nulla, non conftito de corpore delicti.*

5 *Confeffi delicta, quæ non verificantur, relaxantur fub cautione de fe repræfentando, & ita practicatur.*

6 *Iudex debet mittere notarium ad locum delicti, vt delictum verificetur.*

7 *Fatens fe effe publicum latronem, vel etiam hæreticũ, nifi exprimat quod latrocinium commiferit, & in quo fidei articulo diffentiat, puniri non poteft.*

8 *Diffamatus de pluribus criminibus, plura crimina cõfitens, etiam fi omnia non verificentur, & leuiora tantum verificentur, poteft morte damnari.*

9 *Corpus delicti conftare debet, vel per teftes, vel per indicium, vel per euidentiam facti, vt delictum poffit præfumi contra aliquem.*

10 *Pœna ordinaria affici nõ pot cõfitẽs aliquẽ occidiffe, & proieciffe in mare, nifi aliæ concurrant probationes.*

11 *Secus concurrentibus alijs adminiculis.*

12 *Confeffio ficta, ex contumacia refultans, non conftito de corpore delicti non nocet.*

13 *Torqueri quis non poteft, non conftito de corpore delicti, nec contra eum fequi fententia condemnatoria.*

14 *Iudex vigore cuiufcũq. facultatis, & arbitrij venire non poteft ad torturam, non cõftito de corpore delicti.*

15 *Etiam fi delinquens aliàs legitimè inditiatus effet de delicto.*

16 *Tortura non iuftificatur fuperueniente poftmodum corporis delicti probatione.*

17 *Captura nũ iuftificatur p fuperueniẽtes probationes.*

18 *Iudex torquẽs aliquẽ non indiciatũ, venit puniendus.*

19 *Per torturam indebitè illatam, etiam fi tortus fubftinuerit, non impeditur profequutio proceffus fuper delicto.*

20 *Contrariam opinionem tenet Marfil.ibi.*

21 *Auctor tenet per torturam indebitè illatam, non impediri proceffum ad vlteriora, fed torturam huiufmodi computari debere poft detectum corpus delicti, & ita obtinuit à facra Confulta.*

C A P. III.

1 PRo Aduocato in ifto articulo eft regula fatis trita,
vt non fuppleatur corpus delicti per confeffio-
nem, cum quis non fit dominus membrorum fuorum,
l.liber homo, ff. ad l. Aquil.& l.nõ tantum, ff.de pœn.
latè Gram.conf.60. per totum, Ang.de malef.in verb.
& veftem cæleftẽ n.25.Iul.Clar.d.q.4.n.1.verf.& hæc
adeò, Boff.tit.de delict.n.15.vbi dicit hoc nullã habe-
re difficultatẽ, Moder.Rom.q.2.n.7.vbi de communi,
& alios allegat Burfat.conf.166.num.3.vol.2.Dec.re-
fpon.96. n.19.& 22.vol.3.Mafcard.de probat.concl.
354.nu.3.vol.1.Baiard.q.55.n.15.Flam.Cart.in pract.
interrog.reor.lib.2.c.2.n.12.latè Petr.Caball.in pract.
crim.caf.180.num.1. & per totum cafum, latè Bonif.
in tract.de furt.§.2.nu.1.idem Petr.Caball.cent.3.caf.
255. num.1.& feq.vbi alios cumulauit Maur.Burg.de
mod.proced.ex abrup.q.22.num.12.Macerat.variar.
refolut.lib.3. refolut.44.num.4.Fab.Turret.conf.9.n.
13.vbi de communi.

2 Immo iudex non verificans confeffionem rei dam-
nat animam, & corpus. Ang. de Malef. in d. verb.
veftem cæleftẽ n.15. Gram.conf.16.n.5.Burfat.conf.
201. num.3. vol.2.& prius dixi in conf.166.nu.3.co-
dem volum.

3 In tantum confeffio non afferret præiudicium cõ-
fitẽti delictũ, nifi verificetur corpus delicti, vt debeat
confitens abfolui, Iul.Clar.q.55.fub n.10.in fin.qui ta-
men loquitur, quando iudex fecit diligentias de veri-
ficando corpore delicti, & inuenit non effe commif-
4 fum, & non conftito de corpore delicti, fi fequatur
fententia condemnatoria erit ipfo iure nulla, vt fir-
mat Decian.refponf.96. num.22.lib.3.

5 Imò factis dictis diligẽtijs fi nõ verificetur cõfeffio,
debet inquifitus abfolui tãquã innocens, latè Burfat.in
conf.201.n.32.vol.2.vbi de communi, & ibi refert ita
pluries fuiffe obferuatũ, & reprobat Ang.qui contra-
riũ videbatur tenere Gram.conf.37. n.20.& ego etiã
feci pluries, & in facto obtinui, liberari iftos inquifi-
tos, & confeffos delicta, quæ nõ fuerũt verificata, vel
forfan erit ifte confeffus delictum, ꝙ non fuit verifica-
tũ, neq; fuerunt verificatæ qualitates affignatæ, relaxã-
dus fub cautione de fe repræfentando, prout firmat
Moder.Rom.in d.q.2.n.15.verf.& nemini, quod verũ
erit, quando poffet dubitari de delicto, fed quãdo poft
diligentias factas per Curiam, conftat inquifitum non
deliquiffe, tunc debet omnino abfolui, etiam ex capi-
te innocentiæ, iuxta doctrinam Burfatt. in d.confilio
201.n.32.vbi teftatur de communi.

6 Et ideò debet omnino iudex inuigilare, aut accede-
re, vel mittere notarium ad locũ delicti ad verifican-
dũ ipfum delictum, & eius qualitates Marf. fing. 320.

colum.4. circa med.Gram.conf.37. num.20.Burfatt. d.conf.201.nu.30.Boff.tit.de delict.nu.13.circa med. Iul.Clar.q.4.nu.6.& latius q.55.nu.10.& alibi paffim tradunt omnes practici criminaliftæ.

7 Hinc Doctores inferunt, q fi quis fateretur fe effe publicum latronē,aut viarū graffatorē fibi præiudicij non faceret, cum oporteat conftare aliunde de fimilibus criminibus, & non fufficiat fola confeffio, fed quod fateatur factum, nempè dicat feci tale, & tale furtum,vel tale latrocinium,vel talem aggreffionem, vel fi quis dixerit fe effe hæreticum, non poterit per hoc puniri, fed oporteat, quod dicat, quod credat, & in quo articulo fidei diffētiat,vt latè per Crauett.cōf. 260. n.1.& conf.262.n.4.Carrer.in pract.crim.§.homicidium vlt.nu.40.Cæphal.conf.23.nu.11.addentes ad Clar. in q.55. in litt.D,vbi Baiard.n.20. & feq.qui omnes allegant Ang. in conf. 403. & latiffimè Petr. Caball.in q.crim.caf.150.n.5.& feq.vbi idem dicit de eo, qui fatetur per fępe blafphemaffe,vt nō poffit puniri,nifi aliter deponat de blafphemia, prout ego feci liberare quēdā de Spoleto,contra quē plures teftes dicebāt,adeò blafphemaffe dubitabāt vt iudicio Dei domus dirueretur, cum nō deponerent de aliqua fpecie blafphemię,& idē erit in eo,qui fatetur dediffe alicui venenum, & ex eo mortuum effe illum, vt non poffit puniri,nifi alia concurrant, vt eft videre latiffimè per Petr. Caball. in tract.de omn.gener.homicid.nu.615. & feq.vbi alios allegat.

Et prædicta funt vera,tàm in cōfeffione fpōtanea, vt verificari debeat Gram.conf.26. n.4. & feq.vbi latiffimè Moder.Rom.in q.2. n.7. verfic.dicat q fpontanea,quàm in confeffione facta in tormentis.Anton. Gabr.concl.17. n.2. lib.7.de crim.Menoc.de arb.caf. 269. nu.3. lib.2.& etiamfi ageretur de vnico delicto, adhuc illud verificari debeat. Moder.Rom.d.q.2.nu.

8 7.verfic.vbi ampliat. † Et fi ageretur de pluribus criminibus. Gramm.in d.decif.48. voluit fufficere verificari duo crimina,quamuis fuerint leuiora,Bonifat.de furt. §.eft nu.80.in fine,quod tamen ego admitto,quando ageretur contra diffamatos , vel mariolos vulgo dictos *tagliaborfe*, & concurrerent plures lamentationes, & querelæ de furtis fibi factis, & tunc poffit ifte cōfitens plura furta cōdemnari ad mortem, ēt fi omnia non fuerint verificata,neq;maiora,fed leuiora tātū,quia in iftis diffamatis fufficit nō folū probatio,verificatioq;delictorū,fed ēt fola fama,cum eorū cōfeffione,vt Doct.loquuntur de Affaffinis,& malandrinis, qui propè lictus maris verfātur,& cōfitētur homines ignotos occidiffe, & in mare proieciffe,vt poffint ex hac cōfeffione dānari,ēt fi nō cōftet aliter de delicto, Ant.Gabr.d.concl 17. n. 12.lib.7.Foll.in pract.crim. in verb.& fi nō cōfitebātur,n.34. Marf.in rubr.de probat.n.103. Moder.Rom.q.2.n.11.Caffan.fuper confuet.Burg.in rub.1.§.5.n.40.vbi refert,q dū ipfe erat Affeffor Capitanei Mediolani,quidā Mafferius cōfeffus fuit occidiffe Dominū fuū,cuius cadauer proiecit in lacū cufnarū,q fuit pifcatū,& nō;inuētū,fed fuit repertus fanguis in illo loco,in quo cōfitebatur eum interfeciffe,qui locus diftabat a lacu per factum lapilli, & facto verbo in Senatu fuit cōdēnatus ad mortē,idē de fāguine,firmat Iul.Clar.q.55.ver.quomodo aūt,& q nō requiratur,vt cōftet de nomine interfecti,& idē tenet Natt.in cōf.442.& latè ,profequit Baiard.q.55.n. 13.vbi poft Gand.in tit.de præfūp.verf.aliud ēt nota

8 dignum, † conftituit regulam in hac materia , q adhoc vt debeat, & poffit præfumi contra aliquē,q delictum commiferit,debet iudici cōftare delictum fuiffe commiffum,quomodocumq; vel per teftes,vel per indicium,vel per euidentiam facti.

10 Sed Aduocatus fciat cliētē fuum bene tueri, & aduerfus fupradictas Doctorū allegationes replicare,q licet ifti malandrini fuerint in mala fama , & laboret cōtra eos cōfuetudo verfandi propè litus maris, & licet fateantur occidiffe aliquē ignotū, & proieciffe in mare, adhuc nō poffint cōdēnari in pœnam ordinariā, nifi alia indicia,vel probationes,vel adminicula cōcurrant,vt exprefsè voluit Bofs.in tit.de delict.nu.15. verf. & hęc opinio ēt eft vera.Brun.à Sol.in fuo conf. vnico n.50.qui fe fundat in Doctrina Ang.in l.certum. ff.de confefs.in l.1.C.cod.& fequitur Mod.Rom.in d. q.2.n.11.verf.certū hęc,prout ego omnino fequor,vt nifi concurrat aliud inditiū, vel adminiculū,nō poffit

11 fequi condemnatio in pœnam ordinariam, † fecus fi cōcurrerēt alia adminicula,prout in cafu Caffan.quia fuit repertus fanguis propè lacū,vel fi reperirētur valifię,veftimēta,equi,vel alię fimiles res mercatoris interfecti pœnes d. latrones, & affaffinos,fed poft hæc fcripta eruditiffimus D.Petr.Caball.mihi trāfmifit fuā tertiā Centuriam vbi in q.156.per totā diftinguit,aut cōfeffio eft de certo homine interfecto, & tunc iuftificetur etiā ad penā ordinariā, aut de homine ignoto, & tūc requirantur adminicula,vt cōftet de aliquo homine mortuo,cuius opinionē in 1.cafu,nifi alia cōcurrant,non fequor,& ibi etiā dicit,q fi fateatur occidiffe bannitū, & illū proieciffe in mare,debeat fufpendi, nifi doceat de banno per rationem per eū ibi allegatam, ad quē cafum in propofito lector habeat recurfum, fed caueat, quia nimis rigorofus eft,dum vult,q in confeffione de certo homine fufficiat fola confeffio , cum vere non fufficiat, quamuis confitens efset malæ famæ, vt nouiffimè tenet Maur. Burg. de mod. proced.ex abrupt.quæft.22.num.14.

12 Et procedit etiam in confeffione facta refultāte ex cōtumacia,vt nō poffit fequi condēnatio,nifi conftet de delicto ad latè tradita per Moder.Rom.in q.2.nu. 7. verf.amplia hæc quintā,vbi alios allegat,& teftatur de cōi,& latè Decian.refponf.96.n.16.vol.3.vbi plus fubdit, etiam præfuppofitis bullis Pontificum, quæ habent cōtumacem pro confefso, vt adhuc conftare debeat de corpore delicti. Plot.conf. 30. n.2. lib.5.latè poft hæc fcripta vidi Petr. Caball.in d.3. cent.caf. 156.per totum,vbi in fine declarat,dummodo conftet ex procefsu de innocentia inquifiti , fecus fi res efset dubia , quia debet fequi condemnatio, fed non recedas ab opinione Deciani,& aliorum.

13 Nec poterit deueniri ad torturā nō cōftito de corpore delicti.Moder.Rom.q.98. n.2. vbi alios allegat, & teftatur de cōi.Gram.conf.60.n.9.Baiar.q.55.n.15. cū fi fateretur delictū,non pofset fequi fententia condēnatoria,non conftito de corpore delicti,& tortura fruftatoriè nō fit inferēda per ea, quæ tradut Bofs.in tit.de indit.& confiderat.ante torturam n.153. Brun. de Indic.q.4. n.10. & feq.in 2.p.Foller.in pract.crim. mihi fol.10.n.2.verf.item eft aduertendum,& Burfat. conf.216.n.113.vol.2.Maur.Burg.de mod.proced.ex abrupt. q.22. num.11. Quia pluries venit,quod poft illatam torturam non conftito de corpore delicti fuerunt reperti viui , qui mortui dicebantur , vt

plures

plures caſus in cõtingẽtia facti refert nouiſſimè Frãc. Bernard.in Schol.ad Ambroſ. de mod.form.proceſſ. c.1.ſub verſ.Nec nõ per remiſſionem,Imò ſi oſtẽdeat illum viuere non debet examinari neque grauari in alijs expenſis,ſed ſtatim eſt demittendus in pace. Caualc.de Brach.reg.p.4.num.286.in litt.B.

14 Imò nõ poterit iudex deuenire ad torturã nõ cõſtito de corpore delicti ſub prætextu cuiuſcũq.facultatis,vel arbitrij ſibi cõceſſi a lege,vel ſtatuto,ſeu à Principe Bal.in l.ſi quãdo.C.vnd.vi,Brun.de Iud.in 4.p.2. p.n.11.Catald.de Sind.n.56.Franc.Caſſon.de torm.c. 2.Oſaſch.deciſ.79.nu.44.& ſeq.latè Burſat.conſ.201. num.89.& ſeqq.volum.2.

15 Etiam ſi inquiſitus eſſet alias inditiatus de delicto legitimè , adhuc non poterit torqueri, niſi conſtet de illius corpore,Angel.de maleſic.in verbo quod fama publica,n.118.& ibi Ang.in addit.in fi.Boſſ.tit.de iud. n.14. Modern.Rom.in q.38.nu.2.Franc.Perſonal.in tract. de indic. & tortur.nu.11. vbi concordantes cumulauit Maur.Burg.d.q.22.n.11.Iutrigl.ſing.180.nu. 1.lib.2.Ball.de quæſt.q.9.num.1.

16 Nec tortura iuſtificabitur, ſi ſuperuenerit deinde corpus delicti, cũ fuerit illata ordine iur. peruerſo,& nõ ſeruato,gl.in l.1. C.de qq.&in l.1.in princ.ff.eod. Marſ.in l.pen.n.31.ff.eod.vbi pro hoc adducit Cyn.in l.ius iurãdũ,C.de teſt. Quod ſi teſtes primo deponãt, & poſtea iurent,nõ valeat eorũ depoſitio,quia de natura,& ordine iudiciorũ eſt, vt 1. teſtes iurent,& poſtea deponant,l.ſi quando,cũ auth.ſi ſeruilis,C.cod.& Rom.in conſ.241.col.2.verſ.igitur eſt dicendũ,ꝙ captura nõ iuſtificetur per ſuperuenientẽ legitimã pro-

17 bationẽ,& multa alia ſimilia adducit Boer.deciſ.259. n.1.& 2.cũ ſit ſatis regula trita,ꝙ tortura legitimis nõ ꝓcedẽtib. indicijs illatata,nõ iuſtificetur deinde,ſi legitima indicia ſuperueniant,Clar.q.64.nu.9.verſic.& ideò,vbi de cõi,& ibi Baiar.n.30.Burſat.conſ.116.nu. 33.in fine,& conſ.201. n.22.& ſeq.vol.2.& corruant confeſſio inde ſequuta,proceſſus,ſententia,& omnia alia acta.Marſ.in Pract.Crim.§.quoniam,n.43.& ſeq. Baiard.in q.64.n.3.in fi.Rim.Iun.conſ.88.n.58,vol.1.

18 & Boer.in deciſ.259. nu.1.4.7.& 9.vbi firmat,ꝙ nec etiam iudex excuſabitur, ſi aliquem tormẽtis ſubijceret, antequam conſtaret de corpore delicti,ſi deinde ſuperuenerit dictum corpus delicti , & qua pœna veniat puniendus iudex,qui ſine indicijs,& indebitè aliquem torturæ ſubijcit , pro nunc vide Menoch. de Arb.caſu 340.de quo infra ſuo loco dicam latè.

19 Benè verũ eſt, ꝙ ſi tortura fuerit indebitè, & iniuſtè illata,de facto,& in caſu nõ permiſſo,& inquiſitus negauerit,nõ impeditur proceſſus faciẽdus ſuper delicto, ſed ſolum actus torturæ vitiatur,vt poſt Bal. in l.militis,& in l.1.C.de qq.Brun.de indic.q.6. 2.p,poſt nu.28. verſ.vlt.nota,& Carrer.in pract.Crim.in l.obſeruarẽ,n.199.& firmat Baiard.in q.64.n.3.vbi tamẽ

20 ſubdit,ꝙ Marſ. in Pract.crim.in §.quoniam,n.43. & ſeq. videtur tenere contrarium dicens,ꝙ per torturã

21 indebitè illatã,omnia,quæ ſequuntur reddũtur nulla;

22 Alij verò tenent , quod non impediatur proceſſus ad vlteriora, ſed ſolum tortura operetur,quod ſi alia grauiora indicia non ſuperueniãt poſt detectum corpus delicti, inquiſitus non poſſit torqueri, ne tortura prius illata ſit fruſtratoria,vt videmus,ꝙ ſi vnus iudex intulit torturam,& deinde eum remittat ad alium iudicem,prior tortura debet computari,vt firmat idem Marſil. in pract.crim.§.occurrit,n.4. & Carrer.in d.l. obſeruare n.199. Baiard.d.q.64.n.4.latè Maur.Burg. de modo proceden.ex abrupt.q.100. n.160.& ſeqq. vbi ſubdit ſicut tortura incepta , & non perfecta debet computari per ſucceſſorem , niſi prima tortura fuiſſet illata ex cauſa denegatæ reſponſionis , vel niſi fuerit illata pro delatione armorum ad pœnam, quia ſi fuerit reus imputatus de vulnere illato ſecuta morte,poterit à ſucceſſore torqueri ſuper homicidio, cũ fuerit data ob diuerſam cauſam,vbi tamẽ ibi Burg. n. 163. in fi.dicit,quod ſemper iudex in ſecunda tortura debet habere aliquã conſiderationem de prima tortura,& ego alias in ſacra Conſulta obtinui in vna Aſculana,quia duo,qui dicebatur ſuſpecti de conuerſatione cum bannitis, fuerunt capti,& ſtatim torti per Capitaneum militum more belli in ipſa Campanea,& cũ ſubſtinuerint, & cauſa eorũ deinde fuerit de ordine eiuſdem ſacræ Conſultæ Gubernatori dictæ Ciuitatis Aſculi commiſſa,& vellet eos torquere ſuper prætenſa cõuerſatione cum bannitis, ſuper qua erant indiciati , fuit reſolutum, cum iam fuerint ſemel torti per dictum Capitaneum militum , ipſam torturã fruſtatoriam eſſe non debere,neque poſſe per alium indicem repeti non ſuperuenientibus alijs iudicijs , de quo dicam latè in defenſione 31.

Corpus delicti an iuſtificetur per famam.

S V M M A R I V M.

1 *Materia criminalis requirit probationes luce meridiana clariores.*

2 *Aliqui tenent corpus delicti probari per famam,quãdo delictum fuiſſet commiſſum in memore , vel propè littus maris,& cadauer profectum in mare.*

3 *Sed intelligitur concurrente confeſſione imputari , & exiſtente confeſſione imputati , & exiſtente fama de aliqua perſona certa interfecti,ſecus de incerta .*

4 *Interfectus ſi fuiſſet cognitus debet cõſtare aliter,quã per famam de corpore delicti ,etiam ſi concurrat confeſſio delinquentis,vt pœna capitis irrogari poſſit.*

5 *Aſſaſſinus fatens occidiſſe hominem ignotum,& proieciſſe in mare, probatu etiam ipſum eſſe aſſaſinum,non eſt pœna ordinaria puniendus,niſi probetur ipſum eſſe ſolitum verſari propè mare,& ſimilia patrare.*

6 *Fama mala debet legitimè probari .*

7 *Probatio non malæ famæ inquiſiti per validiores probationes elidit malam famam per fiſcum deductam , etiam ſi teſtes deponentes de non mala fama eſſent numero pauciores .*

8 *Fama ſuper corpore delicti ſufficit ad inquirendum, non autem ad torquendum .*

9 *Corpus delicti probatur per famam , ſi teſtes deponant ſic communiter a populo exiſtimari ,et cenſeri.*

C A P. IV.

1 Licet materia criminalis requirat probationes luce meridiana clariores vulg. l. ſciant cuncti, C. de probat. cum alijs vulgar. & probatio , quæ deſumitur ex fama,verè non dicatur probatio,neque ſpecies probationis, neque faciat aliquam probationem plenam,neq;ſemiplenam,ſed tantũ alias probationes factas coadiuuet.Paul.de Caſtr.conſ.299. nu.2.lib.2. Bal.conſ.447.n.12.lib.5.Clar.§.fin.q.21.poſt princ.ibi fama enim in criminalib.Crau.conſ.41.n.6.Petr.Cab.

in quæst.crim.caſ.200. nu.121. ſequent. cum dicatur fragilis probatio. Rim.lun.cōſ.524.n.59.vol.5.Hond. conſ.102.nu.68.verſ.eſt enim]ſama,vol.1.& ſuccedat loco accuſatoris,& nō ſit magis credēdum famę, quā maleuolo accuſatori,vt poſt alios firmat,Farin.conſ. 78.nu.36.in fi. & quantum ſit leue indicium reſultans ex fama,latè tradit Decian.reſponſ.88.n.8.in fi.vol.3.

2 Nihilominus aliqui videntur tenere,probari poſse, corpus delicti per ſamam, quando ageretur de homicidio,vel delicto cōmiſso in nemore , vel propè lictus maris,& cadauer deinde fuerit proiectum in mare,vt tradunt Marſ.in pract.crim.5.principiū,nu.5. Foll.in pract.in ver.capiat informat.nu.15.& in verb.& ſi cōfitebūtur,nu.34.Roland.conſ.51.num.13.vol.1.Gabr. concluſ.17.nu.11.lib.7.de crim.Becc.conſ.70.nu.11. verſic.ſed ſi per ſamam .

3 Sed animaduertat ad hoc Aduocatus, ꝙ ſupradicti Doctores loquuntur,quando cū fama concurreret cōfeſſio delinquētis,quia ſateretur occidiſse hominē,& deinde illu proieciſse in mare,& adeſt fama de aliqua perſona certa interfecta,ſecus de incerta.Blāc.in practic.in princ.nu.2 & ſeq.& nu.5.& in l.fin.nu.18.ff.de quæſt. quem ſequitur Foll.in d.verb. capiat informa-
4 tionē,n.30.& quādo ēt perſona interfecta eſset ignota, ſecus ſi eſset cognita , de cuius vita facile liquere poſset,quia deberet cōſtare aliter, quàm per ſamā;& id eò hoc caſu nō ſufficeret ſola ſama,& cōfeſſio delinquētis ad pęnā mortis irrogādā,ſed requireretur ēt aliqua alia pręſūptio, coniectura, vel adminiculū,vel mala vita imputati de homicidio , ꝙ eſset aſsaſſinus, vel malandrinus,& ꝙ eſset ſolitus in d. loco ſuſpecto conuerſari , vt per Iul. Clar. & Caſsan. in locis ſupra adductis in pręcedenti c.3.& per Moder.Rom.in q.2. n.9.& ſeq.& latius nu. 27.& quod in vtroque caſu requirantur alia indicia , vltra famam bene deſumitur per ea,quæ dixi in capitulo præcedenti .

5 Et etiam animaduertat Aduocatus , ꝙ ſi diceretur ex parte fiſci agi de homicidio cōmiſso per malādrinos,vel aſsaſſinos,qui ſaſſi fuerūt occidiſse hominem ignotū, & ꝓieciſse illū in mare,vel in lacū,adhuc nō ſufficeret ꝓbare ipſos eſse malādrinos, & aſsaſſinos, quoad pęnā ordinariā, niſi ēt ꝓbaretur ipſos eſse ſolitos veriari propè d. lacū, vel mare,& ibi ſimilia facere,vt bene poſt alios,quos alleg. animaduertit Moder.Rom.in d.q.2.n.11. Licet Moſcatel.in ſua pract. de cognit.ſeu probat.delict.in prohem.nu.52. & ſeq. dicat ſufficere ꝓbare eſse craſsatores per cāpaneā,vt puniri poſſint vigore Proclamatis illius regni,ēt non cōſtito de homicidijs ab eo cōmiſſis cū ſoleant cadauera occultare,illaq.intus mare,vel in flumē ꝓijcere, ſed hoc poterit dici cōtingere vigore d.banniti eiuſdē regni,& non ꝙ de iure ſubſiſtere poſſit,vel ꝓpter malā qualitatē,& quātitatē delinquētiū in illo regno.

6 Ac poterit defenſor pro totali exculpatione inquiſiti deducere ſamam non eſse legitimè probatam, & nō habere ſua requiſita, prout in caſu iſto requiritur, ut tradit Brun.à Sol.in ſuo unico cōſ.crim.n.50. Moder.Rom.d.q.2.n.9.in fin.& n.27.in fin.& quomodo legitimè fama probetur,dicam inferius ſuo loco.

7 Ac etiam Aduocatus pro defenſione inquiſiti, poterit probare cōtrariā famā per ualidiores probationes,per quas elideretur contraria fama fiſci.Foller.in ver.capiat informationem,n.16.Farinac.d.q.2.n.27. in fine.Natt.conſ.262. nu.10. uol.2. Crauett.conſ.8. num.8.Gabr.tit.de teſtib.concluſ.4.nu.24.Bertazzol. conſ.283. n.25.vol.2.latè Maſcard.de probat.concl. 223. n.1.& concl.234.& concl.ſeq.vol.1.Immo procederet etiam ſi teſtes deponentes de non mala fama eſſent numero pauciores illis,qui deponerent de mala fama.Decian.reſponſ.104. nu.20. vol 5. Honded. conſ.51.num.38.volum.2.

8 Imò iſta fama ſuper corpore delicti,abſque alio adminiculo,& ſine cōfeſſione inquiſiti nō ſufficit,niſi ad inquirēdū ſuper delicto,& nō ad torquendū.Foller.in pract.crim.in verbo Item quod ſoffocauit,n.16. & n. 20.Modern.Roman.q.2.num.29.,ſub verſ.& vna.

Et Doctores,qui tenent corpus delicti probari per famam, firmāt ſatis probari ſi teſtes deponant cōiter à populo ſic exiſtimari, & cenſeri,vt tradit poſt Aſſl. in conſt.tit.de his,qui fideiuſſ.lib.2.rub.10.n.31.Maſc. de probat.concluſ.497.num.19.volum.1.

Venenum alicui propinatum eſſe,quomodo probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Veneni crimen dicitur delictum occultum, & difficilis probationis , & ad illud probandum ſufficiunt coniecturæ,& præſumptiones.*

2 *In iſto crimine conſtare debet de illius corpore, & hominem fuiſſe interēptū,ex veneno dato,& propinato.*

3 *Crimen veneni probatur per Medicos,& peritos.*

4 *Periti in iſto crimine non probant corpus delicti , niſi deponant de veneno propinato,ſecus ſi ſimpliciter dicerent illum eſſe mortuum ex veneno.*

5 *Medici,& periti quo veneno ſucceſſerit mors non poſſunt deponere,niſi aliquo alio extrinſecus ſigno apparente,& hic ponitur exemplum .*

6 *Et maximè quādo Curia ſe reſtrinxit ad aliquam ſpeciē veneni,ex qua reſultare deberēt ſigna,vt in ſolimato,quia niſi dentur ſigna ſolimati teſtes nō probarent.*

7 *Medici , & periti non tenentur deponere de veritate, ſed de eorum iudicio,& credulitate .*

8 *Medici , & periti licet aſſererent eſſe peritos , eis non crederetur,ſed oportet,quod per alios teſtes probetur illos eſſe peritos .*

9 *Teſtes deponentes vidiſſe corpus antequam ſepelliretur eſſe veneno interemptum debent eſſe periti , & ſi non eſſent periti dicerentur deponere ſuper corpore facti,& non ſuper corpore delicti .*

10 *Periti teſtes debet deponere de ſignis indicantibus venenum,alias non probant .*

11 *Aduocatis dantur plura remedia in iſto crimine ad defendendum clientem .*

12 *Signa veneni propinati conueniunt ſignis veneni in corpore geniti .*

14 *Vomitus poteſt cauſari ex veneno , & ex alia etiam materia citra crimen veneni .*

15 *Spumæ ex ore fluentes poſſunt cauſari ex acuto morbo,ex peſtifera febre,& citra crimen veneni.*

16 *Menſtruorum ex retentione in muliere poteſt cauſari venenum .*

17 *Periti ſi deponant de aliquibus ſignis in corpore repertis non cauſatis ex veneno propinato excluderent præſumptiones delicti .*

18 *Confeſſio de morte ex veneno, ſi ex peritorum relatione de ſignis veneni propinati non conſtaret,non afficeret confitentem .*

19 Con-

19 Confessio isto casu secundum aliquos excusat a pœna ordinaria, non aũt a pœna extraordinaria, author enim tradit aliam opinionem, & distinctionem in proposito.

20 Veneni crimẽ cum sit occultum operatur, vt iudex facilior ad torquendum, & ad condemnandum sit.

21 Indicia, quæ sufficiant ad torturam pro veneno tentato contra vxorem remissiuè.

22 Quæ sit probanda, & articulanda in isto crimine veneni.

23 Exceptiones pro defensione rei ad excludendas probationes fisci, quæ sint remissiuè.

24 Crimen veneni ob eius atrocitatem habet plura specialia.

25 Conatus an in isto crimine sufficiat ad Pœnam mortis irrogandam.

26 Veneni genera quot sint.

27 Vendens, & tenens venenum quando puniri possit pœna mortis, præsupposita constitutione quod dicta pœna mortis puniri valeat.

C A P. V.

1 NOn est dubium, quod in isto crimine procedi possit per coniecturas, & præsumptiones, cum dicatur delictum occultum, & difficilis probationis. Afflict. in cõstit. Mala noxia, n. 3. Gram. vot. 3. n. 3. Alex. cons. 24. vol. 2. Barbat. cons. 23. vol. 2. Baiar. q. 68. nu. 128. & seq. Foller. in pract. crim. in verb. item quod sororem venenauit, n. 3. Honded. cons. 138. n. 1. 2. vol. 2. latè Moder. Rom. q. 122. n. 53. latè Moscatell. in pract. Rub. de Homicid. simplici, num. 12. & seq. vbi docet si per signa extrinseca haberi non possit corpus delicti debeat corpus aperiri, ac scindi.

2 Tamen etiam in isto crimine constare debet, quod ille, qui mortuus dicitur veneno interemptus fuerit, & de illius corpore omnino cõstare debeat, Dec. in tractat. crim. tom. 2. lib. 9. c. 25. nu. 4. in princ. latè Hond. cons. 88. n. 9. & seq. vol. 2. vbi alios concordantes allegat, & plus subdit probari debere ex veneno dato decessisse, & Bofs. in tit. de delict. n. 4. & seq. & latè Petr. Caball. in q. crim. cas. 180. n. 3. & seq. Dec. in d. c. 14. n. 3. latè Scacc. in Tract. crim. c. 83. nu. 3. vers. Item si in aliquo, & num. 16. lib. 1. de iud.

3 Et licet omnes concurrant, ꝙ ex attestatione Medicorũ, & peritorũ probetur, quem esse mortuum ex veneno, vt patet ex cõgestis in puncto per Bofs. tit. de delict. n. 4. & seq. Carrer. in Pract. crim. §. 24. indicium in fi. n. 3. Affl. lib. 3. Const. Regn. Rubr. 41. in Cõst. mala noxia sub n. 3. Foll. in pract. crim. in verb. capiat informationẽ sub n. 16. & latè in verb. item ꝙ sororem venenauit, & in verb. & si cõfitebũtur sub n. 86. Clar. in q. 4. sub nu. 5. Ant. Gomez tit. de homicid. sub nu. 8. Moder. Rom. q. 2. n. 3. & seq. Dec. d. lib. 9. sub n. 4. vers. illud tamen certum est, Petr. Caball. in q. crim d. cas. 180. n. 3. Hond. d. cons. 88. n. 12. & seq. vol. 2. Peregr. Ianin. in tract. de citat. reali lib. 1. c. 2. n. 52. Moscatell. in d. Rubr. de Homicid. simplici n. 12. & seq. vbi ẽt latè docet, quomodo debeat constare de veneno, & ibi ponit quattuor substantialia, quomodo possit doceri de ipso corpore delicti in isto crimine veneni.

Nihilominus nõ probarẽt corpus delicti, si d. periti simpliciter deponant de veneno propinato, cum potuerit decedere ex veneno nato in corpore, vt post Bofs. in tit. de delict. n. 5. Gram. vot. 30. n. 29. vers. item suffragari, Clar. d. q. 4. vers. hæc autẽ, Moder. Rom. q. 2. nu. 34. Honded. d. cons. 88. n. 18. vol. 2. vbi latè Petr. Caball. d. c. 180. n. 8. Modern. Rom. cons. 29. n. 30. Immo etiam si dicerent se vidisse dare alicui venenum, & quod postea secuta fuit illius mors, nihilominus nõ probarent illum esse mortuum ex veneno, cum non potuerint scire si illud esset, vel non esset venenum ad mortem, latè Petr. Caball. in tract. de omn. gener. homicid. n. 627. vbi subdit, quod Iudex vltra d. depositionem testium adhibeat peritos super d. veneno, si ex eo potuerit sequi, vel non sequi mors.

5 Nec ipsi medici, vel periti firmare possunt ex quo veneno defunctus obijerit, nẽpè an ex dato, vel ex ingenito, nisi aliquo alio signo extrinsecus apparẽte, vt si post assumptum cibũ, in quo datum venenum dicebatur, immediatè quis incidisset in maxima sui status mutationẽ, quia tunc possent iudicare venenũ fuisse introductum, & nõ per se ortum, ex quo venenum in corpore natum non tam repente operatur, sicuti venenũ datũ, & ex quo cibus ille sumptus ex se tale accidens producere non potuisset, vt pulchrè docet Bofs. tit. de delict. n. 6. Foller. in d. verb. item ꝙ sorore venenauit nu. 4. & 13. Moder. Rom. q. 2. n. 34. vers. & ideò medici, Petr. Caball. d. cas. 180. n. 8. in fi. Peregr. Ianin. in tract. de cit. reali lib. 1. c. 2. n. 51. & latè Petr. Caball. in tract. de omn. gener. homicid. nu. 621. vbi firmat, ꝙ vltra attestationem medicorum requiratur alia probatio per signa tendentia ad venenum datum Moscatel. in pract. rubr. de Homicid. simplici num. 21.

6 Et maximè quando Curia se restrinxerit ex processu ad aliquam speciem veneni, ex qua resultare deberent signa, vt in solimato, quia tunc nisi etiam deponant de signis, ipsi medici non probarent corpus delicti, vt firmat Modern. Rom. cons. 29. num. 30. in fin.

7 Bene verum est, quod isti Medici, & periti non tenentur præcisè deponere illum esse mortuum ex veneno, sed tãtum ex eorum iudicio, & credulitate. Foll. d. verb. capiat informationem nu. 26. Moder. Rom. q. 2. n. 31. in fi. sed debent deponere cum iuramento, & quatenus opus sit diuidere, & aperire cadauer Ant. Gomez. tit. de delict. tit. de homicid. nu. 8. Plac. Epit. delict. c. 20. n. 11. Iul. Clar. q. 4. vers. fin. Moder. Rom. d. q. 2. n. 32. Mars. in l. 1. §. præterea, n. 27. ff. de Sicar. Moscatel. in pract. de mod. prob. Rubr. de Homicid. simplici. n. 13. vbi dubitat de ista practica aperitionis cadaueris, cum regulariter venenum per signa extrinseca demonstretur, & sub nu. 22. docet, quod periti, vel testes non debeant interrogari si ille talis sit mortuus ex aliquo pestifero morbo, sed tantũ de signis si illa tendant ad venenum, vel ex malo veneno peruenire soleant, & ibi testatur, quod ita habuit in factis.

8 Nec sufficeret si dixerint esse peritos, sed dẽt cõstare per alios testes ipsos esse peritos, vt post alios, quos allegat firmat Rimінal. iun. cons. 571. nu. 32. vol. 5. ad quod Aduocatus bene animaduertat, quia possunt ex isto capite processus annullari.

9 Ac etiam licet dicatur, quod possit probari per testes, qui viderũt corpus antequam sepelliretur. Foller. in verbo capiat informationem, nu. 24. in fi. Modern. Rom. d. q. 22. nu. 33. quæ deponant de signis veneni, Mosc. in d. rubr. de homicid. simplici, n. 15. vbi subdit, quod si testes de visu haberi nõ potuerint, vt sufficiat probare in genere per testes de fama illum esse mortuũ ex veneno. Tamen isti testes debẽt esse periti in arte, & non idiotæ, Foller. in verbo item, quod sororẽ

venenauit nu.14. Honded.d.conſ.88.n.13.quia tunc teſtes dicerentur deponere ſuper corpore facti,& nõ ſuper corpore delicti,Scaec.d.q.83.n.16.in fi & Fab. à Monte Leon.in pract.in 4.p.nu.707.dicit,quod vix periti, ac cum difficultate poſſunt de veneno deponere, & cognoſcere. Ac etiam debet deponere de ſi-
10 gnis indicantibus venenum,& nõ deponere,vel dicere illũ eſſe mortuũ, vel non eſſe mortuũ veneno,quia hoc pertinet ad Medicos, & peritos,Foll.in d.verbo item quod ſororem venenauit,n.14. Moder.Rom.d. q.2.n.33.in fi.& debent medio iuramento deponere, latiſſimè Pacian.de probat.lib.1.c.47.n.26.vbi infinitos, cumulauit, & quod requiratur vltra depoſitionẽ teſtium depoſitio Medicorum, nec non alia ſigna, & qualitates, & circumſtantiæ tendentes ad venenũ,vt dicatur probatũ corpus delicti,tradit Petr. Caball. in tract.de omn.gener. homicid.n.267.vbi ſubdit,quod quando cõſtat, ꝙ potuit mori ex veneno gignito,vel exhibito, vt præſumatur ex exhibito, dummodo tamen aliqua ſigna incontinenti poſt cibum,& potũ ſuperuenerint,quæ ſtatus maximam mutationem induxerint,Moſcatel. d. Rub.de homicid.ſimplici nu.21.

11 Et quamuis à Doctorib.multa aſſignẽtur ſigna,per quæ poſſit probari venenũ fuiſſe propinatũ, & alicui datum,& nonnulla refert Moder.Rom.in q.122. nu. 64.& ſeq.& alia ẽt ponit Petr.Caball.de omn.gener. homicid.n.626.& ſeq Moſcatel.de cognit.& probat. delict.rubr.de homicid.ſimplici n.15. Tamen Aduocatus habet etiam multa remedia pro defenſ. cliẽtis.

12 Et primum remedium generale eſt,ꝙ omnia ſigna veneni propinati conueniant ẽt ſignis veneni in corpore ex humorum malitia geniti, & ſic excipere valeat, quod ex illis ſignis non probetur corpus veneni dati,vel propinati,vt latè Medicorum auctoritatib.diſcurrendo omnium venenorum genera,tradit Foll.in pract. crim.in verb.capiat informationes nu.6.& 27. Moder. Rom.q.2. n.34. in princ.& latè Hond.conſ. 88.n.16.& ſeq.vol.2.Boſs.tit.de delict.n.5.& ſeq.Scac. d.q.83.n.3.verſ.Hoc tamen ſignum,Petr.Cabal.in q. crim.caſ.180.n.8.Moſcatel.in pract.rubr.de homicid. ſimplic.nu.18.& ſub nu.27.dicit quod ſi periti dicant venenum aſsumptum non eſse malum venenum,nec ſufficiens ad occidendum, & tũc etiam,ſi ille fateatur dediſse malũ venenum, & quod mors ſucceſſit ex dicto veneno, talis confeſſio tamquam erronea non ſibi noceret,vbi monet poſt Alex.Aduocatos accuſatoris,vt faciant conſtare de qualitate mali veneni ſi obtinere voluerint alias ſuccumbent.

13 Secundum eſt, ꝙ licet ex vomitu poſſit deſumi indicium veneni propinati,tamen poteſt excipi, ꝙ vomitus põt cauſari ex materia colerica, vel ex alia cã. Par.de Put.de ſind.in ver.tortura.verſ.mãdauit Rex, n.11. Foll.in ver.quod ſororem venenauit,n.16.Dec. in Tract.crim.c.24. n.4.verſ.indicia autem p.2.lib.9. Moder.Rom.q.2.nu.34.in fin.Hond.conſ.88.nu.17. vol.2. Fab.à Monte Leon.in d.4.p.n.708. dicit,quod colerici ſæpiſſimè ſolent vomere, & ob id excluditur indicium veneni.

14 Tertium eſt, quod licet ex liuoribus in corpore, poſſit etiam deſumi indicium veneni,tamen poteſt etiam excipi, quod ex febre peſtifera, & maligna cauſari poſſint.Foller.vbi ſupra nu.13.propè finem.Modern. Roman. d. q. 2. num.34. in fine.Honded.conſil.88.num.17.in fine.

15 Quartũ eſt, ꝙ licet ex ſpumis ore fluentibus etiam deſumatur ſignũ veneni,nihilominus poteſt excipere potuiſse cauſari ex peſtifera febre, vel acuto morbo citra veneni cauſam, vt poſt Foller. vbi ſupra firmat Moder.Roman.d.q.2.nu.34.in fine,vel ob aeris corruptionẽ fuiſse genitũ,vt in facti contingentia,declarat Gram.vot.31.n.21.& ſequitur Scace,in tract.crim. c.83,n.3.verſ.Item ſi in aliquo,& latè Honded.conſ. 88. nu.18.verſ.minuſque,vol.2.qui etiam loquitur de morbo peſtifero,quo anno 1591.tota Italia tempore æſtiuo fuit agitata,& Petr.Cabal.in tract.de omn.gener.homicid.n.633.ponit pro exculpatione imputati de veneni traditione, quãdo ipſe etiam de eodem cibo,vel potu biberit, vel comederit,& quod iudex debeat ex officio tàm ante,quam poſteà in iſto crimine quærere de innocentia inquiſiti,etiam ex atteſtatione medicorum,& peritorum. Niſi iſte bibens,vel comedens rem, quæ prætendebatur venenata eſset ſolitus taliã comedere,& bibere,vt poſsumus ponere exempla in iſtis inſtrionibus,ſeu ciarlatanis.

16 Et in muliere facilius excludi poteſt præſumptio veneni, cum cauſari poſſit venenum ex retentione menſtruorum,vt docent medici,ad quos in hoc Boſs. in tit.de delict.n.5. ſe remittit,prout idem facit Scac. in d.q.83.verſic.nam humorum.

17 Et etiã principalis defenſio erit pro cliente,ſi periti vel teſtes depoſuerint ſigna reperta in corpore potuiſse cauſari ex aliquo morbo, vel accidẽti citra veneni propinationẽ, & illũ obijſse ex alio morbo,vt in caſu Hond.in d.conſ.88.n.18.verſ.minuſque,cum ſit regula ſatis trita, quod præſumptio excluſiua delicti præferatur alijs præſũptionib.delicti incluſiuis.Oldr. conſ.53.n.3.Socin.ſen.conſ.119.n.5.& ſeq.lib.1.Ant. Gabr.tit.de teſt.concl.4. n.21.Hond.d.conſ.88.n.20. & quia etiam vnumquodque indicium, quod pro innocentia rei adducitur, tollat omnia alia indicia delicti.Alex.conſ.180.num.10.lib.2.Roland.conſ.7.num. 38. & ſeqq.lib. 1. Rimin.iun.conſ.704.num.32.lib.4. Honded.d.conſil.88.num.19.

18 Poſtremò poterit Aduocatus defendere à pęna, licet quis fateretur dediſse venenum,& illum ex veneno eſse mortuum,nam adhuc ſi nõ cõſtet ex peritorũ relatione de ſignis veneni propinati,nõ poterit confitens cõdẽnari,neque puniri,vt latè per Moder.Rom. in d.q.2.n.35.vbi dicit,quod inquiſitus debet interrogari de qualitate, & quantitate potionis datæ, & habita reſponſione ſit recurrendum ad iudicium medicorum, qui ſi dicant potionem præſatam non fuiſse aptam ad occidendum,huiuſmodi confeſſio non erit attendenda, & hanc eamdem opinionem iuribus, & auctoritatibus exornat,& ſequitur Petr. Caball. in q. crimin.caſu 180.per totum,& latè etiam Honded.d. conſ.88.num.14.volum.2.

19 Et licet d. Modern.Rom.iſto caſu firmet poſse inquiſitũ excuſari a pęna ordinaria delicti,nihilominus, quia ita fatetur, dicit poſse aliqua pęna puniri. Ego autẽ credo,ꝙ ſi medici,& periti atteſtẽtur illã potionẽ nõ fuiſse aptã ad mortẽ,neque ad mortem ordinatã, vt quia inquiſitus per imperitiam dederit potum totaliter inefficacem ad malum,quod nulla pęna puniri poſſit, quia in delictis ad pęnam irrogandam attenditur veritas,& nõ opinio.Cępoll.cõſ.7. n.6.in princ. vbi multa iura adducit Crauett.conſ.2.nu.8.in princ. & maxime in pœnalibus, quia attenditur veritas, &

opinio,

opinio, prout reo fauorabilius eſt ad euitãdam pęnã,
Alber.in l non ſolum,§.Proculus,numero tertio,ff.de
iniu.Menoch.de arbitr.q.90.nu.20.& 25.lib.1. Frãc.
Becc.conſ.60.nu.15.Addent.ad Farinacc. conſ.65.in
littera R,in fin. vbi etiam dicit, quod hæc opinio eſt,
vera,etiam ſi inquiſitus fateretur ſe deliquiſſe, & pœ-
nam mœreri, adhuc talis confeſſio ei non noceret.

Sed opinio contraria eſt vera, quando potio eſſet
opinata ad malum,ſed tanta non fuiſſet, & adeò effi-
cax, vt mortem inferre potuiſſet; Nam tũc dans hu-
iuſmodi potionẽ pœna extra ordinaria puniri poteſt,
vt poſt alios voluit,Petr.Cabal.d.caſ.180.n.4. Gram.
conſ.36.nu.37.& d.Modern.Rom. q.172.nu.21.

20 Bene verum eſt,quod cũ huiuſmodi delictum atro-
ciſſimum, & occultũ, iudex debet eſſe promptior ad
torquendum Afflict.in conſtit.mala noxia,num.3.la-
tè d.Modern.Rom.q.122.num.57.& ſeqq. vbi alios,
21 cumulauit,& præſumptiones,ac coniecturę non ſolũ
ſufficiant ad torquendũ,verum etiam ad condemnã-
dum. Alex.conſ.24.vol.2.Barbat.conſ.23.col.8. vol.
2.Gram.vot.3.num.3.Baiard.q.68.n.28.ſed numquã
ad pœnam mortis, latè Moder.Rom.d.q.122.nu.55.
22 vbi alios cumulauit † & quæ nam ſint probãda,& ar-
ticulanda in iſto crimine;poſt Foller. in pract.crim.in
verb.item quia ſororem veneuauit,num.4. & 16. latè
ponit Fab. à Monte Leone, in ſua pract.arbit.4.part.
rub. capitula in crimine veneni,nu.695. vſque ad nu-
23 merũ 703. † vbi ſub Rubr.ſeq.exceptiones,in crimi-
ne veneni, ponit exceptiones, quę proponi poſſunt
contra dicta fundamenta fiſci pro defenſione inqui-
ſiti, ad quem Aduocatus recurſum habeat.

24 Et ob atrocitatem iſtius criminis a Doctoribus dã-
tur plura ſpecialia,& ſex recenſet Fab.a Mont.Leon.
in d.q.4.Rubr.ſpecialia criminis veneni, num.689.&
primum eſt,vt proditores delinquentes appellentur,
ac infames efficiantur, & eorum filios eadem infa-
mia afficiant.

Secundum eſt,vt puniatur affectus ſine effectu pœ-
na ordinaria.

Tertium,vt in eo liceat iura tranſgredi, & poterit
Aduocatis denegari audientia.

Quartum, vt ſufficiant debiſiora indicia ad tortu-
rã,& coniecturæ ſufficiant ad cõdemnandũ, & poſſit
procedi in eo ex proceſſu informatiuo; ad tormenta,
& ſi procedatur ex officio,teſtes inhabiles recipiãtur.

Quintum,vt in generali indulto huiuſmodi crimen
non veniat.

Sextum,vt non admittatur in eo compoſitio, neq.
aliquo iuris beneficio delinquentes gaudere poſſint;
Quæ ſpecialia a Fab.de Mont.Leon.ibi authoritatib.
& rationibus comprobantur.

25 Et an ex ſolo conatu in iſto crimine procedi poſſit
ad pœnam mortis pro nũc traditur regula negatiua,
vt eſt videre per Gramm.conſ.36.n.12.deciſ.2. n.33.
latè Menoch.de arbit.caſ.360.nu.46. Mart.Ant.Ma-
cerat.lib.3.reſolut.47.nu.20.vbi alios alleg.& de cõi
teſtatur, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum,
affirmat a qua tamen receditur ſecũdũ qualitatem,&
dignitatem perſonarũ,Fab.à Mon.Leon.in d.4.p.nu.
687.in fi.quę ſequuntur,addentes ad Bertaz. in conſ.
57.in litt.D.& Baiar.in q.68.n.130.vbi ſubdit;& idcò
ob conatum in iſto crimine cõtra Principem,erit inf-
ligenda pęna mortis,& ibi etiã refert alios caſus,quo
26 ponã Deo,dante in 3.lib. † & quot ſint genera vene-
ni, vide Fab.à Mont.Leon.in d.p.4.nu.717.& ſeq.vbi
alios concordantes allegat, & de hoc vide latiſſimè
Modern.Rom in q.122.n.14.& ſeq.An ex conatu,&
quãdo poſſit irrogari pęna mortis i iſto crim.veneni.

27 Et licet diſponatur in aliquibus locis,vt in Regno Neapolitano Conſt. Quicumq;toxicũ,in ſtatu Eccleſiaſtico per Conſtitutionem Marchiæ, lib.4. cap.68. quod tenens,& vendens venenũ puniatur pœna mortis,tamen intelliguntur dicta ſtatuta,ſi mors ſequatur ex d.veneno.Carrer.in §.homicidij el primo,nu.97.in pract.crim.& poſt Afflict.in d.conſt.& Foller.Fab. à Mont.Leon.in d.4.p.nu.716.Baiard. q.68.nu.132. ſi verò non ſequatur mors,puniatur pœna arbitraria,vt poſt Colleg. Bonon. inter conſ.crim.diuerſ. tomo 1. cõſ.41. Menoch.caſ.359. & ſi ignoranter vendiderit venenũ malum,etiã ſecuta morte puniretur pœna arbitraria pro homicidio culpoſo,& non doloſo,Baiar. d.q.68.nu.131.& 133.nec puniretur d.pœna mortis, quando vendidiſſet perſonis probis,& non ſuſpectis Fab.à Mont.Leon. d.4.p. num.816. Io.Arn.Dialog. 44.Baiard.d.quæſt.58.nu.131. in fi.& vide latiſſimè Modern. Rom.in quæſt.122. num.32.& ſeqq.

In crimine ſtupri quomodo conſtare debet de corpore delicti.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum in muliere probari debet per mulieres, & obſtetrices.*

2 *Obſtetrices debent eſſe honeſtæ,prouidæ,& prudentes matronæ.*

3 *Obſtetrices debent inſpicere partes prudendas, ac etiã tangere,& medio iuramento deinde referre,& in relatione dicere,quia viderunt, & inſpexerunt loca, in quibus deprehenditur virginitas, nec aliam rationem tenentur addere.*

4 *Obſtetrices ſæpe in ſimili materia decipiuntur.*

5 *Obſtetrices poſſunt cogi per Curiam ad deponendum, & inſpiciendum.*

6 *Obſtetrices eſſe debent duæ, vel tres.*

7 *Homines periti poſſunt etiam eligi ad inſpicidas pudendas partes puellæ,& quando caſus eſſet dubius, & ſic in ſubſidium.*

8 *Obſtatrices deponentes de virginitate,& non defloratione præferuntur alijs deponentibus de corruptione.*

9 *Niſi concurrerent aliæ veriſimiles præſumptiones aduerſus puellam.*

10 *Quæ præſumptiones debent eſſe graues, & vehementes.*

11 *Defloratio in puella poteſt contingere ex alia cauſa, quam per copulam carnalem.*

12 *Stuprum in puero debet etiam probari per chirurgos, & medicos.*

13 *Anus pueri poteſt deprauari ex alia cauſa, quàm per coitum carnalem.*

14 *Mulieri atteſtanti fuiſſe defloratam non creditur, eo magis ſi ipſa porrexit quærelam, vel ſi alias in ſimili fuit detecta falſa, vel ſi depoſuerit ſine tortura.*

15 *Stuprum in puella vagante per hoſpitia, & in alijs perſonis vilibus,nõ eſt puniļe ſaltem pœna ordinaria.*

16 *Mulieri atteſtanti de partu agnoſcendo an credatur.*

17 *Puero non creditur aſſerenti fuiſſe ab aliquo ſtupratum,& etiam ſi eſſent plures eis non crederetur.*

CAP. VI.

1 Stupri crimen in muliere probari debet per mulieres,& obstetrices,quę inspicere debent partes pudendas mulieris, vt dignoscatur an sit deflorata, Abb.in cap.proposuisti,n.3. extra de probat.Alber.in l.1.§.ex restituto,nu.8 ff.de ventr.inspicien.Clar.q.4.nu.3. in fine, vbi testatur,quod ita quotidie in practica seruatur. Foller. in pract.crimin.in verb.capiat informationem n.13.vbi docet,vt mulier prætensa stuprata tradatur matronis,obstetricibus,vel alijs expertis, & inspiciant partes pudendas ipsius mulieris, & delato eis iuramento prius de veritate dicenda,& facta inspectione, referant in actis, si fuerit mulier carnaliter cognita,vel si reperiatur virgo.Iul.Clar.q.4.n.3.in fin.Mascard.de probat.conclus.1410.nu.16.vol.3.Baiard.q 4.nu.7.circa finem,Peregr.Ianin.in tract.de citat.reali lib.1. c.2.n.64.& per quas probationes, & per quæ indicia, & per quos actus,& præsumptiones, & quomodo probetur crimen stupri in virgine. Doctores in multis locis apponunt,quos Doctores in vnum cumulauit Add. ad Farin. in cons.25. in littera A, per vnam integram, & plenam columnam,& magis in specie posuit idem Modern. Roman. in tit. de delict.carn.q.147. nu.130. & seq.Mar.Ant.Macerat. var.resol.lib.3.resol.7.per totam.

2 Et istę obstetrices debent esse honestę, prouidę,ac prudentes matronæ, vt habetur in c. causam,& in c. proposuisti extra de prob.Pacia.de probat.lib.2. c.2. n.16. Modern.Roman.de delict.carn.q.147. nu.143.

3 Officium autem istarum obstetricū est,vt non solū inspiciant, sed etiā tangant ventrem,& pudenda mulieris, cū ista materia percipiatur non solū oculis,sed etiam tactu,vt habetur in c. causam in verb.sæpè manus fallit extra de probat. Pacian. de probat.lib.2. c.2.n.17.vbi addit,in littera D,Modern.Rom.d.q.147. n. 144. Qui etiam volunt,q istæ obstetrices referant puellam esse, vel non esse virginem, quia viderunt,& inspexerunt eam in locis, vbi depræhenditur virginitas, nec est necesse,vt magis in specie reddāt causam scientiæ,vt etiam firmat Abb. in d.c.proposuisti n.2. de probat. Imò ex solo visu,nisi tactus intercedat,non diceretur rectè deponere super defloratione,vel virginitate,vt firmat Aretin.in cons.142.in 4.dub,nu.20. vers.item si probatio sufficiens,Pacian.d.c.2. n.19. ad quod Aduocatus bene animaduertat , quia potest multus processus subuertere, & clientes à discrimine pœnæ liberare.

4 Licet aliqui tenuerint,quod genitalia virginis non sint inspicienda ad conijciendū de stupro, cū oculus, & manus obstetricū sæpè fallantur, vt firmat Tiraq. in Tract.de leg.cōnub.in l 4.n.22.& Franc.Marc.decis.678.in 2.p.Menoch.de præsump.lib.6.præsumpt. 89.n.11.& seq.post alios,quos allegat Modern.Rom. tit.de delict.carn.q.147.n.147.& Baiar.ad Iul.Clar.q. 4.nu.7.vbi refert,quod dum erat Spoleti Gubernator quędam puella fuit tradita duabus obstetricibus ex improuiso vocatis,quæ ea inspecta,cū iuramēto retulerunt eam esse virginem, & non fuisse defloratā,sed postea fuit ipsa reperta prægnās, & cū procederetur cōtra d. obstetrices super falsa relatione,se excusabāt dicēdo huiusmodi iudiciū esse fallax, & Bertaz.cons. 452. n.20. vol.2.reprobat dictum cuiusdam obstetricis, quæ prætendebat, prout deponebat, quamdam fuisse virginem, & hoc ex partu cognouisse, ex quo non potest desumi virginitas,sed solum an sit primus, vel alius partus, prout etiam sequitur Baiard. d. q. 4. num.3.in fine.

5 Et istæ obstetrices cogi possunt per Curiā ad visitandū,& deponendum super d. defloratione,& virginitate,& post Io. de Plat.in l.patrimonium.C.de muner.patrim.lib.10. Baiard.q.4. num.8.

6 † & sufficiunt duæ, vel tres obstetrices,glos.in capit.nec aliqua 27. quæst.1.in verb.obstetricum.Pacian.in Tract.de probat.lib.2.cap.2.num.30.& seq.

7 Si verò casus esset dubius an esset,vel non esset deflorata puella, & altior peritia requireretur, quā illa, quæ est in obstetricibus, poterit ēt inspici per peritū virū,qui inspiciat illius pudēda,& referat Aret.in cōs. 142. nu.15.& Decian.in c.proposuisti,nu.3.extra de probat. & Pacian.de probat.lib.2. c.2. n.32.& seq. & ibi refert vnum casum notabilem,Card. Tusch.in litt. P,conclus.286.num.69.& seq.

8 Sed Aduocatus si velit defendere clientē suū à stupro, indicat alias obstetrices, pro defensione,quæ si deponant, ac referant etiā medio iuramento illā vidisse, & inspexisse, & reperisse esse virginem,& non defloratā, magis crederet istis duabus de virginitate, quā alijs duabus de defloratione,cum ille habeat prę sūptionē naturæ,& iuris cōis,vt quælibet mulier prę sumatur virgō, & ideò eis erit credēdum,cū censeantur deponere rē verisimiliorē, ac naturæ magis aptā arg.tex.in c.preterea in fi.extra de testib.l.ob carmē. §.si testes,ff.eodem.Curt.iun.in tract.de testib.concl. 19.& concl. 32.Modern.Roman.in tit.de delict.carn. q.147.n.142.Pacian.de prob.lib.2.c.2.n.12.vbi subdit,

9 nisi tamen aliæ verisimiles præsumptiones aduersus puellam concurrerent , quia tunc magis crederetur obstetricibus de corruptione, vel defloratione,quam alijs de virginitate deponentibus.

10 Sed Aduocatus sciat in hoc bene replicare,q non omnis præsumptio sufficeret,sed illa,quę esset grauis, & vehemens propter præsumptionē iuris,& naturæ, quam habet puella, contra quam non admittitur nisi præsumptio grauis,& vehemens.Gram.cons.61. n.t. & seq.Cepol.cons.33.nu. 18.& seq. Petr.Caball.in qq. crimin.cent.3.cas.231.num.21.

11 Nec etiam debet omittere,q licet puella deflorata appareat,tamen potest cōtingere ex alia causa,quàm per copulā carnalē, seu per coitū, vel ingressū priapi , sed vel quia ipsa puella digitis proprijs se deflorauit ex nimio ardore libidinis,vt cōtingit in quadā egena puella ingredi volente Monasteriū ex eleemosynis destinatis, quia inspecta per obstetrices, prout moris est illius Monasterij,fuit reperta esse defloratā ex immissione digiti in naturā, ,put ipse obstetrices retulerūt,ac ēt poterit esse deflorata ex alio instrumēto vitreo, vel alio simili, ,put solet cōtingere,& fieri inter ipsas puellas, qui actus est valde punibilis,& vitiū sodomiticū appellatur,vt per Diuum Augustinū in sermone de Sodomit.& Gomorr.vbi firmat tale vitiū sodomiticū habuisse originē à feminis,& refert Bonac. in q.crim.in 1.p.in verb.sodomia,mihi fol.181.& Hier. Hispan.in tract.com.contra com.q.247. circa finem.

Ac etiā mihi cōtigit in facto hic in Curia in quodā iuuene imputato de floratione cuiusdam paupercula puellæ , quæ ob dotē consequendā imputabat quēdā iuuenem

iuuenem habitantem in Transtiberi ab illo fuisse defloratam, prout solent ipsæ puellæ pauperes millies facere, vt exclamat Ioan. Turr. in conf. 16 t. num. 10. 10. 1. crimin. & mox latius inferius dicam, qua deinde bene inspecta per obstetrices, fuit repertū, quod vas virginale fuit ei deuastatum, quia volens ascēdere super quandam scalam ligneam, subtus eius pedes vnus gradilis ligneus fractus fuit, & vna pars illius gradilis missa fuit intus naturam dictæ puellæ, cui fregit virginales partes, & re detecta ille iuuenis fuit liberè relaxatus.

12 Item cōstare debet de corpore stupri in puero per Chirurgos, & Medicos, vt bene format Foller. i prac. crim. in cap. capiat informationem, nu. 13. Plot. conf. 132. nu. 22. Clar. q. 4. n. 3. in fin. Modern. Roman. q. 2. nu. 14. Mascard. de probat. concl. 819. nu. 5. volum. 2. Scacc. in tract. crim. q. 83. nu. 3. versic. item si in ano, vbi admonet Aduocatum, vt defendere valeat clien-

13 tem, vt bene anus pueri inspiciatur, & si ex aliqua inflammatione, seu apostemate, vel aliquo alio accidēti fuerit anus deprauatus, ad quod bene Chirurgi, & periti animaduertere debent; & si agatur de fractura ani debet deduci ad defensam modicitas, vel paruitas mēbri inquisiti imputati de dicta fractura, adeò quod dignosci possit non esse verisimile ipsum potuisse stuprare, & fracturam facere, vt latè in terminis considerauit. Thom. Triuis. decis. 13. nu. 4. & seq. nu. 11. & nu. 26. lib. 2. in casu cuiusdam Manutij Præceptores imputati de Sodomia cum fractura, quem casum etiā refert. Scacc. in dicta q. 83. nu. 3. in d. vers. item si ano, & ego bene scio, quod quidem etiam hic in Curia de isto vitio processatus se tueri volebat ex ista defēsione parui priapi, sed Plot. in conf. 50. nu. 22. post Boss. declarat, quod ad effectum torquendi sufficiat, vt adsint indicia super isto crimine, absque constet aliter de ipso delicto, & si fiscus velit aliquas præsumptiones, & coniecturas contra imputatum de stupro in masculo, videat Modern. Roman. in q. 148. nu. 66. & seq. cum ob eius difficultatem circa probationes sufficiant indicia, & præsumptiones, Calc. consilio 110. Monticel. reg. crimin. nu. 16. Mascard. de probat. concl. 1312. num. 7. Et Aduocatus si velit aliquas præsūptiones, & coniecturas elidere in isto crimine, adeat Decian. respons. 83. per totum lib. 3.

14 Et animaduertat Aduocatus, quod non diceretur constare de corpore deflorationis per despositionem puellæ, quia mulieri dicenti se fuisse carnaliter cognitam, non solum non creditur quo ad veram probationem. Boer. decis. 299. nu. 6. Paris. conf. 54. num. 50. vol. 4. Turr. conf. 44. nu. 15. vol. 2. sed nec etiam ad indicium ad torturam. Marsil. conf. 201. num. 33. & seq. Grat. conf. 57. num. 28. vol. 2. Paris. conf. 163. vol. 4. & Bursat. conf. 69. nu. 19. vol. 1. Honded. conf. 100. n. 11. & seq. vol. 1. Marc. Ant. Macerat. variar. ref. lib. 3. ref. 7. nu. 1. & seq Horat. Lut. conf. 161. nu. 10. to. 1. crim. vbi firmat, quod si staretur assertioni mulieris, beatæ essent istæ mulierculæ pauperes, quia ex earum attestatione, aut ducerent virum, quem vellent, aut dotem consequerentur. Riminald. iun. conf. 571. n. 20. vol. 5. Bertazzol. conf. 3. nu. 4. vol. 1.

Quod magis procederet, si dicta puella deflorata quærelam porrexisset, quia nihil ei crederetur, Gram. conf. 45. nu. 1. & 2. Horat. Lut. dict. conf. 161. num. 10. Honded. conf. 100. nu. 7. & sub nu. 19. dicit magis procedere si alias fuerit detecta falsa in simili quærela contra alios, & si dist. lit proponere quærelam, vt in casu Farinac. conf. 80. nu. 21. & si deposuerit sine tortura, vt nullum faciat indicium, vt post alios firmat Farinac. in conf. 38. nu. 10.

15 Nec erit omittendum pro defensione imputati de stupro, quod illa puella stuprata erat famula, vel alias vilis conditionis existens in hospitijs, vel alijs similibus locis abiectis, quia in ea cessat pœna stupri, tex. in l. quæ adulterium, vers. fin. C. de adulter. vbi gloss. & communiter Doct. vt de communi testatur. Anton. Gomez ad l. 80. Tauri, num. 45. circa med. Paleott. in tractatu de Nott. & Spur. c. 42. nu. 5. Farinacc. q. 147. nu. 82. & seqq. Petr. Cabal. casu 200. nu. 93. Lupus in tractatu de illeg. & de natal. coment. 1. §. 1. num. 110. vers. Vnde cōtraria opinio, & Ang. in l. si qua illustris nu. 3. & seq. C. ad orfica, dicit procedere etiam in alijs ancillis vilis conditionis etiā non vagantibus per hospitia; quodque Perusiæ in facti contingentia plures florenos superlucratus fuit, Socc. sen. conf. 148. nu. 3. & n. 4. vbi tantum se fundat in vtilitate virginis, idem sequitur Alba. conf. .... nu. 2. lib. 1. Gozzadin. conf. 21. nu. 5. vers. præterea non potest, qui loquitur in ancilla honestè viuente, & latè Crauett. consil. 166. lib. 1. vbi dicit, quod cum virgine humilis, aut vilis conditionis stuprum punibile non committatur, Doctor. adducti per Lup. in d. comen. 1. §. 5. sub nu. 109. ver. pœnam autem, Doct. adducti per Addent. ad Modern. Rom. in conf. 33. in litt. K, qui tamen addentes, ibi in fine tenent puniri posse isto casu non pœna ordinaria, sed alia extraordinaria, quam opinionē ego omnino amplector, probata tamen defloratione in specie contra aliquem. Imo Lup. in d. coment. 1. §. 5. nu. 110. in fine, tenet, quod data honestate quamuis puella fuerit humilis adhuc stuprator puniatur pœna stupri, ne detur occasio passim libidinem exercendi, quod esset cōtra bonos mores, nisi aliter in loco extaret statum, vt stuprum in muliere vili mitiori pœna puniatur, prout viget tale statutum in ciuitate Florentiæ, prout est etiā Patauij, vt dominus cognoscens ancillas propria voluntarie nulla pœna puniatur, Menoch. de arbit. casu 293. nu. 5. vbi etiam tenet, quod stuprans sclauam extraordinariè puniatur. Si vis autem plures distinctiones videre tu Aduocatus, vel defensor in isto articulo, vide eumdem Modern. Rom. in conf. 90. per totum, vbi etiam declarat, si mulier in proposito dicatur vilis respectu natiuitatis, vel respectu in honestatis, vbi videtur cōcludere, quod dicatur respectu inhonestatis.

16 An verò credatur mulieri quoad partum agnoscēdum nempè filium, quem peperit esse Titij, vel Sempronij, vide Rosell. conf. 12. nu. 4. vol. 1. Plot. de in litt. turan. §. 34. per totum, Paris. consilio 160. ferè per totum, volum. 4.

17 Nec minus probat corpus delicti puer si assereret fuisse ab aliquo stupratum, nec aliquam fidem facit contra stuprantem, Grammat. conf. 65. nu. 2. vers. nec obstat. Paris. conf. 163. nu. 8. vol. 4. latè Modern. Rom. q. 43. num. 89. & seqq. & in conf. 80. num. 20. Honded. conf. 98. nu. 15. vol. 1. vbi testatur, quod in hoc omnes conueniunt, vt per assertionem stuprati nō probetur corpus delicti, etiā si assereret fuisse per vim stupratum. Modern. Roman. dicta q. 43. nu. 92. & seqq. Honded. conf. 100. nu. 5. in fin. vol. 1. ac etiam si essent plures stuprati eis non crederetur. Grammat. consil. 65. num. 2.

num.2.in fine.Modern.Roman.dicta q.43. num.93. in fi.licet Petr.Caball.in quæst.crimin. cas.84.numero 50.in hoc contrarium teneat, cuius opinio forsan procedere posset,vt grauent imputatum de vitio pessimo,constito de corpore delicti aliunde,& non quod ipsi probêt corpus delicti, iuxta opinionem communem attestatam per Honded. in d. conf. 98. num.15. vers.sed quicquid.

In crimine furti quomodo debeat constare de corpore delicti.

SVMMARIVM.

1 *Constare debet de corpore delicti in crimine furti.*
2 *Furtum dicitur delictum difficilis probationis, & ob id potest probari per coniecturas,& præsumptiones.*
3 *Furata res debet probari, quod aderat in loco tempore commissi delicti, vel secundù alios, quod interdum fuit in dicto loco.*
4 *Pro resolutione autem distinguuntur plures termini, & primo, vt sufficiant indicia, & coniecturæ in isto crimine furti ad inquirendum, ad sumendum informationes,capiendum,& torquendum.*
5 *Secus quoad condemnandum;quia furtum debet verificari per legitimas probationes.*
6 *Quæ conclusio magis procedit, quando agitur non cōtra furem delinquentem, sed contra tertium, vt ciuiliter teneatur pro furto.*
7 *Ac etiam sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones quando cæteræ probationes deficiunt.*
8 *Probationum septem species referuntur à Doct.*
9 *Testes inhabiles ad probandum corpus delicti in isto crimine furti sufficiunt.*
10 *Declara dummodo isti testes non patiantur.*
11 *Item dummodo non sint inimici.*
12 *Coniecturæ,& præsumptiones in ista materia furti ad manifestandum delinquentem plures à Doctoribus enumerantur.*

CAP. VII.

1 IN furto etiam procedi non poterit contra aliquē, nisi prius constet de furto commisso gloss. in §.fi. in verb.fortuito Instit.quib.mod.contr.oblig. Bald.in conf.476.nu.5.vol.1.Parif.conf.153. num.8. lib.4. & plures alij relati per Mascard. de prob. conclus.829. nu.1.lib.2.Moder.Rom.q.2.nu.14.Menoch.cas.269. nu.2.lib.2.& latè Bonifat.in tract.de furt.§.2.num.1. vbi concordantes cumulauit Pereg.Iannin.in tractat. de cit.real.lib.1.cap.2. num.57. vbi etiam dicit,quod habita quærela de furto iudex debet mittere notariū ad locum delicti ad inspiciēdum hostij capsæ, vel parietis fracturam, & ibi ponit formam dictæ visitationis, vt fiat præsentibus talibus testibus, qui separatim cum iuramento referant,& deponant de ead. fractura,& quod in furto requiratur, vt constet de corpore delicti latè,qui alios allegat,Mar.Ant.Macerat.lib.3. resol.20.nu.1.& sub nu.2.ponit etiam, quod requiratur,vt in accusatione apponatur,quod bona subtracta spectabant ad accusatorem iure dominij, vel quasi Marf.conf.26.nu.11.Soc.sen. conf.8. nu.4.volum.1. Natt.conf.307.nu.8.Ac etiam, quod fur bona subtracta de loco ad locum asportauerit.Iasin l.3.§.fi rem. num.1.& sequen.ff.de acq.possess.Ioan.de Amic.consilio 60. numero 5. & animo furandi, Caualcan. decis.16.num.5.Marc.Ant.Macerat.libro 3.resolut.20. num.2.in fin.

2 Sed quia furtum dicitur difficilis probationis, cum clam fiat,§.furtum instit.de oblig.quæ ex delict. nasc. Crauett.conf.178.nu.7.Gram.conf.1.n.10. Iul.Clar. §.fin.q.66.Menoch.de arbitr.cas.115.num.14. lib.2. Marsil.in pract.crim.§.principium, nu.12. Bonifat.in tract.de furt.§.2.n.13. vbi alios concordantes cumulauit Franc.Becc.conf.70.nu.11. in fine, & num.13. lib.1.Modern.Roman. q.2. num.14.vers. ideò vbi de communi. Hinc volunt Doct. posse probari per indicia,& coniecturas,vt cumulauit infinitos, Bonifac. in d.§.2.n.19.& latè Rip.in tract.de nocturnit. tempor. c.21.nu.1.& seqq. qui loquitur in furto commisso cū fractura ostij,fenestræ,vel Apothecæ.Honded. conf. 90.nu.29.vol.2.vbi de communi.Grat.conf.94. n.11. volum.2.licet aliqui teneant debere probari plene, & non per coniecturas,& indicia,Crauet.con sil.244. in princ.si criminaliter agatur, sed sufficiant indicia, & coniecturæ quando ciuiliter agitur.Boss.tit.de delict. nu.17.& seqq.quem sequitur Mascard.de probation. concl.30.nu.7.in fi.lib.2.

3 Et ob id est probandum,quod tempore furti commissi pecunia, vel res ipsa fuerit in loco, in quo furtū factum fuit,Marf.conf.8.nu.4.Roland.conf.51.n.18. vol.1.Gram.conf.54. num.2. Foller.in pract. crim. in verb.capiat informationem,nu.12 Mascard.de prob. concl.829.nu.4.lib.2.Bonifat.de furt.§.2.nu.10. ante eum plures cumulauit,Modern.Roman.dic.q.2.n.14. vers. & propterea, vel secundum aliquos sufficeret si probetur rem furatam interdum fuisse in loco commissi furti, quia præsumitur etiam fuisse tempore cōmissi furti per illam regulam,quod qui semel possedit adhuc etiam de præsenti possidere præsumatur l. siue possidetis,vbi gloss.in verb. constituti, vbi Doct.C. de probat.Moderǹ.Roman.d.q.2. nu.14. in fin. Mascard.d.concl.829.nu.5.Bonifat.de furt.d. §.2. n.11. & seqq.vbi alios allegat, & Foll.in pract. in dic.verb. capiat informationem, nu.17. dicit si probetur tempore commissi furti, vel paulo ante rem ibi extitisse, & idem voluit.Brun. à sole in suo conf. vnico crimin. nu.3.& Marf.in pract.crim. §. constat nu.6. cum plurib. seqq. dicit sufficere quærelam hominis bonæ famæ, qui statim , quod vidit furtum suisse sibi factum conquestus fuit cum socijs, & amicis, Modern.Rom. d.q.2.nu.15. & seq. Masc.de prob.conclus.830. 831. 832.833.Pereg.Iannin.in trac.de citat.reali, lib.1.c.2. nu.60.Bonif.de furt.§.2.nu.6.idem Modern.Farinac. in tract.de furt.q.176.p.1.nu.4.qui tractatus superuenit postquam contenta in ista quæst.descripta sunt.

4 Tu autem resolutiuè procedendo dicas,quoad inquirendum , assumendumque informationes super furto,de quo quis imputatur, & illis desumptis , si extent legitima indicia ad capiendum , & torquendū , coniecturæ, & præsumptiones, ac indicia absque alia inuestigatione delicti,vel furti sufficiant, vt si præcesserit quærela partis furatæ iuncta eius bona fama acclamatione incontinēti facta fractura ostij,vel capsę, fuga famuli,& alia,de quibus inferius dicam, & tunc cum furtum sit difficilis probationis, sufficiant;sed si ex eis sequatur ; vel spontanea , vel coacta confessio per tormenta ad condemnandum non sufficeret, sed deberet rectè interrogari de qualitatibus furti , & iudex ad verificationem furti deuenire debeat , vt si

furtum

furtum conſiſtat in pecunia, ſeu alijs rebus, reus ex-
primat, quid de dicta pecunia, & rebus fecerit, & ſi
per iudicem eius confeſſio verificabitur poſſit, ſequi
condemnatio, mittendo notarium ad loca confeſſata
pro verificatione furti, alias furto non verificato, ſi
aliter iudex condemnet, damnat corpus, & animam
ſuam, vt bene docet Ang. de Malefic. in verb. & veſtē
cœleſtem, nu. 25. & ibi Ang. in addit. ampliat ſi reus
eſſet malæ famæ. Marſil. conſ. 8. nu. 2. conſ. 14. nu. 19.
in l. 1. in princ. num. 32. ff. de quæſt. Boſſ. tit. de delict.
nu. 15. Roland. conſ. 51. n. 14. vol. 1. Modern. Roman.
q. 2. num. 16. Iul. Clar. q. 55. verſic. quoniam autem, Ia-
cob. Menoch. de arb. caſ. 269. Ant. Gabr. concluſ. 17.
num. 2. lib. 7. de crim. & latè Bonifat. in tract. de furt.
§. 2. nu. 15. vbi firmat, quod vbi agitur de vita homi-
nis requirantur probationes luce meridiana clariores
vulg. l. fin. C. de probat. ſed ſimilia indicia ſufficiant
ſolummodo ad inquirendum, capiendum, & torquen-
5 dum † & non ad condemnandum furem, qui nō poſ-
ſit condemnari, niſi legitimis probationibus conuin-
ceretur, idemque eſſe affirmat ſi per legem, vel ſtatu-
tum requirerentur probationes apertiſſimæ, & alle-
gat. Maſcard. de probat. li. 1. q. 10. nu. 76. & Honded.
conſ. 90. nu. 30. vol. 2. dicit, quod procedit tam in fur-
to commiſſo cum fractura, quam ſine fractura, & ſola
differentia eſt in furto commiſſo cum fractura, vt nō
poſſit procedi contra aliquem, niſi conſtet de fractu-
ra, ſed in commiſſo ſine fractura ſtatim porrecta que-
rela procedatur contra delinquentem, Peregr. Iann.
in tract. de cit. real. lib. 1. c. 2. nu. 60. in fin. ſi verò age-
retur contra iſtos mariolos vulgo nuncupatos *taglia-
borſe*, qui fatentur infinita furta Marſupia inciđiſſe,
ſufficit, quod verificentur duo, vel tria furta, quamuis
leuia, vt poſſint furca ſuſpendi, dummodo ſi in eodem
loco in quo fatentur iſti marioli furta feciſſe, adſit
quærela aliorum, qui ſibi furatas fuiſſe pecunias cō-
querantur, iuxta deciſ. Gram. 48. ſecundum quam fuit
in Vrbe quidam mariolus ſuſpenſus, vt refert Moder.
Roman. q. 2. nu. 15. in fine.
6 Ac etiam iſta concluſio magis procedit quando a-
gitur non contra furum delinquentem, ſed cōtra ter-
tiū, vt pro fure ciuiliter teneatur, quod non ſufficiant
coniecturæ, & præſumptiones, ſed debeat cōſtare de
furto plenè per veras probationes, vt declarat Pariſ.
conſ. 158. nu. 29. vol 4. & latè Honded. conſ. 90. n. 29.
verſ. & hæc declaratio, vol. 2. & an iudex poſſit mit-
tere ſatellites ad domū rei penes, quem dicitur extare
rem furatam. tradit Clar. in q. 27. num. 1. & ego dicam
infra in Defenſ. 18. c. 1.
7 Ac etiam ſcias, quod tunc ſufficiant coniecturæ, &
indicia ad probationem quando cæteræ probationes
8 deficiunt, quarum quidem probationum ſeptem ſpe-
cies tradunt à Maſcard. de probat. q. 4. vol. 1. nempè
per teſtes per Inſtrumentum, ſeu per aliam legitimā
ſcripturam, per confeſſionem, per euidentiam facti,
per iuramentum, per iuſtam præſumptionem, & per
famam, vbi idem Maſcard. plura adducit, & in mate-
ria noſtra furti refert, & ſequitur. Bonifat. in Tract.
de furt. §. 2. nu. 20. vbi ſubdit, quod ſi ex natura nego-
cij veriſimiliter aliæ probationes haberi poſſent, tūc
coniecturæ non ſufficerent, & ibi concordantes al-
legat, & firmat, quod coniecturæ debeant eſſe proba-
biles, & concludentes per congeſtos à Sim. de Pret.
de coniect. vlt. volunt. lib. 1. dub. 1. ſolut. nu. 11.
9 Et cum in iſta materia furti ſufficiant coniecturæ,
& præſumptiones ad inquirendum, capiēdum, & tor-
quendum, vt ſuperius dictum fuit, tanto magis ſuffi-
ciunt teſtes inhabiles, vt ſunt domeſtici, familiares, ſo-
cij criminis, & alij ſimiles, vt voluit Bart. in l. ſi quan-
do, n. 4. & ſeq. C. vnde vi. Pariſ. conſ. 75. n. 22. conſ. 74.
num. 12. vol. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 831.
nu. 5. & ſeq. cum alijs adductis per Bonif. in Tract. de
furt. §. 2. nu. 27. vbi ſubdit, quod licet ſtatuto cautum
eſſet, vt in cauſis aſcendentibus ad certam ſummam
non poſſit fieri probatio per teſtes, nihilominus in
crimine furti eſſet admittenda probatio per teſtes, &
ibi concordantes allegat.
10 Dummodo tamen dicti teſtes non paterentur plu-
res defectus, & exceptiones, cum dicantur penitus
inhabiles, Anton. Gabr. concl. 26. nu. 12. lib. 7. de Cri-
mi. Menoch. de Arb. caſ. 98. n. 15. & caſ. 99. n. 7. lib. 2.
Rimin. iun. conſ. 723. num. 82. lib. 6. Burſatt. conſ. 192.
nu. 20. vol. 2. & conſ. 430. num. 9. verſ. cæterum, vol. 4.
firmat, quod ſi per ſtatutum diſponatur teſtem inha-
bilem admitti ad deponendum, intelligatur dummo-
do teſtis inhabilis non patiatur plures defectus, ne ſe-
quantur plura ſpecialia, vt per Rimin. iun. conſ. 704.
nu. 69. & ſeq. vol. 6. & in conſ. 723. nu. 83. ponit plura
exempla de teſtibus patientibus plures defectus, &
quod non admittantur ad vllam prorſus probationē,
& coniecturam faciendam, etiam ſi eſſemus in caſu,
vbi à ſtatuto, vel à lege in ſubſidium admitterentur,
de communi teſtatur. Burſat. conſ. 216. nu. 44. vol. 2.
Petr. de Surd. conſ. 132. nu. 72. & ſeqq. vol. 1. Et Do-
ctores loquūtur in duobus defectibus, vt per Menoc.
de arb. d. caſu 99. nu. 7. Io. Turr. in conſ. 81. n. 65. to. 1.
crimi. Burſat. conſ. 135. nu. 2. vol. 2. vbi de communi,
Emmanuel Suarez recept. ſent. in verbo teſtis, n. 216.
vbi de communi.
11 Neque eſſent inimici, quia teſtis inimicus numquā
cenſetur à lege diſpenſatus ad deponendum. Gram.
conſ. 45. nu. 11. conſ. 58. n. 10. verſ. item, & ſexto, Ant.
Gomez. tit. de delict. c. 12. nu. 14. verſ. tamen numquā,
& nu. 21. in fin. Baiard q. 24. nu. 117.
12 Sed quia à Doctoribus multæ dantur coniecturæ,
& præſumptiones in iſta materia furti, quæ potius tē-
dunt ad probandum, & manifeſtandum delinquentē,
quàm ad probandum corpus delicti; ideò pro nunc
ſum contentus remittere lectorem ad Modern. Rom.
in q. 2. n. 16. & ſeq. vbi recollegit ſeptem coniecturas,
& ad Bonifat. de furt. §. 2. nu. 32. & ſeq. vbi ferè infi-
nitas coniecturas cumulauit, & Aduocatus adeat etiā
Honded. in conſ. 90. ferè per totum, vol. 1. vbi habebit
multas bonas defenſiones pro defenſione inquiſiti in
iſto crimine cōtra coniecturas conſideratas pro par-
te fiſci, & ipſe Bonifat. in dicto §. 2. de furt. poſtquam
retulit ipſas coniecturas grauantes inquiſitum etiam
poſuit defenſiones contra quamlibet coniecturam, vt
Aduocatus poterit longa ſerie apud eum in caſu oc-
currenti benè, ac diligenter percipere. Et etiam quæ
nouiſſimè dicit Modern. Farinacc. in tractat. de furt.
q. 176. p. 1. 2. & 3. qui tractatus ſuperuenit in lucem
poſtquam præſentem meum tractatum perfeci, & ſub
Typis habebam.

In armorum delatione, quomodo constare debeat de corpore delicti.

SVMMARIVM.

1 *Armorum delatio est omni iure prohibita.*
2 *Archibusetti,& pugionis delatio per Bullas Pij Quarti,& Pij Quinti est prohibita.*
3 *Paruitas armorum debet concludenter probari per testes, & non sufficeret si dicerent testes per dictionem circa, vel vidisse deferre archibusettum prohibitum, tormentum breue, vel tormenticulum breue.*
4 *Archibusetti retentio, vt sit punibilis debet probari, quod fuerit archibusettum vtile, & aptum ad nocendum.*
5 *Arma venenata debent probari per testes fuisse veneno affecta.*
6 *Arma probibita impunè possunt deferri in persecutionem bannitorum.*

CAP. VIII.

1 QVoniam delatio armorum omni iure est prohibita,l.1.ff.de vi public.& in Rubr.& in l.1.C. vt armorum vsus libro 11.& Auth.de arm.§.penult.& in c.1.§.si Rusticus de pac. tenen. & per Constitutiones,& Statuta locorum, vt latè recollegit Moder.
2 Rom.in q.108.nu.3.& in specie per Bullam Pij IV.ac Pij V. est interdicta delatio pugionis, ac cultri breuioris mensuræ,ac archibusetti etiam breuioris men-
3 suræ.Ideo vt sit locus pœnæ delationis parui archibusetti,necesse est, vt pro parte fisci concludenter,& plenè probetur paruitas mensuræ, Maur.Burg.in loco proximè deducendo, & quod archibusettũ sit minus duorum palmorum de Canna,& pugio sit minor vnius palmi, per illam regulam in iure tritam, quod qualitas pœnam inducens pro parte fisci, vel accusatoris sit probanda, vt in terminis scripsit Bertazzol. cons.461.n.10.lib.1.vbi dixit,quod testes super dicta parua mensura deponentes per verbum circa minimè probant Bursatt.cons.231.nu.28.& nu.48.& seq. lib.3.Firmat,quod si testes dicant vidisse aliquem deferre tormentum breue, vel tormenticulum breue, & prohibitum, non probarent corpus delicti.Modern. Roman.q.108.nu.54.& seqq.& in terminis sclopetti. Maur.Burg.in tract.de modo proced.ex abrupt.cent. q.23.nu.233.& seq.Ball.in tract. de lite dispen. cal.6. nu.1.& seq.qui firmant,vt locus sit dispositioni pęnali debeant probari omnes qualitates ad vsum sclopetti, & quia testes ita deponentes iudicarent, quod eis nõ permittitur,vt inferius dicã. Et ego alias dixi in meo tractatu de Confiscatione bonorum conclus. 13. ampliat.88.nu.15. & seq. & in practica si aliquis depræhendatur cum archibusetto,vel pugione, vel cultro, solet describi, ac designari in processu longitudo dicti instrumenti, sed quãdo proceditur per inquisitionem contra deferentes arma prohibita, tunc testes debent concludenter super paruitatẽ instrumenti deponere,& in quibus casibus possit procedi per inquisitionem in delatione armorum, latè dixit Modern. Rom.in d.q.108.per totam,Maur.Burg.d.q.23.num. 237. dicit quod etiam in illo Regno Siciliæ proceditur per inquisitionem in ista materia Sclopetti,& ego in d.concl.13.ampliat.88. per totam de confisc.bon. latè dixi.

4 Ac etiam constare debet concludenter dictum archibusettum esse vtile ad nocendum, quia si fuisset inutile, quamuis retentio sit punibilis in Statu Ecclesiastico per dictas Bullas Pij Quarti, & Quinti,nihilominus non puniretur.Bolognett.cons.25. num.15. & seqq.Bertazz. cons.74. per totum,& ibi adden.in litt. C,Modern.Roman.in d.q.108.n.86.Ias. cons.46. sub nu.4.vol.3.Maur.Burg.d.q.23.n.233.& ego latè dixi in d.ampl.88.nu.18.& ibi etiam retuli aliàs ita in practica obtinuisse ad fauorem cuiusdam Simonis Gasparini Copistæ, & ob id, quòd malè Baiard. in q.83. nu.79.dubitauit de ista opinione.

Debet etiam constare per ocularem inspectionem Curiæ de qualitate armorum prohibitorum etiam si testes deponerent vidisse talem deferre Sclopettum prohibitum paruæ mensuræ minoris vnius palmi, quamuis posset agi per inquisitionem, vt reiecta opinione.Iul.Clar.q.82. Statuto 6. vers.sed quid si statutum,tuetur per efficacissimas rationes. Moscatell. de cognit.delictorũ Rub. de prohib. armorum asportat. num.5. cum plurib.seqq. quod est notandum in Statu Ecclesiastico,cum vigore Bullarum Pij IV. & Pij V. & bannimentorum possit procedi per inquisitionem contra deferentes sclopetta parua, & ita alias in vna Asculana fuit resolutum vt non esset molestãdus quidam imputatus de dilatione sclopetti de cuius corpore non constabat per ocularem inspectionem, sed tantum per testes dicantes illum detulisse sclopettum paruum,& prohibitum.

5 Et quoniam etiam aliquando maiori pœna puniuntur,qui differunt, & vulnerant cum armis venenatis, vt per Petr.à Plac.Epithom. Delict.lib.1.c.8.nu.21. Menoch.de arbitr.cas.394.num.47.& seq. Decian.in Tractat.Crim.lib.8.c.3. nu.29.Claud.Bertazz.ad Patrem in cons.57.littera B.Ideò de ista qualitate veneni, vt pœna præfata circa delationem armorum intret,deberet per peritos probari eò modo,quo deduxi suprà in c.7.

6 Sed sciat Aduocatus in materia delationis armorũ prohibitorum,vt illa deferens ad effectum occidendi bannitum,qui vigore Statuti poterat impunè offendi, non incidat in aliquam pœnam, quia non consideratur ipsa Armorum delatio, sed causa ipsa delationis, & quia quando est aliquid permissum fieri dicitur etiam permissum illud,quod ad illud facilius peruenire poterit,latè Menoch.de Arb.cas.575.cent.6.lib.2.vbi subdit nisi inter delationem armorum, & persecutionem, ac occasionem banniti intercessisset magnum interuallum,quod arbitrio Iudicis iudicabitur.

In crimine falsi, quomodo constare debeat de corpore delicti.

SVMMARIVM.

1 *Falsi crimen dicitur difficilis probationis.*
2 *Ideò probari potest per coniecturas,& præsũptiones.*
3 *Quando hoc sit verum declara, vt hic latè per Authorem.*
4 *Moneta cussa, vel falsa debet per testes concludenter probari.*
5 *Stampa,& alia instrumenta apta ad cudendam monetam, & diminuendam quod indicium faciant contra retinentes.*
6 *Bona fama tollit indicium, quod resultet ex inuentione panes*

ne pœnes aliquem dictorum inſtrumentorum.

7 *Teſtes duo deponentes de directo contra inſtrumentũ non conuincunt de falſo, neque inſtrumentum, neque notarium.*

8 *Teſtes plures deponentes contra inſtrumentum ſimpliciter non interfuiſſe eius confectioni non dicuntur ſingulares, licèt vnus non det alterum in conteſtem.*

9 *Inſtrumentũ quando per coniecturas, & præſumptiones poſſit tàm ciuiliter, quàm criminaliter redargui de falſo.*

C A P. IX.

1 QVia crimen falſi cõnumeratur inter delicta difficilis probationis. Iul. Clar. q.64. num.6. in fin.
vbi adden. in littera N, Petr. de Surd. conſ.132. nu.9.
2 vol.1. latè Modern. Roman. conſ.11. nu.1. † ideo pariter de illius corpore ſufficiat conſtare per indicia,
& coniecturas. Ant. Gabr. concl.17. num.13. & ſeq. tit. de crim. lib.7. Modern. Roman. q.2. n.21. Doct. adducti per Rimin. Iun. conſ.183. nu.5. lib.2. Peregr. Ianin. in tract. de citat. reali lib.1. c.2. nu.61. vbi ſubdit, quod iudex videre debet, an falſitas cedat cõmodo alicuius, & contra illum relaxet mandatum de capiẽdo, & facit regula generalis poſita ſupra in hac 4. Defenſ. c.1. licèt Ruin. in conſ.80. col. pen. nu.6. verſ. quia ad iſtud reſpondetur libro 4. dicat in crimine falſi non habere locum regulam deſumptam ex l.1. §. item illud. ff. ad Syllan. & poſt Natt. in conſ.298. nu.94. Petr. de Surd. conſ.132. nu.74. verſ. reſponderi etiam poteſt vol.1. nihilominus Modern. Roman. in q.2. nu.21. in fin. teſtatur communem eſse opinionem, vt crimen falſi connumeretur inter delicta difficilis probationis, & quòd in iſto crimine ſufficiat cõſtare de corpore delicti per coniecturas, & quòd etiam in iſto crimine conſtare debeat de corpore delicti. Boer. deciſ.164. nu.8. Ant. Gabr. concl.17. nu.13. verſ. contrarium tamen lib.7. Brun. à Sol. in ſuo vnico conſ. crim. nu.54. vbi de communi, & plures coniecturas refert. Anton. Theſaur. in ſuis qq. libro 1. q.47. & Moder. Roman. in tract. de falſit.

3 Ego autem admoneo Aduocatum, quod in propoſito conſideret, quòd iſtud crimen falſi ſit difficilis probationis reſpectu delinquentium, cum vt plurimũ ſoleat committi ſecretè, & non reſpectu ipſius corporis delicti, cum ex ipſa falſitate remaneant veſtigia, & factum ſit apparens, & permanens, vt ſi fuerit abraſum inſtrumentum, vel laceratum, vt in caſu Farinac. conſ.23. per totum, vt cancellatum, vel ſi fuerit ei aliquid additum, vel diminutum, poterit oculo corporeo benè percipi, & ſic habeat vitium viſibile, apparens, & pòtens, vt latè inferius dicam, vel ſi aliqua alia res, vel merces fuerit alterata, vel deprauata, poterit etiã ex ipſa rè, vel merce conſtare de ipſa deprauatione ſaltem per peritos, idem ſi aliqua menſura non fuerit iuſta, ſed etiam deprauata, vel diminuta, ſeu alterata, poterit per inſpectionem, vel per menſuram ad aliam menſuram iuſtam fieri experientia, vel comparatio, & ſic in iſtis ſimilibus falſitatibus cõſiſtentibus in aliquo facto extrinſeco, apparenti, & viſibili debeat de dicta falſitate conſtare, nõ per coniecturas, & præſumptiones, ſed verè per teſtes, vel per ocularem inſpectionẽ, & relationem medio iuramento per teſtes faciẽdam, & in actis redigendam per ipſum Notarium, vt ſuperius diximus latè in Delictis facti ꝑmanentis, & prout
tradunt Doct. in terminis in crimine falſæ, vel dimi-
4 nutæ, ſeu alteratæ monetæ † vt de ea plenè conſtare
debeat per teſtes, vel per peritos deponentes de ipſa falſa cuſſione, vel diminutione, ſeu alteratione eiuſdẽ monetæ, vel de qualitate materiæ an aurum, vel argentum, quibus moneta cuſſa reperitur, ſint iuſtæ ligæ, vel iuſti ponderis, aliàs ſi confiteretur reus confecisse dictam falſam monetã, & non appareat euidenter de ipſa falſitate, non poſset condemnari. Cœphal. conſ.250. nu.11. vol.1. quem refert Brun. à Sol. in ſuo vnico conſ. crimin. n.176. & ſequitur Modern. Rom. in q.2. nu.22. Burſatt. conſ.166. nu.4. verſ. reſpondetur enim, & nu. ſeqq. & in terminis etiam per inſpectionẽ oculorum conſtare debeat de corpore delicti in iſto crimine falſæ monetæ. Hond. conſ.92. nu.11. vol.2. & quid ſit inuenta fuit moneta adulteria pęnes aliquem, an dicatur conuictus, vide latè Marſ. in l. qui falſam. nu.10. & ſeqq. ff. de falſ. Decian. lib.7. c.26. num.5. & c.27. nu.2. vbi firmat negatiuè, ſed erit conſideranda qualitas perſonæ, & quantitas pecuniæ, & aliæ circũſtantiæ, & in ſpecie ſi voluerit ipſam monetam adulterinam abſcondere, vel proicere, prout ipſe in facto habuit, & Marſil. vbi ſupra nu.106. dicit, quod ille pęnes quem pauca moneta reperitur, non præſumitur in dolu, cum illam potuerit habere ſine delicto prout nunc habeo in facto. Petr. Caball. caſ.199. num.12. & ſeqq. cent.2. vbi etiam dicit, quod quantitas parua diceretur reſpectu valoris, & non numeri, pecuniarum, & latè vide Moſcatel. in pract. de probat. delict. tit. de falſa monet. nu.1. & ſeqq. vbi loquitur magiſtraliter.

5 Si verò fuerint repertæ in domo alicuius ſtampæ,
& alia inſtrumenta apta ad monetam cudẽdam, quòd indicium faciant contra Dominum domus, & illa retinentes, vide Decian. reſponſ.93. n.81. & ſeqq. vol.2. Maſcard. de probat. concl.1066. nu.10. vol.3. Hond. conſ.92. vol.2. Cœphal. conſ.345. n.32. & ſeqq. vol.3.
6 vbi tamen ſubdit † quòd huiuſmodi indicium tollatur
per bonam famam Domini domus, vel dicta inſtrumenta retinentis, & quas excuſationes, & defẽſiones adducere poſſit, & quomodo ſe tueri, quis imputatus de falſa moneta, latè ponit Decian. in Tract. crimin. to.2. lib.7. c.27. per totum, vbi in ſpecie declarat, quod non ſufficiat quælibet, & vulgaris bona fama, ſed ſit notabilis, & væhemens, & maxime ſi neſciant rationem reddere, quomodo ad eius manus dicta inſtrumenta peruenerint, & ſub nu.8. poſt alios, quos allegat teſtatur facere indicium ad torturam, & quando poſſit reus condemnari de falſa moneta abſque eius confeſſione ſi fuerint reperte ſtampe, moneta falſa cuſſa pænes aliquem, vide Moſcatel. de probat. delic. Rubr. de falſ. Monet. num.47. & ſeq. vbi reprobat ſeu potius declarat deciſion. Vinc. de Franch. deciſ.401. & ſub nu.18. docet, vt non ſufficiat, quod teſtes de viſu dicant vidiſſe talem expendere, vel habere monetam falſam, niſi etiam fiat per peritos recognitio ſuper d. moneta adulterina, vulgariter dicendo *con la proua*, & latè tradit Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupto q.24. nu.152. & nu.135. & ſeqq. & ſequitur, quando fuerunt inuente, monetæ raſæ, & diminutæ, vel fuerunt inuente forficule, vel aliud genus inſtrumentorum, quo moneta tondi, aut minui ſolet, & ſi fuerint inuenta inſtrumenta apta ad cuſſionem, quam probationem facient, ibi ẽt latè declarat.

Si aũt ageretur de falſitate, quæ non poſſet apertè

oculo

oculo corporeo percipi, vt si reperirietur instrumentũ confectum inter aliquos, & diceretur illud esse falsũ, vel simulatum, tunc essent examinandi testes descripti in ipso instrumento, tàm si fuerint necessarij, quàm supranumerarij, ac etiam alij testes, qui celebrationi dicti instrumenti interuenerunt, & secundum eorum depositiones iudex se habeat circa validitatem, vel falsitatem dicti instrumenti, vel testamenti iuxta materiam l. 1. §. si quis negat. ff. quemad. testam. aperian. & in cap. cum Ioannes de fid. instrum. vbi latè Doct.

7 Si verò duo testes deponerent instrumentum esse falsum, etiamsi essent necessarij non conuincerent notarium, neque instrumentum de falso, sed solummodo iudex poterit deuenire ad torturam, tàm contra notarium, quàm contra testes, si dicti testes instrumento de directo contradicerent. Bald. cons. 303. sub num. 3. vers. non obstat 2. ratio lib. 5. Salic. in l. in exercendis in 3. q. 4. vers. sic dicemus. C. de fid. instrument. cum alijs adductis per Menoch. de arb. cas. 105. nu. 9. vers. primus casus est, lib. 2. & latissimè eamdem opinionẽ tuetur. Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 183. per totum, quàm aliorum auctoritatibus exornat, sed post Salicet. in loco proximè citato firmat sub nu. 4. quod si adessent contra instrumentum tres, vel plures testes idonei conuincerent notarium, & instrumentum de falso.

8 Nec in proposito suffragaretur instrumento, vel notario, si diceretur istos testes non esse contestes, quia deponant simpliciter non interfuisse instrumento, & vnusquisque de se solo deponat, & vnus nesciat de altero, & sic sint singulares, quia cum concordent in dicto, quod instrumentum sit falsum, & sint contestes in eadem interessentia, bene dicuntur probare falsitatem, vt per Fein. in capit. cum Ioannes, nu. 49. vers. sed, quod isti non dicantur de fid. instrum. Grām. cons. 56. nu. 17. vers. non obstat, vbi de communi, Menoch. d. cas. 105. num. 10. vers. nec hoc loco, & Petr. Caball. dict. cas. 183. nu. 6. & 7.

9 Si verò etiam falsitas non posset haberi per testes, quia essent mortui, vel absentes, & tunc Doctores in hac materia tradũt aliquos gradus falsitatis, quia aliquando datur instrumentum falsum, aliquando suspectum de falso, vt distinguit, text. in l. 1. §. si quis neget, vbi latè gloss. & Bart. & cœteri scribentes, ff. quemadm. testam. aperian. & in c. ex litteris de fid. instrum. & in cap. vlt. de crim. fals. & latè Mascard. de probat. concl. 740. nu. 1. & seqq. vol. 2. vbi concordantes cumulauit, & subdit, quod illud dicitur falsum, quod cõcludenter probatur falsum, suspectum verò de falso, quando non fit concludens probatio falsitatis, sed emergit ex quibusdam suspicionibus verisimilibus, & datur alius gradus differentiæ inter suspicionem extrinsecam, & inuisibilem, & in primo casu Doctores volunt talem suspicionem haberi pro falsitate, in secũdo casu de suspicione intrinseca, & vitio inuisibili, & tunc Doct. reddi suspectum non propria suspicione iuris, sed hominis, & tunc fit in arbitrio iudicis adhibere, & non adhibere instrumento fidẽ, vt latè per Mascard. in d. concl. 740. num. 4. & seqq. vbi concordantes allegat.

Et vbi adest vitium visibile, & parens in instrumẽto, tunc corruit, & in ciuilibus habetur pro veritate, vt instrumentum vacillet, & non probet. Natt. cons. 633. nu. 1. vsque ad num. 8. vol. 3. latè Rimin. Iun. cons. 554. nu. 63. & seqq. vol. 5. Adden. ad Bertazzol. cons. 411. in litt. A, vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 742. nu. 43. & concl. 744. n. 4. vol. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 99. per totam, vbi latissimè Petr. de Surd. cõs. 132. nu. 61. vol. 2. vbi sub num. 73. firmat, quod vnum tantum vitium visibile, non solum reddat instrumentum suspectum de falso. Natt. cons. 633. nu. 1. & seqq. vol. 3. sed etiam producens possit puniri pœna ordinaria. Natt. d. cons. 633. nu. 6. Adden. ad Bert. in cons. 411. in litt. A, in fin. Petr. de Surd. d. cons. 173. num. 3. volumine 2.

Vitium autem visibile dicitur; instrumentum habere, quando habet abrasuram, vel non continet consuetam formam, vel solemnitatem, vel notarius esset solitus falsa instrumenta conficere, Boss. tit. de fals. nu. 6. & seq. vel si testes negarent interfuisse instrumento, Boss. d. tit. de fal. num. 13. vers. ex prædictis, Sforz. Odd. cons. 78. nu. 37. vol. 1. vbi docet, quod vitium visibile sit abrasio, interlineatio, cancellatio totalis, additio alia manu, vel atramento facta, & similes vituperationes, latè Petr. de Surd. cons. 173. nu. 75. & seq. & cons. 175. nu. 7. & 71. vol. 2. Riminald. Iun. cons. 159. n. 15. & seqq. vol. 1. qui omnes alios concordantes allegant, plures verò præsumptiones falsitatis, & suspicionis separatim ponit Menoch. de arbitr. cas. 105. & 187. nu. 34. & seqq. & latissimè Mascard. de probat. concl. 740. nu. 8. cum plur. seqq. volum. 1. & Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 32. & seqq. ponit octo coniecturas, & præsumptiones, & vide Bald. in consil. 402. vol. 5. Crauet. cons. 134. Garg. cons. 126. num. 11. to. 1. crim. diuers. Iacob. Mandel. cons. 99. Bertazz. cons. 91. n. 35. Add. ad Clar. in §. falsum, n. 113. & seqq. & in crimine subornationis nõ sufficeret assertio socij criminis, nisi etiam aliunde constaret de corpore subornationis. Fab. Turret. cons. 9. nu. 8. per l. fin. C. de accusat. c. sicut de testib. c. 1. de testis in 6.

Sed versa vice bonæ præsumptiones excludũt delictum, pœnam, & falsitatem, ac præsumptiones, & coadiuuant instrumentum, latè Bursatt. cons. 144. nu. 6. vol. 2. Cepoll. in tract. de simulat. contract. num. 86. Moder. Rom. in cons. 11. num 36. & seqq. adducit 52. præsumptiones coadiuuantes instrumentum, & vide Cland. Vacc. inter const. Mediol. in excusation. crim. fals. mihi fol. 273. & seqq. & ego habeo præ manibus in meis reportatis vltra centum præsumptiones recollectas excludentes omnem suspicionem falsi, quos in 3. lib. in sua materia Deo fauente apponam.

Quando probetur, quem fuisse mortuum ex vulnere sibi illato, vel ex mala cura.

S V M M A R I V M.

1 *Vulneratus tenetur de occiso, quando constat vulneratum clare decessisse ex vulnere.*

2 *Vulnus quando est lethale dicitur vulneratus decessisse ex vulnere quandocumque, & ex internallo moriatur.*

3 *Vulneratus dicitur decessisse ex vulnere lethali etiãsi Medicus non fuerit adhibitus, vel fuerit adhibitus imperitus, & etiam quod non probetur aliqua culpa vulnerati.*

4 *Quod magis procedit quando vulnus erat totaliter mortale.*

5 *Alij autẽ tenent, quod si quis simpliciter vulneratur, vulne-*

vulnerans non teneatur de occiso, nisi probetur culpa medici vel vulnerati.

6 *Quæ opiniones contrariæ hic per Authorem conciliantur.*

7 *Vulnus quando non erat mortale, nō præsumitur vulneratum obijsse ex vulnere, sed ex mala cura medici, vel ex malo regimine.*

8 *Quæ opinio etiam procedit si infra breue tempus, vel paucos dies obierit.*

9 *Item procedit si superuenerit febris, vt non dicatur mortuus ex vlnere non læthali, sed ex febri superueniente.*

10 *Item procedit etiamsi probaretur culpa, vel negligentia in curando vulneratum.*

11 *Vulnus non dicitur mortale, quando in actis non constat, quod tēpore illati vulneris, uel infra paucos dies nullum accidens, vel signum mortale apparuit.*

12 *Vulnus an esset mortale, vel non mortale, & sic quādo agitur de casu dubio, vel non erat omnino mortale, vel certum ad mortem, & tūc constito de aliqua mala cura, vel malo regimine non dicitur obijsse ex vulnere.*

13 *Imò quando vulnus non erat certum ad mortem, multi tenent, quòd vulneratus non decesserit ex vulnere.*

14 *Sed isto casu tutius erit probare culpam, vel malum regimen.*

15 *Vulnus, quando non constat, an esse mortale, nec ne, tunc Doctores sunt in varijs opinionibus, et tamen erit recurrendum ad iudicium peritorum.*

16 *Vulnus non requiritur læthale, quoad incurrendam irregularitatem.*

17 *Nisi vulnus fuisset adeò leue, quod modico medicamēto vulneratus potuisse euadere periculum vitæ.*

18 *Si vulnus mortale sit illatum, & superueniat alter, qui sic vulneratum interficiat, quis eorum teneatur de occiso.*

19 *Malum regimen vulnerati, vel mala cura, seu inordinata vita quomodo cognoscantur.*

C A P. X.

1 DOctores in ista quæstione videntur constituere tres casus primus est, quando constat vulnus fuisse mortale, & vulneratum obijsse ex dicto vulnere, & tunc omnino vulnerans teneatur de occiso, cum in claris non sit opus coniecturis, Boss. tit. de homic. nu. 115. Clar. §. homicidium, nu. 33. vbi de communi, Moder. Rom. q. 127. nu. 10. Rim. Iun. cons. 121. nu. 13. lib. 2. Peregr. Iam. in tract. de citat. reali, lib. 1. c. 2. nu. 54. Rimin. Iun. cons. 799. n. 3. & seq. vol. 7. vbi firmat, quod standum sit certitudini.

2 Immo quando constat etiā vulnus fuisse mortale, si vulneratus moriatur dicitur decessisse ex vulnere quandocumq; moriatur, etiam ex interuallo, Salicet. in l. 1. n. 3. C. de emendat. seruor. Afflict. in constit. terminū vitæ sub n. 16. Boer. decis. 323. post n. 11. Plach. Epithom. delict. lib. 1. c. 2. n. 13. & c. 13. nu. 23. vbi subdit etiā si moriatur infra annum, & n. 25. Moder. Roman. q. 127. nu. 11. And. Gail. obseruat. 101. n. 9. lib. 2. Rim. Iun. cons. 121. n. 2. lib. 2. Iacob. Ayrer. in tract. de homic. p. 2. n. 50. Rim. Iun. cons. 799. n. 3. & seq. vol. 12.

3 Et procedit quādo vulnus erat mortale, vt dicatur decessisse ex vulnere, etiamsi nō fuerit adhibitus medicus, vel si fuerit adhibitus erat imperitus, vel quod nō probetur aliqua culpa Medici, vel malum regimē, & inordinata vita vulnerati, Ang. de Malefic. in verb. ex interuallo, n. 12. in fi. & ibi Ang. in addit. n. 14. vers. vide omnino, Gram. cons. 49. n. 11. Bonifat. Vitalin. in rubr. de insultu, n. 16. Iul. Cla. §. homicidium, sub n. 33. Moder. Rom. d. q. 127. nu. 12. Andr. Gail. obseru. 101. n. 20. & seq. lib. 2. Rim. Iun. cons. 121. n. 2. lib. 2. Baiar.

4 ad Iul. Clar. d. §. homicidiū, nu. 157. † Et magis procedit qñ cōstat, q vulnus fuit omnino mortale, Moder. Rom. d. q. 127. n. 17. vbi alios concordantes allegat.

5 Alij aut tenent simpliciter, quòd vulnerans nō teneatur de occiso qñ constat vulneratū obijsse ex culpa Medicorum, Felin. in cap. Præsbyterum, n. 1. vers. idem, Bald. extra de homicid. Marsil. in pract. crim. §. & quia, n. 19. & seq. & in cōs. 7. n. 28. 46. in fi. & n. 48. Modern. Roman. d. q. 227. n. 24. vbi de communi. Iul. Clar. §. homicidium, nu. 33. vers. aut apparet de negligentia. Menoch. de arbitr. cas. 275. nu. 10. lib. 2. & nu. 18. Mascard. de probat. concl. 1073. num. 14. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. p. 1. nu. 67.

6 Quæ opiniones possunt conciliari, quòd nō omnis negligentia in curando vulnus, & in regendo vulneratum sufficiat, vt dicatur mortuus ex culpa negligētiæ, seu ex malo regimine, & nō ex vulnere, sed debet esse magna, & prædominans qualitati vulneris, Marian. Soccin. in c. præsbyterum nu. 9. circa fin. extra de homicid. vbi notabiliter dixit, quòd si mala qualitas vulneris prædominatur culpæ dicitur mortuus ex vulnere, secus si non prædominatur qualitati vulneris, Bald. in c. 1. sub n. 9. quib. mod. feud. amitt. Boer. decis. 323. n. 20. circa med. Modern. Roman. d. q. 127. n. 25. & sic quod vulnus fuerit omnino mortale, quia tunc negligentia, in curando vulneratum, excusaret à pœna homicidij, secus si non fuisset omnino mortale, sed periculosum vulnus, quia tunc mala cura, & negligentia in curando vulneratum non excusaret à pœna homicidij, text. in l. si ita vulneratus, §. 1. ff. ad l. Aquil. Rim. Iun. cōs. 121. n. 15. Farinac. cons. 100. n. 6. & n. 31. vbi dicit hanc distinctionem verissimā, & cōmunem.

Secūdus casus est qñ constat quòd vulnus non erat mortale, & tūc non præsumitur decessisse ex vulnere, sed de culpa medicorum, vel mala cura, malo regimine, vel inordinata vita vulnerati. Boer. decis. 323. n. 4. & n. 7. de cōi, & n. 20. Boss. tit. de Homicid. n. 115. Iul. Clar. §. homicidium sub n. 33. Modern. Rom. d. q. 127. n. 113. vbi de magis communi, & ibi concordantes allegat, & ibi respondit ad Gandin. in tit. de homicid. n. 30. per tot. Menoc. de arbitr. cas. 274. n. 2. in fi. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 121. n. 3. & seqq. lib. 2. qui concordātes cumulauit, & latius in cons. 799. n. 6. 7 & 8. vol. 7.

8 Quæ magis communis opinio procedit etiā quod infra breue tēpus, & paucos dies vulneratus decesserit, vt si vulnus non fuerit mortale nō præsumatur decessisse ex vulnere. Salyc. in l. 1. n. 3. vers. aut constat de contrario. C. de emendat. seruor. Dec. cons. 415. nu. 7. Corrad. in Pract. crim. Rubr. de vulnerantibus nu. 16. vers. secundum casum. Rimin. Iun. d. cons. 121. num. 5. in fin. lib. 2. Modern. Roman. d. q. 127. nu. 15.

9 Imò si ex vulnere non mortali superuenerit febris, & vulneratus decesserit, non teneretur vulneratus de occiso. Carrer. in Pract. Crim. §. circa n. 322. Petr. Caball. in qq. cri. cas. 248 n. 41. cent. 3 Gram. cons. 2. n. 8. & seqq. quia præsumitur potius mortuus ex illa febri, q̄ ex vulnere, & superueniente febri, vulnus confunditur, vt latè tradit, & sequitur. Andr. Fachin. cons. 82. n. 85. li. 3. & ibi sub n. 79. respondet etiam ad motiuum, quod

quod fieri potest in proposito, vt ex exitu probetur factũ, vt non procedat quando factũ fuit alteratũ, vel immutatũ ex noua causa superueniente. Sed Petr. Caball. in tract. de omni gen. homic. n. 336. videtur aliter distinguere, quod si constat, quod febris superuenerit ex vulnere, & vulneratus decedat teneatur ex vulnere, secus si superuenerit ex alia causa.

10 Itẽ procedit si cõstet de aliqua culpa, vel negligẽtia adhibita in curando vulneratũ, aut de illius malo regimine non adhibendo Medicũ, vel adhibendo imperitũ, vt non dicatur obijsse ex vulnere, quando non erat mortale, Tex. in l. qui occidit §. fin. ff. ad l. Aquil. vbi Doct. & precipuè Florian. in 1. notab. Boer. decis. 323. nu. 17. 29. Moder. Rom. d. q. 127. n. 10. vbi de cõi, & concordantes allegat Andr. Gayl. obseru. 111. n. 21. in fine vers. secus si lethale non fuerit, lib. 2. Andr. Fachin. cons. 83. nu. 74. vers. Hæc namq; nu. 77. lib. 3.

11 Et vulnus nõ dicitur mortale quãdo in actis nõ cõstat ꝙ tẽpore illati vulneris, vel infra paucos dies nullum accidens, vel signum mortale apparuit Cepoll. cons. 92. n. 7. Afin. cons. 107. n. 2. circa fin. tom. 2. crim. cum accidentia conferant ad cognoscẽdum quicquid sit. And. Fachin. cons. 82. nu. 74. lib. 3. vbi firmat, quòd est in Iure conclusio satis trita.

12 Tertius casus est, quando nõ constat si vulnus esset mortale, vel non, sed agitur de casu dubio, vel si esset mortale, nõ cõstat, ꝙ esset omnino mortale, & certũ ad mortẽ, cũ posset se habere ad vitã, & ad mortẽ, & tunc constito de culpa, mala cura, seu malo regimine, vel ꝙ non fuit adhibitus medicus peritus, non præsumitur, ꝙ dedesserit ex vulnere. Signorol. cons. 163. sub nu. 2. & 6. vbi dicit, ꝙ ita ter obtinuit iudicari. Ang. de malefic. in verb. ex interuallo nu. 12. vbi Ang. nu. 14. Gram. vot. 24. n. 2. Moder. Roman. d. q. 127. n. 20. vbi alios cumulauit Iul. Clar. §. homicidium 33. vers. quãdoq; etiam, vbi de cõi, Andr. Gayl. obseru. 111. n. 21. in fin. & n. 22. vbi alios concordantes allegat, & testatur de communi, latè Rim. Iun. cons. 799. n. 41. & seq. vol. 7. vbi concordantes adducit Horat. Carpan. super nou. constit. Mediol. cap. homicida, num. 108.

13 Imò isto casu etiã nõ constito de aliqua negligẽtia, vel culpa in curãdo vulneratum, si vulnus non fuerit omnino mortale, neq; certum ad mortẽ, vt vulneratus nõ dicatur obijsse ex vulnere. Cepoll. d. cons. 61. n. 18. & seq. And. Gayl. obseruat. 111. n. 22. lib. 2. vbi de cõi, Rim. Iun. cons. 121. n. 6. & seq. li. 2. vbi latissimè cõfutatis cõtrarijs hãc opinionẽ tuetur And. Fachin. d. cons. 82. n. 73. vers. insuper dicit ꝙ si vulnus fuerit periculosum, vulnerãs nõ teneatur de occiso, si vulneratus decedat, cũ requiratur, ꝙ fuerit vulnus omnino mortale, vt vulnerans teneatur de occiso, & post alios, quos allegat ita etiã tenet Farin. cons. 100. n. 4. & post Boher. decis. 323. nu. 2. & seq. exemplificat in vulnere in capite, in pectore, in gula, in cerebro, & in intestinis; & ego cũ hac opinione pertranseo, quicquid de ea idẽ

14 Moder. Rom. in d. q. 127. n. 19. dubitauerit. † Sed tutius erit, quod ex parte vulnerantis probetur, ꝙ non fuit adhibita diligentia, vt latè tradit post alios, quos allegat. Rim. Iun. cons. 799. n. 17. vol. 7. licet ibi sub n. 18. & seq. tueatur, quod etiam non probata culpa censeatur decessisse ex mala cura, vel ex alia causa, quàm ex vulnere.

15 Si verò essemus in casu magis dubio, vt quia nõ cõstaret, ꝙ vulnus esset mortale, nec ne, & tũc cõtrarias opiniones Doctores referunt, & prima est, ꝙ nõ præsumatur mortale, nec ꝙ vulneratus obijerit ex vulnere, si non constet de aliqua mala cura, negligentia, aut inordinata vita vulnerati, quos retulit Moder. Rom. in d. q. 127. n. 22. Altera est ꝙ dicatur obijsse ex vulnere, ex euentu secuto Horat. Carpan. super nou. constit. Mediol. c. Homicida. n. 106. quam sequuntur Doctores cumulati per Moder. Rom. in d. q. 127. n. 21. vbi testatur de communi, qui sub nu. 23. pro resolutione dicit, quod esset casus decidẽdus à medicis, & peritis, & vbi eorum opinio erit pro illa parte erit iudicandum. Peregr. Ianin. in Tract. de cit. real. lib. 1. c. 2. n. 54. & Farinac. ibi sequitur, quod vix possit dari casus dubius, & qui non possit decidi ab ipsis peritis, si verò detur casus dubius credo, quod erit iudicandum in fauorem vulnerantis, vt non dicatur obijsse ex vulnere, vt bene defendit hanc opinionem, & illam à contrarijs tuetur Rim. Iun. in cons. 121. n. 11. & seq. lib. 2. Iacob. Ayner. in tract. de homicid. p. 2. n. 71. vbi testatur ab hac opinione non esse recedendum, reprobato Boerio contradicente in decis. 323. n. 4. & idem Rim. Iun. in cons. 799. n. 31. vol. 7. & Andr. Fachin. cons. 82. n. 66. lib. 3. sed si constaret de aliqua mala cura, licet vulnus esset mortale, tamen vulnerans non tenerẽtur de occiso ratione dictæ mixturæ. Rim. Iun. cons. 281. num. 5. lib. 2. Andr. Fach. cons. 38. nu. 7. lib. 2. Carpan. d. cap. Homicida, num. 106. in fin.

16 Bene verũ est, quod ad effectum incurrendi irregularitatẽ nõ refert ꝙ vulnus fuerit lethale, vel quod sit mortuus vulneratus ex vulnere, vel ex mala cura, sed sufficit, quod Clericus vulnerando dederit operã rei illicitæ, vel morti Mars. cons. 7. sub n. 59. Gram. vot. 24. n. 10. Moder. Rom. q. 127. n. 26. vbi de cõi. Plach. Epit. Delict. lib. 5. c. 12. nu. 12. vers. ex his, vbi de veriori, & communiori opinione Rim. Iun. d. cons. 121. nu. 27. lib. 2. Gram. cons. 2. n. 12. Andr. Fachin. cons. 82. num.

17 74. lib. 3. Nisi † tamen vulnus illatum à clerico esset adeò leue, quòd modico, vel nullo medicamento posset vulneratus euadere, quia tunc si culpa Medici, vel ex mala cura obijerit non incideret irregularitatem, vt per Plach. in loco proxime citato.

18 Si vero vnus mortiferè aliquem vulnerauit, & alius superueniat, & illũ occidat, primus tenetur de vulnere, & alter de occiso, l. itẽ Mela §. Celsus, & l. huic scripturæ §. si seruus. ff. ad l. Aquil. Bonifac. Vital. in tract. de malefic. in rubr. de Insultu nu. 43. Marsil. in pract. criminal. §. & quia nu. 26. & in l. 1. in princ. ff. de sicar. n. 87. & seq. Carrer. in pract. §. 4. quæro ferè per totũ mihi fol. 109. & seq. Petr. Caball. in q. crim. cas. 158. n. 20. Farin. cons. 100. n. 4. post alios, quos allegat declarat hoc procedere quando primũ vulnus nõ erat omnino mortale, & tunc secundus, qui necauit vulneratũ teneatur de occiso, secus si erat omnino læthale, & Petr. Caball in tract. de omni gen. homicid. num. 169. dicit hoc esse notandum, pro statutis.

19 Et quomodo cognoscatur malũ regimen vulnerati, eius mala cura, & vita inordinata, latissimè Moder. Rom. in d. q. 127. n. 87. vsque ad nu. 101. vbi ponit nouem causas, vel modos, & primus est, quando nõ fuit adhibitus medicus, secundus quando fuit adhibitus medicus imperitus, & sufficiat solum probare imperitiã medici, neque requiratur probare particularem culpam eiusdem medici in curando, tertius quando infirmus, vel vulneratus noluit præceptis Medici obedire,

obedire, quartus quando concubuit cũ vxore, vel alia muliere, quintus quando ſibi nociua comedit, ſextus quando vinũ purũ biberit, ſeptimus quando in curando vulneratum fuerunt adhibitæ incantationes, octauus quando vulneratus parui pendendo vulnus de lecto ſurrexerit, & de die ad Solem, de nocte ad ſerenũ, vel ad vẽtum ambulauerit. Socc. Sen. conſ. 178. col. fin. lib. 2. Andr. Fachin. conſ. 38. n. 6. lib. 2. Nonus quando vulneratus moriens aſſerit decedere non ex mala cura, ſed ex vulnere, concurrentibus aliquibus coniecturis pro aſſertione dicti vulnerati, alias ſibi non crederetur. Signor. conſ. 163. ſub nu. 1. & ſub nu. 3. & ſeq. vbi valdè damnat practicam Iudicum Mediolani extorquentium d. confeſſionem a vulnerato, & illam practicam appellat pluſquam diabolicam, & quod pluries contra dictam practicam obtinuit Socc. Iun. conſ. 178. colum. pen. verſ. & dixit inſignis Doctor volum. 2. Qui Modern. Roman. in d. quæſt. 127. num. 87. & ſeq. quamlibet cauſam, vel modum auctoritatibus exornat, & corroborat, & volui ad eum remittere lectorem, ne ſua ſcripta hic tranſplantarem, cum diffuſiſſimè omnes caſus in iſta materia contingentes ferè attigerit, & declarauerit.

Et pro cõplimẽto in iſta quæſtione Aduocatus, & fiſcus adeant. Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 275. per totũ, vbi 1. ponit quinque coniecturas pro fiſco, ex quibus vulneratus dicatur mortuus ex vulnere, & prima eſt quãdo vulneratus obijt intra modicũ tẽpus, & modicũ, refert aliquos tenere infra triduũ, alios infra quinque dies, alios infra 8. alios infra 40. alios arbitrio Iudicis relinquũt, ſecũda eſt, ſi perſeuerauit in vomito, ex febri, Tertia eſt, magnitudo, & profunditas vulneris. Quarta eſt Armorũ qualitas. Quinta eſt dolor continuus, & poſteà ponit ad fauorẽ inquiſiti alias quinque coniecturas, & prima eſt, ſi obijt poſt longũ tẽpus. Secũda quãdo ceſſarũt accidẽtia vulneris. Tertia quãdo interuenit negligẽtia, vel culpa medicorũ. Quarta quã do medici iudicarũt vulnus non eſſe lethale, neq; ex eo eſſe mortuũ vulneratũ. Quinta ex qualitate loci illati vulneris, & omnes ſupradictas cõiecturas ſuis doctorũ auctoritatib. exornat, & in fine cõcludit, ꝙ in dubio Iudex debeat Iudicare non eſſe mortuum ex vulnere, ex traditis per Bal. in conſ. 328. in fi. lib. 2. Dec. conſ. 415. n. 1. Gram. conſ. 2. n. 8. & ibi Menoch. n. 13. in fin. non eſſe recedendum ab hac opinione Bal. firmat, quicquid alij tenuerint in contrarium.

Vulnera quæ dicantur mortalia, vel non mortalia.

S V M M A R I V M.

1 *Vulnera quæ ſint mortalia, vel non mortalia à Doctoribus in diuerſis locis traditur.*

2 *Vulnus mortale dicitur quãdo ſecundum regulas artis medicinæ vulnus eſt lætbale, & vulneratus non poteſt euadere, niſi cum magna difficultate.*

3 *Non mortale dicitur quando ſecundum regulas medicinæ non poteſt afferre mortem, vel ſine difficultate mederi poteſt.*

4 *Vulnus dicitur ſciſſura in cute, vel ſeparatio in corpore, ſeu mutilatio, & quid ſi fuit facta tumefactio.*

5 *Vulnera alia dicuntur omnino mortalia, & certa ad mortem, & alia non omnino mortalia, neque certa ad mortem.*

6 *Vulnera mortalia, & certa ad mortẽ dicuntur quando ſtatim vulneratus moritur, neque requirunt conſilium Medicorum, & omnino non mortalia ſunt illa, ex quibus non ſtatim oritur mors, & quando que etiam mors non ſequitur.*

7 *Mortalia vulnera reſpectu loci quæ dicantur, ponuntur hic multa exempla.*

8 *Negatiua ꝙ non ſit ſecuta mors ex vulnere læthali difficilis dicitur, tamen ſi fuerint ſecuta ſigna bona, & inferentia ad ſanitatem, diceretur probata negatiua.*

9 *Vulnus datur etiam, vt non ſit mortale, & tamen ſit periculoſum, & aliqualiter mortale.*

10 *Vulnera in digito, in manu, in brachio, & in facie non dicuntur mortalia.*

11 *Membra quot ſint in corpore hominis, & quæ veniant appellatione Membri.*

C A P. XI.

1 Sed quia multum intereſt ſcire pro defenſione vulnerantis, quæ vulnera ſint, vel non ſint mortalia Doctores in diuerſis locis multos caſus recenſerunt, vt eſt videre apud Gram. conſ. 2. Iodoc. in Pract. crim. Rubr. De Inuaſoribus c. 77. n. 21. Boſſ. tit. de Homicid. n. 116. Ang. de malefic. in verb. & ex interuallo nu. 34. Moder. Rom. latiſſimè q. 127. n. 27. cũ plur. ſeq. Boer. deciſ. 327. per totam, Maſcard. de probat. concluſ. 1073. per totam volum. 3.

2 Tamen vt Aduocatus præmanibus habeat aliquos caſus ſpeciales, in primis cõſtituẽda eſt regula, vt vulnus mortale ſit, ꝙ vulneratus ſecũdũ regulas artis medicinę nõ põt euadere, niſi cũ magna difficultate. Bal. in c. 1. n. 3. quib. mod. feud. ammitt. Gram. d. conſ. 2. n. 4. & vot. 24. n. 7. Boer. deciſ. 323. n. 3. Modern. Rom. q. 127. nu. 2. vbi al'os adducit, Bertaza conſ. 85. nu. 28. lib. 2 Baiar. in §. homicidiũ n. 135. And. Fach. conſ. 82. n. 76. lib. 3. vbi alios cumulauit Bertazz. conſ. 85. n. 28. vol. 1. & ꝙ dicebatur cõmuniter mortale. Horat. Carpan. ſuper nou. conſt. Mediol. c. Homicida nu. 110. & prius ſub n. 95. & ſub n. 94. dixit, quod maiora vulnera ſubſtinet fœmina, quàm maſculus ex traditis per gloſ. Aug. ad Ang. de malefic. Carrer. & Cuman. in locis per eum relatis, ſicut minus timent torturam quam maſculi. Caualc. de Brach. reg. part. 3. num. 133.

3 Et non mortale dicitur, quod bene curatur ſecundũ regulas medicinæ, & mortẽ minime afferre poterat. Corn. conſ. 283. nu. 4. in fin. lib. 3. vel quod de leui etiã mederi põt, & ſine difficultate vulneratus mortẽ euadit. Cępoll. conſ. 28. nu. 10. & conſ. 61. nu. 15. 16. & ſub nu. 17. dicit, quod mortale vulnus eſt, quãdo vulnerati conſueuerunt pro maiori parte obſeruantes pręcepta medicorũ euadere, & ſub nu. 19. quod vulnus nõ mortale dicitur, quando ſecundũ regulas medicinæ, vulneratus ēt non factis magis prouiſionibus debebat omnino euadere. Bertazzol. d. con. 85. nu. 28. Baiar. in §. homicidium, nu. 135. Modern. Roman. q. 127. num. 3. & ſic ſemper eſt recurrendum in iſta materia ad iudicium Medicorum, & peritorum. Menoch. caſ. 275. in princ. lib. 2. & Andr. Fachin. conſ. 38. num. 3. lib. 3. vbi poſt Maſcard. de probat. concl. 1169. num. 40. vol. 3. dicit maximè eſſe ſtandum iudicio Chirurgorum, & poſt Marſil. conſ. 7. nu. 29. etiã dicit, quòd vbi adeſſet iudicium medicorum pro vulnere non læthali, res eſt expedita, vt non ſit vlterius dubitandum.

4 Et vulnus dicitur ſciſſura in cute, vel ſeparatio in corpore

corpore,seu mutilatio.Baiard.q.84. nu. 18.& sub nu. 19.& seq.dicit,ꝙ si fiat tumefactio propter percussionem,dicitur illatum vulnus, si eius causa sit facta scissura,seu separatio intrinsicè, licet ab extra non appareat,& ibi infert ad plura,& Dec.respons.4.n.12.vol. 3.ponit differentiā inter vulnerare,& percutere,& vide latè Moscatel.in pract.de cognit. & probat.delict. Rubr.de vulnerib.n.1.& seq.& Caualc.de Brach.reg. p.4.num.151.vbi dicit,ꝙ appellatione vulneris venit scissura in cute habēs opus medela, & ꝙ modica scissura, seu sgrafignatura non venit appellatione vulneris,& ꝙ vulnusculum in se non habet delictum,si tamē fuerit illatum cum pugno, vel vnguibus, & ibi etiam ponit quid in tumore, & destinguit,an debeat aperiri ferro, vel emplastro,vt in primo casu dicatur vulnus, secus in secundo, & ibi infert ad plura,& ꝙ leue vulnus non sit in consideratione,neq; pęnā mereatur,latè tradit Menoch.de Arbitr. cent.6.cas.553.vbi infert ad plura, & quę dicatur leuis percussio,siue leue vulnus relinquatur arbitrio Iudicis. Didac.Couar. in c. Alma mater.p.1.§.9.num.2.de sent.excommun.in 6.

5 Alij autem dixerunt, ꝙ vulnera mortalia, alia sunt omnino mortalia, & certa ad mortem, alia verò sunt non omnino mortalia,nec ad mortem certa. Boer.decis.32.n.3.in fin.& n.10.Petr.à Plach.Epit.Delict.lib. 1.c.13.sub num.4.vbi de communi.

6 Mortalia aūt.& certa ad mortē illa dicuntur, quæ nō requirunt curā,& consiliū Medicorū, quia statim vulneratus moritur,vt sunt vulnera,quæ cerebrū tangunt,vulnera autem non omnino mortalia,nec certa ad mortem sunt illa;ex quibus nō statim oritur mors, & quandoq;ēt mors non sequitur.Bal.cons.137.nu.5. lib.2. Corn.cons.283.n.4.in fin.lib.3.Boer.decis.325.
7 n.10. Rim.Iun.cons.121.n.6 lib.2. † qui exemplificat in vulnere, in capite, in gula, & in pectore illato, & Gram.cons.2.n.2. circa fin.loquens de vulnere in capite,vt sit mortale ratione cerebri,ꝙ est membrū diuinū,& n.3.dicit,ꝙ ex percussione in capite quis raro liberatur, vbi ēt firmat, ꝙ si Medici deponant quem ex vulnere obijsse, vt illa dictio, ex,denotet causam immediatam respectu vulneris, & post Hypp. in suis Aphorismis lib.6.nu.18.Blanch.in pract.crim.in 1.p. Defens.n.109. Petr.à Plach.Epit.delict.lib.1.c.13.n.4. qui alios allegat. Andr.Fachin.in cons.82. n.71.lib.3. etiam exēplificat in gula, pectore,cerebro,intestinis, vesica, ventriculo,iecore,corde,aut septo,& etiā idē Andr.Fachin.ibi n.72. post Hyppoc.lib.2.Prænotiarum,fol. 159. vers.moriuntur illi,qui cerebrum,spinalem medullam,hepar septum transuersum cor,vesicā, intestina,pulmonem,venam crassam,vel arteriam habent offensam, vel laceratam tantū, qui verò in alijs partibus vulnerati existunt,minimè moriuntur;& per istam distinctionem.Hyppocrat. Doctoris ita insignis debent omnia dubia resolui, ac etiam vulnus dicitur mortale, quando fuit illatum cum gladio acuto, vel cum alio instrumento ex quo non consueuit inferi plaga leuis.Horat.Carpan.super nou.constit.Mediol. capitulo Homicidia,num.110. vbi alios allegat.

8 Et licet dici soleat, quod dato vulnere in loco periculoso, difficile sit probare hanc negatiuam,vt post Bal.firmat Gram.in cons.2.num.4.tamen sub numero 7.etiam firmat circa finem, quod si emanauerint signa bona, & inferentia ad sanitatē satis dicatur probata negatiua,& apparere vulnus non fuisse mortale, & ex quibus præsumatur, quem decessisse ex vulnere, vel ex mala cura,vel negligentia,vel mixtam,quinque coniecturas ponit Menoch.cas.275.nu.1.& seq.lib.2. de Arb. sex ponit, ꝙ vulnus non esset mortale. Boer. decis.323.n.17.& seq.Horat.Carpan.vbi supra n.180.

9 Ac etiam datur vulnus,ꝙ non est omnino mortale, sed aliqualiter mortale,vel periculosum,Cępoll.cons. 61.n.12.& n.17.& seq.Gramm.d.cons.2.n.3.in fi.vbi facit differentiam inter vulnus periculosum, & mortale, quia potest stare, ꝙ vulnus à principio sit periculosum,& tamen non sit mortale.Moder. Rom. d.q. 127.n.7.& seq.& ob id Periti referentes vulnus fuisse, vel esse periculosum seu malum non probant vulnus fuisse de necessitate mortale,latè Moscatel.de cognit. & probat.delict.rubr.de vulnerib.num.30.

10 Et licet ex supra firmata opinione Hyppocratis possit discerni, quæ vulnera in parte corporis illata possint dici mortalia,vel non mortalia,tamē pro maiori defensione inquisiti referā alios casus magis specificos, qui non sunt mortales, & in specie vulnus in digitis non dicitur mortale.Cępoll.cons.28.col.3. sub vers.item sunt duo. Dec.cons.415.sub n.3.& per tot. cons.Andr.Fachin.d.cons.82. nu.69.71.vol.3.licet in Vrbe in Ecclesia Sanctæ Mariæ de populo, aliter legatur,quia vnus fuit interēptus ex morsu vnius felicis indigito, & ob id inscribitur ibi Nouū genus mortis.

Nec vulnus in manibus dicitur mortale. Cępoll.d. cons.28. col.5. vers.Item sunt.Dec.d.cons.415.Andr. Fachin.d.cons.82. n.69.71.72.vbi in fine Consilij testatur, quod omnes illi inquisiti de vulneribus illatis in digitis, & manibus, fuerunt à pœna homicidij absoluti,& solum condemnati in pœnam exilij,& in pœnam pecuniariam.

Nec ēt vulnus in brachio dicitur læthale.Corn.cōs. 283. lib.3.Cępoll.cons.61.n.16.Bal.cons.136.n.4.lib. 2.Andr.Fach.cons.82.n.72.lib.3.nec in natica.Marsil. cons.7. nu.52.Blanc.in Tract.crim.in 1.p.Defens.nu. 136.Andr.Fachin.d.cons.82.n.71.vol.3.licet hoc non placeat. Menoch.cas.275.num....

Nec vulnus in facie dicitur læthale quamuis magnum fuerit, cum videamus quotidie plures viuere cum maxima cicatrice in facie, & ad senectutem peruenire,Boss.tit.de inquisition.n.111. Gramm.consilio 39. num. 19. & facies dicitur à fronte ad Barbam, & ab vna articula ad alteram. Ang. in l.si quis in metallum. C. de pœn.Ang.de malefic.in verb.in facie Galganett. in addit. ad Statuta Vrb.lib.2.cap.64.vers.faciem, Cicatrix dicitur, quæ vultum excęsat,vel deturpat,& post sanatum vulnus remanet,& est duplex deformans,& non deformans;& in quo cicatrix differata signo vituperali; & an sit cicatrix remansura,committitur peritis,& stabitur eorum dicto, & debent deponere de credulitate, vt pro singulis.Galganett. vbi supra adducit auctoritates,& appellatione membrum veniunt proprie illa, quibus diuerso,ac proprio officio corpus mouetur.Bar.in l.publicorum nu. 13.ff.de public.Iul.Clar.q.69.vbi Baiard.latè Pet.Caball.cent. 3. cas.236. per totum,& est differentia,an membrum dicatur debelitatum, mutilatum,vel deturpatum,latè Cassan.in consuet.Burg.Rub.1.§....n.3.& seq.vbi ponit,an lingua, nasus,labia,dentes,Mammelle sint mēbrum, & digitus in artifice,ac Barba,vide doct.adductos per Galganett.in d.c.64. lib.2. ad Statut. Vrb.& dicā latè infra in defens 33. c.6. & quib.pęnis debeat puniri,

puniri, qui aliquem in facie vulnerat vide latè Caualc. de Brach.reg.p.4. n.152.& Farinacc.quæſt.18.num. 97.& ſeqq.

Quibus peritis, & Medicis in iſta materia ſtandum ſit circa vulnera, & corpus delicti.

SVMMARIVM.

1 *Peritis, & medicis ſtandum eſt an vulnus eſſet, vel non eſſet mortale, & an vulneratus obierit ex vulnere, vel ex mala cura.*

2 *Medico, qui curauit vulneratum an ſit ſtandum, quod vulneratus obierit ex vulnere.*

3 *Peritis etiam creditur in iſta materia, quamuis non ſint Doctores, vt ſi eſſent barbitonſores.*

4 *Peritis, & Chirurgis magis creditur Doctoribus, quam non doctoratis.*

5 *Medico, vel Chirurgo quando magis ſit credendum.*

6 *Seniores magis periti in arte præſumuntur, at qui maiora ſtipendia a publico percipiunt.*

7 *Peritis reddentibus meliorem rationem magis creditur, quam alijs.*

8 *Medicis magis creditur tribus, quam duobus.*

9 *Periti debent inſpicere cadauer, & illud exhumari facere ad cognoſcendum ſi vulnera fuerint, vel non fuerint mortalia.*

10 *Medici, vel periti poſſunt diſcernere vulnera an fuerint læthalia, vel non læthalia ex genere armorum, quo fuit illatum vulnus.*

11 *Fœminæ, & ſerui periti cum etiam ipſi poſſint eſſe Medici admittuntur.*

12 *Peritis magis ſtatur, quam teſtibus deponentibus de qualitate vulneris, etiamſi eſſent numero pauciores.*

13 *Peritis an ſit ſtādum ſine iuramento vel cū iuramēto.*

14 *Periti debeant deponere de credulitate, vel coram iudicio, vel de veritate.*

15 *Periti duo requiruntur, & vnus non ſufficit.*

16 *Quid autem ſi in loco non adeſſet niſi vnus peritus.*

17 *Peritus in loco in dubio, non præſumitur vnius præſertim ſi locus ſit inſignis vt ciuitas.*

18 *Perito vnico ſtandum non eſt, etiamſi in loco non adeſſent plures periti ſecundum Abbatem, & ſequaces.*

19 *Sed contra Abbatem tenent alij Doctores, vt vnus peritus ſufficiat quando in loco alij non adſunt, nec ſit mittendum ad loca vicina pro alijs medicis, etiam ſi agatur de vita hominis.*

20 *Author hic conciliat iſtas contrarias opiniones.*

21 *Perito vnico de conſuetudine ſtandum eſt. Declara tamen vt ibi.*

22 *Peritus, vel imperitus in propoſito quis dicatur.*

23 *Peritis Iudæis, & infidelibus non creditur in iſta materia.*

24 *Peritis deponentibus contra notorium non creditur.*

25 *Vulnus notoriè læthale quando dicatur.*

26 *Peritis, vel medicis, qui non curarunt infirmum an ſtandum ſit deponentibus ſuper qualitate vulneris, aliqui tenēt partem negatiuam, alij autem affirmatiuam, & Author conciliat iſtas contrarias opiniones.*

27 *Medicis, vel peritis quibus magis credendum ſit an deponentibus de mortalitate, vel non mortalitate.*

28 *Periti, vel Medici quomodo a iudice, vel a partibus intelligendi, & an requiratur in eorum electione, vel relatione citatio.*

CAP. XII.

1 EST regula ſatis trita, vt relationi peritorum ſtandum ſit an vulnus eſset mortale, vel non, vel an
vulneratus obierit ex vulnere, vel ex alia cauſa. Rim.
Iun.conſ.121.n.5.lib.2.Moder.Rom.q.127.n.101.&
ſeq.vbi alios cumulauit, Maſcard.de probat.concluſ.
1034.n.5.& ſeq.vol.3.Fului.Pacian.de probat.lib.1.c.
47.n.1.Iacob.Ayrer.in tract.de homicid.p.2.n.57.vbi
firmat quod ita ſeruatur in practica, nu.69. Bertazz.in
conſ.85.nu.27. vol.1.Petr.Caball.in qq.crim.cent.3.
caſ.248.n.37.vbi alios allegat Baiard.in §.homicid.n.
155. latè Moſcatell. in pract.de cognit & probat.delict.rub.de Vulneribu.læthalib.n.159.Card.Tuſch.in
2 litt.P,concl.286.nu.3. † ſed Corn in conſ.194.n.1.in
fin.lib.2.videtur tenere non eſse ſtandum medico, qui
curauit vulneratum dicenti obijſse ex vulnere, & non
ex mala cura, cum videatur deponere ad ſui exculpationem, & ibi reſpondit Bologn.in conſ.5. nu.20. Sed
Moſcatel. vbi ſupra n.24. & ſeq.dicit veriorem, & tutiorem practicam eſse, vt vltra atteſtationes medicorum habeatur etiam atteſtatio aliorum teſtiū nō peritorum, qui deponant etiam an vulnus eſset mortale,
vel quo genere armorum eſset illatum, & comprobēt
medicorum atteſtationes per famam. Horat.Carpan.
ſuper nou.conſtit.Mediol.c.homicida, num.121.& n.
164. & ſeq.dicit eſse ſtandum arbitrio iudicis, qui debet adhibere diligentiam ſuper atteſtatione dd. peritorum, & quod ſit in arbitrio iudicis, qui conſiderabit
omnia, an ex vulnere, vel ex mala cura deceſserit, poſt
Marſ.in pract.§.& quia, n.16.& conſ.7. n.27. teſtatur,
quod ita tenent omnes, Card. Tuſch. in litt. P,concl.
286.n.6.cum medici per corruptelam, vel per amicitiam in fauorem inquiſiti ſoleant cōmittere fraudes,
Clar.§.homicidium, n.43.verſ.ſed certe apud nos.
3 Et adeò creditur peritis, & medicis, etiāſi non ſint
Doctores, ut ſunt barbitonſores. Boer.deciſ.323.n.20.
Iul.Clar. §.homicidiū, n.34. ubi firmat, ꝙ ita ſeruatur
in pract. Moder.Rom.d.q.127.n.105.ubi concordantes cumulauit, & teſtatur de communi. Bertazz. conſ.
85.n.26.in fi.loquitur in Tonſore, & ibi Adden.in lit.
N, loquuntur in empirico, Andr.Gayl.obſeru.11.n 12.
lib.2. Bertazzol.conſ.85.n.26.in fi.lib.1.& ibi Claud.
in littera N, ubi etiam quid de empirecis Maſcard.
de probat.concluſ.1034.num.11.uol.3.Fulu.Pacian.
d.lib.1.c.47.n.131.& ſeq.Moſcat.ubi ſupra, num.36.
Card.Tuſch.in litt. P,concl.286.num.65.
4 Bene uerū eſt peritis, & Chirurgis Doctorib.sēper
magis erit credendū, quā non doctoratis barbitonſoribus, ſeu Chirurgis, Fulu.Pacian.in d lib.1.c 47.num.
5 146. & 159.Moder.Rom d.q.127.n.107. † Ac etiam
ſi duo eſsent famoſi medici, quorum alter Phyſicum
tantū profiterentur, alter uerò tantū Chirurgiā exerceret, & quæſtio uerſaretur tantū circa uulnus magis
erit credendū Chirurgo, quā Phyſico, & è contra Pa-
6 cian.d.lib.1.c.47.n.161. † Ac etiam magis periti præſumuntur, qui ſeniores ſunt in illa arte, uel qui maiora
ſtipēdia a publico percipiunt. Pacian.ubi ſupra, n.168
& magis creditur ſenioribus. Cępoll.conſ.63.col.5.in
fi.uerſ.& in quantum. Carrer.in pract.crim.§.circa n.
333.Andr.Fachin.conſ.82.num.67.uol.3.
7 Ac etiam magis creditur illis, qui reddunt meliores, ac naturales rationes, Bal.in c.1. col.5.quib.mod.
Feud.amitt. Andr.Fach.in d.conſ.82.num.66.

17 Sed in dubio non præsumitur, quod in loco adsit vnus solus peritus, præsertim si locus sit insignis puta Ciuitas, nisi probetur, Alex. in addit. ad Bar. in proœm. ff. n. 9. in litt. I, in verb. habeo tacere, Cępoll. conf. 61. nu. 5. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. §. ij igitur excusantur nu. 4. Moder. Rom. d. q. 127. num. 154.

18 Contrariam opinionem, quod vnus solus non sufficiat, etiam quod plures in loco non reperiantur, sed necessarium sit ex locis vicinis alium conducere, quando agitur de graui præiudicio. Abb. in c. propofuisti n. 5. vers. ego potius extra de probat. qui propriè loquitur, quando agitur de vita hominis. Mascard. de probat. concl. 1034. n. 25. & alij relati per Pacian. in d. lib. 1. c. 47. n. 36. Soc. regul. 16. Fallent. 11. Card. Tusch. in litt. P, concl. 286. num. 79.

19 Sed cōtra Abbatē, & eius sequaces, vt sufficiat vnus peritus quando in loco alij nō adsunt, etiāsi agatur de causa criminali, & de vita hominis, & nō requiratur, vt mittatur ad loca vicina pro alijs medicis post alios, quos allegat tenet Fulu. Pacian. de prob. d. lib. 1. c. 47. n. 36. in fin. vbi testatur de communi contra Abbat. & ibi concordantes allegat. Mascard. de probat. d. concl. 1034. n. 26. & alij eamdem opinionem sequuntur, quos refert Moder. Rom. d. q. 127. n. 156. & firmat, quod ita à Doctoribus magis communiter tenetur contra Abbatem, & de communi etiam contra Abb. testatur Moscatel. vbi supra, num. 34. vers. Nam communiter contra Abb. & quod de consuetudine vnus medicus peritus sufficiat super vulnere læthali, vel non mortali, & an vulneratus decesserit ex vulnere, vel ex febri, post Clar. in §. Homicidium. n. 43. testatur Card. Tusch. in litt. P, conclus. 286. num. 77.

20 Possunt autem dictæ contrariæ opiniones reduci ad concordiam, quod si agatur de loco, à quo alia loca sunt multū remota, nō sit necessariū ad illū locū mittere, etiāsi ageretur de re ardua, & magni præiudicij. Boer. decis. 324. n. 24. Steph. Labertengh. de contract. cor. gl. 1. n. 206. Moder. Rom. d. q. 127. n. 148. Mascard. de probat. d. concl. 1034. n. 25. in fin. Addent. ad Pacian. d. lib. 1. cap. 47. num. 36. in litt. N.

Item si peritus eligatur à Iudice, vel à partibus ex consensu, & tunc vni soli credatur, secus si ab vna tantum parte eligatur, quia tunc vnus non sufficit, sed erit mittendum ad loca vicina pro alio perito. Fului. Pacian. de probat. lib. 1. c. 47. n. 41. & seq. vbi concordantes allegat, & sequitur Modern. Rom. d. q. 127. nu. 157. & 162. qui Pacian. ibi n. 43. dicit procedere, etiāsi partes tacitè consentirent, veluti quando Iudex eligeret vnum, cuius dicto diceret se crediturum partibus præsentibus electioni, & non appellantibus infra debitum tempus.

Vel si mittatur per Iudicē peritus ad inspiciendum vulneratū, seu cadauer ad instantiā partiū contendētiū, puta quis eorū mortaliter vulnerauerit, vel etiam quando est cōtentio inter Fiscū, & vulnerantem super mortalitate vulneris, & tunc requirantur duo periti, & si in loco non adsit nisi vnus mittatur ad loca vicina pro alio perito, secus si adhuc cōtentio aliqua nō fuerit inter partes, vel Fiscum, sed iudex à principio illati vulneris misit Medicum cum Notario ad visitandum vulneratum, vel cadauer, & ad faciēdam visum, & repertum, quia tunc vnus solus Medicus sufficit, nec est mittendum ad alia loca vicina pro alio Medico secundum Blanch. in Pract. in 1. p. Defens. §. ijs sic præmissis num. 88. Moder. Rom. d. q. 127. n. 160. vbi in fin. dicit, quòd non est mala distinctio, quam veram puto, quando non controuerteretur, deinde à partibus inquisitis super qualitate vulneris si potuerit illum decedere ex dicto vulnere, vel ex alia causa, quia tunc omnino teneo, quòd deberent esse duo Medici, cum agatur de vita hominis per ea, quæ supra dixi.

Si autem peritus fuisset à publico deputatus, & salariatus, tunc sufficit vnus solus, latè Pacian. d. lib. 1. c. 47. n. 39. & seq. & alios concordantes etiam post Pacian. adducit Moder. Rom. d. quæst. 127. nu. 161. Moscatell. vbi supra num. 34.

Quando autem esset Medicus, qui fuit adhibitus ad curam vulnerati, & tractaretur si vulnus esset mortale, vel non, vel si vulneratus obierit ex vulnere, vel ex alia causa, ille solus sufficeret Bald. nu. 137. nu. 2. & 4. lib. 2. Gram. conf. 49. n. 11. & seq. Aretin. conf. 58. n. 45. tom. 2. crim. in paruis, Card. Tusch. in litt. P, conclus. 286. n. 66. Moder. Rom. d. q. 127. n. 165. licet videatur posse dici esse suspectum, cum dicatur deponere ad sui exculpationem, ne dicatur vulneratum decessisse propter eius imperitiam, per ea, quæ tradit Cornel. conf. 194. sub nu. 1. in fin. lib. 2. & Andr. Fachin. conf. 82. num. 66. & seq. lib. 3. quibus tamen bene respondit Bolognet. conf. 5. num. 20.

Si cū assertione vnius Medici cōcurrerent alia adminicula Doct. admittunt ei esse credendū. Bal. conf. 137. n. 5. lib. 2. vbi loquitur, quando concurreret longitudo vitæ, aut mala cura infirmi, aut quid simile, qui dicit, quod isto casu absque dubio statur vnico Medico. Anchar. conf. 283. n. 3. & seq. vbi loquitur, quando cōcurrit, quia vulneratus reconualuit, & obijt infra breue tempus. Mascard. de probat. concl. 1034. n. 31. Moder. Rom. d. q. 127. n. 166. 168. & seq. Pacian. de probation. lib. 1. c. 2. nu. 46. qui tradunt magis procedere quando ageretur de absolutione rei.

Ac etiam si statuto disponeretur vnico Medico standum esse, ei statur, & talis dispositio municipalis præualebit dispositioni iuris communis, August. ad Angel. de malefic. in verbo vna alia percussione, numero tertio. Petr. a Plac. Ep. Delict. lib. 1. cap. decimo tertio, numero decimo, cum alijs adductis per Modern. Roman. quæst. 127. num. 167. Si verò à lege, vel statuto certus numerus præfigeretur, seu taxaretur, vt deponere debeat, tunc vnus non sufficeret, sed essent alij vocandi à locis vicinis ad supplementum legis, vel statuti Fului. Pacian. de probation. libro 1. capitulo 47. numero 47. vbi concordantes allegat, & ibi subdit, & ob id cum ex legis dispositione requirantur septem Doctores ad minus in doctorando scholare, ideò si non erunt septē in Ciuitate oportebit mittere ad loca vicina pro supplendo numero.

21 De consuetudine autem, quicquid sit de iure, vnus medicus sufficiat secundum Iulium Clarum in §. homicidium num. 34. vbi, & hoc loquendo de iure, & ante eum Caslon. in tract. de indic. & tortur. & atrocit. præmedit. capitulo secundo, sub num. 2. Modern. Roman. d. quæstione 127. num. 170. dicit, quod ita seruatur hic in Curia Romana, quando peritus eligitur à iudice, vel ex eius officio, si verò partes discordant, vnaquaque pars eligit suum, vel concordant in vno, vbi subdit, & cum hac distinctione possunt procedere, latè dicta per Eugen. consilio 64. numero 43. & sequent. qui videtur omnino improbare. Iulius Clar. &

Clar. & q loquatur contra omnia iura requirentia in quolibet actu duos testes,& Eugen.declarat,q si agatur ad effectū,vt cōstet de corpore delicti,vt per iudicē in causa ,pcedi possit sufficiat vnus Medicus,secus quoad aliū effectū quando adest cōtrouersia inter ipsas partes, quia tūc duo requirūtur, sed de eadē consuetudine,vt standū sit vnico Medico,testatur Sigism. Scace.in tract.crim.c.83.n.13.Sed tutius erit semper habere duos peritos. Caualc.de Brac.reg.p.3.n.163. & quando standum erit vnico perito debet esse idonior,vel ex magis idoneis,post Alex.in cons.174. in fi. lib.2.Card.Tusch.in litt.P,concl.286.num.78.

22 Peritus autem, uel imperitus medicus,quis dicatur Masc.de prob.concl.1034. n.24. lib.2.ubi dicit,quod medicus nouellus dicitur imperitus, Fulu. Pacian. de probat.lib.1.c.47. n.28.dixit post alios,quos allegat illum reputari artificem peritum,qui diū se bene gessit in arte sua,& nu.130. qui ter se bene habuit in suo exercitio, nec credatur alicui dicenti se peritum esse, nisi concurrat saltim depositio unius contestis. Aret. in c.proposuisti,n.15.extra de probat.Pacian.d.lib.1. c.47. n.151.& seq.& caueant iudices,quia Medici & periti solent iudicia fallacia reddere iuxta vota petētiū sub spe numi, quia inter homines auaros connumerantur. Mascard. de prob.in uerb.Auaritia,concl. 150. n.3.lib.1.& si reperiantur,ac detegantur in eorū relationibus falsi debent puniri,ut exclamat nouissimè Franc. Bernard.Mediol.in schol.ad Ambrosi.de mod. form. process.inform.lib.1. c.1. n.15.& 18.ubi testatur, quod ob id quidam Chirurgus fuit tribus ictibus funis publicè punitus ,& quod ipse habet alium præmanibus in defensione , sed qualis futurus erit euentus, ignorat, & si nolint periti deponere, possunt cogi à iudice .Caualcan.de Brachio Regio parte secunda, numero 164.

23 Primo limita , ut Medicis iudæis, & infidelibus super mortalitate uulneris deponentibus non credatur. Plach.epit.delict.lib.1.c.13.n.12.uers.tertio intelligo. Moder.Roman.q.127.num.202.

24 Secundo limita in notorijs, quando cōstat notoriè, quod vulnus est,uel non est mortale,in quibus non requiritur iudiciū Medicorū, neque attenditur. Carrer. in pract.crim.in 3. tract.de homicid.& assass.§.11.igitur excusantur,n.181.Petr.a Plach.epit.Delict.lib.1.
25 c.13.n.8.in fi. † ubi subdit tunc esse uulnus notorium læthale , quando fuit in corpore, uel in alia corporis parte periculosa illatum,& Modern.Roman.d.quest. 127.num.124.

26 Tertio limita, quando Medici nō uiderūt,neq; curarunt infirmū,uel uulneratū, neq; illum ui sitarunt,ut nō possint deponere super qualitate uulneris, uel eius mortalitate.Corn.cons.283.n 4.uer.ex quibus uidetur lib. 3. quia potest esse , quod à principio non fuerit mortale , sed curabile,& postea deuenerit mortale,& incurabile. Aret.cōl.58. n.46.to.2.crim.in paruis,Sed contrarium uoluerunt idem Corn.in cons. 104. n.16. lib.2. Cepol.cons.61. nu.5.7.& 8.ubi dicunt sufficere Medicos esse certificatos de qualitate uulneris , de parte corporis uulnerata, & de instrumento, quo fuit uulnus illatum , & Blanc. in Tract. Crim. in 1. parte Defens. §.ijs sic præmissis,nu.83. in fine,Carol.Alba. cons.12. numero 10. Mascard.de probat.libro secundo,conclus.1034.num.46.Petr.Caball.in quæst.crim. cas.248 num.38.cent.3.

Bene verū est, q Medici curantes infirmum solēt, vt plurimū asserere vulnera esse mortalia,ac periculosa, vt videantur magna,& quandoq; miracula fecisse ad instar Æsculapij,quē mortuos ad vitā arte medicinæ reuocasse testatur,vt refert Andr.Fachin.cons.82. n.73.sub vers.nec refert lib.3.Sed vera resolutio est,q Medicis magis sit credendū illis,qui verè interfuerūt, & vulnus inspexerūt,quā illis,qui curę nō interfuerūt, neque sic assiduè vulneratū curarunt.Bologn.cons.5, nu.19. Ang.Aretin.in d.cons.58. n.46. tom.2.crim.in paruis,licet etiam in hoc contrarium voluerit,Cepol. cons.66. n.17.iuncto,n.22.& n.23.& 24.in fin.& Fachin.in d.cons.28. n.66.& seq.etiam dicit esse magis credendum alijs, qui verè non interfuerunt ob rationem ab eo allegatam, nempè quando ipsi medici curarunt infirmum contra regulas medicinæ, quia tunc dicerentur deponere ad eorum excusationem,& ibi ponit exemplum, quando medici nimiam sanguinis euacuationem commiserunt,quia si dicunt esse impurum ex vulnere eis non crederetur .

27 Ac etiam solet dubitari quibus medicis magis sit credendū,an deponētibus p mortalitate,vel nō mortalitate, & pro vera resolutione est dicendū, q si vulnus fuerit illatū in capite , vel in alia parte corporis periculosa, vel vulnus fuerit magnū, vt sit magis credendū deponentibus vulnus esse læthale,& vulneratū mortuum ex vulnere,Boer.decis.323. n. 10. in fi.& n. 24. Cepoll.cons.61. n.13. Dec.cons.415.nu.3.& seq. Mascard.de prob.concl. 1034. n.7.& post istos Peregr.Iannin.in Tract.de cit.real.lib.1.c.2.n.54.vers.& si fuerint Andr.Fachin.cons.82. nu.70. lib.3. vbi reddit rationem , & satis fit, quod dicant vulnera non fuisse læthalia, vt vulneratus non dicatur mortuus ex vulnere , sed ex mala cura , vel regimine , Afflict. super Constitution. Regn. lib. 3. rubrica 51. numero septimo , Decian. consilio decimo quinto, numero septimo,Andr.Fachin.consilio 82.numero 63.libro tertio, vbi loquitur eo magis procedere, quando redderent bonas rationes , per quas induceretur noua occasio mortis, vt in nimia sanguinis euacuatione, & post Signorl.in cons. 115. in fin.Card.Tusch.in litt.P,concl. 286. n.4.firmat,quod in tantum credendum sit medicis,vel peritis,quod vulnus non fuerit mortale,& vulneratus fuerit mortuus ex alio,vt confessio rei contraria reuocetur tamquam erronea.

Licet alij simpliciter teneant , q data paritate, vel æqualitate medicorū magis sit credendū attestātibus vulnus non fuisse mortale,latissimè Petr. à Plac.Epit. Delict.lib.1.c.13.sub n.10.vers.sequitur etiam dubiū, & vers.seq.vbi testatur hanc opinionem tanquam mitiorem esse tenēdam post multos ob eo relatos contra opinionem,Boer.decis.323.sub n.24.vers.& quando in motiuo, vbi subdit,quod cōtraria allegata,adeò sunt frigida, vt nō egeant confutatione,& hanc eādē opinionem sequitur Carrer. in pract.crim.§.circa nu. 333. circa fin. vers.aliqui verò,vbi pro hac opinione citat. Bald.Anch.Soccin.Felin.Rom.& Marian.licet subdat non procedere in magno vulnere,& hanc opinionē tuetur And.Fachin.in d.cons.82.n.68.vt magis sit standum attestantibus pro non mortalitate, & idē voluit post alios,quos allegat in cons.38.n.5.sed vide distinctionem quam facit Mascard. de prob. conclus. 1034. n.45.& seq.vol.2.Baiar.in §.homicidiū,n.152. & seqq. Horat. Carpan. super nou. constit. Mediol. cap.Ho-

cap. Homicida, num. 166. dicit quod tutius erit esse iudicio iudicis, & eius arbitrio, standum, consideratis qualitate, loco vulneris, relatione medicorũ, maximè illa, quæ fit tempore quo denunciant vulnera, ratione eorum officij, ac considerata long tudine tẽporis, quo superuixit post illatum vulnus, & alijs circumstantijs, & qualitatibus, an ex dicto vulnere, vel ex alia causa decesserit, & sub n. 177. in specie debet considerare si incõtinenti decesserit, vel si post illatum vulnus cõtinuo de malo in peius processisset, tunc ex vulnere dicatur decessisse, secus si fuerit visus post illatũ vulnus post triduum ire cum baculo, vel si probatum fuit, ꝙ post ea recuperauit sanitatem, & quod in dubio post publicatũ processũ potest iudex ex officio examinare testes super veritate, & si deponant vulnus potuisse fieri manualiter, vel cadendo debet præsumi euenisse cadendo ad exclusionem delicti. Menoch. de pręsũpt. lib. 5. præsumpt. 2. nu. 1. Mar. Ant. Macer. lib. 1. resolut. 36. nu. 13. & seq. & ꝙ sit in arbitrio iudicis iudicare an vulneratus mortuus si ex vulnere, vel ex alia causa, ita tenẽt omnes, vt testatur Mars. in pract. §. & quia, n. 16. cons. 7. n. 27. & Card. Tusc. in lit. P, concl. 826. num. 6.

Et alias declarationes ad istũ articulũ quibus medicis magis sit credendũ ponit latè Moder. Rom. in q.
28 127. n. 141. cũ plur. seq. † vbi ẽt ponit quomodo a iudice, vel a partibus sint dicti periti eligendi, & an requiratur citatio in eorũ electione, vel relatione & latè etiam ponit istam materiam peritorum nouissimè, Card. Tusc. in lit. P, concl. 289. per totam vbi declarat quando sententia peritorũ transeat in iudicatũ, & in qua parte iudicij possint recipi, & quãdo eligi debeat tertius peritus, & cuius qualitatis esse debeat, & an dicta qualitas sit probanda, & vsque ad quam vicem talis electio peritorum fieri possit vt tollatur in finitas.

De corpore delicti in assassinio quomodo dicatur constare.

S V M M A R I V M.

1 *De assassinij corpore quomodo constare debeat, vt si pecunia pro homicidio committendo fuerit data.*
2 *Mandans, & mandatarius probari debent, vt detur corpus assassinij.*
3 *Assassinij crimen non datur, si mandans interfuerit homicidio.*
4 *Assassinium probatur, etiamsi interuenerit promissio pecuniæ, etiam si fuerit facta sine aliqua scriptura.*
5 *Assassinium non inducitur si committatur homicidium pro complacentia alicuius.*
6 *Assassinium non inducitur per simplicem pollicitationem, sed requiritur mutua promissio, & obligatio.*
7 *Assassinium, vt inducatur, requiritur, vt promissio fuerit acceptata.*
8 *Ac etiam requiritur, vt promissio sit certa.*
9 *Assassinium in non subiecto, vt inducatur, requiritur datio vel promissio, secus in filio, vel alio subiecto, in quibus non cadit assassinium.*
10 *Promissio facta pro expensis, damnis, & interesse pro homicidio committendo non inducit assassinium.*
11 *Assassinium an probetur per indicia, & coniecturas.*
12 *Indicia, & coniectura debent esse indubitata ad effectum condemnandi.*

C A P. XIII.

1 IN isto crimine assassinij dicitur constare de illius corpore, quando probatur, quod aliquis accepta pecunia ab aliquo mediante mandato alterum occidit, c. pro humani de Homicid. in 6. qui tex. licet videatur loqui de mandante, tamen cõmuniter receptũ est vt habeat etiã locum in mandatario, Ant. Gomez tit. de delict. c. 3. n. 10. vbi de cõi, Pet. a Plach. Epit. delict. lib. 1. c. 10. num. 2. & seq. vbi de recepta sententia, Ant. Gabr. lib. 7. concl. 1. n. 1. & 32. Dec. in tract. crim. lib. 6. c. 28. n. 18. cũ alijs congestis per Moder. Rom. q. 123. n. 1. & assassinium dicitur homicidium ex proposito factum ab vno, & ab altero mandatum præcio siue pecunia, vel alia re data, vel promissa. Caual. de Brac. reg. part. 1. num. 76.

2 Et oportet, vt probẽt mandãs, & mãdatarius, alias nõ diceretur cõstare de corpore assassinij latè Eugen. cons. 76. n. 135. vbi subdit. ꝙ si quis occidit aliquẽ sub spe successionis, nõ erit assassiniũ, prout si quis occidat aliquem in strata publica, & illũ derobet, non erit assassinium, sed homicidium cum furto, Boss. tit. de foro compet. num. 142. Caualc. d. part. 1. num. 78.

3 Ac etiam debet probari absentia mãdantis, quia si fuerit cõmissũ homicidiũ eo presente, etiam pecunia interueniente, non daretur assassinium, vt post alios, quos allegat, firmat Bertazz. cons. 143. n. 13. volum. 1. Hier. Gabriel. cons. 170. in 1. dub. vol. 1. Andr. Fachin. cons. 83. num. 10. lib. 3.

4 Et diceretur ẽt constare de assassinio, si probaretur promissio pecunię Sal. in l. nõ ideò minus, nu. 36. C. de accusat. Carrer. in praxi. crim. tit. de homicid. §. circa tertium in princ. vbi de cõi. Flam. Paris. de confident. q. 32. n. 49. vbi etiam de cõi, Ant. Gabr. lib. 7. de crim. concl. 1. n. 1. & seq. vbi de comm. idem Paris. de confid. q. 66. n. 24. etiamsi promissio fuerit facta sine scriptura, vel alia cautela, Gram. vot. 9. nu. 2. Iodoc. in pract. crim. c. 83. Rub. de assas. nu. 2. Mascar. de prob. concl. 138. n. 1. in 1. ampliat. lib. 2. Ant. Gabr. concl. 1. n. 3. lib. 7. cum alijs allegatis per Moder. Rom. q. 123. n. 36. & seqq. & ita etiam disponitur hic in Curia per bannimenta ædita de anno 1591. cap. 36.

5 Si verò non sub spe præmij, sed vt alicui cõplacẽtia quis aliquẽ interficiat, licet aliqui voluerint ꝙ dicitur cõmitti crimẽ assassinij, & probata cõplacentia dicatur cõstare de assassinio. Dec. in tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 16. Viu. opin. 74. sub n. 1. Addentes ad Iul. Clar. in §. Assassinium in lit. N, cum alijs adductis per Modern. Rom. q. 23. num. 38. Tamen veritas est, quod etiam si probaretur dicta complacentia non diceretur probatum corpus assassinij Hier. Gabr. cons. 170. nu. 15. & seqq. libro 1. vbi latè, & ibi reddit bonas rationes, & concordantes adducit Viu. opin. 14. sub numero 1. vers. tertio, quod assassinij, latè Honded. consil. 93. num. 97. & sequen. volum. 2. vbi relatis contrarijs hanc opinionem tuetur Moder. Rom cons. 10. nu. 6. vbi de communi.

6 Nec si probaretur simplex pollicitatio, diceretur constare de corpore assassinij; nisi probetur tractatus, Gram. vot. 11. n. 19. Rim. Iun. cons. 685. n. 12. & seqq. vol. 6. Honded. cons. 93. num. 66. volum. secundo, vbi de communi latissimè Modern. Roman. consilio 10. num. 4. vbi de communi, & ibi refert, quod Doctores

volunt, vt interueniat contractus mutuæ voluntatis, vt ſi contr actus fuiſſet licitus, potuiſſet cogi ad ſoluendum.

7 Ac etiam requiritur, vt promiſſio fuerit acceptata, Doct. cumulati per Add. ad Modern. Rom. in conſ. 5. in littera K, verſiculo limitatur tamen, & latiſſimè ipſe Modern. Roman. conſil. 10. num. 4. & ibi teſtatur de communi, nec in hoc ſufficeret dicere, quod præſumatur acceptaſſe oblationem, vti ſibi fauorabilem, ſed requiritur, vt dicta acceptatio expreſsè probetur, vt latè etiam declarat Rim. iun. conſ. 685. num. 14. & ſeq. volum. 6.

8 Ac etiam debet probari promiſſio certa, nec ſufficeret ſi fuiſſet generalis. Riminald. Iun. conſ. 685. nu. 22. vol. 2. latè Eugen. conſ. 76. nu. 148. lib. 1. & Hond. conſil. 193. num. 66. verſiculo aſſerentes, & numero . ver. nam ſi promiſſio generalis, vbi de communi, & alios adducit, volumine primo, ſed pro iſto articulo vide Doct. adductos per addẽtes ad Moder. Rom. in conſ. 5. in litt. K, verſ. limitatur 2.

9 Tamen Doctores videntur diſtinguere, quod in non ſubiecto præfata omnia requirantur, ſed in filio, vel alio ſubiecto non requiratur datio, vel promiſſio, vt latè declarat Rim. Iun. d. conſil. 685. nu. 22. vol. 6. vbi concordantes allegat. Hond. d. conſ. 93. num. 68. verſ. ſolum quidem vol. 2. qui etiam concordãtes cumulauit, ſed bene dicunt, quod deinde in ſubiecto non cadat qualitas aſſaſinij, latè Maſcard. de prob. concl. 138. nu. 15. vol. 1.

10 Nec minus ſi probaretur, quod fuerit aliquid promiſſum pro expenſis in delicto committendo, vel ſi delictum committeret, faceret ipſum à curia liberari, vel ſoluet quicquid opus erit pro liberatione obtinẽda, vel ſi aliquid ſibi fuit largitum pro reditu ad locũ vnde venerat ad delictum committendum diceretur probatum aſſaſſinium. Eugen. conſ. 86. num. 139. vbi alios concordantes allegat, nec ſi aliquid ſibi fuerit commodatum, vel mutuo datum. Mod. Rom. conſ. 10. num. 5. & multa alia ſi fuerint probata in iſto crimine adhuc non diceretur conſtare de aſſaſſinio, quæ cumulauit. Modern. Rom. in quæſt. 123. nu. 19. cum multis ſeqq.

11 Et tandem videntur concludere Doctores, quod in iſto crimine aſſaſſinij ad illud probandum ſufficiant præſumptiones, coniecturæ, ac argumenta, vt apertè legitur in cap. pro humani de homicid. in ſexto, vbi omnes Doct. Gram. vot. 18. n. 6. Carrer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. & aſſaſ. §. circa igitur, nu. 29. in fi. Maſcard. de probat. concl. 137. num. 1. vol. 1. vbi concordantes allegat, Moder. Rom. quæſt. 86. nu. 41. & q. 122. nu. 46 vbi de communi, Decian. in tract. cri. p. 2. lib. 9. c. 30. tit. de mand. puer. interced.

12 Et iſta indicia, ac probabilia argumenta in iſto crimine ad effectum condemnandi in pœnam ordinariã interpretantur, vt ſint indicia indubitata, ſecundum veriorem, & communem opinionem atteſtatam per Modern. Roman. in dicta q. 86. nu. 43. & nu. 48. vbi licet referat alios contrarium tenentes, vt non requirantur indicia indubitata, & quod dicta probabilia argumenta non interpretentur in indicijs indubitatis, tamen ipſe reſidet cum opinione ſupra firmata, cui ego etiam toto pectore aſſentio, & Carrer. vbi ſupra etiam dicit, quod dicta opinio, vt ſufficiant probabilia argumenta, procedat coram iudice eccleſiaſtico, ſecus coram iudice ſæculari, ad effectum puniendi, & quod contrarium obſeruare alijs nõ concurrentibus periculoſum eſſet, & idem poſt alios, quos allegat ſequitur Modern. Roman. d. quæſt. 123. num. 47.

Quę dicãtur indicia indubitata dicã infra ſuo loco.

De tractatu quomodo conſtare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus de corpore conſtare debet, et non ſufficit ſola confeſſio inquiſiti.*

2 *Tractatus, vt inducatur oportet, vt probetur diſcuſſio, & examinatio Rei.*

3 *Tractatus eſt probãdus per allegantem, & per Fiſcũ.*

4 *Tractatus tàm quoad torturam, quàm quoad condemnationem probatur per indicia, & coniecturas.*

5 *Quod Doctores admittunt, ſi agatur de probatione ipſius tractatus ſecus ſi agatur de probatione indiciorum ad ipſum tractatum probandum.*

6 *Indicia debẽt eſſe indubitata ad probandũ tractatum.*

7 *Tractatus probari debet ſaltim in genere, vt dicatur conſtare de corpore illius.*

8 *Tractatus non grauat aliquem, niſi probetur, quod ille habuerit notitiam de delicto committendo, & potuiſſet prohibere, & non prohibuit.*

9 *Tractatus poteſt probari per teſtes inhabiles, & per ſocios, & complices.*

10 *Tractatus non probatur per teſtes deponentes de colloquio, ſed per teſtes deponentes de concluſione.*

11 *Tractatus probatur per indicia, per quæ probatur animus appenſatus.*

12 *Tractatus probatur ſi plures in vno loco conueniant, & ſecreto loquantur, & deinde ſequatur delictum.*

13 *Tractatus probatur ſi aliquis quemdam aggrediatur, & nullis dictis verbis eumdem percutiat.*

14 *Tractatus probatur ſi fuerit dictum*, quà quà ſoldati, arme, arme, che adeſſo è il tempo.

15 *Item probatur ex ſola aſſociatione cum armis etiam non euaginatis.*

16 *Item ex receptatione delinquentis ante delictum commiſſum.*

17 *Item ſi ante commiſſum delictum, quis accomodauerit equum, arma, vel alia inſtrumenta delinquenti.*

18 *Quod limita tribus modis.*

19 *Item inducitur tractatus ex aſſociatione, & receptatione poſt delictum.*

20 *Quod duobus modis limitatur.*

21 *Ex inimicitia præſumitur tractatus.*
Declara tamen, vt ibi.

22 *Tractatus excluditur ſi fuerit delictum commiſſum in pura rixa.*

23 *Tractatus præſumitur ex mẽdacijs, & variationibus, dummodo non emanauerat à minoribus vigintiquinque annis.*

24 *Plures imputati de tractatu quomodo ſint torquendi a iudice in caput alterius.*

CAP. XIV.

1 IN iſto crimine etiam non ſufficit, vt conſtet de eo per confeſſionem Rei. Hier. Grat. conſ. 91. nu. 4. vol. 2. ſed debet conſtare aliunde, cum dicatur tractatus quædam indago, & colloquium inter aliquos de aliquo peragendo. Marian. Socc. conſ. 3. nu. 25. & 35. volum. 2.

vol.3. Sed quia eſt difficilis probationis, & ob id admittuntur probationes ad illum probandu, quæ alias non admitterentur, l. non omnis, §. in Barbaris de re milit. Merend.conſ.88.nu.29.tom.2.crimin.Menoch. de arb.caſ.116.nu.15.lib.2.Crauett.conſ.220.nu.15. & ſufficiunt coniecturæ, Rimin.iun.conſ.704. nu.26. vol.6.Decian.reſponſ.88.n.3.lib.5.Honded. conſ.87. nu.1.vol.2.latè Maſcard.de probat.concl.1392. n.4. & ſeq.lib.2.Bertazzol.conſ.150.nu.8.& ſeq.vol.1.

2 Et vt inducatur tractatus oportet, vt probetur diſcuſſio,& examinatio rei, de qua agitur Blanc.in l.fin. n.225.ff.de quęſtio,vbi latè,& alios allegat.Maſcard.
3 de probat.d.concl.1366.nu.3. & per allegantem tractatum,& per fiſcum eſt probandus text.in l.2. §.homines,ff.de vi.bon.rapt.Pariſ.conſ.151. nu.33. vol.4. Bertazzol.conſ.150.nu.8.vol.1. Maſcard. dict.concl. 1366.nu.1. & tractatus dicitur quando duo,vel plures inſimul conueniunt de committendo aliquo delicto, & in eamdem opinionem deuenıūt. Caualc.de Brac. reg. in fragmentis fragm. 108. verſ. Tractatus tunc dicitur.

4 Et licet in tractatu ſufficiant ad illum probandum indicia,& coniecturæ, tam quo ad torquēdum, quàm quo ad condemnandum,Bal.in l.quęcunque num.25. C.de ſeru.fugit.Alex.conſ.24.nu.6.& num.42. vol.2. Iul. Clar. q. 20. verſ. ſcias tamen, in fine, vbi teſtatur apud eum,ita ſeruari,Menoch. de arb.caſ.116. nu.5. lib.1.Modern. Rom.conſ.55.num.54. & ibi addentes in littera F.

5 Quod tamen Doctores admittunt, quando agitur ad probandum ipſum tractatū,ſecus ſi agatur de probatione indiciorum,ad ipſum tractatum probādū vt, de inimicitijs,litteris ſcriptis,& ſimilibus,quæ à communiter accidentibus poſſunt eſſe nota pluribus, & tunc non admittuntur teſtes inhabiles, vt declarat. Eugen.conſ.76.nu. 114.lib.1.

6 Item intellige,vt ſufficiant coniecturæ ad probandum tractatum, & indicia quando coniecturæ, & indicia ſunt indubitata,ſecus in alijs indicijs.

Item intellige quoad pœnam extraordinariam, & non ordinariam,Boer.deciſ.164.num.4. Maſcard. de probat lib.2.concl.812.num.14.Clar.q.20. verſ.ſcias tamen in fin. Addentes ad Modern. Roman. in conſ. 51.nu.21.& ibi concordantes allegant.

7 Ac etiam Aduocatus ſciat defendere cliente ſuū, vt non poſſit procedi ſuper tractatu, niſi ſaltem conſtet in genere de ipſo tractatu.Eugen.conſ.76 nu.26. lib.1.Honded.conſ.87.nu.97.verſ.ſed dico,vol.2.

8 Nec poterit procedi de tractatu contra aliquem, niſi probetur, quod ille habuerit notitiam de delicto committendo, & potuiſſet prohibere, & non prohibuit.Sim.de Pret.conſ.15.nu.38. Eugen.dict.conſ.76. num.25.lib.1.

9 Et quia ſupra diximus poſſe probari tractatū per teſtes inhabiles, ideo probabitur per Socios, & complices eiuſdem criminis. Boer.in tract.de ſeditio, q.7. nu.5.Decian.reſponſ.24.nu.1.vol.2. Vulpell.reſponſ. 96.nu.7. Magon.deciſ.Lucenſ.30. num.27. Maſcard. de probat.concl.1392.nu.7.& ſeq.vol.2.Caualc.dict. fragm.107.in fine,vbi ſubdit poſſe probari etiam per epiſtolam.

10 Sed aduertat Aduocatus, quod teſtes deponentes de tractatu, niſi deponant de eius concluſione non probant corpus tractatus, quia multa tractantur, quæ tamen non perficiuntur, Alexand.conſ.13.nu.17. vbi latè Adden.& conſ.18.nu.2.& 6.vol.1.Burlatt.conſil. 135.n.42.in fine,vol.2.Rùninald.Iun conſ.299.n.24. in fine,vol.2.Bertazz.conſ.251.nu.27 conſ.252.nu.4. & conſ.253.nu.7.vol.2. Flam.Pariſ.in tract.de conſid. q.40.nu.13.Andr.Fachin.in conſ.28 nu.18. vol.1.vbi ſubdit, quia tota vis in concluſione conſiſtit: Quod intellige, & declara quando teſtes deponant non de concluſione tractatus, ſed de colloquio habito, quod etiam dicitur tractatus, ſecus ſi deponant de concluſione,quia ſi aliquibus ſignis confirmetur tratus præſumitur poſitus in exequutione, latè Claud. Bertazz. cōſ.150.in littera A,poſt alios,quos allegat, & infert, quod ſi fuit tractatum inter Titium, & Meuium de occidendo Seium per ipſum Titium, & poſtea Titius ipſum Seium interfecit,præſumitur exequutus tractatus,licet teſtes neſciant dicere de finali ordinatione, & ibi ſubdit, quòd magis procederet, quando in continenti, vel ex modico interuallo deuentum fuit ad actum,de quo tractatum fuit,ibi allegat Bal. Caſtren. Iaſ.& alios.

11 Indicia autem tractatus plura ſunt,& ea, quæ oſtēdunt animum deliberatum ad delictum committendum,eadem probant tractatum,Blanc.in l.fin. n.231. ff.de quæſtionib. Maſcard. de probat. concluſ. 1392. nu.9.vbi concordantes allegat.

12 Si vero plures in vno loco conueniant, & ſecretè loquantur, & deinde ex illo loco prodeuntes maleficium commiſerint tractatus probatur. Blanc. in l. fin. nu.232.de quæſt.Vulpell. reſponſ.115. in princ. Maſcard.de probat.concl.1392.nu.12.

13 Ac etiam ſi nullis dictis verbis aliquem aggrediantur,inter eos præſumitur præceſſiſſe tractatum ad ipſum aggrediendum, Anch.conſ.216.Blanc.dicta l.fin. nu.234.Maſcard.d.concl.1392.nu.11.

14 Item præſumitur tractatus ſi fuerit dictum, *Quà, quà ſoldati, arme, arme, che adeſſo è il tempo*, Natt. conſ.666.nu.12.in fin.vol.4.

15 Ac etiam præſumitur tractatus ex ſola aſſiſtentia cum armis,etiam non euaginatis, ſi committens maleficium audacior efficiatur, & aggreſſus timidior ex illa aſſiſtentia, & eo magis procedit, ſi poſt delictum aſſocientur dictum delinquentem.Blanc.in d.l.fin.nu. 236.Vulpell. reſponſ.115. Claud.Bertazz ad Patrem in conſ.150.litt.A,Maſcard.dicta concl.139.nu.12.& ſeq. vol. 1. & quòd ex aſſociatione delinquentis præſumatur tractatus.Moder.Roman.conſ.55.nu.52.

16 Et ex receptatione delinquentis ante commiſſum delictum præſumitur tractatus inter receptantem, & receptatum ſuper delicto deinde commiſſo, ſi probetur, quod receptans ſcuerit animū receptati, vt poſt Maſcard.declarat.Honded.conſ.93.num.55.etiam ſi receptans per prius non habuiſſet amicitiam cum receptato,Blanc.in dicta l.finali,n.202 vel ſi receptatio non fuerit facta ex alia cauſa, quia receptatio, vt inducat indicium participationis,debet eſſe talis,vt veriſimiliter aliter interpretari non poſſit,vt poſt Blāc. declarat.Honded.dicto conſ.93.num.56.& ſeq.vol.2. qui loquitur in eo,qui receptauit in domo ſua ſecretè quemdam contumacem,ne à Curia caperetur,vt non poſſit trahi indicium ad delictum per eam commiſsū, & in conſ.87.nu. 160.vol.2.poſt alios quos allegat dicit tunc oriri indicium ex receptatione, vel aſſociatione, ſeu ex auxilio, quando in continenti ſequatur deli-

delictum, alias secus Mascard. de probat. concl. 1392. nu. 18. vol. 2. idem Hond. cons. 87. nu. 60. vol. 2.

17 Ac etiam inducitur indicium tractatus, si ante cõmissum delictũ quis arma, equum, vel instrumenta delinquenti accommodauit, Blanch. dicta l. fin. nu. 171. cũ alijs adductis per Mascard. de probat. dicta concl. 1392. nu. 16. Baiard. q. 90. nu. 54. in fine.

18 Primo limita, quando delinquens dixerit non fuisse sibi equum, arma, vel alia instrumenta accommodata ad delictum committendum, sed ex alia iusta causa, vt in casu Hond. d. cons. 87. nu. 60. in fin. vol. 2.

Secundo limita, generaliter, vt supra diximus, vt talis accommodatio possit interpraetari solum in illam partem delicti, vt per Mascard. & Hond. in locis supra adductis.

Tertiò limita, & intellige dummodo probetur ex parte Fisci, quòd accomodans arma, vel æquum sciuerit illum esse delictum commissurũ, alias secus Bal. in l. quicunque in 6. notab. lib. 4. Mascard. d. conclus. 1392. nu. 16. Hond. cons. 95. nu. 60. vol. 2.

19 Ex receptatione autem delinquentis etiam inducitur tractatus ad delictum iam commissum, si receptetur post delictum commissum. Rimin. Iun. cons. 88. nu. 32. vol. 1. qui alios adducit. Blanch. in Tract. de Iudic. n. 201. & seq. Franc. Cason. in Tract. de malefic. tit. 5. num. 2. & seqq. Danhud. in pract. crimi. de recept. delinq. latè Mascard. de probat. volum. 3. concl. 1258. in princ. & concl. 1393. nu. 15. vol. 2. & ex associatione post delictum, vt cõmodius delinquens aufugere potuisset, inducatur tractatus Mascard. d. conclus. 1363. nu. 14. de quo dicam latè in defens. 34. c. 11.

20 Primo hoc intellige, & declara dummodo ex parte Fisci probetur scientia in receptante illũ esse commissurum delictum, & talis scientia probari debet, cũ ignorantia præsumatur. Boss. tit. de rapin. nu. 17. Mascard. d. conclus. 1258. num. 3. cum alijs adductis per Hond. d. cons. 83. nu. 55.

Secundo intellige si adesset inimicitia inter receptantem, & offensum, vt post Monticell. in reg. 5. nu. 13. declarat Hond d. cons. 93. n. 53. & quod verisimiliter non possit ex alia causa sustineri, quia non esset affinis, & amicus receptantis. Mascard. d. concl. 1303. nu. 18. Honded. d. cons 93. nu. 60. volum. 2. Rimin. Iun. cons. 88. nu. 32. vol. 5. Baiard q. 60. nu. 54.

21 Ex inimicitia enim præsumitur delictũ fuisse commissum præcedente tractatu, & appensamento, ac consultatione inimicorum. Paul. Merend. cons. 90. n. 11. to. 3. crim. Blanc. de indic. nu. 89. & seq. Mascar. de probat. concl. 98. nu. 4. vol. 1. Bursatt. cons. 144. nu. 1. volum. 2. Decian. respons. 104. nu. 1. vol. 3. Rimin. Iun. cons. 675. num. 6. vol. 6. Petr. de Surd. cons. 40. num. 1. & seqq. vol. 1.

Nec inimicus excusaretur si deduceret delictũ fuisse commissum in rixa, & sic deficere animum deliberatum, & tractatum, cum semper, qui intẽdit occidere rixam affectet. Boss. tit. de homic. nu. 56. vbi admonet Iudices quod sint cauti in considerando naturã verborum prouocantis, & ponit exemplum in eo, qui viso inimico incœpit acclamare *ammazza, ammazza*, idem firmat Petr. de Surd. cons. 40. nu. 6. vol. 1.

Quæ conclusio declaratur, vt procedat, quãdo fuit habitum colloquium cum personis ignotis, vt quia occisor fuit auditus tractare domi secretè cum aliquibus, & testes illos non cognouerunt, neque eorum vocem notam habuerunt, & similia, & tunc præsumitur factus tractatus cũ inimicis, vt bene declarat Eugen. cons. 76. num. 38.

Ac etiam intellige, si vnà cum inimicitia concurrant alia indicia, & præsumptiones, vel adminicula, & tunc presumatur tractatus factus cum inimicis de cõmittendo delicto, secus si esset sola inimicitia, quia ex ea nõ poterunt inquietari inimici respectu delicti per alterum commissi, sed solum præsumeretur animus deliberatus de ipso delinquente inimico, vt bene declarat. Eugen. in d. cons. 76. nu. 41. & seqq. vbi subdit, quòd esset nimis durum, imò inhumanũ, si ex sola inimicitia præsumeretur cum delinquente contra alios inimicos, idem tenet. Sim. de Pret. cons. 15. nu. 17.

22 Si verò etiam clare constaret delictũ fuisse commissum in pura rixa, tunc nec minus attẽderetur inimicitia respectu aliorum, vt etiam declarat. Petr. de Surd. in cons. 40. nu. 28. vol. 1.

23 Ex mendacijs etiam, & variationibus ortis ex ore inquisiti desumitur tractatus, vt voluit Moder. Rom. cons. 55. nu. 3. dummodo tamen variationes sint circa substantialia ipsius tractatus, vt declarat Hond. cons. 93. num. 63. volum. 2. vbi subdit, quod etiam mendacia, & variationes non sufficerent, si emanauerint à minore vigintiquinque annis, & allegat Mars. consil. 130. sub nu. 45. & seq. & Horat. Lut. cons. 161. nu. 40. tom. 1. crim.

24 Et scias quod si plures sint imputati de tractatu, dum ad eorum quæstionem per torturam deuenitur, debet iudex in actis expræsse scribi facere, quod ad ipsam questionem deuenit, vt habeatur veritas, an N. interfuerit, & interuenerit in colloqnio, & tractatui, vel non, & non ad alium finẽ, alias si simpliciter torquæretur, præsumeretur deuenisse super facto ipsius torti, & non alterius, vt docet Paris. de Put. in tract. de sind. fol. 216. sub vers. sed aduertat, nu. 14. & sequitur. Decian. respons. 115. nu. 6. vol. 3. & vbi, & in quo loco possit puniri tractatus, vide latè Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 196. & in fragm. 108.

DEFENSIO IIIII.

Circa Capturam.

Captura per quos, & quibus committi, & in quibus locis fieri possit in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius potest decernere capturã contra sibi subditos.*

2 *Iudex habens merum, & mixtum imperitum potest decernere capturam.*

3 *Iudex competens quomodo dignoscatur.*

4 *Captura dicitur iniusta quando fuit relaxata per rectores alicuius vniuersitatis, per consules mercatorũ, & per alios qui habent simplicem iurisdictionem.*

5 *Captura facta de mandato iudicis, qui non habet merum Imperium dicitur nulla.*

6 *Nisi dubitetur de fuga capiendi.*

7 *Captura dicitur iniusta quando fuit facta de ordine alicuius, qui non habet iurisdictionem, neque ordinariam, neque delegatam.*

8 *Captura dicitur nulla, quando fuit commissa à iudice incompetenti.*

9 *Nisi*

9 *Nisi iudex incompetens coperet ad effectum remittēdi ad iudicem suum, quia tunc captura sustinetur.*

10 *Captura non debet committi personis priuatis.*

11 *Alij autem tenent, vt committi possit satellitibus, & partibus offensis.*

Declara tamen vt ibi.

12 *Captura potest committi incolis, & ciuibus, & illi tenentur obedire.*

13 *Contrariam opinionem tenent alij Doct.*

14 *Repertus inflagranti crimine potest capi sine mandato iudicis, & per quemlibet de populo.*

15 *Repertus inflagranti crimine clericus potest capi per laicos ad effectum remittendi ad iudicem suum.*

16 *Priuatus quilibet potest delinquentem capere.*

17 *Priuatus potest requirere alios priuatos in capiendo delinquentem.*

18 *Birroarij non possunt habere præmium constitutum à statuto in capiendis delinquentibus.*

19 *Licet possit induci per statutum, vt præmium concedatur etiam birroarijs.*

20 *Captura potest fieri de filio ad iussum patris.*

21 *Licentia de capiendo per vnum iudicem perpetuatur in eius successore.*

22 *Captura qualibet die etiam feriata in honorem Dei in criminalibus fieri potest.*

23 *Captura etiam in propria domo fieri potest in criminalibus fracto ostio.*

24 *Iudex potest delinquentes retinere in quocunque loco suæ iurisdictionis donec mittat pro eo familiam.*

25 *Iudex potest prohibere ne quis loquatur cum carcerato.*

26 *Capturo non potest fieri in ecclesia.*

27 *Captura an fieri possit in alieno territorio.*

Declara vt ibi.

28 *Captura potest decerni contra illum, cui per curiam fuit datus terminus ad respōdendum inquisitioni, sed ad euitandam capturam cautela est, vt interim præstet cautionem de comparendo infra certum tempus.*

CAP. I.

1 IN ista quæstione est conclusio, vt quilibet iudex ordinarius reos suæ iurisdictioni subiectos capere facere possit. Bart. in l. 2. nu. 1. ff. cui iurisd. & in l. Imperium num. 8. vbi Alex. in q. Castren. nu. 3. Iaf. nu. 3. Iaf. n. 1. 13. & 15. ff. de iurisd. omn. iud. Io. Bapt. Caccialup. in trac. debit. suspect. q 4 num. 1. Peregr. Iann. in trac. de citat. real.
2 lib. 1. c. 1. nu. 1. † Et generaliter in criminalibus quilibet iudex habens merum, & mixtum Imperium in aliquo loco, de delicto potest cognoscere inter subditos, & contra eos ad capturam deuenire, text. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Bofs. tit. de for. compet. nu. 1. & seqq. ac etiā contra forenses delinquentes in eius territorio, cū ibi dicantur contrahere committendo delictum, & de illius foro efficiantur, Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 1. & seqq. qui dicit, quod est meri Imperij, si fiat ad pœnam, si verò fiat ad custodiam est etiam meri Imperij, sed parui, & quod competit omnibus iudicibus habentibus iurisdictionem continuam secus in quibusdam iudicibus pedaneis, & in alijs, de quibus per eundem Caualc. p. 2. nu. 1. Peregr. Iann. dic. lib. 1. nu. 9. & sub nu. 3. dicit iudex competens est, qui iurisdictionem habet super litigantibus per glos. 2. super verb. competentis extra vt lit. pend. & sub nu. 4. dicit
3 etiam † quod ad cognoscendum quis sit iudex competens, vel incompetens, quinque sunt consideranda persona causa, res, tempus, & locus Bofs. tit. de for. compet. nu. 1. & seq. qui allegat, Aretin. in §. si quis in aliquo instit. de action. sed debebat allegare, §. item si in iudicio, num. 8. eod. tit. vbi doctè loquitur de istis quinque requisitis; & si vis abundè scire quis sit iudex competens, vide Marian. Socc. in rubr. de for. comp. vbi ponit centum, & nouem casus, & vide etiam alios Doctores adductos per Peregr. Iann. in d. tract. de citat. real. lib. 1. c. 1. num. 19. Et quicquid sit de iure, de consuetudine potest decerni captura etiam diebus in honorem Dei, & paschalibus, & dominicis, latè Petr. Caball. in tract. crim. cas. 127. nu. 11. & seqq. vbi subdit procedere in grauibus delictis, secus in leuibus, nisi fugæ periculum immineret, Caualc. de Brach. reg. par. 2. num. 13.

4 Si fuerit facta captura de ordine iudicis nō habentis merum Imperium, & non existentis in maiori Magistratu, vt sunt Rectores alicuius vniuersitatis, Consules Mercatorum, & alij similes, qui non habent nisi simplicem iurisdictionem diceretur iniusta, Marf. in pract. crim. §. attingam, nu. 87. & in tractat. bannit. in verb. capti, nu. 51. Boer. decis. 215. sub nu. 34. Modern. Roman. q. 27. nu. 6. Pereg. Iann. in tract. de citat. real. lib. 1. nu. 16. Caualc. dic. p. 2. nu. 43. in fin. sed Andr. Fachin. in cons. 98. nu. 47. vol. 1. dicit quando captura fit non ad puniendum, sed ad custodiendum, tunc non requiritur, vt iudex committens capturā habeat merum Imperium, sed sufficit vt habeat iurisdictionem; & latè Caualcan. de Brac. reg. p. 2 nu. 1. & seqq. & ob id procurator fiscalis per modum prouisionis potest concedere capturam quamuis nō habeat iurisdictionem, latè Caualc. de Brac. reg. p. 4. n. 325. & seqq. vbi sub nu. 345. ponit casus prouisionales, & sub nu. 327. & seq. dicit etiam non procedere in procuratore cæsaris, & summi Pontificis, ac sub nu. 241. & seqq. nec procedere dicit in illis fiscalibus qui habent ex cōcessione Principis iurisdictionem quibus est concessa facultas capturandi prout Florentiæ, & Mediolani.

5 Et ob id captura facta de mādato iudicis delegati, qui non habet merum Imperium, dicitur nulla ex defectu iurisdictionis, Marsil. in pract. dicto §. attingam, nu. 78. & in d. tract. Bannit. in verb. capti, nu. 51. Boer. decis. 215. num. 34. Villalob. commun. opin. in litt. D, nu. 27. cum alijs cumulatis per Farinacc. q. 27. nu. 7.
6 vbi de communi, † qui tamen subdit, nisi timeatur de fuga; fallit in Delegato Principis, qui potest decernere capturam, sicut ipsemet Ordinarius, Bar. in l. 2. n. 1. & seq. Alexand. nu. 9. Castrens. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Pereg. Iannin. in tract. de citat. real. lib. 1. c. 1. nu. 415. & Doctores allegati per Farinacc. loquuntur in delegato ab inferiore à Principe, vt nō possit decernere capturam, & quatenus decernat, dicitur nulla, vt firmat Peregr. Iannin. in d. c. 1. nu. 419. & seq. lib. 1. de citatio. real. vbi subdit post alios, quos allegat, quia capturæ concessio non potest delegari, & ibi testatur de communi, Marsil. in tract. crimin. in fi. §. attingam, nu. 78. vbi etiam concordantes allegat, & etiam diceretur iniusta, si fuerit facta per ipsummet iudicem, qui non potest proprijs manibus delinquētem capere, vt latè tuetur. Caualc. de Brach. reg. par. 2. nu. 45. & seqq. quod est notandum, quia sæpè in facto contingit, & Aduocatus potest iuuare illum, qui fecerit se

eximere

eximere à manibus Potestatis, ne inciderit in pœnam Bullæ Sixti V. cum ad illam incurrendam requiratur, quod captura fuerit iusta ab initio, vt inferius dicam.

7 Multo magis captura dicitur iniusta, si fuerit facta ab aliqua persona priuata nullam prorsus habēte iurisdictionem, nec ordinariam, nec delegatam, quia diceretur committere priuatū carcerem, & puniretur, l.neminē, C.de exhib.reis, de qua materia priuati carceris scripsit Modern. Roman. in d.q.27.num.9. cum plurib.seqq.sed latius, & melius Decian. in trac.crim. to.2.lib.7.c.10.per totum, & ego dicam in c.6.

8 Et regula generalis est, quod captura dicatur nulla, quando fuit facta, vel commissa à Iudice incompetenti.Boer.decis.215.nu.24. Roland.cons.65. num.6. vol.3. vbi de communi cum alijs adductis per Modern.Roman.q.27.nu.4.Caualc.de Brach.reg.par.4. num.329.& seqq.

9 Nisi iudex incompetens caperet, non vt is causam cognoscat, sed captum remittat ad Iudicem suū, quia tunc captura sustinetur, Bar.in l. Magistratibus in 1. quæst.& ibi communiter Doctor. ff.de iurisdict.omn. iud.vbi firmat, quòd Magistratus municipales possūt capere delinquentes corporali pœna dignos, & ad maiorem remittere Iudicem, per text. in §. audierit, authen.de defensor.Ciuit.col.3.qui tex.licèt loquatur in defensoribus Ciuitatis, tamē intelligi debet in omnibus iudicibus, Boer.decis.215.n.34. circa med.cum alijs adductis per Moder.Roman. q.27.nu.25.vbi de communi, Caualc.de Brach.reg.p.2. nu.6. in princip. Viu.commun.opin.decis 341.num.12. tenet, quòd ad omnem capturam committendam omnis iudex sit competens in suspicione fugæ, Baiard.q.28.num.1.& seq.Peregr.Iannin.in tract.de citat.real. lib.1. c.1.nu. 25.vbi de communi, latè Caualc.de Brach.reg.par.4. nu.329.& seqq. quod est notandum hic in Curia pro Iudicibus Curiæ de Sabellis, & Turris Nonæ, qui capiant delinquentes pro graui delicto, debent illos ad Gubernatorem Vrbis remittere, & minimè relaxare, quia si aliter facerent, non euaderent punitionem.

10 Et licet aliqui dixerint posse per Iudicē committi capturam personis priuatis, & partibus, dūmodo fiat sine armis, & captura non habeat causæ cognitionē annexam, quam communem appellant, vt testatur. Hier.Cagnol.in l.non est singularis, nu.6. de reg. iur. & relat.etiam per Iul.Clar.q.28. num.8. & Foller. in pract.crim.in 1.p.2.p.in verb. Notarius capiat informationem, num.14. vbi subdit, quòd ita communiter fieri solet per Iudices, tamen Iul.Clar. ibi post Parid. de Put. dat consilium Iudicibus, vt à similibus commissionibus se abstineant, ne detur occasio scandalorum, quæ de facili euenire possunt, & iudicio meo est valdè bonum consilium, & summopere à Iudicibus amplectendum, ne deinde teneantur de excessibus factis per ipsos offensos in syndicatu, prout etiam animaduertit, Foller.in dict.verb.Notarius capiat informationem, & melius Caualc.de Brach.reg.p.2.nu.24. & ibi refert quid mali contigerit Mantuæ ob capturam concessam priuatis personis.

11 Aliqui alij tenent, vt possit committi satellitibus, & aliquibus partibus offensis, Mandell.consil.47. & Iul. Clar.q.28.nu.54.& 57. & si partes occiderent capiēdum, non tenerētur de occiso, Mandell. dict.consil.47. Baiard.q.28.nu.29.sed Iul.Clar.ibi dicit, quod isto casu fortè posset tolerari, vbi tamen subdit, quod nec etiam hoc fiat per iudices, nisi ex vrgenti necessitate, & dummodo non apponant partes manum, ad capturam, ob scādala, quæ possent oriri, & ne iudex teneatur etiam de eorum excessibus, vt post Parid. de Put. in tract.de Syndicat.tradit etiā Foller. in d.verb. Notarius capiat informationem in d.1.p.2.p.num., Ego autem teneo, vt iudex debeat à similibus capturis se omnino abstinere, nisi tamen in delicto graui, & vbi non adesset copia birroariorum, qui sufficerēt ad capturam, vt bene etiam dicit. Foller. in d.verb. Notarius, nu.12.in fine, & præcauere etiam debet, ne committatur contra personam potentem, ne auxilio suorum consanguineorum, & affiniū possint deinde partes ad arma deuenire, videntes capere affinem, vel consanguineum per ipsas partes, Nec debēt birroarij euntes per comitatum pro inquirendis malefactoribus cogere subditos, & rusticos, vt sibi præstent alimenta, vel accomodent æquos. Baiard. q.28. nu.30. quod male obseruatur per istos birroarios cupientes pauperes rusticos excoriare.

12 Alij autem tradunt, vt possit committi captura delinquentis incolis, vel ciuibus, & illi teneantur iudici obedire, & delinquentes capere, Foller. in dict.verb. Notarius capiat informationem, nu.10. qui sub nu.11. in fin.post Isern.dicit, quod isti ciues tenentur capere malefactorem si possunt, absque tamen periculo suæ vitæ, & quod etiam isto casu iudex tenebitur de excessibus eorum in Syndicatu, & vigore Bullæ Sixti V. editæ contra bānitos, & facinorosos homines, an priuatæ personæ teneantur capere delinquentes, & birroarijs auxilium præbere, latè declarat d.Bullam, Fab. Turret.cons.95.per totum.

13 Contrarium autem opinionem, vt ipsæ personæ priuatæ non teneantur capere, neque custodire malefactorem, bene tuetur Petr. de Surd.consil.83.n.3.& seq.lib. 1.& quod in statu Ecclesiastico, nec etiam vigore d. Bullæ Sixti V. in ordine 6. possit iudices cogere priuatas personas ad custodiam reorum, vel ad capturam, in terminis eiusdem Bullę consulendo dixit Sforz.Odd.cons.53.per totum, prout ego alias dixi in meo tract.de confisc.bonor. conclus.13. ampliāt.84. nu. 2. licet in vrbe vigore Bannimentorum S. Georg. Gubernatoris teneatur quilibet homicidā in flagranti capere, ac etiam occidere, sed vigore dictæ Bullæ poterit spontè quilibet priuatus armatus currere ad capturam delinquentis.

14 Et si delinquens fuerit repertus inflagranti crimine, poterit capi per quemlibet de populo, absque cōmissione, & ordine iudicis, vt deinde ad iudicem conducatur, Marian.Soccin. in tract. de cit. art.4. num.8. vers.quilibet etiam, Ant.Gomez, titul.de delict. nu.9. c.9.vers.imò adhuc, Boss.tit. de capt. num.11. Baiard. q.28.nu.28.& q.20. nu.18. & hoc procedit siue agatur de delicto publico, siue priuato, Anton.Gomez.d. c.9. nu.3. ante vers.item adde, vbi firmat, quod etiam pars potest capere delinquentem in flagranti repertum. Moder. Roman.cons.55.nu.77. Marc. Ant. Maceraten.variar.resolut.lib.3.resolut.43.nu.6.Scacc.in tract.crim.lib.1.c.78.nu.5. Caualc.de Brach.reg. p.2. nu.6. vbi subdit etiam si delinquens esset clericus. Et isto casu si priuatus fariat aliquam impensam, illam recuperare potest à Fisco. Clar. q. 29. vers. vnum tamen, vbi Baiard.nu.20.

15 Imò etiā Clericus repertus inflagranti poterit capi à layco,

à layco, & priuato, vt deinde remittatur ad iudicem ſuum: Iul. Clar. q 28. nu. 6. cap. placuit 3 q. 2. Scacc. in d. c. 78. nu. 5. verſ. Amplia vbi alia allegat, & teſtatur de communi, vbi ſubdit, quod curia laico poterit auferre arma clerico illa deferentis contra prohibitionem, & non tenetur ſibi illa reſtituere poſt Iuliũ Clar. q. 36. verſ. vlterius Ant. Scapp. de iure non ſcript. lib. 1. c. 5. nu. 1. & ſeqq. quod non eſt verum, vt dicam in defenſ. 21. c. 9. Marian. in Tract. de citat. art. 4. n. 8. verſ. & prædicta notabis, qui loquitur quando deprænhenditur à marito in adulterio cũ propria vxore, vt poſſit capi ab ipſo marito; quid autẽ in alijs delictis an poſſit capi per iudicem laycum clericus, maximè quando eſt ſuſpectus de fuga, vt remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum, vide Modern. Roman. q. 8. n. 116. vbi ponit quinque caſus, in quibus clericus per laycũ carcerari poteſt, vide etiam Bertazz. conſ. 78. vbi latè quando captura Clerici facta per laycum ſit iuſta, & ego dixi in 1. defenſ. cap. 2.

16 Et quilibet priuatus poteſt non ſolum reum inflagranti repertum capere, ſed etiamſi non reperiatur inflagranti crimine. Iul. Clar. q. 29. num. 7. vbi firmat, quòd hoc omnes fatentur, poſt Gramm. ſuper Conſtit. Reg. fol. 54. nu. 6. & idem firmat, poſt Iacob. de S. Georg. in l. ſi longiùs §. ſi filius familias. ff. de iudic. Baiard. d. q. 29. nu. 28. & in quibus caſibus hoc ſit verum vide gloſ. in l. fin. C. de exhiben. reis. Ant. Gomez tit. de delict. c. 9. nu. 3. verſ. item adde, vbi ſubdit dummodo præſentent captum iudici infra 20. horas, Caualcan. d. p. 2. nu. 6. & p. 4. nu. 336. & ſeqq. & alios caſus etiam refert Peregr. Iannin. in tract. de citat. real. lib. 1. c. 1. nu. 111. Marc. Ant. Maceraten. var. reſolut. lib. 3. reſolut. 43. nu. 7.

17 Imò quilibet priuatus poteſt requirere alios priuatos, vt capiat malefactorem, & cuſtodiat donec iudici cõſignari poſſit. Gram. in d. Conſtit. Regn. fol. 36. in Conſtit. ad officium, n. 4. vbi allegat tex. in §. ſi quis verò auth. vt liceat matri, & auię. Baiard. d. q. 2[illegible]. n 18. in fin. & dicti priuati recuperant expẽſas factas in ipſa captura à Fiſco. Iul. Clar. d q. 29. nu. 7. ac etiam ipſi birroarij dictas expenſas recuperare debent. Parid. de Put. in Tract. de ſyndicat. in verb. ſalarium §. officialis nu. 7. Io. Ant. de Nigr. in cap. 7. frequens num. 106. Baiard. d. q. 29. nu. 21. latè Caualc. d. p. 4. n. 334. & ſeq.

Quòd intellige verũ, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna corporalis, & tunc poſſit delinquens capi per quemlibet de populo, vt declarat. Marian. Soccin. tract. de decitat. art. 4. nu. 8. verſ. quod tamen limitant, vel ſi ageretur de delicto publico, Caualc. d. p. 4. nu. 338. & ſub nu. 340. ſubdit, quod priuatus, nec aliqua pęna teneretur, licet captus deinde abſolueretur, ſed bene verum eſt, quod ſi captura facta à priuato non eſſet iuſtificata teneretur pœna priuati carceris.

18 Sed ipſi birroarij non debent habere præmiũ conſtitutũ à Statuto in capiendis delinquentibus. Iul. Clar.
q. 29. nu. 8. vbi refert ita fuiſſe in cõtingentia facti obſeruatum, & Baiard. ibi nu. 19. dicit procedere etiam
in priuatis conuocatis à Curia in eorum fauorem, vt
nec ipſi poſſint conſequi dictum præmium, & allegat
Parid. de Put. in Tract. de Sindicat. §. familiaris, ſed
19 † quando adeſſet multitudo, & copia bannitorum, ſolet dari prçmium etiam ipſis officialibus, & birroarijs
capientibus bannitos, & malefactores, prout fuit factum tempore Sixti V. vt teſtatur Baiard. d. q. 29. n. 21. & ſeq. ac etiam tempore Pauli V. de quo mentionem in meo Tract. de Pac. & Treug. p. 1.

20 Captura etiam fieri poteſt de filio ad iuſſum patris quando eſſet ipſe pater *perſona honeſta, & diſcreta*, alias non Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſt effect. 7. nu. 18. Baiard. q. 28. nu. 18. prout etiam pacem facere poteſt pro filio quando ipſe pater eſſet perſona honeſta alias non, vt dixi in d. meo trac. de pac. p. 1.

21 Et licentia de capiẽdo conceſſa per vnum iudicem perpetuatur in eius ſucceſſorem. Bal. in l. 1. nu. 3. ff. de poſtul. & ſimiliter durat poſt mortem iudicis mandãtis. Viu. opin. 555. n. 4. vol. 2. & Baiard. q. 28. nu. 19. & ſeq. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 15. circa finem, quod poterit deſeruire hic in Curia etiã in cauſis ciuilibus, & mandatis relaxatis ab A. C. vt non expirent, neque renouari debeant per mutationem perſonæ A. C. ſed Roland. conſ. 28. nu. 17. vol. 3. ponit diſtinctionẽ, quod aut mandatum fuit relaxatum vigore ſententiæ diffinitiuæ, & tunc prædicta ſint vera, aut vigore interlocutoriæ, & tunc per mutationem perſonæ ſpiret etiã mandatum.

22 Et qualibet die etiam feriata in honorem Dei, poteſt in criminalis committi captura contra delinquẽtes. Foller. in pract. Crim. in verb. Notarius capiat de perſona nu. 5. & ita paſſim obſeruatur, & maximè in grauibus delictis. Iul. Cla. q. 64. verſ. quæro an tortura, & q. 97. verſ. quæro etiam Scacc. c. 46. n. 24. vbi ſubdit quòd de iure contrarium eſſet reſpondendum, & de conſuetudine in leuibus vrbanius eſſet procedendũ. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 21. vt in grauibus committatur captura, & quando periculum eſt in mora, ſed cautela erit ad effugiendam capturam, vt præſtet cautionem de ſiſtendo in iudicio ad omne mandatum Curiæ, Boſſ. tit. de carcerat. fideiuſ. comit. & Coſta de Subſidiar. remed. remed. 125. nu. 4.

23 Ac in propria domo delinquẽtis, & ſi oſtium fuerit
clauſum poſſunt ſatellites frangere oſtiũ domus pro
malefactore capiendo, ſecundum gloſ. in l. plerique.
ff. de in ius vocan. Foller. in d. verb. Notarius capiat
de perſona nu. 4. & quotidie ita executores faciunt, &
multa alia mala committunt ab eorum ſolitam audaciam, latè Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 34. vbi tamen
ſubdit ſi quis indebitè capiatur in domo debeat relaxari gratis, & reponi in libertate, adeò quod eius perſecutio ſit difficilis, ac etiam poſſunt capere delinquentem in domo aliena etiã inuito domino domus,
& illam perquirere, vt per Foller. in d. verb. Notarius
capiat de perſona nu. 9. Marian. Soccin. in tract. de ci-
24 tat. artic. 17. nu. 16. † Et poteſt etiam iudex committere, vt delinquens detineantur in quocunq; loco ſuæ
iuriſdictionis, donec mittat pro eius familiam. Baiard.
25 q. 46. nu. 3. vbi concordantes allegat, † ac etiam poteſt captum cuſtodiri facere in arctis carceribus, &
prohibere ne aliquis cum eo alloquatur, vt poſt Ant.
Gomez, firmat Iulius Clar. q 46. num. 1. circa fin. vbi
firmat ità practicari per iudices peritos de quo inferius dicam.

26 Sed captura non poteſt fieri in Eccleſia Scacc. in
tract. crim. c. 42. nu. 13. vbi de communi. Caualcan. de
27 Brach. reg. p. 2. nu. 26. & dixi in 1. defenſ. † nec in alieno territorio poteſt delinquens capi, & captus eſt dimittendus. Boſs. tit. de captur. nu. 39. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 9. num. 4. Foller. in pract. crim. mihi fol. 31. nu. 3.

nu.3.Scacc.in d.c.42.nu.12. vbi ſubdit quod per officiales Papæ malæ ſeruatur, & maxime in territorijs Baronum Caualc.de Brach.reg. p.2. nu.40. ne detur occaſio deueniẽdi ad arma inter dominos iuriſdictionum, vbi ſubdit, quod tamen ſententia lata contra iſtũ captum in aliena iuriſdictione valet, niſi familia incęperit ſequi delinquẽtem in ſuo Territorio, quia ſi deinde aufugiat in alienum territorium, poterit per eãdem familiã capi. Pariſ.de Put. in loco relato per Iul. Clar.q 29.in fine, vbi teſtatur, quod ita fuit in contingentia facti iudicatum in illo, qui deliquerat Peruſij, & fuit inſecutus à familia, vſque ad ciuitatem Florẽtiæ, & ibi captus, Contrariam opinionem tenẽt Doc. relati per Iul.Clar.in dict. q.29. verſic. fin. Vbi firmat hanc eſſe communem opinionem, & quod ita ipſe ſeruaret, vt captus debeat dimitti, & relaxari, Boſs.tit. de captura, nu.34. Ant.Gomez.tit.de delict.c.9.nu.5. vbi in fine dicit hãc opinionem eſſe veriorẽ, & quod ità practicatur. Latè Scacc.in d.c.42.nu.12. vbi alios allegat, & teſtatur de cõmuni, & in Regno ſit diſpoſitum, vt poſſit vſq; ad quindecim milliaria in alienũ territorium inſequi, latè Caualc. de Brach.reg.p.2.n. 41.vbi firmat, quod captus debeat ſtatim relaxari, niſi ſint inter principes laudabiles cõuentiones, vel fuiſſet captus à iudice exiſtente ſub eodem Principe.

28 In caſibus autem, in quibus delinquens poteſt capi, ſi telo ſe defendat, vel alio modo ſe occultet, vel ſubtrahat, poteſt illum occidere officialis, de quo dicam infra in materia reſiſtentiæ in hac 5.defenſ.

29 Et reus animaduertat, quòd licet ſibi fuerit datus terminus ad reſpondendum inquiſitioni ſibi tranſmiſſæ, vel quod infra dictum terminum compareat, non credat, quod contra ipſum non poſſit decerni captura, & capi, vt latè per Boſſ.tit.de capt.reor.nu. 10.Iul. Clar. q.31. nu.24. vbi dat cautelam ad euitandam interim capturam, vt præſtent cautionem inquiſiti de comparendo infra centum tempus, vel terminum, & euitabunt capturam. Quæ cautela puto, quòd non ſit tuta, & maximè in cauſa graui, & atroci, quia poteſt iudex dimittere viam ordinariam per citationem aduerſus fideiuſsores, & deuenire ad viam extraordinariam capturæ delinquentis, & ob id dicitur deinde, quod non tenerentur fideiuſsores illum præſentare, ſi deinde captus aufugiat, etiã ſi adeſset in fideiuſſione clauſula toties quoties, vt latè per Petr.Cabal.in quęſ. crim.caſ.47.per totum, vbi concordantes cumulauit, & recitatis contrarijs illos confutat, & teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem, & ego de ordine Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Quinti alias in vna Tuſculana ita obtinui, vt per carcerationem rei fideiuſsores dicantur liberati.

Birroarij autem ſi intenti ad rapinam, vel ad marſupiam permittant reum aufugere debent puniri tãquam fures, & qui aufugit non poteſt puniri pro delatione armorum, quæ tunc deferebat. Caualcan. de Brach.reg.p.2.num. 123. & ibi etiam dicit, quid ſit faciendum de rapina, & inter quos ſit diſtribuenda.

Iudex quomodo puniatur per indebitam capturam.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex tenetur actione iniuriarum, quando facit aliquẽ indebitè carcerare.*

Declara prout ſub nu.6.

2 *Iniuria illata per debitam carcerationem, [illegible] litur per iuramentum carcerati.*

3 *Iudex per indebitam carcerationem tenetur ad damna, & intereſſe carcerati.*

4 *Iudex tenetur etiam ob indebitam detentionem alicuius.*

5 *Epiſcopus indebitè carcerans clericum incidit in excommunicationem.*

7 *Carceratus indebitè ſi præſtet cautionẽ de ſe præſentando, vel iudicio ſiſtendo, ac iudicatum ſoluendo, cenſetur approbaſſe indebitam carcerationem.*

8 *Captura iniuſta non iuſtificatur per indicia ſuperuenientia, quod tamen de conſuetudine non ſeruatur.*

9 *Captus pro vno debito quãdo poſſit arreſtari pro alijs debitis remiſſiuè.*

10 *Carceratus pro delicto non poteſt arreſtari pro cauſa ciuili.*

C A P. II.

1 IVdices caueant ne indebitè aliquem carcerare faciant, quia tenerẽtur in ſindicatu actione iniuriarum. Iodoch.in ſua prax.crimin. c.15. rubr. de citat. nu.8. Marſ in pract.crim.§.conſtante, nu.4. Roland. conſ.17.nu.1.conſ.65.nu.16.vol.3. Neuizz. conſ.52. nu.8.eſt textus in l.Magiſtratibus, ff. de iniur. Pereg. Iannin.in tract.de citat.real. lib.1. c.2.nu.15. Baiard. q.28.nu.5.Petr.Cabal.in quæſt.crim.caſu 86. num.1. vbi alios allegat. Scacc.in tract.crim.c.94. nu.1.verſ. Et caue Domine iudex, Caualc.de Brach.reg. p.2.nu. 11.& p.4. nu.345. vbi ſubdit ob infamiam, quæ irrogatur capto ex ipſa captura.

2 Et iniuria iuramento carcerati æſtimabitur, dicentis ſe voluiſſe potius amiſiſſe ſcuta centũ de ſuo proprio, quam illam carcerationis iniuriã paſſum fuiſſe, & pati Monticel.in pract.crim reg.12.num.10.Laur. Chireon.com.opin.cent.4.concluſ.20. ante fin. verſ. quare ſi iudex, Federic.Schen.in ſuo Viridario concl. 88.vbi de communi, vbi teſtatur ità alias fuiſſe iudicatum, Peregr.Iannin in tract.de citat.real.lib.1. cap.2. nu.16.qui etiam teſtatur de communi.

3 Ac vltra ęſtimatione teneretur etiam ad damna, & intereſſe carcerati. Par. de Put.in Tract. de Sindic.in verbo carcer. & carceratus c.2. An poteſtas, num.7. Marſil.in pract.crim.§.conſtante, num.4. Aſin.in ſua praxi, §.32.nu.39.gloſſ.in l.2.§.fin.in verbo retentus, ff.ſi quis caut. quæ eſt communiter approbata, vt teſtatur Peregr.Iannin.in d.lib.1.c.2.n.18.Baiard.q.28. nu.5.Petr.Caball.in quæſt.crim.caſu 86.nu.1. cum in actione iniuriarum veniant etiam damna, & intereſſe, Ant.Gomez.lib.3.tit.de iniur.num.9. text.in l.Item apud Labeonem §.ſi quis ſeruo, ff.de iniur.Caualcan. dicta p.2.nu.11.de Brach.reg.

4 Iudex tenetur etiam ob indebitam retentionem, quando retineret non ritè, & de facto captũ, cum nulla interpoſita mora ſtatim, & ſine ſolutione expenſarum illum relaxare debeat. Marſil.in pract.crim.§.attingam, num.12. Foller.in pract.crim.in verbo carcerentur, nu.14. Iodoch.in pract.crim. tit.de carcerat.c. 16.nu.12. Modern.Rom.q.47.n.146. Peregr.Iannin. in tractatu de citat.real.lib.1.c.2.nu.23. Sigiſm.Scac. in tract.crim.c.42.nu.4. vbi ſubdit, quod vidit ſeruari per Sacrã conſultam ita reſcribendo officialibus. Imò Epiſcopus indebite, ac temerè carcerans clericũ incidit

cidit

cidit in excommunicationem.Iul.Clar.q.28.nu.5.verſic.ita dicit,vbi Baiard.nu.6.& ibi alios allegat. Prax. Archiep.Neap.c.29.nu.3. vbi etiam firmat,quod clericus non debeat capi, niſi adſint indicia ad torquendam, & ibi multa dicit in fauorem Clericorum circa capturam,& ſub num.8.ponit in quibus caſibus poſſit capi per curiam laicalem.

6 Primo intellige, & declara, vt præfata procedant, quando conſtat iudicem feciſſe capere animo illum iniuriãdi, & de facto ſine iuſta, atque legitima cauſa, & exequutoribus mãdaret aliquem extrahi de domo per capillos,vel cum laqueo ad collum,& ſimilia pro exequutione iuſtitiæ,vt per Parid. de Put. in tractatu de ſindic.in verbo captura c.2.Quia plerumque nu.5. Farinac.q.27.nu.135.cum plur.ſeqq. vbi latè, ſecus ſi non cõſtaret mandaſſe aliquem capi indebite animo iniuriandi,cum in iudice non præſumatur animus iniuriandi, non teneretur iudex actione iniuriarum, ſed alia pœna arbitrio ſindicatorum, pro facti, & perſonarum qualitate,Pari.de Put.in d.verbo captura,c.2. Quia plerumque,nu.5.Peregrin.Iannin.in d.Tractatu de citat.real.lib.1.c.2.nu.16. verſ. & hoc, & nu.17.& Petr.Caball.in q.crim. caſ.86. num.2.& ſeq. vbi dicit, quod ſi non adſit in iudice aliqua ſuſpicio fraudis,vel vindictæ,debet relaxari ſine impenſa,abſque quod iudex in aliquo teneatur,vti etiam refert,quod Azo.reſpondebat Imperatori: ita lege cauetur, vt iudex puniatur, ſed in practica non habetur, & in dubio carceratio præſumitur iuſta.Marc.Ant.Maceraten. var. reſolut.lib.1.reſol.102.nu.10. vbi ſubdit,quod iuſtificatur ex indicijs, & ſuſpicionibus, & ibi poſt Nauarr. conſ.9.n.9.lib.3.de cler.non reſid.dicit, quod captura præſumitur iuſta,quoad iudicem,ſecus quo ad carceratum, ac etiã iuſtificatur, ex diutina carceratione, vt dicam infra,num.8.Andr.Fach. controu.iur. lib.9. c.57. tuetur, quod ſi conſtet iudicem aliquem carceraſſe animo iniuriandi,teneatur actione iniuriarum, ſi verò non conſtet de tali animo ex ſola iniuſta carceratione in dubio non teneatur aliqua pœna.

7 Secundo limita, quando indebitè carceratus præſtaret cautionem de ſe repræſentando,vel de iudicio ſiſtendo,& iudicatum ſoluendo,quia tunc videtur tacitè approbaſſe capturam nullam, nec poterit ab eo amplius conueniri, quod Doctores tradunt pro cautela iudicibus ad euitandam pœnam iniuſtæ capturę, Herculan.in tract.de caut.de non offendend.cap.50. nu.66.Corrad.in Pract.tit.de captura,num.17. in fin. Marſil.in tract.bannit.in verb.capti, nu.9. Amod. Iuſtin. conciuis meus in tract. de ſyndic. ſub num. 258. Monticell.in praxi crim.reg.10.nu.21.& ſeq. Moder. Roman.q.5.nu.17. in fin. vbi poſt Carauit. exclamat contra officiales excoriantes ſubditos, & Cœlum, & Terram,& q.27.nu.150.Peregr.Ian.in tract.de citat. real.lib.1.c.2.nu.20.

8 Tertio limita, quando poſt capturam iniuſtam ſuperuenerit iuſta cauſa capiendi, & retinendi carceratum,quia tunc ſubintrat,illa vulgaris, ad trita regula, male captus, bene retentus, Marſil.in tract. bannitorum in verb.capti,nu.10.Corrad.in prax.tit. de exec. ſentent.nu.9.cum alijs adductis per Modern.Roman. q.27. nu.151. & per Peregr.Iannin.in tract. de citat. real.lib.1.c.2. nu.24. & ita ſeruatur de conſuetudine, quicquid dici poſſit de iure,vt teſtatur, Baiard. q.21. nu.29. vbi ſubdit, quod fatuus diceretur iudex ſi relaxaret carceratum pro cauſa criminali, quando ſuperuenerunt indicia,Caualc.de Brach.reg. p.2. num.38. Rimin.Iun.conſ.125.nu.14. vol.2. vbi tamen non vigeret talis conſuetudo, de iure iniuſtè captus in primis relaxandus eſt, vel pronunciandum eſt ſuper nullitate capturæ,Rimin.Iun. d.conſ.125. nu.7. & conſ. 155.nu.6.vol.2.& ſub nu.8. vt debeat relaxari ſine aliqua fideiuſſione, & debeat habere omnes impenſas per eum factas,Iul.Clar.q.25.verſ.vnum tamen,& iudex tenetur parti ad intereſſe, & ad expenſas,vt poſt Bald.Baiard.q.28.n.4.& poſt alios,quos allegat. Pet. Caball.in q.crim.caſ.86.nu.2.latè Scac. in tract.crim. c.94.nu.1. verſ.neque tuetur hanc opininnem, vt debeat omnino relaxari, & reſpondet ad ſupradictã regulam de male capto, ſed bene retento, latè Caualc. de Brach.reg. p.2. nu.34. vt debeat relaxari ſine impenſa, & eius captura deinde ſit difficilis, ne iterum capi poſſit, vbi ſubdit licet contrarium de conſuetudine, & maxime in iudice brachij regij ſeruetur, & ſub nu.25.dicit,quod ex longa carceratione iuſtificetur captura, ſeu mandatum de capiendo, & quod ita ſeruatur.

9 De captura in materia ciuili, & an captus indebitè pro vno debito in ciuilibus poſſit pro alio ſimili debito arreſtari, & de alijs concernentibus dictam materiam ciuilem,vide Moder.Rom.in d.q.27. ferè per totam,ſed latiſſimè Peregr.Iannin.in d.tract.de citat. real.lib.1.c.2.ferè per totum, vbi ſeriatim etiam referunt,quot modis dicatur nulla,& indebita captura,ad quos lectorem remitto, quia excedit terminos criminalitatis, quibus tantum in præſenti tractatu inhærere intendo.

Bene verum eſt, quod detentus pro delicto, nõ poteſt pro debito ciuili in carceribus recomendari,Nouell.reg.15.in 2.fallent.Brun.de ceſſ.bonor.q.11.4.q. princip.nu.33.35.& ſeq.latè Ioſeph.Lud.deciſ.Peruſ. 30.p.2.num.9. vbi dicit hoc eſſe verum, tàm de iure, quàm de conſuetudine in toto ſtatu Eccleſiaſtico, licet Boſſ.in tit. de captur. nu. 91. contrarium aſſerat, ſed Modern.Roman.in q.27.num.155.dicit non eſſe à prima opinione aliquo modo recedendum, quã veriorem,& receptiorem appellat,ſecundum quam ego ſemper vidi in Curia obſeruari, & de eadem obſeruãtia teſtatur,Petr.Caball.in q.crim.conſ.146. num.10. verſic.licet alij, & in Curia per nouam reformationẽ Pauli V. non poteſt capi per horam, poſtquam fuit relaxatus ex cauſa ciuili,& de iure adeò debet reponi in libertate, vt eius captura ſit difficilis, Caualcan.de Brach.reg.p.2.nu.27. & latè ipſe Farinacc. Modern. Roman.q.29.nu.11. poſt Parid. de Put. & alios,quos allegat, quod eſt notandum, quia ſæpè contingit in facto, vt ſatellites velint carceratum relaxatum ferè in limine carceris ad carceres eũdem reducere, quod minimè permiſſum eſt.

Quæ requirantur ad capturam committendam.

SVMMARIVM.

1 *Captura tàm in ciuili, quàm in criminali cauſa, vt iuſta dicatur, quæ requirantur.*

2 *Captura, vt iuſta dicatur in cauſa criminali, requiritur iuriſdictio in concedente capturam.*

3 *Ca-*

3 *Captura, vt dicatur iuſta, non debet relaxari contra perſona priuilegiatas.*

4 *Perſonæ priuilegiatæ quæ ſint.*

5 *Clerici non poſſunt carcerari à laico, niſi reperti fuerint in flagranti crimine, vel fuerint ſuſpecti de fuga.*

6 *Doctores non carcerantur pro leuibus delictis.*

7 *Minores impuberes, ac alij ſimiles non carcerantur pro leuibus criminibus.*

8 *Mulieres nõ carcerantur etiam pro grauiſſimo crimine, ſed includuntur in Monaſterio, vel traduntur honeſtis mulieribus.*

9 *Contrarium ſeruatur de conſuetudine in delictis grauibus.*

10 *Quæ conſuetudo non procedit indiſtinctè, ſed iudex arbitrio ſuo, habita conſideratione ad cauſam, ad indicia, & ad qualitatem mulieris, poterit illam detinere in domo, in Monaſterio, vel in Prætorio ſub honeſta cuſtodia, & ſub fideiuſſione.*

11 *Mulieres ignobiles, & non ſpectatæ conditionis ſolẽt detrudi in carceribus ſeparatæ à viris, etiamſi eſſent meretrices.*

12 *Mulieres inhoneſtæ an poſſint carcerari, etiam pro pecuniario delicto.*

13 *Epiſcopi, & alij viri illuſtres de iure non carcerãtur, quid autem ſeruetur de conſuetudine, vide ibi.*

14 *Captura non conceditur, niſi in caſu, pro quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua.*

Declara, vt ibi.

15 *Captura non decernitur, niſi præcedant legitima indicia.*

16 *Quod procedit etiam in crimine læſæ maieſtatis.*

17 *De quibus indicijs conſtare debet in actis per depoſitionem teſtium.*

18 *Captura conceditur, abſque indicijs contra repertum in flagranti.*

19 *Captura conceditur, vbi imponitur pœna corporalis, ſi qualis, qualis præcedat informatio.*

20 *Qualis qualis informatio, quæ dicatur in propoſito.*

21 *Captus ſine quali quali informatione debet ſtatim dimitti ſine impenſa.*

22 *Aſſertio vulnerati iacẽtis in lecto ſufficit ad capturã.*

23 *Aſſertio iniuriati ſufficit ad capturam, ſecundum Caſtren. ſed contra eum adeſt magis cõmunis opinio, Caſtren. ſuſtinebitur quando querelans præſtaret cautionem de verificando ſtatim querelam.*

24 *Captura contra vagabundum præcedente quali quali informatione relaxatur.*

25 *Vagabundus quis dicatur.*

26 *Captura nõ relaxatur niſi conſtito de corpore delicti.*

27 *Captura non relaxatur niſi de commiſſione iudicis.*

28 *Niſi reperiatur delinquens inflagranti, quia à quolibet priuato capi poteſt, dummodo pro delicto poſſis irrogari pœna corporalis.*

CAP. III.

1 CAptura, vt iuſtè dicatur facta tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, requirũtur multa, & omiſſis requiſitis in cauſa ciuili, quæ ſi curioſus lector videre velit, adeat Modern. Rom. in quęſ. 27. Scacc. in tract. crim. c. 46. & latiſſimè Peregr. Iannin. in tract. de cit. real. lib. 1. c. 2. per totum, & ideo me reſtringã ſolummodo ad materiam criminalẽ, & regula eſt, quod omnis perſona poteſt carcerari, quæ de iure expreſsè non reperiatur prohibita, vt firmat Modern. Rom. q.
27. nu. 41. ex doctr. Bart. in l. fin. ff. ad leg. Iul. peculat
Caualc. d. p. 1. n. 124. & ſeq. vbi reddit rationem, tamẽ
ibi ſubdit, quod ſemper tutius erit facere verbũ cum
principe, vel eius locumtenente generali, quando ca-
ptura erit decernenda, & Pereg. Iannin. in dict. lib. 1.
c. 2. ſub nu. 101. dicit tria concurrere debere, primum,
vt delictum ſit tale, quod ingeratur pœna corporalis.
Secundum, quod perſona non ſit priuilegiata. Tertiũ
quod præcedant indicia ſufficientia ad capturam, &
latius requiſita, ſeriatim ponit Caualc. de Brach. reg.
parte 2. nu. 1. & ſeqq.
2 Primum enim requiſitum eſt, vt iudex, qui commit-
tit capturam habeat facultatem carcerandi, alias ca-
ptura eſſet inualida, & nulla Pereg. Iannin. in dic. trac.
de citat. real. lib. 1. c. 1. nu. 1. de quo requiſito latè dixi
ſuprà c. 2. & traditur generalis regula, vt captura di-
citur iuxta ſi cõcurrant cauſa, iuriſdictio, ordo, & for-
ma carcerationis. Boer. deciſ. 215. n. 33. Baiard. q. 46.
nu. 1. Caualc. de Brach. reg. p. 2. num. 5.
3 Secundum requiſitum eſt, vt perſona carceranda
non ſit priuilegiata, vt tradit Iul. Clar. q. 28. nu. 2. in fi.
& Marſ. in l. quæſt. n. 68. & ſeq. ff. de q. Lãcell. Corrad.
de offic. Prætor. rubr. de carcerat. n. 7. & 15. & Pereg.
Iannin. in tract. de citat. real. lib. 1. c. 2. nu. 1. etiam tra-
dunt, ꝙ iudex in decernẽda captura debet conſidera-
re honorẽ, facultates, dignitatem, innocentiã, & qua-
litatem criminis, quia aliter proceditur cõtra nobiles,
& diuites, q̄ procedatur cõtra pauperes, & viles per-
ſonas, & aliter in delictis grauibus, vel leuibus, & ali-
ter in delictis occultis, & cuncta diligenter conſidera-
re debet, an ſit tradendis ſatellitibus, vel committen-
dus fideiuſſoribus, Iul. Clar. q. 28. nu. 2. verſ. & quia.
4 Perſonæ priuilegiatæ multę ſunt, & inter alias cle-
rici nõ ſunt carcerandi à laico, niſi fuerint reperti in-
flagranti crimine, vel niſi fuerint delinquẽtes ſuſpecti
de fuga. Scacc. in tract. crim. q. 42. nu. 13. vbi latè, & in
5 q. 46. nu. 25. de quo alias ſuperius latè dixi Caualc. de
Brac. reg. p. 2. nu. 16. & ſeq. dicit quomodo ſit decer-
nenda captura per iudicẽ ne ſequantur ſcandala iux-
ta qualitatem perſonarum, & ad cautelam debeat ap
probare, vt captura ſequatur ſine ſcandalo.
6 Doctores pro leuibus delictis non carcerantur, ſed
tantummodo pro grauibus. Iul. Clar. q. 28. verſ. item
quæro, vbi alios allegat, teſtaturque de facti contin-
gentia, quem refert, & ſequitur, Modern. Rom. q. 27.
7 nu. 87 Scacc. in tract. crim. cap. 46. num. 27. vbi ſubdit
idem ſeruandum eſſe in minoribus impuberibus, alijſ-
que ſimilibus, contra quos, vel ratione ætatis, vel ali-
cuius dignitatis, ſeu reuerentiæ debet cum maiori tẽ-
peramento procedi.
8 Mulieres ẽt non poſſunt, neque detinere, neq; car-
cerari, c. mulieres de iud. in 6. Iul. Clar. q. 28. verſ. quę-
ro igitur, vbi de cõi, quod Doct. admittunt ẽt in cri-
mine atrociſſimo, ſed vel includuntur in Monaſterio,
vel tradũtur honeſtis mulieribus cuſtodiendæ, vt latè
proſequitur. Modern. Rom. q. 27. n. 52. & ibi concor-
9 dantes cumulauit, † De conſuetudine aũt in crimine
grauiſſimo mulier etiã honeſta carceratur in publico
carcere, ſeparato tamen à conuerſatione virorum, vt
teſtatur Marian. in tract. de citat. art. 5. q. 17. verſ. 16.
fallit, Iul. Clar. q. 28. verſ. quæro igitur Modern. Rom.
q. 27. n. 52. in fine, Menoch. de arb. q. 88. n. 21. Scac. in
tract. crim. q. 46. num 25. vel relaxantur, ſeu detinentur
pręſtito fideiuſſore de iudicio Sixti, ſi illum habeant,

ſin mi-

sin minus sub iuratoria cautione. Petr. Caball. in qq. crim. cas. 228. n. 23. cent. 3. licet in casu 74. n. 4. dixerit ex generali cõsuetudine Curiarum non obseruari, cû etiam pro leui crimine detineantur in carceribus.

10 Quæ consuetudo carcerandi mulieres in publico carcere in grauissimo crimine indistinctè nõ est vera; sed Iudex inspecta qualitate personæ, delicti, & indiciorû, poterit mulierem in domo, vel in monasterio, vel in alio loco honesto, in Prætorio sub honesta custodia, et sub fideiussione eius arbitrio detinere, vt per Iul. Clar. q. 28. vers. quæro igitur nu. 3. Menoc. d. q. 88. nu. 21. Gram. dec. 33. n. 12. vbi apud eum in Regno diuersimodè esse obseruatum. testatur Modern. Rom. etiam in quæst. 27. nu. 54. refert quod in Curia diuersis modis fuit obseruatû, & alios casus refert Scacc. in tract. crim. q. 46. nu. 25. vbi subdit, quòd ipse domû pro carcere non assignaret, nisi quãdo constare inciperet de innocẽtia, vel post longã carceratione, si nõ superuenerint indicia, ego aût à principio causæ non esse ita prõptus in carceratione honestæ mulieris, nisi ageretur de delicto grauissimo, & adesset grauia indicia contra ipsã, vel esset diffamata in loco de delicto patrato, & ob id ego obtinui quamdam honestã mulierẽ imputatam de participatione homicidij cuiusdẽ Hispani detineri in domo propria sub fideiussione do nec fuerit tortus quidã de d. homicidio carceratus, & in eo particeps, & cû ille substinuerit; d. honesta mulier non fuit amplius molestata Pet. Cabal. cas. 228. n. 25. & seq. dicit, q vbi delictû non est atrox, vel graue, & non sit multum grauata, põt mulier relaxari sub iuratoria cautione, vel sub præcepto pœnali in faciẽ arbitrio Iudicis, & q ita Clar. seruari Mediolani. Farin. seruari in Vrbe, & ipse etiam sæpè seruauit, sub cautione cum fideiussore, & non cum iuratoria testatur.

11 Mulieres autẽ ignobiles, & non spectatæ conditionis solent indistinctè detrudi in carcerib. separatis à carcerib. virorû, etiãsi carceratæ essent meretrices. Gram. dec. 33. nu. 11. Iul. Clar. q. 28. vers. quæro igitur. Moder. Rom. d. q. 27. n. 52. vers. limitando, Franc. Pegna Direct. Inquisit. par. 3. com. 108. §. rursus id obseruandû. Scacc. d. c. 46. n. 25. vbi subdit si delictum esse leue, non esse mulieres carcerandas, neq. capiendas, quãuis carû præsentia esset necessaria, & ibi concordantes allegat, & testatur de cõi, licèt sub n. 26. subdat non pcedere in muliere inhonesta, vel meretrice, cû ipsa carceretur etiã pro debito ciuili, & pecuniario, &

12 † si fuerit mulier inhouesta pro delicto leui, & pecuniario contrariæ fuerunt opiniones, an possit, vel non possit carcerari, quas opiniones refert ibi Scacc. in d. c. 46. sub nu. 26. tandem pro concordia distinguit, aut maritus est particeps turpitudinis, & tunc possit mulier carcerari, aut est ignorans, & tunc non possit carcerari, & vide Menoch. d. q. 88. num. 14. & seq. & Modern. Rom. d. q. 27. num. 58.

13 Episcopi, & alij viri Illustres non carcerantur, vt tradunt Doctores in pũcto allegati per Moder. Rom. in d. q. 27. nu. 77. & seq. de consuetudine autem hic in Vrbe non seruatur, quia tàm in ciuili carcerantur ob obligationem Cameralem, cuius vigore renunciant cuicunque priuilegio, vt considerat Modern. Rom. in d. q. 27. num. 81. & firmat Scacc. d. q. 41. nu. 18. quàm in criminali causa etiam carcerantur, quando agitur de delictis, vel excessibus grauibus, & ego vidi plures Episcopos detineri in Arce Sancti Angeli, ac in carceribus Turris Nonæ, & multos alios detineri, vel in domo, vel in aliquo Monasterio iuxta qualitatẽ causæ, & indiciorû, & totum tandem dependet à voluntate Summi Pontificis, in quorum personis fit à Iudicibus, nisi de expresso ordine, vel mandato d. Pontificis. Et, supremis iudicibus, & magistratibus nulla persona quamuis priuilegiata est exempta à carceratione, nisi eis videbitur. Caualc. de Brac. reg. part. 2. nu. 125.

14 Tertium requisitum est, vt delictu, p quo decernẽdã est captura sit tale, pro quo irrogatur pœna corporis afflictiua, alias reus non esset carcerãdus. Iul. Clar. q. 28. n. 1. quem sequitur Bonac. com. opin. par. 1. vers. captura ad hoc vt committatur, sed Moder. Rom. insurgit contra Iul. Clar. in d. q. 27. nu. 33. & ibi Baiard. nu. 10. post Boss. tit. de carcer. fid. relax. nu. 2. & exclamat in practica contrarium seruari, vt etiã in delicto, pro quo tantum pœna pecuniaria infligenda venit, reus possit capi, & detineri in carcerib. sed deinde cõpleto processu relaxari sub fideiussionib. & d. captura isto casu non concedatur præcedentibus leuib. indicijs saltim ad inquirendum. Peregr. Iannin. d. tract. de citat. real. lib. 1. c. 2. nu. 97. quæ exclamatio d. Moder. Rom. non erit admitenda indistinctè, prout ipse dicit, sed cum temperamẽto, vt si agetur de causa pecuniaria graui, & si posset agitari processus cõtra inquisitum sine captura, & carceribus, si persona inquisita esset diues, vel honesta, ac in aliqua dignitate cõstituta, & ut plurimum in istis causis solet procedi nõ per capturam, sed per citationem, vel monitoriû, vt benè teiam animaduertit Peregr. Iannin. in d. tract. de cit. real. lib. 1. c. 2. n. 97. & ipse inquisitus si cõparet saltem solet statim examinari, & deinde relaxari sub cautione, vel per se ipsû facta obligatione de se reprẽsentãdo, & quatenus nõ posset vnico examine perfici processus tunc solet detineri in aliquo loco honesto, vel Camera in Prætorio, vel dimitti, vt habeat domû pro carcere, iniũcto ei præcepto de non alloquendo cû aliquo, ne instruatur, quid dicere dẽat in suis examinib. & ita vidi mitius in Curia obseruari à discretis Iudicibus, ac ẽt ego semper obseruaui, & est bona, & laudabilis practica, quia si in istis causis potest audiri inquisitus per procuratorẽ, vt suo loco dicam, debet ẽt audiri extra carceres, & sine strepitu capturæ, & Sigism. Scac. de Iudic. lib. 1. c. 42. sub n. 15. vbi alios allegat, tuetur opinionẽ Iulij Clar. quã ẽt cõmuuẽ appellat, vt in pœnis pecuniarijs reus non debet carcerari.

15 Tertium requisitum est, vt præcedant legitima indicia cõtra inputatû de delicto, alias captura dicitur iniusta. Marsil in §. constante nu. 1. in pract. crim. Iul. Clar q. 28. nu. 1. in fin. Moder. Rom. q. 27. nu. 112. vbi de communi. Honded. cons. 108. nu. 23. & seq. vol. 1. & consil. 94. nu. 7. vol. 2. Petr. de Surd. cons. 182. nu. 2. vol. 2. Pereg. Iannin. in tract. de citat. real. lib. primo, cap. 2 nu. 81. seq. vbi de communi, Seraph. de priuileg. Iuram. priuil. 183. nu. 95. Andr. Fachin. contr. iur. lib. 9 cap. 55. vbi testatur de verissima opinione, & cap. seq. refert aliquos tenere sufficere solam suspicionẽ, alios sufficere leuia indicia, alios diffamationem, alios qualem qualem informationem, alios esse in arbitrio iudicis, & hanc vltimam opinionem ipse amplectetur per text. in l. 1. ff. de custod & exhibit. reum, & eo magis procedit ista vltima opinio in Iudice habente facultatem procedendi Brachio regio, de quo vide Caualc. de Brach. reg. part. 2. num. 8. & seq.

Quod procedit etiam in criminibus atrociſſimis, puta in crimine lęſę Maieſtatis, vt pręcedere debeant legitima indicia Marſ.in Pract.d.§.cōſtante n.2. Corrad.in Pract.tit.de captur.n.2.Monticell.in pract.reg. 12. n.26.Moder.Rom.d.q.27.nu.124.Honded.conſ. 94.n.8.vol.1.Peregr.Iannin.de citat.real.lib.1.cap.2. num.92.in fine.

17 De quibus indicijs cōſtare debet in actis per depoſitionē teſtium examinatorum ſuper imputatione.Iul. Clar.d.q.29. verſ.ſcias autem circa med.Marſ.in d.§. conſtante n.11. vbi teſtatur de communi,& ibi ponit practicam examinandi dictos teſtes, & recipiendi d. indicia Moder.Rom.d.q.27.nu.113.Peregr.Iannin.d. lib.1.c.2.n.93.vbi de communi,& ſub n.97.dicit idem eſſe obſeruandum in delicto, pro quo veniret ſolummodo imponenda pœna pecuniaria, vt pręcedere debeant indicia, quæ ſufficiant ad inquiſitionē, imò maiora indicia requirantur in delicto pro quo imponitur pœna pecuniaria.Scacc.in tract.crim.c.42. n.7.& ibi reſpōdet doctoribus dicentibus, poſſe deueniri ad capturam ſine indicijs,& ſub n.8.etiam dicit, quod dicta indicia debent recipi in proceſſu, vel *in Vacchetta* ſeu *Baſtardello* per Notarium, & iſta opinio eſt cōmunis, æquior, ac in practica magis ſeruanda, vt non committatur captura, niſi pręcedāt legitima indicia,& de eis conſtet in actis, quicquid nonnulli alij relati per Moder.Rom.in d.q.27. num.115.dixerint,& Eugen. conſ.64.n.14.& ſeq.dicit veriorem,& magis communem eſſe opinionem, vt ex conſuetudine totius Italiæ ſoleant examinari teſtes ſuper delicto, antequam relaxetur captura contra imputatum.Sed bene verum eſt, quod non requiratur, vt ſit formata inquiſitio.Scac.d. c.42.n.16.Neque teſtes examinentur reo citato Farinac.q.72.n.134.Honded.conſ.105.num.21.vol.1.Petr.de Surd.conſ.328.num.3.volum.1.

18 Primo limita in reperto in flagrāti crimine, qui abſque indicijs in actis redactis poteſt capi, & carceribus mancipari Lancell.in Prax.tit.de captur.n.3. Peregr. Iannin.in Tract.de cit.real.lib.1.c.2. n.94. vbi ſubdit, niſi delictum eſſet leue, quia nec in flagranti crimine repertus debet capi, vt per Iodoch.in Pract.crim.n.3. rubr.de citat.real. Blanc.in Tract.crim.in princ.n.22. Caualc. de Brach.reg.p.2. n.6.vbi plus ſubdit etiam ſi delinquens fuiſſet clericus, poſſet capi per laicos, vt ſupra dixi ad effectum remittendi.

19 Secundò limita quando delictum eſt graue, & ex eo poteſt imponi pęna corporalis, quia tunc pręcedēte quali, quali informatione poteſt deueniri ad capturam, licet alia indicia non præcedant.Iul.Clar. q. 28. verſ.ſcias autem Lancell.Corrad.tit.de captur.num.3. Boſſ.tit.de captur.n.3. Foll.in pract.crim.1.p.in verb. Notarius capiat informationem n.1.in fi.Eugen.conſ. 69. n.11. Mar.Ant.Macerat.lib.3.reſol.it.36.n.2.Imò Marſ.93 firmat capturam in criminalibus poſſe concedi etiam ſine indicijs, & quod ita in facto liberauit quemdam officialem a moleſtationibus ſibi illatis per quemdam nobilem.Sed Moder.Rom.in d.q 27.num. 131. dicit, quod tria debent concurrere, vt captura decernatur nullis præcedentibus indicijs, Primum quod delictum ſit grauè,& enorme, ſecundum quod imputatus ſit ſuſpectus de fuga,& ob id Eugen.conſ.64. n. 20. conſuluit in caſu ſuo malè vnum fuiſſe captum, quia publicè per plateas deambulabat. Tertio quod iudex ſit ſecutus, vt poſt capturam teſtes veniant ad ſubijciendum ſe examini, & idem ſequitur Peregrin. Iannin.in tract.de citat.real.lib.1.c.2.n.96.& in grauibus delictis captura committitur etiam diebus feriatis in honorem Dei.Caualc.de Brach.reg.p.2. num.21.

Si verò delictum fuerit leue, tunc de indicijs conſtare debet in actis, & ita diſcretus iudex omnino facere debeat, vt poſt alios teſtatur Peregrin.Iannin.dicto capitulo ſecundo, numero 97. lib. 1. Scacc. dicto cap.42. num.7.vbi dicit, quod in leuibus maiora indicia requirantur.

20 Qualis, qualis informatio in propoſito dicitur, quæ oritur ex depoſitione teſtium infamium, impuberum, & inhabiliū, vt docet Par.de Put. in Tract. de Sindic, in verbo tortus, c.1.n.47.Ac etiam ſimplex dictum ſocij criminis, vel aſſertio alicuius ſine iuramēto,& ſine aliqua forma iudicij, & teſtes inhabiles faciunt quale quale indicium, vt tradunt Ant. Gomez. tit.de delict. c.12.in princ.Nouell.in pract.crim.in princ.n.45.mihi fol.20.Baiar.q.21.n.99.& in q.28.nu.13.in fine, dicit procedere etiam ſi teſtes eſſent penitus inhabiles,

21 † & ſi fuerit captus non præcedente dicta quali quali informatione debet ſine impenſa dimitti, Boſſ. tit. de captura, n.4.Grat.conſ.74.num.11.volum.2.Scacc.in tract.crim.cap. 41. numero 4.vbi dicit ita vidiſſe ſeruari per Sacram Conſultam, Honded.conſil.94.num. 9.volum.2. vbi dicit, quod iniuſtè captus debet ſtatim dimitti, & eo magis ſi Curia procurauit aſſumere informationes ſuper imputatione, & nihil inuenit, licet Marſil. ſing. 93. dicat, quod fecit liberare quemdam officialem in ſindicatu, quia fecerat carcerare quemdam ſine indicijs,& Pariſ.conſil. 147. num.1. & ſeqq. volum. 4. etiam dicit, quod iudex poteſt ſtatim porrecta quærela reum carcerare donec ſatiſdederit, Sed Caualc. de Brach.reg.p.2. nu.38.& ſeq.dicit, quod ſi incontinenti indicia non ſuperuenerint ſi ſtatim non relaxat, iudex teneatur in ſindicatu de illo exceſſu, licet nō per hoc retardetur proceſſus defectu capturæ minuſq.annulletur ſi indicia ſuperueniant,& ibi dicit, quid ſeruetur in iudice procedent ex Regio Brachio.

22 Tertio limita quādo quis fuerit lethaliter vulneratus iacens in lecto, quia licet vigore ſtatuti imponeretē pęna pecuniaria, tn̄ ex eius ſola depoſitione poterit relaxari captura cōtra delinquētē; & deindè aſſumūtur indicia, Lancell.tit.de carcerat.nu.11.Moder.Rom.q. 27.n.129.& Peregr.Iannin.in tract. de citat. reali lib. 1. c.2. nu.98.Scacc.in tract.crim.c.42.n.5.verſ.limita 2.vbi de communi,& alios allegat,& magis dicit procedere, vt ad quærelam vulnerati procedi poſſit ad capturam, quando vulneratus obijt cum illa depoſitione,& ibi etiam teſtatur de communi.

23 Quarto limita ſecundū Caſtren.conſ.328. n.1. vol. 2.vt ad ſolā quærelam iniuriati relaxetur mandatū de capiendo,& Farinac.d.q.27.n.120. contra quam opinionem Caſtren.adeſt magis communis opinio, ac verior,& à conſuetudine approbata.Scacc.in d.c.42.nu. 3. quia aliquando fit iudici impoſtura per offendētes, qui quærebant offenſos, & faciunt illos carcerare,& ob id ſuccedit, quod in vulgo dicatur cum deriſione: *Il ladro corre dietro al boia*, vel, *Chi hà d'hauere và prigione*, vt bene dicit Caualc.d.p.2.n.10.de Brac.reg. vt etiam teſtatur Eugen.conſil.64.num.14.& ſeq.vel ſaltē ſubſtineri poſſet, quando per quærelā fieret obligatio de reficiendis expēſis, dānis,& intereſſe, ſi incōtinēti poſt capturā non ſubminiſtret indicia,& reus ſit

malè

malæ vocis, & non multæ conditionis, & dignitatis, & agèretur de graui delicto, vt delinquens non eſſet dimittendus ſub fideiuſsoribus, & tunc concurrente ſuſpicione fugæ iudex ad ſolam quærelantis accuſationem poterit decernere capturam. Boſs.tit.de captur. n.3.in fine, Moder.Rom.q.27.n.121.& ſeq. latè Scac. in d.c.42. num.5. & num.8.in fine vbi etiam ponit an ſola ſuſpicio ſufficiat, & quomodo probetur d. ſuſpicio, ſed in iudice habente brachium regium conceditur, captura etiam non data quærela, nec examinatis teſtibus & etiamſi periculum non ſit in mora, dummodo audiuerit fuiſse commiſsum delictum, & ſit veriſimile, & motus ſit propter bonum publicum, Caualc.de Brach.reg.par.2. n.8.vbi tamen admonet talem iudicem quid facere debeat, Peregr. Iannin. in tract.de citat.real.lib.1.c.2.vbi ſubdit, vt etiam requiratur, quod accuſator non ſit ſuſpectus, quia non minus debet accuſator carere ſuſpicione, quam teſtis, ſecundum Boſs.tit.de Accuſat.nu.39. & quod ad ſolam querelam accuſatoris, qui fuerit honeſtę conditionis, & dignitatis decernatur captura, Scacc. d.c.42. nu.5.

Si verò accuſatus non fuerit ſuſpectus de fuga, nec eſset vilis, nec ageretur de delicto graui, & accuſator non promitteret reficere damna, intereſse & expenſas, tunc iudex non debet eſse facilis ad relaxandum capturam, ſed debet ſummariè inueſtigare de expoſitis in quærela, cum ſoleant aliquando cauilloſi, & inimici affectare capturam contra eorum maleuolos, vt eis per capturam ignominia inferatur, vt conſiderat, Peregr. Iannin. in d.lib.1.c.2.n.199.verſ. ſi verò, & ſi detegantur calũnioſi debent etiã alijs pœnis puniri, vt ſuperius dixi in defenſ.4 Et captus ſine legitima informatione debet ſtatim relaxari ſine vlla impẽſa, Scacc. in d.c.42.n.4.vbi alios allegat, & teſtatur hic in Vrbe Romæ vidiſset ſeruari per ſacram conſultam, ſed ſi ſuperuenerint noua indicia, quicquid de iure dici poſſit in practica fatuus iudex eſt ſi captum relaxaret.

24 Quinto limita quando agitur contra vagabundum fugitiuũ, & ſuſpectum de fuga, quia præcedente quali quali informatione, & ſuſpicione põt capi, & carcerari, & deinde aſsumãtur informationes, & ita quotidie iudices maleficiorũ in practica obſeruãt, Salyc. in l.ea quidẽ n.77.C.de accuſat.& in l.2.n.4.C.de exhib.reis, Ant.Gom.tit.de delict.c.9.n.1.Peregr.Iannin.in tract. de citat.real.lib.1.c.2.n 100.vbi ſubdit, quia per fugæ ſuſpicionem multa conceduntur quæ aliàs non cõcederentur. Bald.in tract.de carcer.c.1.n.9.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.132. n.c4. latè poſt alios, quos allegat, Peregr.Iannin.in d.lib.1.c.2.n.100.ver.ratio eſt, vbi ſubdit, quod ſuſpectus de fuga a quolibet priuato abſque iudicis mãdato poteſt capi, & ad carceres duci. Marant.p.6.1.memb.iudicij Rubr.de citat.n.61.& ſeqq.niſi delictum ſit leue, vt ſuperius dixi.

25 Vagabundus autem quis dicatur alias ſupra dixi in Defenſione . . . cap. . . . & latè ponit Iannin.in tract. de citat.real.lib.1.cap.2.num.128.

26 Quartũ requiſitũ eſt, vt conſtet de corpore delicti antequã decernatur captura contra imputatũ de delicto. Ant.Gomez.tit.de delict.c.9.n.1.Ang.de malefic. in verb.iudex cõmiſit Caio, n.4. Socc. Iun.in tract.de citat. art.2. princ.q.24. Boſs.tit.de delict.in fin.& tit. de captura n.7. Buriatt.conſ.166.nu.2.vol.2.Scacc.in tract.crim.c.42 num 6.vbi alios allegat.& teſtatur de communi & ibi ſubdit, quod clericum capiens non conſtito de corpore delicti incidat in excommunicationem, & ibi teſtatur de communi, & quomodo tàm capiens, quàm mandans capi clericum incidat in excõicationem. vide Mar.Ant.Macer.Var.Reſolut.lib. 3.reſolut.18.Peregr.Iannin.in tract.de citat.real.lib.1, c.2.n.42.vbi de cõi, & ibi ſubdit poſt Moder.Rom.in q.2. nu.4.vt debeat etiam conſtare de qualitatibus, & circumſtantijs delicti, de quo requiſito dixi latè ſupra, in defenſ.4.Caualc.de Brac.reg.p.2.n.7.& latius num. 21. dicit non procedere in iudice brachium regium habente ſi delictum ſit grauè, & audiuerit veriſimiliter fuiſse delictum commiſsum.

27 Quintũ requiſitũ eſt, vt precedat ſpecialis cõmiſso iudicis in captura criminali. Iul.Clar.q. 28. verſ. dictũ eſt, & eſt tex. in l.neminẽ.C.de exiben.reis Boſs.tit.de captur.n.93.reo oſtendenda in actu capturæ Caualc.
28 d.p.2. num.14 Granut.Theorem.19. † limita tamen quãdo reperitur delinquens in flagranti crimine, quia ſatellites poſsunt ſine ſpeciali commiſſione iudicis capere delinquentem, & idem eſt in qualibet perſona priuata, dummodo delictum ſit tale, pro quo poſset pœna corporalis irrogari, vt ſuperius dixi, & latè Caualc.de Brach.reg.p.2.nu.15.vbi refert alios caſus in quibus permittitur captura ſine mandato iudicis, & quod licentia capiendi tranſeat in ſucceſsorem etiam poſt mortem iudicis, & quod ex longa carceratione dicatur iuſtificata captura & ita ſeruari de conſuetudine ex traditis per Vant.de nullit.ex defect.citat.nu. 34.ſed ſub nu.45.tuetur, vt ipſe iudex non poſſit proprijs manibus delinquentem capere.

Captura iniuſta quid operetur in ipſo principali, capto, vel capiendo.

S V M M A R I V M.

1 *Reſiſtere Curiæ in actu capturæ nemo poteſt, & reſiſtentia varijs pœnis punitur.*

2 *Reſiſtentia facta per ſolam fugam antequam à Birruarijs capiatur, nulla pœna punitur tàm de iure, quàm de conſuetudine.*

3 *Reſiſtentia facta poſt quàm quis eſt captus, ſi fiat cum propugnatione armorum ſine offenſa birruariorum ſe eximens, pœna arbitraria punitur.*

4 *Reſiſtentia facta cum armis, & offenſione birruariorum poterit etiam puniri vſque ad mortem.*

5 *Si verò non vulnerauit, ſed enſem denudauit, vel birruarij gulam manu conſtrinxerit, punitur aliqua pœna extraordinaria arbitrio iudicis.*

6 *Reſiſtentia facta occaſione cauſæ ciuilis non puniretur prout reſiſtentia facta pro cauſa criminali, ſed alia mitiori.*

7 *Reſiſtentia facta per iniuſtè captum notoriè nulla pœna punitur.*

8 *Captura iniuſta notoriè dicitur quando ſecuta fuit ſine mandato iudicis, & alijs modis hic per Authorem deſcriptis.*

9 *Reſiſtentia facta ſi non fuerit notoriè iniuſta qua pœna ſit punienda, diſtingue vt hic.*

10 *Reſiſtentia facta in caſu, in quo non poteſt reparari exequutio permiſſa eſt: Declara tamen vt hic per Authorem.*

11 *Captus iniuſtè detentus poteſt impunè à carceribus aufugere.*

12 *Contrariam opinionem tenent Doctores hic relati per Authorem.*

13 *Et puniatur etiamsi post fugam adiuerit superiorem: Declara tamen vt hic per auctorem.*

14 *Captus iniustè detentus si potuit aufugere, & non aufugit, capite punitur.*

15 *Et potest custodes carcerum, & alios impedientes interficere sine incursu peccati mortalis.*

16 *Et si fuerit detentus sub fideiussione, si aufugiat, fideiussio non rumpitur.*

17 *Et si fuerit relaxatus sub fideiussione, non tenentur permissionem seruare ipsi fideiussores.*

18 *Captus iniustè potest ab eodem capiente relaxari sine mandato iudicis.*

19 *Captus indebitè non potest haberi pro confesso, & conuicto per fugam.*

20 *Appellatio admittitur a carceratione, & pendente appellatione non erit carcerandus de iure, secus de consuetudine.*

21 *Appellatio quandocunq; potest interponi per carceratũ etiam vltra 30. annos, nisi fuerit pronunciatũ super captura, quia tunc debet appellare infra 10. dies.*

22 *Bulla Sixti V. in ordine 6. contra Bannitos, & homicidas an locum habeat in se ipsum eximente, & aliqui tenent opinionem affirmatiuam.*

23 *Contrariam opinionem Author tuetur.*

24 *Qua opinio contraria magis procedit, si fuerit captura facta pro causa ciuili, reprobata opinione Farinac.*

25 *Item procedit etiam pro causa criminali si captura fuerit iniusta.*

26 *Iniustè captus poterit etiam conuocare alios ad se eximendum à Birroarijs sine incursu pœnæ dictæ Bulla.*

27 *Aufugientes à triremibus quomodo sint puniendi, latè ponit Author hic.*

C A P. IV.

COnclusio est satis trita in ista quæstione, vt nemini liceat Curiæ resistere volenti procedere ad capturam. Socc.reg.442. Duenn.reg. 192. Par.l.consf.
1 147. n.3. vol.4. & alij, quos refert, & sequitur Moder. Rom.q.32.nu.86. Sigism. Scacc.in tract.crim.c 46.nu. 28.in princ. Caualc.de Brach.reg. p.2.n.63.& seq. ponit latè quando liceat resistere, & non resistere, & quando birroarij possent capiendum vulnerare, & occidere, & quod moderamen adhibere debeant. Et hęc conclusio in tantum est vera, vt resistens sit varijs pęnis puniendus, iuxta qualitatem resistentiæ, etiam pœna mortis naturalis per ea, quæ tradit Boer.decis.170. n.5. quem refert, & sequitur idem Modern. Rom.d.q. 32. n.27.in fine, & ità sæpè seruatum fuisse Romæ, testatur Vulpell.responsf. 137. n.17. Scacc.d.cap.46.nu. 28. latissimè Petr.Caball.in quæstione crimin.casu 8. numero 28. & seqq. vbi refert Doctores tenentes esse puniendum pœna mortis, sed loquitur in jam capto, vel in carcere detento, sed alij tenent mitiori pœna esse puniendum, quos refert Modern. Roman. quæstione 30. num. 4. & seq. in tertia opin. à qua in iudicando, & consulendo non esse recedendum affirmat, & indistinctè, siue sit condemnatus, siue non; Benè verum est, quod si non fuerit condemnatus, ob fugam habeatur pro confesso; sed quod non puniatur vti fractor carceris, nec habeatur pro confesso, nisi quando fractis ostijs carceris, vel compedibus, in quibus detinebatur, vt latè per Modern.Roman. in d. quæst. 30. num.53. & 54. vers. sed certè, quam opinionem sequitur Petr.Caball.in qq.crim.cas.8.num.31.32.33. quorum opinio mihi etiam non displicet, & quod dicitur de effractore carceris, idem erit in frangente ostium, vel cameram assignatam pro carcere, vel in frangente vincula, seu compedes, quamuis non esset clausus in carcere. Menoch.de arb.cas.301.n.6. Moder.Rom. d.q.30.num.82. Petr.Caball.d.cas.8.num.33.

2 Tamen pro vera resolutione est distinguendũ, aut resistentia consistit in sola fuga, antequam fuerit à Satellitibus captus, & tunc nulla pena puniatur, tàm de Iure, quàm de consuetudine, cũ illa non habeat proprium nomen resistentiæ, si fiat sine armis, & propu-
3 gnatione, † aut aufugit postquã fuerat captus, & tũc puniatur, ac si à carceribus aufugisset. Aug.ad Ang.de Malefic.in verb. quod fama publica sub n.56. Iul.Clar. quæst. 29. num. 5. quos sequitur Modern.Rom.in q. 32. num.3.& 26.& post istos Petr.Caball.in quæstio. Criminal.cas.8.num.1. vbi alios allegat; Si verò consistat in propugnatione acrius puniatur arbitrio Iudicis. Scacc.in tract.crim.c.46.n.29.& si aufugerit, & se exemerit simpliciter, tunc puniatur mitius, quam si ex carcere aufugisset, vt firmat idem Pet.Cabal.in d.cas. 8.n.1.circa finem, quæ opinio Caball. est intelligenda postquam fuerit in manibus, ac in posse Curiæ, secus si adhuc non fuerit in posse Curiæ, quia tàm de Iure, quam de consuetudine nulla pœna puniretur, vt per Scacc.in d.c.46. num.29. circa princip. cuius opinioni omnino inhęreo, & ego hic in Curia non vidi, nec audiui aliter practicari, nisi secundum opinionem Scacciæ, sed illa fuga faciet indicium contra ipsum super delicto. Caualc.de Brach.reg.p.2. nu.84. quod deinde tollitur si spontè compareat. idem Caualc. ibi num.85.

4 Si verò se exemerit, vel resistẽtiam fecerit cum armis, & violentia, ac birroarios vulnerauerit, poterit puniri etiam vsque ad mortem naturalem, vt recenset Vulpell.responsf.37. num. 17. de illo, qui grauiter vulnerauerat birroarium ipsum insequentem, eum fuisse mane sequenti in loco delicti suspensum, sed verè illa pœna fuit illi miserrimo inflicta vigore Bannimentorum Gubernatoris Vrbis, vt bene adhoc animaduertit Scacc. in d. cap.42. num.28. licet Iudex isto casu possit etiam de iure extendere arbitrium suum, vsque ad mortem naturalem inclusiuè, vt expræsè sentit Moder.Roman.q.32. num.28. & sequitur Scacc.in d. cap.46. num.28. & latissimè Petr.Caball.in qq.crim. cas.8. num.38. Quæ tamen pœna vltimi supplicij fuit à Senatu Burdegalensi moderata, & reducta ad fustigationis pœnam per duas vices, vt refert Boer. decis. 170. num. 5. vers. vnde in casu nostro, & etiam refert Petr.Caball.in d.cas.8. n.38. vers. qui tamen, quæ opinio Boer. mihi non displicet, vt puniatur citra mortem acrius, & seuerius pro qualitate vulnerum, & resistentiæ etiam ad triremes in perpetuum, vel ad tempus prout etiam tenet Caualcan.de Brach.reg.part.2.nu. 85. vbi docet, quod si non permanserit in fortis curiæ, erit formanda inquisitio contra eum de tali violentia & quod seuerius sit condemnandus in contumaciam.

Et ꝙ dictũ est de pęna vltimi supplicij, est intelligẽdũ, quando quis resistit, & se eximit cum violentia, & offensione birroariorũ, & cũ armis postquã fuit in manibus Curię, secus verò si adhuc nõ fuerit in posse Curię, quia mitius puniretur, vt post alios, quos allegat, & præcipuè post Iodoc.in Pract.Crim.c.15.n.29.& 30.

tenet,

tenet,& ſequitur,ac expreſsè declarat,Petr.Caball.in d. caſ. 8. num. 38. in fine per rationes per eum bene allegatas.

5 Si verò non vulnerauerit, ſed ſolũ denudauerit enſem, tunc poterit puniri pœna pecuniaria, & in defectum illius pœna corporali, prout in contingentia facti conſuluit Pariſ.conſ.147.n.3. in fi.& n.17.vol.4.& eadem pœna etiam punitus fuit quidam, qui enſem euaginauerat,teſtatur Boſſ.tit.de captur.nu.18.& 20. quem etiam allegat Iul. Clar. q.29. ſub verſic.quæro etiam,& ſequitur Scacc.in d.c.46. nu.28. verſ.ſi verò, Sforz.Odd.conſ.72.num.32.& 33.

Si verò violẽtiam ſine armis intulerit, vt puta,quia birroarij gulam manum conſtrinxerit, ſeu quid ſimile fecerit,punietur aliqua pœna,vel pecuniaria,vel corporali, iuxta qualitatẽ violentiæ,vel impetus,vt tradit Iodoch.in Pract.crim.c.15. ſub n.15.Scacc.d.c.46.n. 28.in fine in tract.crim.Caualc.de Brac.reg.d.p.2.nu. 83. & ſeq.vbi ſub n.87. firmát vt ſi fuerit à birroarijs in captura, ac inductione male tractatus, tanquam prouocatus,ſi aufugiat nulla pœna puniatur & maxime, ſi ei imminerat periculum magnæ pœnæ ob magnam perſecutionem, qui tamen loquitur de iſto vltimo caſu quando eſſet indebitè captus.

6 Si verò cauſa fuerit ciuilis, ſiue debitũ ſit publicũ, vel priuatum, de ſtricto iure aufugiens eadem pœna puniendus erit,vt per Boſſ.tit.de effract.carc.n.1.verſ. & procedit hæc pœna poſt Comenſ.in conſ.106.n.2. in fine,& n.3. ea ratione,vt non attendatur cauſa,ſed conſideretur violatio loci publici, & carceris, & contemptus ſuperioris, & eius miniſtrorum, vt etiàm videtur ſentire Moder.Rom.q.30. n.81.verſ.amplia ſecundo,tamen numqũam de facto hęc opinio fuit obſeruata, ſed mitior pœna fuit inflicta,&ad ſummum pœna exilij temporalis,vel pœna pecuniaria,vel pęna ictuum funis, prout iudici conuenire videbitur inſpecta qualitate perſonæ,vt teſtatur Petr. Caball. in qq. crim.caſ.8.n.34.& ſeq.quam opinionem omnino amplector; quia nec etiam ego audiui, nec vidi in Curia ſeruari opinionem rigoroſam iuris, ſed tantum opinionem atteſtatam per Petr.Caball.vbi ſupra.

7 Alia verò traditur diſtinctio in ipſo capiendo reſiſtente Curiæ,quod ſi captura ſit notoriè iniuſta, tunc poſſit impunè reſiſti per ea, quæ tradunt Soccin. in reg.442.Falent.2. Marant.in ſuis Diſputation. diſputation.prima, num.36. Milleus in practic. crimin. fol. mihi 64.num.21. Modern. Roman. quęſt.32. nu.100. 107. 118.& 121.in fine. Scacc. tract.crimin. cap.46. num.30.Sforz.Odd.conſ.72.nũ.33. verſiculo 3. dico, latè Peregr. Iannin.in tract.de citat.real.lib.1.cap.1. num. 580. & ſeqq. Ratio eſt in promptu, quia iudex, vel ſatellites exequutores notoriè iniuſte exequẽtes nõ dicuntur facere vti iudices,& Miniſtri Dei, & iuſtitiæ, ſed vti priuati, & tanquam miniſtri Diaboli, capit.1. inſtrum.23. q.2. & notat gloſſ.in cap.1. de re iudic.in 6. & ob id de facto poteſt reſiſti. text. in l. contra, C. de execut.& exact. lib. 12. Peregr. Iannin. in dict.lib. 1.cap.1.num.187.& ſeqq.Corſet.in ſing. in verb.officialis. Marant. diſputat.1.nu.28. Maſcard.de probat. concl.189.num.26.Scacc.in tract.crim. lib.1.cap.46. num. 31. Et quia etiam in iſtis actis extraiudicialibus non appellatur, ideò admittitur reſiſtentia. Claud. Seyſeil.in l.vt vim.num.30.ff.de iuſt. & iur.

8 Captura autem dicitur notoriè iniuſta, quando ſatellites vellent quempiã capere ſine mãdato iudicis,quod tenerẽt oſtẽdere in ſcriptis, l.neminẽ, C.de exhibẽreis, l.prohibitum,vbi Bart.nu.1. & Luc.de Penn.nu.5. C. de iur.fiſc.lib.10.Iaſ.in l.cũ proponas,nu.7.C.de pact. Boer.deciſ.170.ſub num.2.Iul.Clar.quęſt.28.verſiculo dictum eſt,& quæſt.29.in princip.Moder.Rom.q.32. num.32. Scacc.in tractat. crimin.cap.46. num.31, & & mandatum,vt captura iuſta dicatur debet concedi a iudice habente facultatem capiendi,Caual.de Brac, reg.parte 1. nu.43. in fin.& nu.44. dicit quod non tenentur birroarij oſtendere mandatum niſi poſt capturam, ne capiendus inſtruatur ad fugam,& num. 124.

Item diceretur iniuſta quando vellent facere executionem in maiori ſumma, quam expreſſa in mandato.Bart.in l.contra,C.de exact.& execut.lib.12.Marant.in d.diſputat.1.n.28.vbi alios allegat,Mod.Rom. q.32.n.101.Scacc.in tract.crim.c.46.ſub num.31.Peregr.Iannin.in d.lib.1.cap.1.num.592.

Item ſi quis vellet expellere aliquem de ſua poſſeſſione, quia vnicuique licet nõ dimittere poſſeſſionem ſuam ſine legitima cauſæ cognitione, & poteſt contradicere non obſtante,quod Papa in litteris poſuerit clauſulam contradictores, &c. Roman. conſ. 382. in princ.Fœlin.in capitulo cauſam,quæ,num.18.de reſcript.latè Peregr.Iannin.in d.lib.1.cap.1.num.594.vbi ſubdit,quod liceat conuocare amicos,& affines,& expellentem percutere, dummodo fiat incontinenti, & etiam reſiſtere,cum armis,Gramm.vot.36. nu.7.Neuizzan. conſ. 52. num. 11. qui concordantes allegat, Sforz.Odd.conſil.72.num.355.

Item ſi vellent procedere,vel exequi contra perſonam omnino exemptam a iuriſdictione iudicis decernentis capturam,vt puta contra clericum de mandato iudicis laici per ea,quæ tradunt Bald.Fœlin.& alij, quos allegat Duenn.reg.281.Petr.a Plac.Epitom.delict.libro 1.cap.38.numero 7.& faciunt congeſta per Modern.Roman. in quæſt.32. num.72. & num.107. Scacc.d.cap.46.num.31.verſiculo Item quando.

Item poterit etiam dici notoriè iniuſta executio reſpectu loci,& temporis, vt ſit ſatellites vellent capere delinquentem in eccleſia, vel debitorem in die feriata in honorem Dei, & quod non eſſet ſuſpectus de fuga,vt latè proſequitur,Scacc. in d.cap.46, num. 31.verſiculo ſed numquid,Theſaur. deciſione 95.nu. 3.qui tamen ſubdit,niſi daretur conſuetudo,vt die feriata poſſit fieri executio,quia tunc non diceretur iniuſta, & Scacc. vbi ſupra intelligit etiam de diebus non feriatis, ſed a populo ob Dei reuerentiam obſeruatis,& loquitur in diebus Hebdomadæ Sanctæ.

Item poterit dici captura iniuſta quando ſatellites vellent eum capere vigore alicuius condemnationis, qui numquam fuit citatus,vt in caſu Sforz. Odd. conſilio ſeptuageſimo ſecundo,num.33.& ſeq.& ibi concordantes allegat.

Item diceretur iniuſta, ſi mandatum emanauerit a iudice non habente iuriſdictionem carcerandi,& concedendi capturam, quia poterit birroarijs impunè reſiſti,Abb.de reſcript.capitulo ſi quando num.3. latè Peregr.Iannin.in tract.de citat.real.lib.1.c.1.n.580. & ſeqq.& numero 599.Caualcan.de Brach.reg.parte 1. num.43. in fin. vbi ponit multos alios caſus,in quibus captura dicatur iniuſta,& quæ requirantur,vt dicatur iuſta,& parte 2. num. 45. latè tuetur,quod dicatur captura iniuſta, quando fieret per ipſummet

Iudicem manibus proprijs,& ibi reddit bonā rationē, quod est bene notandum, quia sæpè potest Aduocatus super hoc honorem,& vtilitatem consequi.

9 Si verò captura non fuerit notoriè iniusta,tunc est distinguendū,aut cōstat apertè de iustitia capturæ,& tunc non licet ei resistere,& resistens punietur pœnis, de quibus dixi supra in princip. Aut sumus in dubio,& tunc quia est præsumendū pro iudice iuxta regulam, de qua in l.Herennius §.1.ff.de euit.latè Vant.in tract.de nullit.Rubr.a quo,& quib.mod.sub nu.7.vers. viso processu,& num. 10. Ideò minus licitum erit isto casu resistere Din. in regul. quod quis, libro 6. de regul.iur.Modern.Roman.quæstione 32. numero 118. Peregr. Iannin. io dicto libro 1. capitulo 1. numero 604. & seqq.Scacc.in tractat.crim.dicto capitulo 46. numero 30. vbi subdit,quod non obstat dicere cognitionem capturæ an sit iusta, vel iniusta, non pertinere ad Birroarios per ea, quæ tradit,Iul. Clar. quæst. 29. in princip. quia hoc procedit quando iniustitia est dubia, secus si clara esset, & ita procedit dictum Amodei concinis mei in tractat. de sindic. numero 100. & sic conciliantur opiniones Amodei, & Iul. Clar. vt bene considerat Scacc. in dicto capitulo quadragesimosexto,num.30.in fine.& prius considerauit Claud. Seysell.in l.vt vim.n.32.& seq.ff.de iust.& iur.Caualc. de Brac.reg.par.1.num.216.

10 Ac poterit dari alia distinctio,quod si captura,vel executio induceret præiudicium irreparabi e,& tunc pōt de facto impunè resisti,& in hoc nullus est,qui dissentiat,Pelin.in c.si quando in tertio,Fallent.de rescript. Claud.Seysel.in d.l.vt vim.n.31. in prima lect.Cauale. de Brach.reg.p.2. num.48. & seq & licet Bald.in l.vt vim num.21. ff.de iust.& iur. fuerit contrariæ lententiæ,quia dicit,quod primo debeat appellari,& posteà resisti, quia eius opinio est potius ad cautelam quam sit necessaria appellatio,vt firmat Peregr. Iannin.in d. Tract.de citat.real.lib.1.c.1. numero 600 vbi subdit quod si executio esset reparabilis per appellationem, & tunc distinguit,aut sententia est lata contra legem, & est euidenter iniusta, vel aliter ipso iure nulla, aut est iniusta contra ius litigatoris, ex qua iniustitia nulla potest oriri nullitas, sed valet, vt in primo casu possit resisti, in secundo autem casu si transiuit in iudicatū, non possit ei resisti, sed Sforz. Odd. in cons.72 num. 37. loquens de captura factā in causa criminali dicit illam afferre præiudicium irreparabile, post Syluan. in consil.17. num.2.libro 1.& idem firmat post Alex. in l. 4. §. condemnatum, colum. penult. ff. de re iud. Claud.Seysel.in d.l.vt vim.num.34.vers.Aliquid etiam latè Caualcan.de Brach.reg.p.2.nu.13.vbi dicit,quod captura affert præiudicium irreparabile, siue quo ad honorem,siue quo ad personæ salutem, siue quo ad bona,siue quo ad scandala, latè Prax. Archiep. Neapolit.cap.29.nu.2. vbi subdit ob infamiam, quæ ex ea resultat,& maximè in clerico,quę non potest reparari per futuram excarcerationem. Vestr. in pract. lib.8. cap.3. num.18.

11 Alij autem tenet,quod iniustè captus,& in carceribus detrusus Iuris ordine non seruato possit impunè aufugere. Iul.Clar.quæst.21.num.16.vbi de cōi,& ibi Addentes in litt. Q, vers.declarator tamen, qui alios allegant. Rim.Iun.cons.125. nu.1. consil.135.num.9. vol.2.Honded.cons.94.nu.10. vol.2. Moder.Roman. quæst.30. nu.120.vers.limita primo,Menoch. de arb. casu 301. num. 14. & sequent. Bertazzol. consil. 35. num.32. & sequent. lib.2. Petr. de Surd. consil.181. num.6.volum.2. Matth.Brun.consil.61. numero 9.& Doct.adducti per Petr.Caball.in quæst. crim. casu 43. nu.1.& alij deducti per Andr.Fachin.controuers. iur. lib.1.cap.31.Curia princ.Menoch.de Arbitr.cas.301. nu.14.& seq.lib.2.Ea ratione mouentur Doctres,cum carcer dicatur mala mansio,& habeat in se cruciatum corporis. Natt. consil.319. Magon.decis.Lucens.fin. num.13.& personalē offensionem contineat Magon. d.decis.fin. num.14. imò dicatur species torturæ Mascard.de probat.conclus.266.num.6.volum.1. & licet non detur ad pœnam, tamen in se pœnam dicitur habere Petr. Caball.in quæst.crim.casu 142. numero 3. & multa alia incommoda affert carcer, vt latè per Vinc.de Franc.decis.317.numero 4. & seqq.p.2.Cauale.de Brach.reg.par.2.num.93.

12 Contrariam opinionem tuetur Petr.Caball.in dict. quæst.crim.d.cas.42. num.1. & seq.dicens,quod cum casus iste occurreret inter quosdam Iudices, fuit magna controuersia inter eos circa illius decisionem, & ipse fuit in voto,quòd iste aufugiens à carceribus etiā iniustè captus, possit puniri pro fuga arreptā à dictis carceribus, quia esset mali exempli permittere, quod carceratus possit vti via facti, cum per viam iustitiæ possit suæ idemnitati prouidere remedio appellationis, recursus,aut querelæ,& quod si hoc permitteretur impunè omnes carcerati aufugerent,& validitatē carcerationis in disputationem ponerent,& sæpè obtinerent,quod non fine,maximo contemptu,& dedecore Iustitię,& Iudicis sequeretur,& quòd ita inuenit tenere.Boer.215.sub n.30.vers.quare præcedens opinio,& testatur aliam opinionem non seruari de Stylo Franciæ,cum qua sententia post modum,inquit,quod inuenit transire.Modern.Rom.in d.q.30.num.130.& seq.qui etiam allegat d.decis.Boer.

13 Imò in tantum Petr.Caball.in d.cas.42.n.3.tuetur istam suam opinionem,quam dicit procedere etiamsi aufugiens à carceribus adiret superiorem, vt non excusetur ex solo capite iniustæ capturæ,sed si ex nimia iudicis sæuitia, vel ex mala culpa custodum statim se conferret ad superiorem,excusaretur per tex. in l.non omnes,in princip.vbi gloss.in verbo fortis,& §.qui in desertione,ff. de re milit. & tex. in l. milites agrum,§. desertorem C. eodem titulo,& ibi etiam alia iura adducit,vbi tamen subdit,quod ratione dictæ iniustæ capturæ mitius puniri debeat,& tantum aliquali pœna, & ob id in casu suo, ille, qui aufugit à carceribus ob indebitam capturam,& ob leuitatem causæ,ob quam detinebatur,& quia bis fuerat tortus,& statim se præsentauit ad superiorem,fuit in voto,vt puniretur tantum in duobus ictibus funis, & quod eius opinio à iudicibus illis, fuit approbata, & etiam si à carceribus aufugerit fractis carceribus sine conspiratione,vt puniatur si credere velimus,Andr. Fach. controuer.iur. lib.9.c.72.per tex in c.72.per tex.in l.1.ff.de effractoribus, vbi Vulpianus punit fractores carcerum nulla habita mentione de conspiratione, & respondet ad l. eos,ff.de custod.& exhib.reorum,& eamdem opinionem tuetur Boer.decis.215.num.22.circa finem.

Ego autē non auderem in contingentia facti ita de facili recedere à prima opinione,quod iniustè captus possit impunè aufugere, & adire superiorem,cū ista opinio sit magis cōmuniter à Doctoribus approbata, vt superius

superius deduxi,& quia etiam iudex detinens aliquem iniustè,& indebitè in carceribus, dicatur procedere non vt iudex,sed vti priuatus,vt etiam superius deduxi,& ob id non detur aliquis contemptus iudicis,neque iustitiæ,& ad rationem Petr.Caball.vt omnes carcerati aufugerent,& validitatem carcerationis in disputationē ponerent facile respondetur,quia si captura non esset iniusta determinaretur per iudicem ei nō licuisse aufugere,& successiuè pro fuga puniri posse, sed vt verū fatear;ego admitterē opinionē. Petr.Caball.in casu dubio, quando posset dubitari an captura esset,vel non esset iusta,& tunc aufugiens debeat puniri, cū pro iudice præsumatur, secus si notoriè constaret de iniustitia capturæ,vt supra latè post Scac.& alios retuli,quādo non adiuerit superiorem, quia tūc videtur contemnere iudicem,& iustitiam,secus si adiuisset superiorem,vt per Io.de Amic.consil.7. nu.21. in fine. Gramm.consil.42.num.18.Baiard.q.21.n.78. & nu.102. Honded.consil.94.num.12. & seqq.vol.2. vel possumus adherere opinioni Menoch. casu 301. num. 13. & sequent. vt iustè captus si aufugiat a carceribus,& deinde redeat, quamuis spontè,vt comprimatur eius audacia arbitrio iudicis puniatur, secus si fuerit iniustè captus, vt nulla pœna puniatur, & si cū in iustitia capturæ cōcurreret etiam probabilis timor mortis, eo magis aufugiens à carceribus non puniretur,vt bene declarat Andr.Fach. controuer.iur.lib.9. cap.71.in fine. Ac etiam magis procedit si aufugiat à palatio Prætoris,vel ab alio loco pro carcere assignato, etiam fractis foribus Prætorij, vt non incidat in pœnam fracti carceris, vt de communiori sentētia testatur Andr.Fachin.dict.lib.9.cap.67. vbi etiam alios allegat. & contrarijs respondet.

14 Immo non desunt,qui tenent,quod iniustè,& indebitè captus si potuerit aufugere,& nō aufugit,debeat capite puniri, quos refert Riminald.iun. consil.135. num.4. volum.2. & quod possit auffugere ruptis carceribus. Mascard.de probat.conclusione 265.nu.16. vbi concordantes cumulauit, & testatur de communi, volum. 1. Matth.Brunt.consil.61.num.9.versicul. ergo etiam, Iul.Clar.quæst.21.num. 16.sub versic.sed quando,vbi de communi, & ibi addentes in littera Q.

15 versiculo declaratur tamen. † Immo vt possit etiam impunè custodes carcerum, & alios impedientes eius fugam vulnerare, & occidere, Marsil.in tit. de quæst. in princ.num.28.mihi fol.4.Petr.de Surd.consil. 182. num.7.volum.2. Addentes ad Iul.Clar. in quæst. 21. in litt. T, Rimin.Iun. consil.133.num.5.volum.2.vbi alios allegat;Quod tamen procedit quando aliter indebitè carceratus euadere non potuisset,Marsil.dicto num.28.Petr.de Surd. d.consil.182.num.7. Imò etiam tenent,quod possit impunè detētus auferre,sine incursu peccati mortalis. Rimin.Iun. consil.135. num.24. vol.2.etiamsi custodibus ob dictam fugam detrimentum contingat. Mascard. de probat. conclus.265.nu.

16 27. vol. 1. Nec si fuerit detentus sub fideiussione de tuto,& securo carcere, si aufugiat fideiussio, repta dicatur. Farin. quæst.30. nu.11. Addent. ad Iul.Clar. quæst.21.in litt.T, Hond.consilio 94.num.14.& seq. volum.2.vbi concordantes allegat, & dicit procedere etiam si fideiussio fuerit iurata,licèt Baiar.in quest. 21.num.21.num.97. & seqq. dicat opinionem Farin. in practica non posse sustineri,& allegat Rim.Iun.tenentem eamdem opinionem,quamuis ibi Baiar.nu.99 vers.nec repugnat, affirmet, quòd principalis ad aliquam pœnā non teneatur,sed tātum fideiussores, sed Fachin.controuers.Iur.lib.9.c.68.dicit, quod si principalis aufugiendo nullam pœnā incurrit,quando est iniustè detentus secundum comm.opinionem, nec fideiussor in pœnam incurrere debeat,ne sit durior eius causa,quam sit obligatio,vel causa principalis.

17 Imò iniustè detentus si relaxetur cum fideiussione de redeundo ad carceres, & si non redeat, non incidit, nec in conuentionalem, nec in aliam pœnam. Masc.sing.177.& in Tract.de quæst.in princ.nu.27.in fin.mihi fol.4. Riminal.Iun. consil.135.num.2.vol.2. Petr.de Surd.consilio 182. num.8. volum.2. Imò non redeundo,nec etiam mortaliter peccat.Nauar.in suo Manuali cap.120.nu.8.tomo 1.Baiard.q.21.nu.100.latissimè hanc opinionē tuetur Seraph.de priuil.iuram. priuil.132.nu.2.vbi ēt ad contraria respondet, & plus dicit,quòd si rediret, peccaret grauiter. Quæ opinio procedit etiam si fuerit iurata. Iul.Clar.quæst.21.nu. 16.sub vers.neque tenetur,vbi de communi,Marsil.d. sing.177. Rim.Iun. d.cons.135.num.2.Petr.de Surd. d.consil.182.nu.8.vol.2.latè Seraphin.d.priuil.32.n.2. Qui Rim.sub d.nu.2.post alios, quos allegat, dicit ēt, quod si aufugerit,& deinde fideiussores illum repræsentarent,vt non teneātur illum repræsentare,quamuis tenerentur si fuisset iniustè captus.

18 Et Baiulus, vel exequutor iniustè captum pōt impunè dimittere, vt post Parid. de Put. firmat Baiard. q.28.num.17.Imò si aufugerit à carceribus iniustè captus,custos carcerū in aliquo non tenebitur, vt post alios,quos allegat, firmat Petr.de Surd.cons.182.n.9 vol. 2. nec eximens iniustè carceratum aliqua pœna tenetur Ias.cons.20.col.3.vers.circa secundum vol.3. Surd.d.consil.182.nu.9.& Ias.in d.cons.20.col.3.versic.præterea dictus, firmat,quod ille, qui detinetur in carcere malo potest impunè aufugere, cum aliàs regula sit, quod ille debeat relaxari mandato Iudicis, qui illum carcerare fecit. Brun. consil. 129. per tot. par.1.vbi in fine testatur ita fuisse iudicatum,Ac iniustè captus potest obtinere, vt in primis pronuncietur super nulitate capturæ,nec potest retineri,etiamsi noua superueniat indicia, vt dixi supra.

19 Nec si disponatur,vt aufugiēs fractis carcerib.habeatur pro confesso,& conuicto iuxta l.ad Cōtariēsē C.de custod.reor.latè Viui.com.opin. opin.119.par. 1.vbi alios cumulauit, procedit si captus,qui fregit carceres,erat indebitè captus, & Iuris ordine non seruato. Honded.cons.94.nu.13.volum.2. vbi concordantes allegat, & testatur de communi, & latè consuluit Petr.de Surd.cons.182.per totum vol.2. Idemque erit si statutum disponat aufugientem carceratum puniri pœna delicti,etiāsi detineretur pro crimine læsæ Maiestatis,vt post alios firmat Hond.d.consil.94.nu.11. latè Caualc.de Brach.reg.p.2.num.93.

20 Et à carceratione datur appellatio, & pēdente appellatione non erit carcerandus. Iul.Clar.q.46.nu.2. vbi dicit hoc procedere de iure,secus de consuetudine,

21 † sed bene iniustè detentus potest quandocūque appellare,etiā post decem dies à tēpore mandati de carcerādo,vel à tempore capturæ, ēt quod essent elapsi triginta anni,cum grauamen sit continuum,& successiuum. Franc.in cap.super eo numero 4. de appellat. Ant.Gomez.tit.de delict.cap.10.numero 10. Baiard. quæst.46.num.5. Caualc.de Brach.reg.p.2. nu. 322.

vbi subdit, vt possit appellari etiam die feriata in honorē Dei, nisi vltra carcerationē Iudex pronunciasset fuisse capturā iustā quia tūc requiritur appellatio infra decem dies á die sententiæ. Lancell. de attent. p. 2, c. 12. n. 131. & seq. Baiard. d. q. 46. n. 5. in fi. & pendente appellatione a decreto super iusta captura debet detineri in carceribus. Lancell. d. c. 12. Ampliat. 4. nu. 21. Baiard. d. quæst. 46. num. 9. in fin. Caualcan. d. part. 2. num. 312. in fin.

Modo pro cōplemēto istius quæst. restat videre an Bulla Sixti V. in ordine 6. contra Bannitos, & homicidas, pcedat in illo, qui se ipsū exemit a Curia, & an eadem Bulla procedat in se eximente pro causa ciuili.

22 Istā quæstionē an Bulla præfata locū habeat in se eximente alias tetigi in meo Tract. de confisc. bonor. concl. 13. ampliat. 84. n. 1. & seq. & modo latius eamdem quæstionē reassumo, & pro parte affirmatiua, q̄ compræhendat se eximentem tenuerunt Boss. tit. de captura n. 17. & seq. vbi testatur ita fuisse iudicatum Iul. Clar. q. 29. n. 5. Menoch. cas. 583. n. 6. Petr. Caball. in Quæst. Crim. cas. 8. nu. 1. vbi videtur tantummodo facere differentiam in simpliciter aufugiendo, vt mitius puniatur, secus in fugiendo cum magna vi, vel violentia, sequitur Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 83. & seqq. & in terminis dictæ Bullæ ita in puncto tradit Moder. Rom. in q. 32. nu. 22 & 23. prout etiam refert Scacc. in Tract. crim. c. 46. num. 23. vers. Dubitatur, & Sforz. Odd. in cons. 72. nu. 32. & seq. etiam in terminis dictæ Bullæ, & bannimentorum, cum hac opinione videtur transire, quando se eximens fuisset iustè captus.

23 Quorū opinioni nullo modo assentio, & cōtrariam opinionē omnino arbitror esse verā per ea, quę tradit Franc. Castrac. in Tract. de Societ. offic. c. 32. nu. 4 & seq. vbi repręhēdit Boss. & Iul. Clar. cōtrariū tenētes, & latè Menoc. d. cas. 583. n. 6. in fi. vbi refert duos casus, in quib. Senatus Mediol. liberauit se ipsos eximentes ab omni pena, & in terminis d. Bullæ hanc opinionē latè tuetur Sigism. Scacc. in d. c. 46. n. 29. vers. ego vero huic sententiæ adhæreo, vbi per efficacissimas rationes hanc opinionē tuetur, & ad Iul. Clar. & Boss. respondit, & ibi refert ēt alias in cōtingētia facti fuisse in Curia executu in quodā Nānino, seu Ioanne Cassiani, qui imputatus de homicidio fractis carceribus Turris Nonæ aufugit, qui deinde captus licet post fugā secutā aliqua alia maleficia cōmiserit, fuit solūmodo ad triremes cōdēnatus, sed ego vidi ēt hic in Curia duos fratres de Fossato Castro Perusij imputatos de diuersis criminibus grauibus, qui fractis carceribus Turris Nonę aufugerūt, sed denuò capti fuerunt ante portam d. carceris Turris Nonę suspensi, sed hoc euenit, quia illi duo fratres multa grauia facinora fassi fuerunt, & hodie videmus illam mulierem de interamna imputatam de homicidio in proprio marito, quæ etiā fractis carceribus Turris Nonæ aufugit, & deinde capta non fuit per solam fugam cum fractura punita pœna vltimi supplicij, & inter alias validissimas rationes, quæ per Doctor. in terminis dictæ Bullæ assignantur, quas refert Scacc. dicto capitulo 46. numero 29. sed illa potissima est, quia in criminibus arduis vnicuique licet redimere sanguinem proprium, & se per modum defensionis à punitione iustitiæ subtrahere, l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mort. gloss. in l. transigere in verb. prohibitū, C. de transact. & est cōmune dictū, vt testatur ibi Curt. Iun. num. 4. Ant. de Padil. num 1. Mant. num. 18. Iul. Clar. quæst. 57. versic. successiuè videamus, vbi de communi, etiam per phas, & nephas, vt plenè testatur Viu. commun. opinion. 120. versic. & præmissa omnia, mihi fol. 60. & in terminis dictæ Bullæ, Scacc. dicto cap. 46. nu. 29. vers. ratio prædictæ diuersitatis, & sub versiculo non obstant, circa finem, vbi, vt dixi hanc opinionem tuetur, & à contrarijs defendit, cui toto pectore adhæreo, quia Bulla præfata recipit interpretationem a iure communi, cum non faciat mentionem de se eximēte, & de iure communi se ipsum eximens non incidat in penam vltimi supplicij, sed alia mitiori pœna arbitrio iudicis puniatur, vt post alios, quos allegat, ita tenet. Pet. Cabal. in q. crim. casu 8. n. 29. & seq. vbi testatur, tàm in iudicādo, quàm in consulendo ad hac opinione non esse recedendū, Caualc. de Brach. reg. parte 2. num. 83. & seq. tenet, vt puniatur arbitrio iudicis iuxta mensuram offensæ, & sub num. 93 eo magis dicit procedere, quando captus iniustè, ac incarceribus detentus timeret potentiam aduersarij, vel esset in manibus iudicis crudelis, vel malè tractetur a custodibus.

24 Quod autem illa Bulla locum non habeat in se eximente, quando fuerit captus pro cā ciuili, vel per executionē ciuilē à Birroarijs per se vim abstulit ēt breuiter deducitur, quia de iure cōi captus pro causa ciuili non punitur pena mortis, sed alia mitiori, si se eximat a manib. birroariorū, vel aufugiat à carcerib. latè Pet. Caball. d. casu 8. num. 34. & seqq. vbi ita vidit seruari de facto, quemdam condemnari in pœnam exilij, vel ictuum funis, vel in pœnam pecuniariam; Imò absurdum esset hoc dicere, vt in terminis dictæ Bullæ dicit Scacc. in d. cap. 46. & sub nu. 29. versiculo, & nisi ita; ergo nec est dicendum vigore dictæ Bullæ, cum illa recipiat interpretationem a iure communi, & cum hac mea opinione transit in puncto d. Bullę. Sforz. Odd. cons. 53. per totum, & Baiar. quæst. 29. num. 6. & ego alias eamdem tenui in meo tractat. de confiscatione bonorum, conclusione 13. ampliat. 84. num. 7. & reprobaui. Farinacc. contrarium tenentem in quæstione 32. num. 54. & ita millies in Curia, & in alijs locis status Ecclesiastici in contingentia facti fuit executum, & resolutum, & in Sacro Consilio canonizauit.

Idemq; erit, quando fieret resistentia priuatis personis capientibus aliquem repertū inflagranti crimine, vt resistentia non sit punibilis per rationes allegatas per Scacc. in c. 78. nu. 7. lib 1. in pract. crim.

25 Si verò captura fuerit iniusta etiam in criminalib. eo magis captus se ipsum eximens à manibus Curiæ non incurrit pœnam rigorosam illius extrauagantis Sixti Quinti, cum illa recipiat interpretationem a iure communi, & de iure communi, sine difficultate possit Curiæ resisti, & illa resistentia non mereatur nomē resistentiæ, ut dicit Scacc. in tractat. crim. cap. 46. sub num. 29. & uerba in pœnalibus, & maxime in capitalibus debent propriè, & strictè intellige, latè Bertazzol. consil. 72. num. 9. & seq. uolum. 1. Riminald. Iun. consil. 761. num. 23. uolum. 7. latè Bursat. consil. 443. num. 12. uolum. 4. Sim. de Pret. cons. 22. num. 4.

Et quod liceat iniustè capto Curiæ resistere, & se eximere à manib. Curiæ, & à carcerib. in pūcto tradūt Bart. in l. uis eius, in princ. C. de prob. Soc. in l. 1. nu. 13. ff. ne quis eius, qui in ius. Marsil. in pract. criminal. §. diligen-

diligenter,ſub num.50 & ſeq.& in §.attingam.nu.38. Boſſ.t t.de carcerat.fideiuſſ.comit.num.48. verſic.& vbi eſſet iniuſtè detentus, & in titul. de fract. carcer. nu.2.verſ.addo etiam. Rimin. Iun.conſil. 82. nu.1.& ſeqq.tom.2.crim.Iul.Clar.q.21.num.26.& ſeq.vbi de communi,Bertazzol.conſil.35.num.32. & ſeq. lib.1. Modern.Roman.q 30. num.120. verſ. limita primo, vbi comprobat hoc exemplo Diui Petri Apoſt. Menoch.de arb.lib.2.caſ.301. num.14. & ſequent. Petr. Caball.in quæſt.crim.caſu 42.nu.1. Quæ opinio maxime procederet,quando birroarij caperent aliquem ſine mandato iudicis. Caualcan.de Brach.reg.part.1. num.224.in fine, vbi ſubdit eo magis ſi procederent tamquã priuati,vel extraiudicialiter in ludis, vel alijs ſimilibus locis interuenerit aliqua contentio, quia licet eis reſiſti facto,& verbis pro defenſione honoris, vel captura eſſet iuris ordine non ſeruato facta, quia tunc diceretur notoriæ iniuſta, & ſucceſſiuè captus poterit ſe impunè à familia eximere, vt latè ſuperius dixi, vt licet aufugiens a carceribus habeatur pro cõfeſſo, & conuicto, tamen noo procedit in eo, qui ſit iniuſtè captus. Caualc.d.parte 2.num. 93.

26 Et in tantum iniuſtè,& indebitè,ac notoriè captus poterit ſine incurſu dictæ Bullæ Curiæ reſiſtere, & ſe ab ea eximere,vt poſſit cõuocare amicos,affines,extraneos,ac auxilium,quę,vt pluries dixi,debet recipere interpretationem a iuris communi, & de iure cõi iniuſti capto liceat dd.amicos,& conſanguineos ad ſe eximendum conuocare, eum tunc iudex non dicatur facere vti miniſter Dei,& iniuſtitiæ. Sed vti priuatus, latè poſt Bart,Bal.Alex. & alios, quos allegat Claud. Seyſel.in l.vt uim,num.34.ff.de iuſt,& iur. & latè Caualcan. de Brach. regio, part.2. num.71. vbi firmat, quod nec auxiliatores aliqua pœna puniuntur, & in terminis ſtatuti imponẽtis pęnam frangenti carcerẽ, vt pœna dicti ſtatuti non habeat locum, quando fuerit iuris ordine non ſeruato,vel iniuſtè captus eſt cõmunis opinio, quam poſt alios, quos allegat, teſtatur Honded.conſil.94.nu.13.lib.2.& latè conſuluit Petr. de Sud.conſ.182.per totum; vol.2.vbi etiam concordantes cumulauit.

27 Qui autem aufugerit à Triremibus, ſolet dubitari, qua pœna ſit puniendus, & aliqui indiſtinctè tenent, vt puniatur pęna mortis,ſi fractis vinculis,vel catenis aufugiat, Text.in l.Capitulũ,§.in exulibus,ff.de pęn. vbi expreſsè deciditur, quod deportatus in inſulã capite puniatur ſi euaſerit, & idem eſt in dãnato in metallum,l.vltimum ſupplicium.ff.de pęn. & in l.relegati,ff.eodem tit. Cuman.in tract. de ſindic. cap.24.tit. de ſentent.nu.53. in fine, & Vinc.de Franc.dec.140. num.8.vſque ad finem dictæ deciſionis,part.1.tenet, quod condemnatus ad triremes in perpetuũ, ſi ab eis aufugiat,debeat pęna vltimi ſupplicij puniri,& quod ita in contingentia facti fuit executum per Conſiliũ Neapolitanum, licet tres Conſiliarij in dictam ſentẽtiam non conſenſerint. Contrariam opinionem tuetur, vt dicti aufugientes à triremibus,qui fuerunt cõdemnati ad dictas triremes perpetuas nõ debeãt puniri pœna vltimi ſupplicij,ſed debeãt redire ad dictas triremes,prout erant prius. Alexan.Tunian.in repet. l.non puto,ff.de iur.fiſc.in 1.parte,cap.3.n.62.& ſeq. vſque ad num.76.vbi ad plenum diſputat totum articulum ad partes,& in hac cõtraria opinione reſidet, & omnibus motiuis factis per Vinc. de Franc. reſpõdit,& contra eumdem Vinc.Frãc. etiam totis viribus reſidet Petr.Caball.in quæſt.criminal. caſu 8. nu.41. cum pluribus ſequent. vbi etiã ad obiectiones. Vinc. de Franc.benè reſpondet, quorum opinioni ego etiã omnino adhæreo,prout Concil.Neapolit. eamd.etiã ſecutus fuit, vt teſtatur Capoblanc. in tract. de Baronib.pragm.7.num.25.vbi refert,quod ille articulus valde ibi fuit agitatus iunctis omnibus aulis,& fuit votatum,reũ non eſſe pœna mortis puniendũ, ſed quod ſolum rediret ad triremes, & poſt hæc ſcripta superuenit Farinacc.in fram.crim.in litt.B,nu.94.qui eamdem opinionem ſequitur, & in iudicando ab ea non eſſe recedendum affirmat. Imò Petr.Caball.d.caſu 8. nu.50.adeò tuetur hanc opinionem,vt illa procedat, etiamſi iudex comminatus fuiſſet pœnam vltimi ſupplicij in euentum fugæ, vel contrauentionis, & quicquid ſeruari ſoleat in Regno Neapolitano circa appoſitionem dictæ pœnæ,in Tuſcia non ſolet apponi, prout hic in Curia,nec etiam apponi ſolet, nec illam vnquam ego appoſui; Si vero vna cum fuga interuenerit conſpiratio contra ſuperiores, & miniſtros, & ad infideles vellent triremes conducere, vel ſimpliciter offendiſſet dictos miniſtros, & officiales, & tunc poſſent principales delinquentes pœna vltimi ſupplicij puniri,vt poſt Iodoc. & alios firmat, Petr. Caball. in d.caſu 8.num.55.& ſeqq.vbi teſtatur ita fuiſſe alias in Tuſcia executum, prout vidi etiam hic Curia exequi contra nonnullos condemnatos ad triremes, qui interfecerũt cuſtodem antequam ad triremes eſſent conducti. Capoblanc. in tract.de Baronib. pragm.7. num.12. dicit, quod finito tempore condemnationis condẽnatus poteſt ſine licentia diſcedere a triremib.

Captura quid operetur in Tertio eximente captum a manibus Curiæ, in Auxiliatoribus, & Fautoribus.

SVMMARIVM.

1 *Tertij eximentes carceratum durius puniuntur, quam qui ſe ipſum eximit.*

2 *Tertius notificans alicui capturam, ſi ille aufugiat, ille tertius tenetur ad illud, ad quod principalis debitor erat obligatus.*

3 *Eximens ſe a carceribus, vel manibus Curiæ punitur pœna extraordinaria tertius autem eximens captum, pœna criminis læſæ maieſtatis.*

4 *Captus iniuſtè poteſt ſe eximere impunè à manib. Curiæ, tertius autem eximens captum iniuſtè punitur.*

5 *Periurium in principali habet Deum vltorem, tertius autem punitur de periurio.*

6 *Tertius eximens carceratum a manu familiæ, vel a carceribus, ſolet diſtingui, aut exemit confeſſum, aut conuictum, & de proximo, vel condemnandum cõdemnatum, puniatur pœna criminis læſæ maieſtatis.*

7 *Quod admittunt aliqui doctores, ſi exemptus a manibus Curiæ eſſet conuictus, vel confeſſus, ſeu condemnatus pro crimine læſæ maieſtatis, alias ſecus.*

8 *Alij autem tradunt alias diſtinctiones de quibus ſub num.9. 10. & 11.*

12 *Eximens captum pro cauſa ciuili, dum ad carceres duceretur, ſecundum aliquos punitur pœna capitis.*

13 *Contrariam opinionem tenent alij, vt tantum puniatur pœna arbitraria.*

14 *Bulla Sixti Quinti in ordine ſexta contra Bannitos, & eondem-*

condemnatos nõ habet locum in eximente captum pro causa ciuili.

15 *Eadem Bulla debet restringi ad impedimentum præstitum occasione persecutionis Bannitorum, et nõ procedit in quolibet crimine.*

16 *Eximentes debitorem a manibus Curiæ tenentur, ac si pro eo fideiussissent.*

17 *Et si plures essent, omnes tenerentur insolidum, et non admitterentur si vellens probare illum non fuisset debitorem.*

18 *Auxiliatores, fautores, & consultores ad eximendum captum a manibus Curiæ, vel à carceribus puniuntur sicut principales eximentes.*

19 *Eximentes retentum in Palatio, Camera, vel alio loco pro carcere assignato, puniuntur, sicut eximentes à manibus Curiæ, vel à carceribus.*

20 *Vxor malitijs, & colliditatibus eximens maritum a carceribus nulla pœna punitur.*

21 *Filius eximens partem a carceribus, & è contra nulla pœna puniuntur.*

22 *Eximens iniustè captum, nulla pœna punitur, etiam vigore Bullæ Sixti Quinti.*

23 *Quod intellige, quando captura esset notoriè iniusta.*

24 *Pro captura notoriè iniusta resistentia Curiæ fieri debet gradatim, & primo per remedium appellationis, quando damnum posset reparari per oppellationem.*

25 *Captura dicitur damnum irreparabile.*

26 *Exemptione facta à manibus Curiæ in multitudine gentium, principalis soli puniuntur alij autem secus.*

27 *Eximentes animalia manibus Curiæ criminaliter non puniuntur.*

28 *Eximens captum auctoritate priuata non punitur.*

29 *Eximens captum incidit in crimen lesæ Maiestatis, quando illum eximit animo offendendi Principem, & pro quocumque crimine fuerit quis retentus, secus si exemerit misericordia ductus, vel ex sanguinis coniunctione.*

CAP. V.

1 DVrius agitur contra tertios eximentes, carceratos, & eorũ fautores, & consultores, quam contra illum, qui se ipsum exemit, vt videmus, quod qui se liberant a satellitibus antequam capiatur, nulla pœna puditur, vt dixi supra in præcedenti capitulo.

2 Sed si aufugerit occasione alicuius tertij, ille non euadet impunitus, vt post Bald. Alexand. Io. de Anan. tenet Marsil. in sing. 137. & in rubr. de fideiuss. nu. 17. & post eum Modern. Roman. quæst. 32. num. 15. qui volunt eum teneri ad solutionem illius in quo capiẽdus erat obligatus, & tamen capiẽdus propter fugam non tenetur ad aliquid plus, sed solum ad primum debitum, prout sequitur Sigismund. Scacc. in tract. crim. cap. 46. nu. 29. sub versiculo ego verò, Cauale. de Brach. reg. part. 2. num. 103.

3 Item si captus aufugiat è carceribus, vel è manibus Curiæ nunquam ex ista sola fuga poterit puniri veluti reus criminis læsæ maiestatis, sed tantum alia pęna arbitraria, vt in præcedenti capitulo dixi.

Tertius verò eripiens carceratum, potest, quibusdã requisitis concurrentibus, tãquam criminis læsæ maiestatis reus puniri per ea, quæ tradit Modern. Roman. quæst. 30. num. 22. in fine, & nu. 34. & nu. 101. Scacc. d. cap. 46. num. 29. vers. item si captus.

4 Item licet videamus, quod iniustè captus possit se eximere impunè a manibus Curiæ, vt superius dixi, tamẽ opẽ ferens ad fugiendũ punitur. Marsil. in pract. crim. §. attingam, nu. 38. & Menoc. de arbitr. cas. 301. nu. 16. Baiard. q. 22. num. 97. sed vide infra num. 22.

5 Item videmus, quod reus principalis si periurus sit, nulla pœna punitur, in hoc foro exteriori, sed solum Deum habet vltorem. Boss. tit. de capt. reor. nu. 19. in fin. & tit. de examin. reor. num. 10. Iul. Clar. q. 45. n. 10. vbi de communi Bertazzol. cons. 124. nu. 1. & seq. vol. 1. vbi Addentes in littera A, in fi. qui testatur de communi, & quod ita Romę seruatur, licet in ipsa Curia soleant periuri accerimè puniri, & latius in cons. 323 nu. 1. & seq. volum. 2. Vulpell. respons. 130. nu. 10. & seq. Hier. Hispan. in tract. com. cõtra com. q. 301. n. 4.

Tertius verò de periurio punitur. Scac. dic. 46. sub nu. 29. versiculo item si reus; Immo in tantum est verum, vt principalis excusetur, seu mitius puniatur pro facto ad sui defensionem, vt etiam leuius consanguinei, quàm extranei puniantur; vnde receptans bannitum consanguineum mitius punitur, l. fi. ff. de receptator. Dec. respons. 88. nu. 25. vol. 3. Hercul. de caut. c. 8. nu. 2. & seqq. Petr. Cabal. in quæst. crim. cas. 83. nu. 13. Baiard. q. 90. num. 51. Ratio diuersitatis est in promptu, quia vnicuique licet sanguinem suum redimere, l. prima, ff. de bon. eor. qui mort. glos. in l. transigere in verb. prohibitum. C. de transact. vbi Curt. Iun. num. 4. Mant. num. 10. Purpurat. num. 17. Iul. Clar. quæst. 57. versic. successiuè videamus. Scacc. dicto capit. 46. num. 29. versiculo Quinimo, vbi omnes testantur de communi, & in fine dicto num. 29. generaliter concludit, quod resistentia facta a tertio atrius arbitrio iudicis punitur secundum ius commune, & pęna vltimi supplicij secundum Bullam Sixti V.

6 Quibus pęnis puniatur eximens carceratum a manibus familia, vel à carceribus si est tertius de iure communi solet illa distinctio adhiberi, quod si eximat conuictum, vel confessum, & de proximo condemnandum, vel condemnatum, puniatur pęna, l. Iul. malest. & sic pœna mortis, l. quarta in fin. versiculo item, qui confessum, ff. ad l. Iul. maiestat. vbi Bart. num. 3. Boss. tit. de captur. num. 16. & tit. de crim. læsę maiest. num. 61. Iul. Clar. quæst. 68. num. 10. vbi ita pluries obseruatum fuisse dicit in statu Mediolani. Ant. Gomez. tit. de crim. læs. maiest. num. 7. Modern. Roman. quæstione 30. num. 101. & quæst. 32. num. 3. & sequent. cæteros referens, & latè Petr. Caball. in quæst. criminal. casu octauo, num. 2. vbi etiam concordantes cumulauit, & equiparat totaliter casum exemptionis è manibus Curiæ ad casum exemptionis è carceribus. Baiard. quæst. 68. num. 40. & sequent. Decian. in tract. criminal. tomo secundo, libro septimo, capitulo vndecimo, numero septimo, Menoch. de arbitr. centur. 6. casu 583. libro secundo, numero primo, vbi concordantes cumulauit. Sed Caualcan. constituit aliquam differentiam inter vnum casum, & alium, vt dicam infra num. 11.

7 Quod Doctores admittunt si carceratus exemptus erat confessus, vel conuictus, vel condemnatus pro crimine capitali, & tunc eximens teneatur pœna leg. Iul. maiest. alias secus. Modern. Roman. qui alios cumulauit in d. quæst. 30. num. 102. & quæst. 32. num. 4. Claud. Bertazzol. in Addit. ad Patrem, cas. 35. & Petr. Caball. in dicto casu 8. num. 3. Menoch. dicto cas. 583. numero primo.

8 Alij autẽ dicunt,quod requiratur,vt exemptus fuerit detentus pro crimine læſæ maieſtatis, vt eximens pœna leg. Iul. maieſtat. puniri valeat, & hanc cõmunem firmat Ant.Gomez tit.de delict.c.2.nu.7. & alij, quos allegat, Modern.Rom.q.33.nu.103.& q.32.n.4. & ſeq.licet ipſe ibi indiſtinctè teneat, quod in vtroque caſu eximens incidat in dictum crimen læſæ maieſtatis,quamuis affirmet opinionem,Ant.Gomez eſſe cõmunem,& Petr.Cab.in q.crim.d.caſ.8.nu.4.etiam tenet,quod ſufficiat,vt delictum ſit capitale,& quod ipſe vidit pluſquam ſemel pęna mortis condemnari,qui animo deliberato armata manu carceratos à manibus Curię,vel a carceribus eximit pro maleficijs grauibus,nulla habita diſtinctione,an eſſent condemnati, confeſſi, vel conuincti, vbi ſubdit non eſſe rigoroſam ſententiam,ſed conuenire cũ reſolutione ſenatus Mediolani,qui cum magna equitate iudicare ſolet, vt per Iul.Clar.q.68.num.10.nec etiam diſſentit ab hac opinione idem Moder.Rom.dict.q.32. nu.5.verſ.& licet ad finem,Sed Andr.Fachin.controuerſ.iur.lib.9.c.69. tuetur,quod eximens tanta puniatur pœna, quãta afficiendus erat, qui erat detentus in carceribus, & ad contraria reſpondet, & dicit hanc ſuam opinionem veriorem eſſe.

9 Alij verò tenent, quod ſi quis eximat non conuictum,nec confeſſum,nec condemnatum,ſed ſimpliciter carceratum, vel captum teneatur eadem pœna, qua teneretur ipſe ereptus, vel liberatus pro delicto, pro quo erat detentus, vel captus puniendus erat, ſi liberatus non fuiſſet, Iodoch.in pract.crim. c.15. tit. de citat.real,nu.30.verſ.quiſquis, Menoch. de arbitr. caſ.301.nu.16.Modern.Rom. q.32.n.61.verſ.alij demũ, vbi alios ferè infinitos cumulauit, Hier. Magon. deciſ.Florent.90.num.3.Petr.Caball.in q.crim. caſ 8. nu.6.Caualc.de Brach.reg.p.2. nu.99. Andr. Fachin. d.c.69. vbi de veriori opinione, & vt dixi ad contraria reſpondet.

10 Alij autem tenent, vt teneatur pœna leg. Iul. de vi publica quatenus eximat captum armis,de vi priuata ſi eximat ſine armis, præterquam in eximẽte captum pro arte magica, quia tenetur pœna capitis, Moder. Rom.q.32.ſub verſ.62.Petr.Caball.d.caſ.8.nu.9.

11 Alij autem tenẽt,quod pœna arbitraria Iudicis puniatur,iuxta facti,& perſonarum, & reſiſtentiæ qualitatem Bart.in l.1.§.ſi is videtur,num.6. & ibi Cagnol. nu.27.in fin.ff.ſi quis ius dicent: non obtemper.Boſſ. tit.de captur.nu.16.in fin.& nu.17. Modern.Roman. q.80.nu.93.& ſeq.vbi firmat hanc eſſe veriorem opinionem,& idem firmat in quæſ.31.ſub nu.64.verſ.ſed quicquid,& pro hac opinione facit, ſi bene perpẽdatur,Iodoch.in pract.crim.tit.de citat.real.cap.15. ſub n.30. & melius Aug.de Aug.de maleſic.in verb.quod fama publica,nu.57. verſ.& tene menti, vbi ad litterã firmat, quod in criminalibus eximens captum in plus, quam exemptus teneatur, & Petr. Caball. in q. crim. d.caſ.8. ſub nu.11.firmat ſecundum hanc opinionem ſæpiſſimè vidiſſe obſeruari, & quandoque tales eximentes pęna vltimi ſupplicij puniri, quandoque pęna triremium ad tempus, vel in perpetuum, quandoque pœna exilij temporalis,aut etiam pęna pecuniaria cũ duobus ictibus funis,iuxta qualitatem reſiſtentiæ,exẽptionis,& perſonarum,Caualc. latè de Brach. reg.p. 2.nu.104. & ſeqq. vbi facit differentiam inter eximẽtem a manibus familiæ, vel à carceribus, vt in primo caſu pœna arbitraria puniatur, in ſecundo verò pęna criminis læſæ maieſtatis, ſiue fuerit confeſſus, vel cõuictus,vel condẽnatus,ſiue non, ſed non in primo capite, vel ſecundo quo ad filios, ſed tantum quod ipſe eximens puniatur pœna vltimi ſupplicij, ſed ſub num. 110.ſubdit niſi exemerit non animo offendendi Principem,ſed amore ſanguinis, vel amicitiæ, ſiue miſericordia ductus, prout ita in dubio præſumendum eſt, & maximè in filijs, & vxore, & in omnem caſum eximit à pœna criminis læſæ maieſtatis, quando non eſſet ſubditus, etſi ſuperior, vel Princeps illius loci recognoſceret alium ſuperiorem, ſed in ſtatu Eccleſiaſtico iſti eximentes per dictam Bullam Sixti V. pœna vltimi ſupplicij afficiuntur.

12 Non deſunt etiam,qui tenent,quod etiam eximentes captum pro cauſa ciuili ex manibus familiæ dum ad carceres ducebatur, pœna vltimi ſupplicij affici debeant,vt poſt Carauit.teſtatur Iul.Clar.in quæſ.68. num.10. verſ.eximens,vbi refert,quod ita fuit contra quatuor nobiles exequutum, qui ſtatim capti, ſtatim fuerunt ſuſpenſi.

13 Quod tamen à Doctoribus non recipitur, ſed ſolũ puniuntur criminaliter,vel pecunialiter pro motu iudicis,iuxta facti,& perſonarum qualitatem, Alexand. conſ.35.nu.4.in fine,& n.5. lib.2. & Boſſ.tit.de capt. nu.15.in fin.& in tit.de carcer.nu.17. & alij, quos refert,& ſequitur Moder. Roman. in q.30.ſub nu.112. & in q.32.ſub nu.7.& latè Vincent. de Franch.deciſ. 444.nu.1.par.3. refert,quod eximens carceratum pro debito ciuili à manibus Curiæ committat crimen leg. Iul.de vi priuat.& ſub nu.2.infert, quod puniatur pęna relegationis, & ſub nu.3. & quod in facti contingentia fuit condemnatus delinquens ad triremes per biennium,cũ eſſet plebeius,& ad intereſſe partis,Menoch.de arbitr.caſ.583.nu.2.cent.6. teſtatur de receptiori ſententia, & quod teneatur creditori ſoluere, quod exemptus a manibus curiæ debebat,necnon ad damna, & intereſſe paſſa per ipſum creditorem, vbi Menoch.nu.3. ſubdit procedere etiam quãdo captus non eſſet debitor pro tanta ſumma, pro qua fuit captus,ſed pro minori ſumma,vt locus ſit prędictis pęnis,& Baiard.in q.68 nu.33.dicit illam ſententiã Proregis Neapolis fuiſſe iniuſtam, & latè Petr.Caball. in quæſt.crim.d.caſ.8.nu.26.& ſeqq.vbi alios allegat,& dicit Proregem ita mãdaſſe ex aliqua alia cauſa particulari,& non quod de iure fieri potuiſſet.

14 Et ob id cum Bulla Sixti IV. recipiat interpretationem à iure communi eſt firmandum nõ habere locum contra tertios eximentes captum pro debito ciuili vltra quod, tàm ex Rubrica, quàm ex proœmio eiuſdem Bullæ benè colligitur, quod illa rigoroſa pęna habeat tantummodò locum in eximentibus captũ pro cauſa criminali, ideò tanquam extrauagans pœnalis, & exorbitãs à iure communi debet reſtringi ad caſum expreſſum in ea,& non extendi ad caſum ciuilis capturæ,etiãſi eſſet vera illorum opinio, quod potius,ſit attendenda ipſa violentia, quam cauſa capturæ, cum extenſio non fiat in pœnalibus, & correctorijs etiam ex identitate,vel maioritate rationis, Tob.

15 Non.conſ.102.nu.4 & ſeqq. Riminal.Iun. conſ 425. num.6.& ſeq.vol.4.& conſ.549.num.1.vol.5. Eugen. conſ 45.nu.4.vbi de communi,Burſat.conſ.402. nu.5. vol.4.vbi etiam de communi.Hended.conſ.99. n.99. vol.1.& Farinacc.latè in conſ.27.circa fin. & cõſ.81. num.14.

nu.14.& seq. vbi subdit etiamsi ratio esset expressa in
Bulla, & ibi ponit exemplum in Bulla Sixti V. impo-
nente pœnam confiscationis in legitima filij, vt non
extendatur ad filios adoptiuos, licèt sit expressa ratio
in ea, quæ posset etiam conuenire dictis filijs adopti-
uis, & pro ista mea opinione faciunt, quæ in terminis
d.Bullæ Sixti V. posui in præced.cap.nu.24.& seq.

16 Sed benè isti eximentes debitorem è manibus cu-
riæ tenentur, ac si pro eo fideiussissent, Plot.de in lit.
iuran.§.25.nu.6.Magon.decis.Lucens.90.n.3. Franc.
decis.442.nu.3.p.3. cum alijs cumulatis per Pet. Ca-
bal.cas.8.nu.22.& seqq.vbi etiam post alios, quos al-
legat firmat, quod non per hoc esset, liberatus prin-
17 cipalis debitor exemptus à manibus Curiæ,† & quòd
si plures essent omnes tenerentur in solidum, nec ad-
mitterentur si vellent probare exemptum non fuisse
debitorem. Si verò aliquis priuatus animo consignã-
di iudici captum eximat à manibus Curiæ, si deinde
faciat iustitiæ dic.consignationem, an istè tertius exi-
mens debeat puniri, & inueni Caualc. de Brach. reg.
fragm.49.in princ. qui tenet, vt nulla pœna sit puniẽ-
dus, sed Menoch.de arbitr.iudic.cent.6.cas.583. n.4.
lib.2.post Fanut.Alex.& alias tenet, vt puniatur erga
fiscum ob læsam maiestatem Principis, & ad damna
partis si inter in aliqua passa fuerit. Si verò aliquis
monuit debitorem, quod caueret, quia birroarij ipsum
capere volebant, erga fiscum nulla pœna puniretur,
sed solum erga partem, vt post Boer.q.217.Stracc.de
Mercat.tit.de Doctorib. in 2. particul. vltimæ partis
principalis §.circa propositam, nu.11. & Phanuc.de
in lit.iuran.in 1.p.§.cognitis nu.12. tenet Menoch.d.
cas.583.num.5.

18 Et quod supra dictum est principalibus eximenti-
bus, procedat etiam in fautore, insignatore, auxilia-
tore, vel consultore, aut alias fugam causante, qui &
ipse eodem modo tenetur, prout eximens Claud.Bat-
tand.reg.142.nu.8.& seqq.& nu.15. in fi. loquens de
eo, qui instrumenta ferrea ad euadendum, & frangẽ-
dum carceres tradiderat carcerato. Bertazzol.consil.
35.nu.16.& seq. vbi etiam loquitur de subministrante
instrumenta carcerato apta ad rumpendum carcerẽ.
Menoch.cas.301.num.21.& post alios, quos allegat.
Petr.Caball.in q.crim.cas.8.nu.18.Baiard.q.68. n.43.
qui loquitur in eo, qui certiorauit bannitos, quia mi-
nistri Iustitiæ veniebant ad illum capiendum, vbi ta-
men subdit, quòd Ant. Gomez tenet vt pœna tantum
extraordinaria puniri possit.

19 Ac etiam quòd dictum de eximente à carceribus
procedat in eximente retentum in palatio, domo, ca-
mera, vel alio loco in carcerem a iudice assignato, ac
in eximente arrestatum, idest eum, cui factum est præ-
ceptũ ne exeat de domo, Ciuitate, vel alio loco, quia
& is carceratus dicitur, vt decisum fuit per Rotã lu-
censem, teste Hier. Magon.decis.Lucen.90. num.5.&
seqq.& resc.1.& sequitur Petr.Caball.in d. cas.8. nu.
13.& seqq. Adden ad Magon. in d.decis.90. in litt.B,
qui alios adducunt; Mascard. de probat. conclus.26.
nu.8. & seqq.vol.1. & idem esset si detineretur sub fi-
da custodia iussu iudicis. Decian. in tract.crim. to.2.
lib.7.c.11.nu.13.

20 Primò limita, & intellige, vt mulier eximens maritũ
etiam capitaliter condemnatum à manibus Curię nõ
puniatur, vt diu in contingentia facti fuit disputatũ,
& ita resolutum per Senatũ Mediolani testatur. Clar.
q.29.nu.5.in fin.& post Ant.Gom. Baiard.in quęs.68.
nu. 44. idem esse dicit, quando vxor maritum suum à
carceribus exemerit mutatis vestibus, vel alia callidi-
tate remanendo in carcere loco mariti, vt excusetur
à pœna ordinaria, Modern.Rom.q.32.nu.79.Caualc.
de Brach.reg.p.2.nu.111.& seq. qui loquitur etiam in
filijs, nec Bulla compræhenderet ipsam vxorem exi-
mentem maritum è manibus Curiæ, cum iste sit casus
specialis in iure, & ob id indigebat speciali mẽtione,
& derogatione, cum recipiat interprætationem à iu-
re communi, vt plures dixi.

21 Et idem esse in filio eximente patrem senem, & in-
firmum à carceribus, Ias.cons.20. vers.circa secũdum
vol.3. nu.1. & è contra in patre eximente filium non
incidunt in crimen læsæ Maiestatis, sed mitiori pœna
puniuntur, tradunt omnes in l.2.C.de his, qui latr.oc-
cult. vt testatur Decian.tract.crim.to.2.lib.7. cap.11.
nu.9.Caualc.d.p.2.nu.111.& seq.

22 Secundò limita in eximẽte captum à manibus Cu-
riæ, qui fuerat iniustè captus, vt nulla pęna puniri pos-
sit, l.quoties nu.7.in fin.C.de exact.tribut. lib.10. Mo-
dern.Roman.q.32.nu.33.Bursatt.cons.65.n.8.vol.1.
Marl.in tit.de quæst.in princ.nu.27.Sforz.Odd. cons.
72.num.3. vers.3. dico, qui loquitur in terminis dictæ
Bullæ Sixti V.& bannimentorum Sigismund. Scac.in
tract.crim.c.46.nu.30.vers.& concl.Ias.cons.20. n.1.
vers.circa 2.vol.3.qui loquitur in iniustè capto in cau-
sa ciuili, vt eximens non puniatur, sed Andr. Fachin.
controu.iur.lib.9. c.70. distinguit plures casus, quam
distinctionem, ibi ad longum ponit.

23 Quam limitationem intellige veram quando ca-
ptura esset notoriè iniusta, alias secus, vt post alios,
quos allegat ità declarat. Baiard.in d.q.26.num.12 &
Scacc.in d.c.46.nu.30.vbi latè.& Decian.in tract.cri.
to.2.lib.7.c.11.nu.15. in fin. dicit procedere quandò
captura esset notoriè, & euidentissimè iniusta, neque
posset haberi recursus ad Principem, & si damnum
foret irreparabile, vt eximentes excusarentur, & pu-
niri mitius debeant, & maximè si tentassent alias vias,
quas tentare poterant, vt ille iniustè detentus relaxa-
retur, siue non puniretur, & Claud.Seysel. d.l.vt vim.
n.34.ff.de Iust.& iur.dicit, quod tertij vt amici, & cõ-
sanguinei, nisi aliquod interesse habeant, non possint
eximere captum iniustè à manibus Curiæ, nisi fuerint
ab ipso capto vocati in auxilium, sed in 2.lect. nu.61.
tenet indistinctè, absque alia acclamatione possint il-
lum defendere per rationem allegatã, & rectè dicit,
& maximè quando damnum est irreparabile in per-
sonam, idem esset, dicit, quando est damnum notoriũ
in bonis irreparabile.

24 Et præsupposita iniustitia capturæ, resistentia fieri
debet gradatim, incipiendo à leuiori, ac vrbaniori, nẽ-
pè ab appellatione, quæ est remedium oppressorum,
& si tale remedium sufficiat, non erit deueniẽdum ad
aliam resistentiam facti, quando grauamen posset re-
parari per remedium appellationis, secus si non pos-
set reparari per appellationem; quia iudex grauando
extraiudicialiter, potest ei resisti, omisso remedio ap-
pellationis, vt latè post alios, quos allegat ità declarat
Scacc.in d.tract.crim.in dic.c.46.nu.33.Claud.Seysel.
in l.vt vim.num.30.ff.de iust.& iur.in 1.lect.Caualcan.
de Brach.reg.p.2. nu.95. sed Sforz.Odd.in cons.72.
25 nu.37.† dixit capturam est damnum irreparabile, sed
etiam ego in c.4.n.10. dixi fuisse potius introductum

pro

pro cautela, vt prius ſit appellandum, quam ſit neceſſaria appellatio, & quod captura dicatur damnum irreparabile, latè Caualc. de Brach. reg. par. 2. nu. 13. & etiam dixi ſuprà, c. 4. nu. 10.

26 Tertiò limita quando in multitudine gentium quis fuerit exemptus à manibus Curiæ, quia principales eximentes ſolummodo, & non alij puniuntur. Burſatt. cóſ. 65. num. 9. vol. 1. vbi refert, quòd quidam nobiles licèt verbis cacchinnis moto rumore, ac alijs actibus ludibrioſis impedimentum dederint, nihilominus fuerunt abſoluti.

27 Quartò limita in eximente animalia, quæ facilius pereunt, quia non punirentur, vt poſt Bar. & Ang. tenet Iaſ. in conſ. 20. num. 1. verſ. circa primum vol. 3. & ſub verſ. ad idem, firmat idem eſſe in eximente Ronzinū, ſeu æquum ſuum de manu ducentis, vt non teneatur criminaliter, & maxime ſi depoſitum de ſumma debita feciſſet, idem Iaſ. d. conſ. 20. d. verſ. circa primum. Nota, quia ſæpè accidit.

28 Quintò limita, & intellige quando detineretur in carceribus iuſſu iudicis, ſecus ſi auctoritate priuata Luc. de Penn. in l. quoties nu. 1. C. de exact. trib. lib. 10. Decian. in tract. crim. to. 2. lib. 7. c. 11. n. 14. vbi firmat, quòd hoc putat pro indubitabili.

29 Sextò limita, & intellige vt eximentes carceratos incidant in crimen læſæ maieſtatis, requiritur, vt illum eximant animo lædendi, vel offendendi maieſtatem Principis; & tunc non ſolum ſi fuerit captus pro crimine læſæ maieſtatis, ſed pro quocunq; crimine etiā leui, ſecus ſi miſericordia ductus, vel ex ſanguinis cōiunctione eximeret. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 11. nu. 6. & latius nu. 12. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 99. vbi dicit, quia tunc pæna erit arbitraria.

Si autem Aduocatus velit habere alias limitationes, videat Marian. Soccin. in tract. citation. in 34. art. principali, vbi ponit quatuordecim excuſationes, & Iaſ. in §. penult. inſt. de action. num. 106. ponit tres limitationes.

Captus, vel exiſtens infortijs Curiæ an poſſit impunè offendi, vel occidi.

S V M M A R I V M.

1 *Interficiens captum in manibus Curiæ exiſtentem punitur pœna criminis læſæ maieſtatis.*

2 *Venenans captum ob honorem familiæ, ne ſuſpēdatur, pœna mortis punitur.*

3 *Interficere quis non poteſt Bannitum carceratū, etiam ſtante Statuto quod Bannitus poſſit impunè offendi.*

4 *Idemque eſt ſi interficeretur, qui dicitur ad ſupplicium.*

5 *Idemque eſt ſi interficeretur ab vno de familia Curiæ.*

6 *Idēque eſt ſi occideretur inimicus captus ab hoſtibus.*

7 *Idemque eſt ſi interficeretur citatus à iudice, & iam exiſteret ſub oculis eiuſdem iudicis, & alias ſecus.*

8 *Idemque eſt ſi interficeretur ille, cui datus eſt ſaluus conductus ad comparendum.*

9 *Captus à priuatis ſi fuerit bannitus poterit impunè offendi.*

10 *Contrariam opinionem tenent alij.*

11 *Quæ contrariæ opiniones ibi conciliantur.*

12 *Birroarij poſſunt captum offendere, & occidere, ſi ipſe reſiſtat capturæ.*

13 *Idem procedere ſi fuerit captus à priuatis deſtinatis ad capturam.*

14 *Idem procederet ſi interficeretur ab illis, qui à Curia vocati fuere in auxilium capturæ.*

15 *Birroarij, ſecundum aliquos, in offendendo captos reſiſtentes non tenentur adhibere moderamen inculpatæ tutelæ.*

16 *Contrariam opinionem tenent alij.*

17 *Iſtæ opiniones contrariæ conciliantur, per Authorem ſub nu. 18. 19. & ſeq.*

18 *Birroarij dimittens captum qua pœna puniantur.*

C A P. VI.

1 Vera eſt in iſta Quæſtione, reſolutio, vt interficiēs captum exiſtentem in manibus Curiæ incidat in crimen læſæ Maieſtatis Burſatt. conſ. 216. volum. 2. Baiard. q. 68. num. 42. & pro hac reſolutione ab omnibus adducitur. Tex. in l. fi. C. de cuſtod. reor. & in l. fi. C. de malefic. Petr. Caball. in quæſt. crim. caſ. 94. nu. 3. cent. 2. Decian. lib. 7. c. 11. nu. 10. Farinac. q. 103. num. 302. vbi alios allegat, & teſtatur de communi.

2 Quæ concluſio procedit etiam in venenante carceratum ob honorem familiæ, ne ſuſpendatur, vt pœna mortis puniatur, Bal. in l. libertas ſub n. 5. verſ. & ideò conſanguinei, ff. de ſtat. homin. quem refert Fœlyn. in cap. cum iuramentum in fin. extra de homic. Marſ. ſing. 150. circa med. & in pract. crim. §. aggredior ſub nu. 24. & alij, quos allegat, & ſequitur Petr. Caball. in quæſt. crim. caſ. 94. nu. 1. Io. de Arn. Epitom. 50. vbi firmat eſſe dignum memoria, quia ſæpè in facto contingere ſolet, & in Problem. 24. & Carrad. in pract. crim. rubr. de homicid. nu. 17. in 7. & rurſus ſub n. 20. limit. 52. reprobat Iacobū de Bellon. qui tenuit maiori pœna eſſe afficiendum, ipſe Corad. poſteà in tit. de venefic. & malef. ſub nu. 13. limit. 1. relata vtraque opinione nihil firmat, ſed relinquit cogitandum, Burſatt. conſil. 216. nu. 9. vol. 2. dicit conſanguineum carceratum interficiēs veneno ad iſtum effectum pro honore familiæ debeat puniri pœna l. Pompo. de Parricidio, & Baiard. q. 60. nu. 45. & ſub nu. 39. poſt alios, quos allegat, firmat etiam puniri eximentē, vel auferentem litteras à manu ſeruientis, vel lacerantem litteras iudiciales.

3 Vnde infertur, quod licet concedatur per Statutū Bannitum poſſe impunè occidi, prout eſt in Ciuitate Caſtelli Patria mea, lib. 3. cap. 3. c. 107. & in toto Statu Eccleſiaſtico per Bullas Pij IV. & Pij V. nihilominus non poterit priuatus carceratū, nec captum à Curia, & ſub illius cura exiſtentem interficere, & eo ipſo q bannitus eſt in poſſe Curiæ, ceſſat dicta licentia interficiendi Gandin. in tract. malefic. tit. de bann. pro malefic. nu. 19. Nell. in tract. bann. in 2. par. 2. temp. q. 18. vbi teſtatur de communi obſeruantia, Farinac. q. 103. nu. 153. & nu. 166. Iul. Clar. §. homicidium nu. 65. cum alijs cumulatis per Petr. Caball. in quæſt. crim. caſ. 94. nu. 4. 7. vbi etiam de communi Decian. in tract. crim. to. 2. lib. 8. c. 19. nu. 25. & ego alias dixi in meo tract. de Pac. Treug. p. 1. q. 61. nu. 22. qui Petr. Caball. d. caſ. 97. nu. 7. teſtatur ita fuiſſe alias in Ciuitate Aretij obſeruatum, vbi fuerunt ipſo votante, laqueo ſuſpenſi plures, qui nonnullos bannitos eorū inimicos captos interfecerunt, dum Curia illos ad Ciuitatem ducebāt, Farinac. q. 103. nu. 303. Caualcan. de Brach. reg. p. 2. n. 106. vbi ſubdit niſi periculum eſſet, quod aufugiat, & ob id Aduocatus probet d. periculum, quia occidēs non puniretur Nell. de Bannit. in 2. part. 2. tempor. quæſt. 28. circa med. & quæſt. 32. circa fin. Boer. deciſ. 170.

cis.170.nu.7.Bursatt.consl.216. nu.6. vel 2.Farinacc. quæst.103.num.156.

4 Idemque erit si quis interficeret bannitum, vel delinquentem dum ad supplicium ducitur, vt pœna mortis puniatur. Marss.in l. 1.in princ.num.13.vers.amplia etiam ff.de Sicar.in pract.crim. §.aggredior num.41. Io.de Arn.problemat.24.Petr.Caball.d.cas.94.nu.8. vbi concordantes allegat, & ego aliàs dixi in d. tract. de Pac.& Treug.p.1.q.61.sub nu.22.Baiard.in §.homicidium, num.264. Farinacc.quæst.103. num.364. vbi alios allegat.

5 Idemque erit si ab vno de familia, nō autem à priuato occideretur, talis occidens deberet puniri pœna mortis, etiam quòd haberet probabile dubium, quòd sibi eriperetur per viam, nisi hoc haberet à iudice in mandatis. Ang.Aret.in tract.de malefic. in verb.quod fama publica sub num.54. vers. verum quia, cum alijs adductis per Petr.Caball.in d.cas.94.n.4. licèt in hoc contrarium teneant. Farinac.& Caualc.in locis supra adductis, sub nu.3.in fin.

6 Idemque erit in occidente in bello licito inimicū suum, aut transfugam postquàm fuerit captus, pœna mortis puniatur, licèt aliàs illum non captum licitè potuisset occidere. Marss.in sing.150.in fin.& in prac. crim.§.aggredior nu.25.& in l.1.in princ.sub num.4. de Sicar. Aret.in §.illud quæsitum nu.1. instit. de rer. diuis.Nell.in d.q.28.circa med.Pet.Caball. d.cas.94. nu.10.vbi alios allegat.

7 Ac etiā procedit in citato à Prætore, seu à iudice, quòd corā d.iudice se præsentet, & erat sub eius oculis, quia si occidatur, occidens pœna mortis puniri debeat Bal.in l.libertas in lect.nu.6.vers.sed quid si non est captus.ff.de stat.homin. vbi firmat, quod ita iudicauit Offredus Florentiæ, secus si non peruenerit ad

8 Prætorem, quia poterit impunè interfici, nisi † fuerit ei data securitas, & de ea occidenti constet, vt docet ibi Bald. per pulchras rationes, & instruit propterea bannitos, vt caueant ne compareant sine securitate, quod dictum sequitur Alexād.in addit. ad Bar.in l.3. §.transfugus, ff.de sicar. & refert, & sequitur Petrus Caball.dict.casu 94.nu.11.& seq. & ideo Aduocatus doceat prius obtineri saluum cōductum pro bannito constituendo, prout vidi pluries in Vrbe concedi, & quidem non est mala practica, sed ego puto, quod debeat dari cautio per dictum bannitum, quod in termino sibi assignato, cōpareat, & se constituat, ne bannitus sub ficto colore se præsentandi tutus à Curia, & ab inimicis, aliquod flagitium committat.

9 Si verò fuerit bānitus captus à priuatis poterit vigore Statuti, vt Bullæ impunè occidi Bal.in d. l. libertas in lect.sub nu.5.vers.tene quod si est captus, ff. de stat.hom.quem sequitur.Alex.ad Bart.in addit.in l.3. §.transfugus in verb in manibus familiæ in fine, Moder.Roman.in d.q. 103.nu.254. licèt Petr. Caball. in d.casu 94.nu.13.& seqq.adducat, l.fin. C.de malefic.

10 & mathem.in contrarium, † sed saluendo opinionem Bald.respondit ad l.fin. vt procedat quando priuatus erat in actu ducendi captum ad iudicem, & occidenti

11 hoc constabat, alias procedat opinio Bald.vel quod dictum Bald.procedat in eo, qui impunè occidi poterat puta in bannito, & d.l.fi.in delinquente, qui nō poterat occidi impunè, quę responsio sibi magis placet, quam prima, quæ videtur colligi ex dictis per Floriā. in l.si seruus, num.17.in lect.ff.ad leg.Aquil. Qui Petr. Caball. subdit, quod non audet quicquam affirmare contra auctoritatem, Bal.ab Alexan. comprobatam, & ideo hoc relinquit cogitandum, eoque magis cum Ang. de malefic. in verbo quod fama publica sub nu. 58.se remittat ad Bal.in loco citato, vel poterit intelligi, quando captura esset commissa à iudice priuatis personis, vt si tunc occidatur à priuato incidat in pœnam mortis, cum tunc illæ priuatæ personæ habeantur pro familia Curiæ, quia tunc, vt videmus, si dictæ priuatæ personæ offendantur, quibus fuit commissa captura habētur, ac si offensi essent birroarij, vt mox inferius dicam. Secus si personæ priuatæ absque mādato iudicis bannitum cæpissent, vt videtur sentire. Farinac.dicta q.103.nu.154.in fine, & num.155. vbi etiam respondit Bullæ Sixti V. contra bannitos, vt illa non loquatur, quod priuati capientes bannitū dicantur birroarij, sed quod solum teneantur præstare auxilium Curiæ, & quod possint banna per prætores fieri, vt particulares personæ teneantur bānitos prosequi, & occidere, Farinacc.q.103.num.15. & seqq.ac præmium statuere, vbi concordantes cumulauit, & adduxit esse in statu ecclesiastico per bullam Sixti V. & per pragmat. in Regno, quæ restringi debent ad personas habiles, & non ad inhabiles, prout sunt doctores infirmi, senes, & minores 18.annis.

12 Birroarij autem possunt capere delinquentem illumque offendere, vulnerare, ac etiam occidere, si his se defendat, & resistat, nec se capi permittat, text.in l. si seruus, C.de his, qui ad eccles.confug. Amod.Iustin. in tract.de sindic.num. 100.& seq.vbi refert, quod ita habuit i facto in Ciuitate Lucana, & quod ita pluries fuit consultum, & iudicatum. Modern.Rom.q.32.nu. 39.Boer.decis.170.nu.6.& seq.Iodoch. in pract.crim. c.15.tit.de citatio.reali nu.28.latissimè Petr.Caball.in quæst.crim.casu 131.nu. 1.vbi infinitos alios cumulauit, & firmat hanc esse veriorem opinionem, & tenēdam propter auctoritatem Amod. conciuis mei, qui in exercendis Magistratibus longè alios superauit, Quando autem, & quomodo liceat birroarijs capiendum offendere, vel occidere Aduocatus adeat Caual. de Brac.reg.p.2.nu.44. cum plurib.seq. vbi ponit 14. conclusiones bene digestas, & latè etiam Marcabr.ab Anguil.consl.53.per totum, & Menoch.de Arb. lib.2. centur.6.casu 578. distinguit tres casus, & primus est quando delinquēs, qui grauiter deliquit armis, ita valde se defendit, vt nullo modo possit capi, nisi vel vulneretur, vel occidatur, & isto casu nulla pœna puniatur, vbi subdit procedere, etiamsi non se defendat, sed aufugiat & aprahendi nolebat. Ac procedat etiā quo ad eos, qui in auxilium Satellitum conuocati fuerunt, vt etiam ipsi possint delinquentem occidere. Secūdus casus est, quando sciebāt satellites iniustè illum aprahendere poterant, & tunc non possint illum offendere. Tertius casus quando capiendus nō resistabat, sed iam in terram ceciderat, & tunc puniantur pœna extraordinaria.

13 Et procedit etiā in illis priuatis, quibus cōcessa est facultas aliquē capiendi, quia data resistentia, possunt illi priuati deputati ad capturā resistētem offendere, vulnerare, & etiam impunè occidere. Salic.in l.fi.n.3. vers.nota tamen de exhib.reis, Ias.in l.iuste sub n.20. ff.de acq.possess.Bal.in l.si vt allegans in fin.sub nu.3. C.de sicar.quem ibi Salic.in fin.& post alios, quos allegat.Petr.Caball.in qq.crim.cas.132.nu.2.

14 Ac

14 Ac etiã procedit in eis, qui vocantur à familia Curiæ in auxilium, quando commodè executores Curiæ non possunt facere capturam, quia illi possunt resistentem, & se defendentem offendere, vulnerare, ac etiam occidere latè Paris. de Put. in tract. de Sindic. in verb. familiaris, seu familia potestatis c. 1. nu. 1. & seq. & quasi per totum, Petr. Caball. d. cas. 132. nu. 3.

15 Sed difficultas est, an isti birroarij adhibere debeãt moderamen inculpatæ tutelæ, ne pro excessu puniãtur, & non desunt, qui tenent birroarios non arctari ad dictum moderamen, vt tenuit Amod. cõciuis meus in tract. de sindicat. in verb. item in eo, nu. 100. & seq. quem sequuntur Boss. in tit. de captura n. 12. & seqq. & Gram. decis. 41. nu. 1. quos refert Modern. Roman. q. 32. n. 40. vers. amplia primo, & Mascambru. cõs. 53. num. 29. & seqq. vbi latè, quos refert Petr. Caball. in q. crim. cas. 132. nu. 3. vers. & hoc adeò.

16 Contrariam autem sententiam tenet. Imol. in l. ex consensu §. fin. sub num. 39. ff. de appell. quòd omninò teneantur vti moderamine inculpatæ tutelæ, & eãdẽ opinionem tuetur Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. c. 73. vbi etiam alios allegat, & in specie Boer. decis. 170. in fin. Iodoch. in pract. crim. tit. de latit. c. 15. nu. 28. & ob id si familia potuit fugiẽtem capere sine offensione, non debeat illum offendere; & ob id si resistentia fiat sine armis, non debet familia offendere cũ armis, & si fiat resistẽtia pugnis, pariter pugnis Curia debet resistentiam repellere. Gram. decis. 41. in fin. testatur fuisse condemnatum quemdam birroarium ad remigandum per quinquennium, quia vulnerauit aliquem fugientem prostratum in terra, sed Clar. q. 29. sub nu. 1. etiam refert, quòd duo alij birroarij fuerunt absoluti, qui vulnerarunt quemdam, dum illum insequebantur, & pro hac decisione contra conciuem meum, latissimè alios in terminis adducit. Petr. Caball. in d. cas. 132. nu. 4. & Moder. Roman. in q. 32. nu. 44. & seq. vers. contrarium credo, quòd non liceat birroarijs vulnere, vel occidere fugientẽ, & minimè telo se defendentem, cũ non dicatur propriè resistere, qui simpliciter aufugit, aliàs multum adderetur audaciæ, & temeritati illorum arrogantium, & ribaldorum, vbi multa alia ad hoc adducit, quam opinionem in iudicando semper sequeretur. Petr. Caball. vt ipse testatur in d. cas. 132. nu. 5. & huic sententiæ se subscribit, latè Sigismund. Scacc. in tract. crim. c. 46. nu. 32. vers. & ego, vbi firmat, quod resistentia nõ dicitur, nisi manualis actus interueniat, & in fuga non reperiatur dictus manualis actus, & ego etiam toto pectore huic opinioni adhæreo, & parcat mihi pro nũc Amodeus conciuis meus, si illum non sequor, quia amicus Plato, amicus Socrates, sed magis est amica veritas, eãd. opinionem sequitur. Fachin. dict. c. 73.

17 Sed eius opinio substinebitur, quando capiendus erat talis, qui alias impunè à quocunque priuato posset offendi, vt post Florin. Ang. de Malefic. & alios tenet, & præsequitur Modern. Rom. in q. 32. num. 45. & eamdem opinionem sequitur. Petr. Caball. in q. crim. cas. 142. nu. 5. vers. nisi vt, Fachin. dict. c. 74. & Scacc. in dict. c. 46. nu. 32. vers. fallit tamen, & in c. 93. nu. 2. vbi ad litterã firmat, quod licèt telo non resistat, tunc poterit nihilominus impunè occidi, & Caualcan. de Brach. reg. p. 1. nu. 223. dicit, quod in grauibus si adsit mandatum iudicis, & capiendus factis resistat, vt posset impunè offendi, & occidi, sed quod vtile erit executoribus, si vocent testes, vt omnia notẽt, & deinde referant iudici, qui etiam ex officio teneatur assumere informationes, vt sciat qualiter casus successerit.

18 Vel nisi iudex familię mandasset, vt duceret capiẽdum, aut viuum, aut mortuum. Bal. in auth. sed omnis sub num. 27. vers. sed quæritur C. ne vxor pro marito, Iodoch. in pract. crim. c. 14. de citat. real. nu. 28. vers. verum enim, & post istos, & Ang. de malef. tenet Pet. Caball. in dict. cas. 132. nu. 5. in fine, Fachin. d. c. 74. in fin. sed an iudex, & quando possit dare talem licentiam capiendi delinquentem viuum, aut mortuũ, vide Scacc. in d. c. 46. nu. 33. in fine.

Vel posset conciliari opinio Amod. cũ opinione, Iul. Clar. vt procedat opinio Amodei quãdo captura esset dubia, & tunc nulli liceat capiẽdo se defendere, vel resistere, & si se defendat, vel resistat possit impunè à satellitibus vulnerari, & occidi, opinio autem Iul. Clar. procedat, quando captura est notoriè iniusta, quia tunc licet capiendo resistere, & se defendere, & birroarij non possunt aduersus dictam resistentiã aliquid facere, vt tradit, Scacc. in dict. cap. 46. num. 33. & prout etiã superius dixi, & sequitur, Caualc. de Brach. reg. p. 1. nu. 226. vel opinio Imolæ potest intelligi, vt birroarij adhibeant moderamen, quando commodè, & sine offensa poterat capi, secus si non posset capi commodè, & sine lesione, quia poterit impunè occidi, vt declarat Marcobrun. ab Anguill. consil. 51. numero 31. & seqq.

19 Et si Aduocatus velit in hac materia habere verã resolutionem, & declarationẽ, videat Sigismũd. Scacc. in d. c. 46. n. 32. per totum vbi firmat propositionem, quod isti birroarij debent moderate se habere iuxta qualitatẽ resistentiæ, vt non possint argui de excessu, & si fiat sine armis, & cõsistat in sola fuga, licet Amodeus, & sequaces concedant eis, vt possint aufugientẽ vulnerare, occidere, tamẽ eorum opinio est communiter reiecta, vt superius deduxi cum limitationibus supra adductis, si vero consistat resistentia in propugnatione manuum, vel capiendus sit adeò robustus quod plus valeret eius pugnus, quàm armorum percussio, & tunc birroarijs liceat illum offendere, quando aliter illum capere non possunt, vt in pũcto tradit Imol. in d. l. ex contractu sub num. 39. Marcab. ab Anguil. cons. 52. nu. 26 & seq. & sequitur, Petr. Caball. in d. cas. 132. num. 4. vers. nisi esset homo, & Scacc. in d. c. 46. nu. 32. vers. si verò, vbi subdit, quod si non fuerit ita robustus non liceat birroarijs illum instrumento læthali offendere, sed solum eiusdem generis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt latè prosequitur post Imol. Moder. Roman. in q. 32. num. 42. vers. contrarium tenuit, vbi firmat hãc opinionem esse veriorem, & ideo resistens manu vacua non possit aliquo modo vulnerari, vel armis offendi, vt in pũcto firmat. Scacc. in tract. crim. c. 46. nu. 32. in fine, & Pet. Caball. in d. cas. 132. nu. 4. circa med. vbi subdit, quod si excedant modum in repellendo resistentiam, birroarij, debeant puniri pro quantitate, & qualitate excessus, & latè Caualc. d. p. 2. nu. 64. quinque requisita in birroarijs, vt dicantur adhibuisse moderamen ponit ad quẽ remitto Aduocatum.

20 Si verò resistentia fiat cum armis, & tũc distinguitur, quod si satellites possunt deuenire ad capturam sine imminenti periculo offensionis, & isto casu punirentur poena extraordinaria, si capiendum offendant.

Si verò

Si verò non possunt deuenire ad dictam capturam quin offendatur, possunt satellites capiendum vulnerare, offendere, & etiã occidere impunè, vt latè prosequitur post alios, quos allegat Scacc. in tract.crim. cap.46.in princ.

21 Sed nonnulli Doctores conantur prębere aliam distinctionem, aut captura est iusta, & tunc liceat satellitibus resistẽtem impunè offendere, aut est iniusta, & tunc liceat capiẽdo birroarijs resistere, & ob id satellites non possent eum impunè offendere. Amod.conciuis meus in tract.de sindic.sub nu.100.& seq.vbi testatur ita pluries fuisse iudicatum. Gram.decis.41.nu. 2. Moder.Rom.q.46. vers.limita primò, & plures alij adducti per Petr.Caball.in d.cas.132.nu.6.

22 Contra quam distinctionem insurgit. Iul Clar. in q. 29.sub n.1. cum ad eos non pertineat cognoscere an captura sit iusta, vel iniusta, sed tantum commissionẽ exequi teneantur, & ita fuisse in contingentia facti iudicatum, vt refert Catald.de sindicat.q.120.sub n.68. & eamdem opinionẽ Clar. sequitur. Moder.Rom. in q.32. nu.47. quam etiam refert Petr.Caball. in d.cas. 132.nu.7.vbi etiam concordantes allegat.

Qui Petr.Caball.in d.cas.132.nu.8.dicit quod Modern. Rom.vbi supra se restringit quando ipsa iniustitia capturæ oritur ex culpa birroariorum, quia fortè capiant aliquẽ sine mandato in casibus nõ permissis, vel excedant modum in exequendo; quæ restrictio inquit ibi Petr.Caball.licèt de iure admitti posset, tamẽ periculosa est, nec in ea capiẽdi se cõfidant, quia licet officialis iniustè procedat, si tamen procedat vti iudex, vel officialis, & non vti priuatus, nunquam impunè potest ei resisti, nisi vellet aliquod præiudiciũ irreparabile inferre, & quia etiam resistentia contra iudicem, vel officialem, ob iustã executionem, permittitur tantum in subsidiũ, quando resistentiæ per appellationem, recursum, aut aliter prouideri non posset; & ob id non est de facto resistendum, sed ad superiores occurrendum, nisi factũ sit irreparabile, vt latè prosequitur post alios, quos allegat Petr.Caball. in q.crim. d.cas.132.n.8.cum plurib.seqq.Scacc.in d.c.46.n.35. vbi etiam latè, & concordantes allegat, & ante istos. Moder.Rom.in q.32.sub nu.91.vers.contrariũ quod, & Boer.decis.170.nu.2. etiam dicit, quòd si quis prætendat grauari ab executoribus, debeat eis ciuiliter se opponere, & ad Superiores recurrere, non armis resistere, si non more priuatorũ, sed in figura iudicij procedant in exequendo, nisi fuerit factum irreparabile, & captura dicatur inferre damnum irreparabile, vt dicit Sforza Odd.in d. cõs. supra allegato latè Caualc. de Brach.reg.p.2.nu.13. & 48. & alij, quos in ista defensione deduxi: Caueant igitur, tàm birroarij exequentes, quàm hi, contra quos birroarij exequuntur, vt quantum possunt se abstineant à vulneribus, & occisionibus, ne sequatur aliquod scandalũ, & tumultus in populo, prout secutum fuisse Perusij contra Potestatem, eiusque familiã testatur Amod.conciuis meus in tract.de Sindic.sub num.101.quem refert Gramm. cons.41.nu.4.Iul.Clar.q.29.in princ. Modern. Rom. q.32. nu.27. vbi refert alium tumultum in Vrbe secutum tempore Gregorij XIII. ob insolentiã vnius Baroncelli, qui deinde fuit capite punitus, quia birroarij interfecerũt quosdam nobiles Romanos, & ego possem alia exempla etiam in Vrbe, deinde succesfsa recensere, & eamdem diligentiam esse adhibendã tradunt Petr.Caball.in q.crim.d.cas.152.nu.14. & Scac. in tract.crim.c.46.nu.32. vers.verum consulo, & Baiard. q.56. nu.11. refert quod quidam birroarius, qui posuit laqueum ad collum cuidam nobili Iuueni capto pro delatione armorum fuit furcis suspensus, quia ille iuuenis fuit à dicto laqueo suffocatus. Et scias quod si executio commissa fuit à iudice ciuili executoribus, & tunc ad eum pertineat delinquentes punire, si verò fuerit commissa executoribus iudicis criminalis, & tunc pertineat ad iudicem criminalem, latè Petr.Caball.cas.117.cent.2.

23 Si verò birroarij permittant captum à manibus eorum euadere, si erat captus pro causa capitali, vt debeant ead.poena capitali puniri, si vero pro causa ciuili alia poena puniuntur, vt post Iodoch. in practica crim.cap.15. de citat.reali, nu.12. tradit Menoch.de Arbitr.cent.6.cas.583.nu.7.lib.2.

Carcer priuatus quando committatur, & quãdo eius poena euadi possit.

S V M M A R I V M.

1. *Carceris priuati poena est vltimi supplicij.*
2. *Carcer priuatus non inducitur per momentaneam detentionem, sed requiritur, quod fuerit detentus vltra viginti horas.*
3. *Declara quando captura ab initio fuit iusta, secus si iniusta, quia si est iusta, etiam per momẽtum committitur priuatus carcer.*
4. *Delinquentes aliqui possunt capi à quolibet priuato sine iudicis auctoritate, qui hic describuntur.*
5. *Capere non solum licèt quibusdam, sed etiam retinere inclusum correctionis gratia, & hic ponuntur exẽpla.*
6. *Bannitus, qui potest impunè offendi, potest retineri impunè etiam vltra viginti horas.*
7. *Bannitus potest impunè verberari, vulnerari, torqueri, ac bona ei possunt auferri.*
8 *Dũmodo nõ detineatur in territorio Iudicis bannientis.*
9. *Mulierem inhonestam retinens libidinis causa non cõmittit priuatum carcerem. secus si fuerit honesta.*
10 *Carcer priuatus tunc committitur quando carcer est tutus, & ex eo detentus non potest de facili aufugere.*
11 *Carcer priuatus non committitur quando quis aliquẽ detinet in domo, nõ causa iurisdictionis vsurpandæ, sed alia causa, & sine dolo.*
12 *Maritus per zelotipiam retinens vxorem inclusam, non committit priuatum carcerem.*
13 *Clericum repertum in adulterio cum vxore, filia, sorore, vel similibus potest quis retinere per viginti horas absque incursu excommunicationis.*
14 *Clericum alias retinens etiam non ligatum, sed tantũ parietibus inclusum incidit in canonem si quis suadente diabolo.*
15 *Detinens aliquem vltra 20. horas, si prius Curiæ denunciauit capturam, non committit priuatum carcerẽ.*
16 *Redimens captũ ab hostibus, si illũ detineat vltra 20. horas ipso volẽte nõ incidit in pœnã priuati carceris.*
17 *Redimens captiuum, & illum retinens tamquam famulum pro eius seruitijs non incidit in pœnam priuati carceris, sed elapso quinquennio ipse redemptus efficitur liber.*
18 *Creditor retinens debitorem præcedente pacto iuramento firmato, donec sibi soluerit, non committit priuatum carcerem.*

19 Index

19 *Iudex incompetens retinens non ſubditum ad effectum remittendi ad iudicem ſuum non incidit in pœnam priuati carceris.*

20 *Carcer priuatus de conſuetudine non punitur pœna mortis, ſed alia arbitraria pœna.*

21 *Aufugiens a carceribus priuatis non incidit in aliquam pœnam, etiam ſi frangat dictos carceres.*

C A P. VII.

1 Pœna priuati carceris eſt capitis, & vltimi ſupplicij, & committens priuatum carcerem reus criminis læſę maieſt. reputatur, l. 1. C. de priuat. carcerib. Plot. conſ. 77. n. 9. vbi concordantes allegat, & teſtatur de communi, Menoch. cent. 6. caſ. 577. lib. 2. de Arbitr. quia carcer eſt meri imperij, & propterea qui priuatum carcerem exercet, merum imperium ſibi vſurpare dicitur, Gig. de crim. læſæ maieſtat. tit. qualit. vt a quib. committit. q. 22. per totam Dec. in tract. crim. to. 2. lib. 7. c. 10. n. 7. nec non tenetur ad omnia damna, & intereſſe, ſi detentus erat debitor carcerantis amittit debitum Modern. Rom. d. q. 27. n. 10. & varijs modis committitur, vt eſt videre per Moder. Rom. q. 27. n. 11. & ſeq. vbi ſex modo ponit, & Carauitt. in rit. 56. & Baiard. q. 68. ponit alios caſus, Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 10. num. 1. & ſub n. 18. & ſeqq. dicit committi non ſolum quando detinetur quis in carcere, ſed etiam ſub cuſtodia, ac etiam in vinculis, & ſub nu. 23. reddit rationem, quare priuatus carcer ſit prohibitus, quia nullus poteſt habere ius carcerandi, niſi ille, cui a lege eſt conceſſum, cum ſit de gradibus meri Imperij Baiard. quæſt. 68. num. 87. ad quos lectorem remitto, ſed videamus, quæ poſſunt deduci in fauorem inquiſiti ad excuſandum illum a pœna dicti priuati carceris, ſed ſcias, quod carcer priuatus primo erat permiſſus, ſed fuit deinde prohibitus occaſione cuiuſdam Iuuenis formoſi detenti in carcere priuato, Caualc. de Brach. reg. p. 2. num. 6. in fi.

2 Et prima erit declaratio, vt momentanea detentio non inducat priuatum carcerem, ſed requiratur, quod fuerit detentus vltra 20. horas, latè Marſ. in conſ. 136. num. 4. per tex. in l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de Adult. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 9. n. 3. Iul. Clar. q. 68. verſ. priuatum carcerem. Moder. Rom. q. 27. n. 21. vbi alios allegat, & teſtatur de communi, Bertazz. conſ. 426. n. 5. vol. 2. Dec. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 10. nu. 2. Baiard. q. 68. nu. 93. & ſeqq. vbi firmat, quod ex modica detentione non datur pœna priuati carceris, latè Mar. Anton. Maceraten. variar. reſolut. libro 3. reſolut. 43. vbi ſubdit maxime procedere, ſi talis detentio fuerit facta in eccleſia, in qua non accommodatur qualitas carceris.

3 Sed pro vera declaratione iſtius quæſtionis diſtinguendo eſt, aut captura ab initio eſt licita, & iuſta, & tunc requiratur ad iſtam pœnam priuati carceris incurrendam, vt detineatur per ſpacium viginti horarum, iuxta terminos, dicta l. capite quinto, Iul. Clar. d. quæſtione ſexageſimaoctaua, num. 33. Carauitt. rit. 56. num. 2. Modern. Roman. dicta quæſt. 27. ſub numero vigeſimoſecundo, Decian. in tractat. criminal. tomo ſecundo, libro ſeptimo, capitulo decimo, numero ſecundo, verſiculo aut captura; aut verò captura ab initio eſt illicita, quia nullo iure permittebatur, & tunc ſtatim, quod quis alium capit, & iudici non denunciat, incidit in crimen læſæ maieſtat. Boſſ. tit. de carcer. n. 26. Moder. Rom. d. q. 27. ſub n. 22. Iul. Clar. quæſt. 68. num. 33. & ibi Baiard. num. 93. & ſeq. vbi alios adducit.

Alij aũt iſto caſu quãdo captura eſt illicita ab initio, diſtinguũt aut detẽtus fuit incluſus in aliquẽ locũ, vnde egredi nõ põt, aut non, 1. caſu quãdo fuit incluſus, momentanea incluſio ſufficit, vt dicatur cõſũmatũ delictũ, Carauit. rit. 56. n. 2. Dec. in tract. crim. to. 2. lib. 7. c. 10. ſub n. 2. aut non fuit incluſus, & tunc debet tanto tẽpore detineri, ꝙ detentus poſſit dici priuatus propria libertate, ꝙ remittitur arbitrio iudicantis, vt poſt Ang. de Peruſ. in l. 1. de priuat. carcerib. tradit Io. Ant. de Nigr. ſuper Conſt. Reg. c. 21. n. 8. mihi fol. 71. & refert etiam Dec. in d. lib. 7. c. 10. num. 2.

Qui Decianãn d. lib. 7. c. 10. ſub n. 2. pro veritate in iſta materia an momentanea incluſio inducat priuati carceris delictum dicit, quod ſi fiat eo animo, vt incluſum longo tempore detineatur, vel donec conſequatur, quod cupit, ipſa momentanea incluſio inducat conſummationem delicti per tex. in l. 1. C. de priuat. carcer. per generalitatem iſtius legis, vel ſi quis haberet facultatem capiendi, ſi tamen includat non animo præſentandi iudici, ſed detinendi vltra 20. horas, & pariter momẽtanea incluſio inducat delicti perfectionem etiam per generalitatem, d. l. 1. & dicit etiam eſſe de mente, Bart. Sal. & Fulgoſ. in d. l. 1. & Bart. in d. l. capite quinto ff de adult. quæ declararatio, Decian. verè non mihi diſplicet.

Sed licet circumſcripta declaratione Deciani ex modica detentione non incurratur in crimen priuati carceris tamen ob violentiã iã detento illatã daretur alia pœna l. de vi public. vel priuat. vt poſt Angel. de Peruſ. tradit, Io. Ant. de Nigr. ſuper conſt. Reg. c. 21. n. 9. mihi fol. 71. & vigore ſtatuti Vrbis in quam pęnam incurratur habemus in lib. 2. cap. 56.

4 Secundo limita in quibuſdã delinquentib. in quibus vnicuique etiã priuato, abſque vlla iudicis auctoritate licitũ eſt capere delinquẽtes velut in violatorib. monetarũ, in latronibus, & viarũ craſſatoribus, in incendiarijs, in fœminarũ raptoribus, & in militibus ſtipẽdia rijs, qui furtim Duces effugiunt, in arborũ, & vinearũ inciſorib. in fure, acclamãte populo fugiẽte, atq; in veneficijs, & incantatorib. in reo inflagrãti crimine reperto, gl. in l. fin. C. de exhib. reis, Ant. Gomez. tit. de delict. c. 9. nu. 3. in fi. Iodoch. in pract. crim. tit. de citat. real. c. 15. n. 2. Moder. Rom. q. 27. nu. 23. Dec. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 10. n. 3. ſed iſtæ perſonę non poſſunt in caſibus prædictis retinere delinquentes vltra 20. horas, Iodoch. d. c. 15. n. 1. Ant. Gomez. tit. de delict. d. c. 9. n. 3. in fin. Moder. Rom. d. q. 27. n. 24. vbi de communi, Boer. cum alijs per eum allegatis deciſ. 275. nu. 4. verſ. quidam alij ſunt Decian. d. lib. 7. c. 10. num. 3. in fine.

5 Tertio limita in quibuſdã perſonis quib. nõ ſolũ licet capere ſed et detinere clauſos correctionis gratia vt Dominus ſeruũ ſuũ, pater propriũ filiũ, vxorẽ maritus in adulterio repertã quoad correctionẽ, & non quoad pœnam, Abbas monacum correctionis gratia poteſt in carceribus detinere, cõſanguinei etiam detinent clauſos furioſos, vt latè proſequitur, Modern. Rom. in d. q. 27. n. 25. & latius Dec. in d. lib. 7. c. 10. n. 4 cum plur. ſeq. & iſtę perſonę, cũ habeant ius non ſolũ capiendi, ſed ẽt detinendi, poſſunt ſupradictos vltra

viginti horas detinere, sine incursu priuati carceris, vt bene declarat Boer.decis.275. n.4.vers.quid de vxore,& ibi respondet contrarijs Moder.Roman.in d.q. 27.n.27.& ibi testatur de communi, Decian.d.lib.7.c. 10.num.4.& sub n.8.dicit procedere in creditore, qui permissu legis debitorum suum cepit, vt possit illum inclusum vltra horas viginti retinere, si rogatus fuit ab ipso debitore, vt illum retineat, ne si ducatur ad carceres ab alijs creditoribus arrestetur,& firmat ibi, quod fuit decisio. Alber.in l. 1. C.de priuat.carcer.& quod ita in facto fuit obtentum,& Moder.Rom.in d. quæst. 27. num.30. alios allegat,& adducit eamdem decisionem Alberic. & quod ita etiam fuit resolutum in Vrbe Romæ.Carauit.ritu 56.n.4.& ibi Add.in litt. A,Baiard.quæst.68.num.88.& 97.

6 Quarto limita in bānito, qui potest vigore alicuius Constitutionis impunè offendi, poterit detineri vltra viginti horas sine incursu priuati carceris, Bal. & Sal. in l. vnica, C. de priuat.carcer.Blanc.in pract.crim.in fine operis caut.9.vbi ponit pro cautela, vt quis excusetur à pœna priuati carceris, dicat, quod credebat eum esse bannitum,& stabitur eius iuramento. Io. de Arn.caut.29.Bertaz.cons.426.n.1.in fi.vol.2.Moder. Rom.in d.q.27.n.33.& q.103.nu.24.Decian.in d.lib. 7.c.10.num.7.in princ.Baiard.q.68.num.96.

7 Immo Bald.ibi tenet, vt possit non solum detineri in priuato carcere, sed etiam impunè, verberari, vulnerari, bona auferri ab eo, ac etiam torqueri, quem sequitur Mascard.de prob.concl.162.n.3.lib.1.quod minime admittit Claud.Bertazz. ad cons.Patris 426. in lit.B,vol.2.& Modet.Rom.in d.q.27.n.34.in fine, & q.103.n.19.& 25.Sed Decian.in d.lib.7.c.10.nu.7. in fin. circa torturam, & alia in commoda inferenda bannito admittit opinionem Bal. & tantum illam re-
8 stringit, quando detineretur in priuato carcere in territorio, à quo Princeps illum banniuit,& ob id voluit non viuere in suo territorio, & per hoc maiestas illius Principis offenditur,& Farinacc. d. quæst.103. n.23. vt possit bannitus à priuato occidi,& suspendi. Baiard.§.homicid.num.222.qui dicunt, quod isto casu non dicuntur vsurpare iurisdictionem, sed facere tamquam ministri iustitiæ, sed circa bona auferenda bannitis traditur distinctio si auferantur bannito viuente, sit permissum.Secus eo mortuo,& fiat derobatio ex interuallo,& non in continenti latè post alios, quos allegat Farinac.d.q.103.num.20.& seq.

9 Quinto limita in retinente mulierem, seu meretricem clausulam libidinis causa, vt non incidat in crimen priuati carceris. Bar. in l.verum,ff.de furt.Neuizan. in Sylua nupt.lib.4. num.46. in 4.limit.vbi concordantes allegat Modern. Roman. quæst.27. num. 31. Decian. lib. 7. cap.10. num. 11. Carauit.Rit.56. numero quinto, Doctores adducti per Petr.Caball.in quæst. crimin. cas. 179. numero quarto, vbi refert, quod nec etiam crimine iniuriarum teneri possit. Baiard.quæst.68.num.99.

Bene verum est, quod si non fuerit meretrix, si detineatur vltra viginti horas, committatur huiusmodi crimen priuati carceris.Bart. in d.l.verum,& Gig.de crim. læsæ maiestat. lib.1. tit.qualit.& à quib.quæst. 35. numero 11. & 12. & refert etiam Modern.Rom. in dicta quæst.27. numero 31. circa med.& Decian. d.libro 2. cap.10.numero 11.qui tamen non admittit istam distinctionem, sed indistinctè tenet, quod si meretrix inuicta detineatur, committatur crimen priuati carceris, cum sit casus, in quo à principio non permittatur detentio: & ideò etiam per momentaneam detentionem, quis incidat in dictum crimen, & Petr. Caball.in quæst.crim.cas.179. num.7. tenet, vt possit puniri, si non pœna priuati carceris, alia tamen mitiori arbitrio iudicis.

10 Sexto limita, & intellige quãdo carcer est tutus,& talis, ꝙ ex eo detentus nō pōt aufugere, secus si de facili exire potuisset. Ang. in l.si quis in graui.§.subuenitur,n.3.ff.ad syllan.Mars.cons.135.nu.19.Modern. Rom.q.27.n.32.Bertaz.cons.426.n.5.vol.2.vbi plus subdit, vt procedat, si etiam cum difficultate poterat aufugere, sed Decian.in d.lib.7. c.10. nu.13.declarat quando carceratus non simpliciter de facili, sed multum de facili poterat aufugere, quia his verbis vtitur Baiard.quæst.68. num.92.qui loquitur, quando de facili poterat aufugere.

11 Septimo limita in retinente in propria domo aliquē, nō causa iurisdictionis vsurpãdę, sed sine dolo,& ex alia causa, vt consuluit Bertaz.in cons.126.vol.2.in eo, qui incepit quãdã forensem personã credens eam esse exploratorē inimicorũ, & in hoc stabitur eius iuramento, dummodo tamen non detineatur vltra 20. horas, vt declarat ibi Bertazz.& sequitur ibi Claud.in addit.in lit.A,vers.3. quandoque,& sequitur Modern. Rom.in d.q.27. n.35.in fin.& quod ad incurrendam dictã pęnã priuati carceris requiratur dolus, Rol.cōs. 11.n.9.vol.2.& latè Mar.Ant.Macer.var.resol.lib.3. resol.43.n.3.vbi dicit, quod quando retentio non fuit ad effectum carcerationis, sed ad alium effectum, tunc cesset dicta pœna priuati carceris, & quælibet causa in ista materia excuset a dolo,& pœna.

12 Octauo limita in marito zelotipia percito, vt possit retinere inclusam vxorem, vt post Iodoch. firmat Baiar.in quæst.68.num.101.

13 Nono limita in retinēte clericum repertũ in adulterio cum vxore, filia, sorore, vel similibus, vt possit retinere per horas viginti, absque metu excommunicationis, Baiard.in d.quæst.68.num.104.

13 Cum aliàs clericum detinens non ligatum parietibus tamen inclusum pœnam excommunicationis incurrat, ac incidat in Canon. si qui suadente diabolo 17. q.4. sicut si manus violentas in eum inijceret, latè Decia.in tract.crim.tom.2. lib.7.c.10.num.22.

15 Decimo limita in eo, qui statim secuta captura, illã curię denunciauit, quia licet detineat captũ vltra 20. horas, tamen excusatur ab ista pœna priuati carceris, Iul.Clar. in q.68. in vers. nemini ego, vbi testatur ita fuisse decisum, Mar.Ant.Macer var.resol.lib.3. resol. 43.n.7.vt si fiat detentio ad effectum cōsignandi curiæ, non incurritur in hoc crimen, cum quilibet priuatus possit propria auctoritate delinquentem capere, vbi sub num.6.concordantes allegat.

16 Vndecimo limita in eo, qui aliquem captũ ab hostibus suis pecunijs redemit,& capto volēte, illũ detinet in carcere, donec soluat preciũ, non tenetur pęna priuari carceris, Ang.in l.nemo, in 4.col.vers.sed hoc, C.de exact.trib.lib.10.vbi testatur se vidisse hoc in facto obseruari, sequitur Mars.cons.135. n.14. in fi.vbi infert, quod quis possit furem detinere donec sibi satisfaciat de rebus furatis, quam opinionem. Marsil. Decian.in tract.crim.tom.3. lib.7.c.10.sub n.12. non admittit, sed tantum quando cum fure conuenisset,

ne ipsum

ne ipſum ad iudicem deducat, neq; contra eum accuſationem inſtituat, ſed ipſum loco pignoris detineat, donec ſoluat, cũ iſto caſu non afficiat furẽ iniuria, ſed maximò quidem beneficio, & ibi reſpõdet ad illud, ꝙ Marſ. in d. conſ. 134. n. 17. dicit, vt tale pactum non valeat, cum nemo ſit Dominus membrorum ſuorum per l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. vt procedat, quando quis ſe alicui offenſioni corporali ſubmittit, ſecus vbi membrum non aufertur, neque debilitatur, quia inter laicos tale pactum ſubſtinetur.

17 Duodecimo limita in eo, qui redemit captiuũ, & illũ volentẽ detinet non in carcere, ſed liberum tamquã famulum, vt ſibi inſeruiat, quia poteſt illum detinere in ſeruitio vſque ad quinquenniũ, quo elapſo recuperat integram libertatem, l. fin. C. de capt. & poſt lim. reuerſ. Imol. in c. 1. num. 11. de pign. Decian. d. lib. 7. c. 10. num. 12. verſ. attamen Imola.

18 Decimotertio limita in debitore, qui per pactũ iuramento firmatum, promiſit ſtare in aliquo loco, donec ſoluerit, vt tale pactum valeat gloſſ. 1. in l. ſtipulatio, §. ſiue autem. ff. de nou. op. nunc. vbi vult, quod ſcolaris poſſit detinere ſcriptorem in compedibus, donec librum iuxta pacta conſcribat, & ſequitur Innoc. in cap. ex reſcripto de iur. iuran. contrarium tamen tenet Bar. poſt Din. in l. alia cauſa, §. eleganter, ff. ſolut. matr. & eamdem opinionem ſequitur Decian. in d. lib. 7. ſub num. 15. & ad Innoc. reſpondet.

19 Decimoquarto limita, quando iudex incompetens ſibi non ſubditum detinet ad effectum illum remittendi ad iudicem competentem, cum iudex ille habeat ſaltem habitu iuriſdictionem, licet non actu, & in eum poſſit prorogari iuriſdictio, vt latè tuetur Dec. d. lib. 7. c. 10. num. 16. Mar. Ant. Macerat. variar. reſol. lib. 3. reſolut. 43. num. 2.

20 Decimoquinto limita, vt de conſuetudine pro priuato carcere nõ imponatur pœna vltimi ſupplicij, ſed alia pęna mitior arbitrio iudicis, Clar. q. 68. n. 33. in fi. vbi refert quemdam Dominum, qui famulum ſuum diù in priuato carcere retinuit fuiſſe tantũ pœna pecuniaria punitum, Iodoch. in pract. crim. c. 15. tit. de citat. real. n. 5. Claud. Bertazz. ad Patrem conſ. 426. in litt. C, vol. 2. Moder. Rom. q. 27. n. 35. vbi de communi, & quod in iudicando ab hac opinione non ſit recedendum, cum etiam de iure iſta opinio verior ſit, Baiard. d. q. 68. num. 105. & idem erit ſi in aliquo loco adeſſet conſuetudo vtendi dicto carcere priuato. Anchar. in c. cum venerabilis, de conſuet. ſequitur Alex. conſ. 233. nu. 13. lib. 6. Dec. d. lib. 7. c. 10. n. 14. & iſtud ius vtendi d. carcere priuato, an poſſit alteri cedi, vide Baiard. q. 68. num. 85.

21 Et iſte detentus in priuato carcere, ſi fractis carceribus aufugiat, nullam pœnam incurrit Paul. Grellan. in tract. de relaxat. Carcerat. ſub tit. de fug. Carcer. q. 1. nu. 16. in 6. limit. Decian. d. lib. 7, cap. 10. nu. 24. & ſub nu. 25. poſt alios, quos allegat ẽt firmat, ꝙ licet captura, ſeu carcer regulariter infamiam afferat, tamen ex retentione in priuato carcere, nulla reſultat infamia.

Captura facta in flagranti crimine, quando dicatur, & qui effectus ex ea reſultent.

S V M M A R I V M.

1 *Captura dicitur inflagranti crimine, quando capitur quis in actum maleficij, & ducitur ad iudicem.*

2 *Item quando appræhenditur poſt commiſſum delictum in ambulatione, ſiue in latitatione, dummodo non peruenerit ad locum deſtinatum.*

3 *Appræhẽſio in flagranti, & inuentio ſunt termini ſynonimi, cũ inuentus non dicatur, niſi ẽt appræhẽdatur.*

4 *Apprahenſio in flagranti debet referri in actis Curiæ per appræhenſorem, ſiue committatur per birroarios, ſiue per priuatos.*

5 *An appræhenſores debeant examinari, vel ſufficiat eorum relatio ſine ſolemni examine, diſtinguitur, ſiue agatur de aſſumenda informatione, ſiue de torquendo, vel condemnando.*

6 *Captus in flagranti crimine debet præſentari iudici infra viginti horas.*

C A P. VIII.

1 Captura dicitur facta in flagranti crimine, quãdo quis capitur in ipſo actu maleficij, & deinde ductus ad iudicem, vel ad Prætorium, Afflict. in conſtit. Humanitate, num. 27. lib. 1. Foller. in pract. crimal. in verb. item, quod fuit captus in flagranti, num. 9. Iul. Clar. quæſt. 8. num. 2. in princip. Sigiſmund. Scacc. in tract. crim. lib. 1. cap. 78. num. 4. Caualc. de Brach. reg. par. 1. num. 215. & iſto caſu ſatellites poſſunt capere delinquentes, & ducere ad iudicem, abſque mandato iudicis cum ratione officij iſto caſu dicantur ſemper habere mandatum ſufficiens ad latè tradita per Granut. Theorem. 19. num. 1. & ſeqq.

2 Ac etiam inflagranti crimine captus, vel inuentus quis dicitur, quando ipſe delinquens appræhenditur poſt cõmiſſũ maleficiũ, ſiue capiatur in ambulatione, ſiue in latitatione, dummodo non peruenerit ad locũ deſtinatum Foller. vbi ſupra Ant. de Nigr. ſuper cõſt. Reg. c. 42. n. 20. Ioſeph. Cuman. ſuper rit. Siciliæ cap. 50. num. 141. Modern. Roman. quæſt. 21. num. 159. Sigiſmund. Scacc. in d. cap. 70. numero quarto, verſiculo declara. Baiard. quæſt. octaua, numero tertio. Peregr. Iannin. in tractatu de citatione reali libro ſecundo, cap. 1. numero 79. & ideo defenſio erit per Aduocatum proponenda ad effugiendum, vt non procedatur ex abrupto contra delinquentem, quod non fuit repertus inflagranti, licet habuerit pœnes ſe rem furatam, cum iam deuenerit ad locum deſtinatum, & aliquas res abſcondidit, & quod alias, res vel pecunias deferebat ad effectum vendendi, vel aliquid emendi, vt docet Foller. in d. verb. item, quod fuit captus inflagranti num. 11. & latè ac melius Caualc. de Brach. reg. p. 1. n. 217. vbi etiam dicit non eſſe captum inflagranti, quando birroarij detinerent delinquentẽ proſequi, quia adiuerunt Prętorem vel ad alios actus extraneos deſinerunt ante capturam.

3 Et iſti termini, nempè appræhenſio rei inflagrãti, & inuentio in iſta materia ſunt ſynonimi, adeò ꝙ inuentus non dicatur, niſi appræhendatur, Bart. & ceteri Doct. in l. ſi Barſatorem C. de fideiuſſ. & mandator, Cumia. d. c. 54. n. 42. & ob id ſtatutum puniens inuentũ cũ armis, non procedit niſi etiam appræhendatur, Doct. in d. l. ſi Barſatorem. Marſ. in pract. crim. §. pro complemento num. 42. vbi de communi, Modern. Roman. in quæſt. 108. numero 132. & ſeqq. vbi latiſſimè Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 5. Menoc. de Arb. caſ. 394. num. 84. Scacc. d. cap. 78. num. 2.

4 Et de huiuſmodi appræhenſione birroarij, vel officiales debẽt facere relationẽ in actis Curiæ, & ſi fiat per

per amicos, consanguineos, vel alias personas priuatas idem est, sed cum maiori temperamento iudex se habeat super informatione, & relatione data, & formã d.relationis ponit, Foller. in d. verb. itẽ ꝙ fuit captus inflagranti n.12. vbi declarat quomodo Iudex se habere debeat, quãdo sit captus negat, & quando fatetur delictũ, & quid facere debeat iudex in vtroq; casu, ad quẽ se refert, Sigism. Scacc. in d.c.78.n.9. & sub n.16. vers. & ex his ibi ad longũ ponit practicã, quę est eadem, quã posuit, Foller. vbi supra, Baiard. q.8. num.1.

5 † & solet dubitari in proposito an sufficiat relatio pęnes acta de ista appræhensione, vel requiratur, vt illi capientes examinẽtur Sigism. Scacc. in d. lib.... c.78.n.14. dicit, Aut quærimus ad effectũ examinandi reum, Aut ad effectũ torquẽdi, vel condẽnandi, in 1. casu ad effectũ examinãdi sufficiat eorũ relatio in actis, cũ ad inquirendum non requiratur solemne examen testiũ in 2. vero casu requiratur solemne examen illorũ, qui apprehenderunt, & testes, si interfuerunt, vt confrontentur, vel repetantur ad faciem rei, vel eo citato ad videndum iurare testes, & reperti, & facta cõfrõtatione, seu repetitione videatur si perseueret in negatione & an sit conuictus, vel sit torquendus denegatis sibi defensionibus, Bald. in l. vt vim n.2. ff. de Iust. & iur. Gram. decis. 36. n.50. 53. Clar. q.8. vers. sed numquid, Scacc. d.c.78. nu.17. & quod debeat constare de qualitate nororietatis, Moscatell. in pract. Rubr. de Homicid. simplici numero 41. & seqq.

Et isti capti inflagranti crimine debent per capiẽtes præsentari coram iudice per spacium 20. horarũ, l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adult. sub pœna priuati carceris. Moder. in tract. de process︎. execut. p.1. c.1. n.98. Iodoch. in pract. crim. c.15. nu.5. Scacc. in d.q.78. num.6. Cauale. de Brac. reg. p.2. num.9.

Captura inflagranti crimine quid operetur.

S V M M A R I V M.

1 *Captura inflagranti o peratur, vt possit procedi contra captum iuris ordine non seruato.*

2 *Item operatur, vt possit deueniri ex abrupto, & iuris ordine non seruato ad executionem pœna.*

3 *Sed Aduocatus, quid facere possit in isto casu in fauorem carcerati traditur hic per Authorem.*

4 *Item sine mandato iudicis conceditur captura contra delinquentem in flagranti.*

5 *Item clericus potest capi inflagranti a iudice laico, & a priuata persona.*

6 *Item potest deueniri ad torturam, absque aliis indiciis, & sola inermis apprehensio sufficit ad torturam, secundum vnam opinionem, & contrariam alii tenent.*

7 *Author conciliando istas contrarias opiniones tradit longam distinctionem.*

8 *Docetque etiam quomodo Aduocatus se habere debeat contra istam inciuilem ductionem ad saluandum captum a tortura, & condemnatione, opponendo contra birroarios, & alias personas priuatas.*

9 *Item quando imminens periculum scandali in populo, potest accelerari expeditio causæ, dummodo tamen innocens non puniatur.*

10 *Periculũ imminens in populo probabitur per assertionem officialis concurrentibus aliis præsumptionib.*

11 *Exequutio differtur, ne sequatur tumultus in populo sed non liberatur delinquens.*

12 *Item potest deueniri ad executionem pœnæ sine sententia, secundum vnam opinionem.*

13 *Contrariam autem alii tenent.*

14 *Pro conciliatione dicitur, vt saltim fieri debeat decretum.*

15 *Appellatio ab isto decreto, quoad effectum suspensiuum non admittitur.*

16 *Nisi pœna esset acerba, & excessiua.*

17 *Item contra delinquentem coram iudice sedente pro Tribunali proceditur ex abrupto, & nullo iuris ordine seruato.*

18 *Intellige dum ille deliquit in actu iustitia, & in præsentia aliorum.*

19 *Imò nec etiam iudex poterit isto casu reum torquere, sed tantummodo assumere informationes.*

20 *Iudex sciens aliquẽ non esse culpabilẽ de crimine sibi impicto, & si in processu cõstet per probationes illum esse delinquentẽ, vel esse grauatum ad torturam debet procurare, vt causa per Principem alteri iudici committatur, & se abstinere a tortura, & condemnatione.*

21 *Iudex contra delinquentem in actu iustitia ipso iudice pro Tribunali sedente, poterit procedere sine citatione, dummodo sciat iudex nullam defensionem ei competere, secus si hoc non sciret, quia deberet illi dare terminum ad se defendendum.*

C A P. IX.

1 MVlti effectus resultant ex captura facta inflagranti crimine, & primus est, vt procedatur iuris ordine non seruato, & ex abrupto, & apud Doctores æquiparatur quem esse repertum in notorio, & inflagranti crimine Gram. decis.36. nu.35. & 46. & 80. Foller. in pract. crim. in Verb. item ꝙ repertus in flagranti, n.3. Mascard. de probat. concl. 1101. nu.15. lib.2. Modern. Roman. q.23. n.133. Baiard. q.8. n.9. & ob id Foller. vbi supra, num.8. dicit, quod citatio non requiratur ad sententiam, idem voluit Gram. d. decis. 36. num.71. & seqq. & sequitur, Baiard. d.q.8. num.9. in fin. & ibi etiam tradunt, vt non detur copia repertorum, siue indiciorum, & Iul. Clar. in d. quæst. 8. in princ. dixit posse procedi sine quærela, & accusatione, Cauale. de Brach. reg. p.1. num.229.

2 Secundus effectus est, vt non solum in grauibus, & capitalibus criminibus, sed etiã in leuibus, deueniatur ad poenæ executionẽ ex abrupto, & iuris ordine non seruato, Iul. Clar. q.8. vers. scias tamẽ, vbi ponit exẽplũ in his, qui reperti sũt furari vuas, vt per officiales absque aliqua interlocutoria, aut diffinitiua sentẽtia, ducãtur cũ vuis ad collũ per ciuitatẽ, ac idẽ videmus in repertis cũ armis, qui incontinenti ad carceres ducũtur, & ictibus funis plectuntur, aut ad soluendũ poenã iuxta formam bannimentorum, absque alio processu coguntur, vt tradit Hier. Cagnol. in l. vnic. in princ. n.98. ff. si quis iusdicen. non obtemper. vel illos ponere ad catenã, vel berlinã, Ang. in l. ea quidẽ n.1. in fi. C. de accus. Moder. Rom. q.21. n.136. Scacc. in tract. crim. lib.1. c.78. n.19. vbi dicit, quod hoc si in grauibus cõceditur delictis, multo magis est dicendum in istis leuibus, & Baiard. q.8. n.13. & seq. idem dicit esse in fure depræhenso inflagranti, qui poterit fustigari sine prolatione sententiæ diffinitiuæ, Cauale. de Brach. reg. p.1. n.216. vbi dat iudicibus cautelam, vt faciant prius constare in actis de relatione birroariorum, & eisdẽ

birroarijs,

birroarijs, vbi faciant apparere penes acta, quod de ordine iudicis pęna soluta mandata fuit executioni.

3 Sed defensor non ignoret, quod tunc procederent præfata in leuibus delictis, quando, vel haberet concomitantiam euidentiæ rei, vt in exẽplis supra relatis, in quibus vna cũ appręhẽsione fuerũt inuẽta vnę, seu arma, vel res furatæ, vel haberet concomitantem cõfessionẽ eiusd. appræhensi, alias si solum daretur appræhensio, & dicta illorum, qui appræhenderũt, sine alijs testibus appræhensus erit audiendus in suis defensionibus, & nõ ita ex abrupto ducendus ad executionẽ pęnæ, maxime si aliquam adduceret excusationẽ, vel defensionem, vel esset persona alicuius considerationis, iuxta qualitatẽ casus contingentis, vt benè declarat Scacc. in d. tract. crim. lib. 1. c. 78. nu. 19. vers. sed intelligas, vbi subdit, quod ita iudex procedendo non errabit, & idem firmat Cauall. dicta parte 1. num. 222.

4 Tertius effectus est, quod licet de iure nemo capi possit sine iudicis mãdato, l. neminẽ, vbi cõiter Doct. C. de exhib. reis, reus tamen repertus inflagranti crimine capi, & carcerari poterit sine iudicis mandato, vt ad iudicem ducatur, Iul. Clar. q. 28. vers. dictum est in fi. vbi exẽplificãt in inuentis facere rixam deferentibus arma, & aliquid portãtibus contra formã banimẽtorũ, & sequitur Granut. Theor. 19. n. 1. & 2. Mod. Rom. q. 21. n. 137. & seq. vbi de cõi, imò cuilibet de populo, & priuatæ personæ licet depræhensum inflagrãti capere, & ad iudicẽ ducere. Foll. in d. verb. item quod fuit captus inflagranti, nu. 5. Ant. Gom. tit. de delict. c. 9. num. 3. vbi dicit procedere tàm in delicto publico, quàm priuato, vt sequitur Mod. Rom. d. q. 21. nu. 140. Scac. in d. c. 78. nu. 10. vers. videamus, Caualc. de Brac. reg. p. 1. n. 228. & an fuerint in culpa priuati, & potuerint delinquentes inflagranti repertos capere, & non ceperint. vide Doctores allegatos per Baiard. in quęstione 8. num. 5.

5 Quartus effectus resultat, quod licet clericus nõ possit capi, nec carcerari à iudice laico, vel ab alio priuato. Doctores cõiter in cap. cum non ab homine, de iud. in cap. si verò de sentent. excõmunicat. poterit tamen capi à iudice laico, vt ad suum iudicem ecclesiasticũ ducatur, si fuerit repertus inflagranti crimine. Abb. in d. c. cum non ab homine, nu. 15. Marsil. in cons. 126. nu. 23. & seq. Foll. in d. verb. itẽ quod fuit captus inflagranti, nu. 6. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 9. nu. 3. Mod. Rom. q. 21. nu. 141. vbi de communi, Sigismund. Scacc. in d. lib. 1. cap. 78. num. 5. vers. amplia istam.

Imò poterit isto casu clericus capi à priuato layco, licet non esset Curiæ famulus, Bart. in l. si quis num. 2. vbi addentes in littera A, de furt. Abb. in d. c. cum nõ ab homine, nu. 11. & 17. Fœly. in cap. si vero sub n. 2. de sent. excomm. cum alijs adductis per Scacc. in d. c. 78. nu. 5. vers. sed etiam à priuato, vbi de communi, & practica opinione, & etiam subdit, quod clericus inuentus cum armis contra prohibitionẽ Principis, layci, poterit capi per familiam dicti iudicis layci, & armis spoliari, quæ nec minimè restituere tenetur, dummodo tamen clericus præsentetur suo iudici Ecclesiastico. Sed quod arma clerico sint restituenda per birroarios iudicis layci, vt aliàs pluries dixi.

6 Quintus effectus est, vt contra Reũ inflagranti repertum possit deueniri ad torturã, absq; indicijs, secũdum cõem opinionem allegatam, atque attestatã per Alber. in l. defensores, nu. 2. C. de defensor. ciuit. Clar. quæst. 8. vers. scias tamen. Carrer. in pract. crim. tit. de indicijs, §. tertium indicium de fuga, n. 2. Moder. Roman. q. 21. num. 147. Scacc. in d. cap. 78. nu. 12. vbi etiã de cõi, & ibi repræhendit Farin. qui tenuit, quod ex sola illa inflagranti appræhensione indiscreta, & inciuili, non possit captus torqueri, denegatis ei defensionibus, nisi concurrant vltra apprehensionẽ alia indicia, & non possit torqueri, vbi alias non esset torquẽdus, sed solum torqueatur denegatis defensionibus, quando alias torquendus esset, sed ipse Scac. ibi n. 12. vers. est subtilis concludit, vt sola appræhensio indiscreta, & inciuilis sufficiat ad torquendum, & ibi dicit esse verum siue appræhendatur à birroarijs, siue à priuatis, & siue sint plures birroarij, siue sit vnus priuatus imò in vno solo priuato maior vigeat verisimilitudo, quod illum appræhenderit inflagranti, quã si esset depræhensus à plurib. cũ vni facilius resistere potuisset, nisi perteritus cõscientia manifesti scœleris fuisset, & hæc verisimilitudo magis vigeat in persona priuata, quã in vno birroario, cui de iure resisti nõ põt, & Angel. in l. interdũ. §. qui furem, nu. 8. de furt. dicit, quod illa inciuilis ductio excusat iudicem in sindicatu à tortura illata, quãuis tortus deinde reperiatur innocẽs, vbi tamen subdit, quod iudex debet inferre torturam secundũ causam, qualitatẽ, & conditionem personæ, & vti homo discretus, & non vti peruersus, alias punietur, & Angel. sequitur Clar. in d. q. 8. sub vers. scias tamen.

7 Pro vera tamen declaratione istius effectus, quicquid isti duo Doct. inter ipsos certẽt, dicendũ esse puto, quod si appræhensus sit plenè conuictus, seu cõfessus, tunc non sit torquendus super delicto principali. Marant. in suo speculo, p. 6. act. 14. n. 1. & seq. vbi plus dicit, quod si iudex illum torqueret, mortaliter peccaret, quia si sustineret, præiudiciũ faceret fisco, saltẽ quoad pœnã ordinariã, text. in c. afferte de præsumpt. Gram. decis. 8. nu. 7. & seq. & Rim. Iun. cõs. 84. n. 17. & n. 99. tom. 2. crim. Sim. de Pret. latè in cõs. 104. n. 37. & seq. Ant. Gamb. in decis. Lusit. 280. vnde venit reprobata illa practica, quã tradit Afflict. in const. nu. 27. & seq. dum firmat faciendã esse confrontationẽ cum reo, & eo negante esse torquendũ. Sed sit tantũmodo torquendus ad sciendũ complices citra præiudiciũ confessatorũ, & conuictorũ, vt admonet Boss. tit. de sent. nu. 70. Clar. q. 65. vers. veritas est. Flam. Cart. in tract. de execut. sent. c. 2. nu. 59. & 66. & seq. & in nostris terminis, Moder. Rom. in q. 21. & Scac. in tract. crim. lib. 1. d. cap. 78. sub num. 13. circa medium, qui tamen videntur se restringere, quando præcesserint indicia super complicibus, alias secus, de quorũ opinione valde dubito, cum de generali cõsuetudine totius Italiæ confessus vnum delictũ possit interrogari, & torqueri de alijs, quorum non extant indicia, vt attestantur. Boss. de Indic. num. 137. Guid. de Suzar. in tit. de tortura, nu. 56. Gram. decis. 48. num. 1. & seq. & decis. 34. num. 34. vbi testatur de consuetudine magnæ Curiæ Vicariæ, Moder. Rom. q. 37. nu. 163. Clar. q. 66. nu. 44. Baiard. q. 64. num. 147. vbi de communi, de quo latè dicam inferius suo loco.

Sed bene fateor, & admoneo iudices, vt isto casu moderatè adhibeant torturã pro habendis cõplicib. Scacc. in terminis nostris, in d. q. 78. n. 13. vers. caueãt, & Moder. Rom. q. 21. num. 149. vers. 2. dummodo tortura, & hoc est firmissimum, vt testatur Clar. in q. 64. num. 8. in fin. & post Cartar. Moder. Rom. in d. q. 37. num. 173.

nu.173. & seq.vbi declarat istud moderamen esse per mediam horam, prout ego semper ita obseruaui, & ab alijs Iudicibus Deum timentibus obseruari vidi.

Si verò non est conuictus, neque confessus indistinctè erit torquendus ob illã ductionẽ inciuilem, etiam denegatis defensionibus, quæ sola in ciuilis ductio facit de iure indiciũ ad torturam; ꝙ contingere poterit quando appræhensores nisi testarentur de appræhẽsione in ipso actu maleficij, sed in actu præparatorio ad delictum, vt puta super fuga cum clamoribus, sicut euenire solet his, qui dirigunt se vt furentur, & detegãtur antequam furtum committant, vt post alios, quos allegant tradunt, & exemplificant, Moder. Rom. in d. q.21. num.151. versiculo bene verum est, & numero 152. & numero 155. & seqq. & Scaec. in d. cap.78. nu. 13. in fine.

8 Sed Aduocatus poterit isto casu videre, si deprẹhẽsus in suis examinibus audacter respõdiderit, vt videatur vere esse innocens, quia eo casu nõ erit grauandus ad torturam, vt admonet Boss. tit. de respons. a reo faciend. num.9. prout per oppositum repertus inflagranti, dum examinatur obmutescit, & timet, vt est latè videre per Afflict. in constit. humanitate n.30. lib.1. & Scaec. in d. cap.78. num.11. vbi etiam latè.

Ac ẽt Aduocatus, vel defensor debet statim sequuta illa inciuili ductione in actis protestari, ꝙ non deueniatur contra illũ ad torturã, vel ad alium actũ prẹiudicialem, quia si ipse depræhensus examinaretur diceret excusationes, & exculpationes aduersus dictam inciuilem ductionem, per quas non erit ei deneganda defensio, quod procedit etiam in confesso, vt non deueniatur ad executionem, nisi dato termino ad se defendendum, cum aduersus confessionẽ possint ẽt multẹ excusationes excludentes pẹnã deduci, vt post multa tradit Foller. in pract. crim. in verbo item ꝙ fuit captus in flagranti, vbi dicit, ꝙ ita est intelligendum, Bald. in l. vtrum nu.2. ff. de iust. & iur. & ita etiam expræssè tenet, Boss. in tit. de denunciat. n.10. Modern. Rom. q.21. num.144. Scaec. in d.c.78. n.15. post alios, quos allegat, dicit omnino esse torquendum, denegatis defensionibus, nisi aliquem exceptionem releuantem deducat, quam etiam deducere potest, non solum in primo examine, sed etiam in confrontatione facta cum testibus, & in specie loquitur de exceptione inimicitiæ opponenda contra testes, & quod in practica dentur defensiones reperto inflagranti testatur, Cauale. de Brach. reg. p.1. nu.219. & seq. etiam si fuerit confessus, & ibi reddit bonas rationes.

Ac etiam defensor deducat, ꝙ ipse appræhensus non sit neq. conuictus, neq. indiciatus, quia testes contra ipsum plenã probationẽ nõ faciunt, neq. indicium propter exceptiones, quas patiũtur, & ideò ei non sit denegãdus terminus ad se defẽdẽdũ, ad opponẽdũ, ad reprobãdũ testes, ꝙ cõtingit quãdo apprẹhẽsus negat delictũ, vt docet Foller. in d. verb. item ꝙ fuit repertus in flagranti n.12. propè fin. Clar. q.8. vers. sed numquid, Moder. Rom. in d q.21. n.143. vbi animaduertit quod Clar. ibi dum dicit, quod si reus vltra inciuilem ductionem, vel appræhensionem inflagranti, sit conuictus, possint sibi denegari defensiones, vt procedat quando esset etiam confessus, & non simpliciter conuictus, & ꝙ tutius, & verius erit, & maximè in capitalibus defensiones concedere, quas quilibet bonus iudex concedat, quia ita faciendo non errabit.

Ac ẽt deducat pro illius defensione, ꝙ nõ cõstat de aliquo corpore delicti, & ob id contra eum non possit deueniri neque ad condemnationẽ, neque ad torturã, & maximè si agatur de delicto facti permanentis, vt in puncto dicit Scaec. in d.c.78. n.16. vers. benè verum est, vbi admonet, quòd ita seruandum sit, & ante eum Foller. in d. verb. item quod fuit captus in flagranti n. 9. Moder. Rom. q.21. nu.155. & seqq. de quo ego latè dixi in defensione de corpore delicti.

Ac etiam deducat, quod ipse negauit delictum sibi impictum, & ideò testes contra ipsum examinati, ipso non citato, nõ probent. Ideò negato delicto per reum, confrontentur testes cum ipso appræhenso, cum tunc requiratur solemne examen, vel debeat citari ad videndum recipi iuramentum testium, & mandari repeti, vt latè post alios, quos allegat, firmat Scaec. in d. c. 78. n.16. vers. si verò neget, Foller. in d. verb. item quod fuit captus in flagranti numero 12. ver. si autem neget, Moder. Roman. quæst.21. numero 148. in fine, & Sigismund. Scaec. in d. cap.78. numero 17. conciliando opiniones, quæ in proposito videbantur contrariæ, dicit, quod si Reus non fuerit confessus, sed tantummodo prætendatur conuictus, vt omnino sit ei dandus terminus ad se defendendum, si verò prætendatur conuictus, & confessus, tunc forsan procedat opinio contraria, vt possit procedi ad executionem pœnæ etiam non præfixo ei termino; sed tamen, vt supradixi, tutius faciet iudex, si dictum terminum statuat in vtroque casu.

Ac etiam deducat, quod assertio Birroariorum ipsum appræhensum non conuincat, cum regulariter birroarijs non credatur, tanquam vilibus personis, & quia solent multa committere. Iul. Clar. q.7. n.3. in fin. Dec. respons.4. nu.63. vol.3. vbi appellat ipsos ribaldos. Bursatt. cons.216. n.37. vol.2. & cons.387. n.1. vol. 4. Granut. Theorem.19. nu.4. Mascard. de prob. concl. 189. num. 1. & seq. volum. 1. latissimè Petr. Caball. in quæst. crimin. casu 126. per totum. Quod Doctores 7
admittunt etiamsi dicant inuenisse reum inflagranti crimine. Iul. Clar. quæst. octaua, numero secundo, Bursatt. d. cons. 387. numero 6. Granut. Theorem.10. num. 5. in fin. sed quia ista opinio patitur aliquam difficultatem, quando deponunt contra reum in flagranti, & maximè si fuerint electi ad denunciandum, capiendum, & inueniendum malefactores, seu contrauenientes, nempè ad inueniendum, & capiendum portantes arma, vel lumina prohibita, vt probent plenè Bart. in l. diuus numero octauo, vbi Apostilla in verb. inuenisse. ff. de custod. reor. vbi alios allegat, Bursatt. dicto consil. 387. numero secundo, Andr. de Iser. & Carrer. in locis relatis per Granut. Theorem. 19. numero 5. versiculo contrariam, & latissimè Petr. Caball. in d. cas.126. num.2. vbi alios allegat.

Ideò tu dicas, ꝙ si agatur de apprẹhensione in leui delicto, & tunc si fuerint duo, vel plures plenè cõuincant, si alios non patiantur defectus vltra infamiã respectu personę. In grauibus autẽ, in quibus imponitur pœna corporalis, nisi alij testes concurrant, non plenè cõuincant, sed tantum grauent reũ ad torturam Boss. tit. de denunciat. n.10. Modern. Rom. d. q.21. nu.157. Vinc. de Franch. decis.379. p.2. vbi loquitur in capto cum archibusetto paruo, & ibi testatur, quod ita fuit per sacrum Concilium decisum, sequitur Baiar. quæst. octaua, numero 2. in fine. Petr. Caball. in d. casu 126. num.3.

num.3.& seq. vbi concordantes allegat, vt solum grauet reum ad torturam. Claud. Bertatozzol. ad Patrem cons.219. in littera A, vers. sed quęstio est, vbi cęteros, refert Baiard.q.8.nu.2.& nu.8, & hæc opinio vera erit sine difficultate, quando essent duo tantum birroarij, nec daretur aliud adminiculum, nec alia verisimilitudo, quod ille fuerit reus in casu, de quo agebatur, & prætenderetur magna pœna, vt firmat Petr.Caball.d. cas.126.num.11. vers. & ita non semel, licet prius referat, quòd si essent tres, vel quatuor, aut plures birroarij, & factum esset verisimile, vel cōcurrerent alia adminiculā, & ageretur de delicto difficilis probationis, vt sufficerent ad condemnandum, & quod ita aliquando fuit de facto obseruatū: Quod tamen ego intelligo in delicto leui, vbi non ageretur de pęna capitali, vel alia corporali, vt superius dixi, sed tātum quoad pœnam extraordinariam, & non ordinariam, cum clarum sit in criminalibus numerum testium non supplere defectum, & probatio, quæ resultat ex pręsumptionibus, & coniecturis simul iunctis non sufficiat ad pœnam ordinariam, vt latè inferius suo loco dicam.

Eoq; minus probarent d.birroarij, quando in ipsa captura assererent fuisse vulneratos, vel iniuriatos, ac ex captura mercedem consequerentur, latissimè Petr. Caball.in cas.127.num.15.vers.& tanto magis.

Nisi tamen per statuta aliter fuerit prouisū, prout est Florētię, quia statur d.birroarium cum iuramento, vt per Statutum rubr. 189. lib. 4. quia tunc onus erit ipsis captis probare negatiuam, si nollent condemnari. Plot.in Tract.de lit.iuran.§.49. nu.22.vers.5.limita, Alex.cons.119.n.9.lib.4.Petr.Caball.d.cas.126.n.11. in fin.& cas.127.num.7.

Sed aduersus d. Statutū Aduocatus potest iuuare suū cliētem, & deducere, ꝙ isti birroarij vltra defectū infamiæ, etiam patiantur alios defectus, nempè quod possunt sperare commodum capturæ, quia ratione vtilitatis de fide illius diminuitur. Alciat. de præsūpt. præsumpt.14. nu.7. vel quia ēt fuerunt aliàs imputati de falsa relatione, & per regulā semel malus semper præsumitur malus, vel quia alios defectus patiuntur, quia ob dictos plures defectus non videntur dispēsati à statuto, latè Bursat.cons.135.n.1.& 28.& cons.216. nu.44. vol.2. Laur.Chercoui.com.opin.cent.4.concl. 4. Mascard.de probat.concl.817. n.42.vol.2.Baiard. q.28.num.128.vers.& hoc procedit.

Si vero appræhensores nō essent birroarij, sed alię personæ priuatę, & tunc si fuerint duo, vel plures appræhensores plenè conuincant, si verò vnus sufficiat ad torturam inferendam, vt in puncto tradit Scacc.in d.c.78.n.23.vers.dicetur plenè; Tu autem dicas, nisi illi duo paterentur plures defectus & exceptiones, per ea, quæ superius diximus.

9 Sextus effectus est, vt cōtra repertū in flagrāti crim. si immineret periculū in populo, quia fuit repertus in aliquo delicto graui, & fugatus cū magnis clamoribus populi, possit deueniri ad executionem pęnę denegatis defensionibus, dūmodo cōstet plenè illū fuisse delinquentē quia ad euitandū scandalum in populo, iudex potest deuenire ad expeditionē causæ, & pœnam insligere citius quam alias faceret, sed non potest, ob clamores, & vanas voces populi, innocentem condēnare, & punire, Sal.in l.Decurionū in fin.de pœn.Catald.de sindic.q.12.Tiraq.de pœn.caus.46.nu.2.Moder.Rom.q.21. n.146. Imò quando est periculum in mora, potest iudex exequi, & posteà processū scribere Boer.decis.259.n.5.quē sequitur Lancell.de attentat. ampl.4.n.16.fol.215.etiam pendente dilatione ad faciendum defensiones, non est differenda executio, si aliter tumultus sedari non potest. Rom.Sing.577.Baiard.q.8. n.11.& sub n.12.post Carrer.in Pract.crim. §.homicidium, l.vlt.n.80.quod potest accelerare executionem, etiam durante termino defensionis, si timeat, quod amici, vel consanguinei faciant tumultum, & auferant cōdemnatum, si differatur executio.

10 Et de periculo propter moram erit officiali afferenti credendum, si concurrant aliæ præsumptiones, & verisimilitudines cum ipsa assertione, Anch. cons. 277.n.12.quem sequitur, Mascard.de probat.conclus. 1257.num.14.& Baiard.q.8.n.11.in fin.

11 Ac etiā tumultus populi facit differre executionē, non tamen liberare sicut facit accelerare executionē, non tamen innocentem condemnare, l.Decurionū C. de pœn.Carrer.vbi supra.n.79.Baiar.d.q.8.n.12.in fi.

12 Septimus effectus est, quod licet quoad executionē pœnæ requiratur sententia l. 1. C. de execut. rei iud. Petr.Caball.cas.133.n.1.in quæst.crim.Baiard.q.93. num.8. tamen contra repertum in flagranti potest deueniri ad executionem pœnæ, absque alia sententia glos.1.in l.ictus fustium ff.de his, qui not.infam.quę est communiter approbata, Boss.tit.de denunciat.nu.10. Gran.decis.36.num.43. Iul.Clar.quæst.8.versic.quæ, vbi tamen subdit, quod apud eum collaterales numquam faciunt executionem contra aliquem, nisi præcedat sententia, sed Vulpell.respons.137. num.7.testatur in Vrbe fuisse ad executionem deuentum contra quemdam sine sententia, prout etiam refert Scacc. tract.crim.lib.1.c.46.num.28.& c.78.sub num.16.

14 Sed licet non requiratur sententia, tamen requiritur aliquod decretum iudicis, vt dicit, Modernus Roman.quæst.21.numero 153.& sequitur Scacc.in d. cap.78.sub numero 16.

15 Sed ab illo decreto nō datur appellatio quoad es-
fectū suspēsiuū, licet detur appellatio quoad effectum
deuolutiuū, vt tradit Moder.Rom.q.21.n.154.Boer.
decis.153.n.5.quē sequitur, Baiar.q.7.n.11.vbi subdit,
ꝙ iudex non debet admittere appellationē, sed supe-
riori deinde scribere causam, quare non detulerit ap-
16 pellationi, † nisi forsan pœna imponenda esset nimis
acerba, & excessiua, vt post Foller. in pract. crim. in
verb. item, quod est notorium, numero 27. circa fin.
Moder.Roman.quæst.11.num.160.in fine.

17 Octauus effectus est, ꝙ delinquens coram iudice sedent pro tribunali, possit puniri sine solemnitate, sine processu, & probatione. Glos. in c.Deus omnipotēs §. quando autem.2.q 1.quæ est cōiter approbata, Capr. in tract. de notor.in 4 membr.n.27.& 55.& membr.6. n.1.& seq.Mascard.de probat.conclus.1103.n.16.19. & seq.lib.2.Moder.Rom.q.21.n.158.vbi de communi, & concordantes allegat, & ibi tradunt hoc esse verum, etiamsi delinquens non fuerit iurisdictionis illius iudicis, sed Moder.Rom.in d.q.25.numero 159.dicit, quod tutius erit si iudex statim examinet reum, & si confiteatur delictum, illū condemnet sine alia probatione, & solemnitate. si neget, examinet testes, & cum illo eos confrontet, qui deponant vidisse illū cōmittere tale factum coram iudice sedente pro tribunali, multis astantibus, iuxta terminos, l. quoties, C. de dignit.libro 12. Foller.post Paris de Put. in verbo item

quod est notorius delinquens num. 27. Caualcan. de Brac. reg. p. 1. num. 204. vbi firmat, quod tutius erit assumere informationes ne iudex teneatur in syndicatu, vt idem erit si fiat delictum coram iudice non sedente pro tribunali, sed aliquem actum iustitiæ faciente, & quod delinquenti sit assignandus aliquis breuis terminus.

18 Quod tamen intellige, quando Iudex vidit illum delinquere dum sedebat pro tribunali, vel in actum Iustitiæ, & cum præsentia aliorum, alias ipse iudex deberet iudicare secundum acta, & probata. Couarr. var. resolut. lib. 1. c. 1. sub num. 6. Iul. Clar. q. 9. vers. sed pone, q. 66. scias autem, Modern. Roman. q. 21. num. 165. latè Scacc. lib. 1. in tract. crim. cas. 80. vbi n. 1. de communi, & alios allegat, & ob id post Bald. dicit, quod si quis ostendat instrumentum, tamquam amico, non resultat probatio, nec pro, nec contra.

19 Sed an iudex isto casu possit deuenire ad torturam contra reum, vera est opinio, quod non teste Iul. Clar. q. 8. vers. sed pone, & sequitur Scacc. in d. c. 80. n. 2. vbi subdit, quod tantum faciat indicium ad assumendum informationem, absque alia quærela, vel accusatione, sed in leuibus, & in his, in quibus agitur de modico præiudicio tertij, poterit deuenire ad exequutionem, quia lex in istis multum confidit de iudice. Iul. Clar. d. q. 8. versic. sed pone, Scacc. d. c. 80. num. 2. in princ. & in fine etiam dicit ex traditis per Afflict. decis. 28. nu. 5. quod iudex possit se mouere ad iudicandum ex confessione sibi in voce facta, quod ego in quadam causa ardua benè obseruaui.

Si verò ex probationibus deinde factis non constet illum esse delinquentem, tunc iudex non debet illum condemnare, neque torquere, sed absoluere, cum debeat secundum allegata, & probata iudicare, & non secundum conscientiam, vt supra dixi, si verò ex processu constet aliquem esse culpabilem, & iudex verè scit eum non deliquisse, licet non desint, qui teneant posse iudicem etiam cum bona conscientia illum cōdemnare, vel torquere, iuxta merita processus, quos refert Modern. Roman. quæst. 21. num. 164. vbi etiam

20 testatur de communi, † tamen tutius erit si se abstineat à iudicando in tali causa, & instet pœnes superiorem, vt causa alteri delegetur, & ego quidem potius officium dimitterem, quam ipsum innocentem torquerem, vel condemnarem.

21 In causa autem quando quis deliquit coram iudice pro Tribunali sedente coram alijs, iudex poterit procedere ad sententiam sine citatione, si appareat, quod nulla defensio sibi competere possit, secus si hoc certum iudici non esset, quia tunc erit ei dādus terminus ad faciendum suas defensiones. Bofs. tit. de denunciat. numero octauo, & decimo, Modern. Romanus in dicta quæstione vigesima prima, numero 160. vbi post Foller. in verbo item, quod est notorium, num. 27. circa finem dicit, quod licet isto casu non detur appellatio, daretur tamen si pœna imponenda esset nimis acerba, vel excessiua, quod mihi multum placet.

DEFENSIO VI.

Circa priuilegia Carceratorum.

Multa assignantur priuilegia, quæ Carceratis competunt.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus pauper ab instigatore in carceribus est alendus, nisi habeat vnde se alere, & si instigator fuerit pauper à fisco alendus erit.*
2 *Carceratus diues, si eius bona fuerint confiscata, est alendus ex dictis bonis confiscatis, & sunt sibi subministranda expensæ pro scripturis, Aduocatis, & procuratoribus etiam in crimine læsæ maiestatis, & postquam fuerit condemnatus vsque ad executionem sententiæ.*
3 *Carcerato, si denegentur alimenta, potest agere actione iniuriarum.*
4 *Carceratus pauper nō tenetur ad expensas carcerum.*
5 *Carceratus non potest retineri secundum Iacob de Aren. pro alimentis, & cibarijs sibi præstitis à Comentariensi, licet alij contrarium teneant.*
6 *Accusatori, vel instigatori, quando sint alimenta, & sumptus litis subministranda.*
7 *Carceratus gaudet omnibus priuilegijs & beneficijs, quoad pœnam euadendam, quibus non carcerati potiuntur.*
8 *Carceratus condemnatus pro delicto si creditores instent ipsum detineri, donec fuerit eis satisfactum, est detinendus, & Fiscus non obtinebit sententiam.*
9 *Obligatio facta in carceribus per carceratum est ipso iure nulla, etiamsi fuerit iuramento vallata, licet requiratur absolutio a iuramento.*
10 *Confessio facta in causa ciuili ad fauorem carcerantis non tenet, secus facta in causa criminali.*
11 *Obligatio facta per illum, qui detinebatur per aliquē in loco sibi pro carcere assignato, non valet.*
12 *Obligatio fideiussoris non valet facta pro carcerato, & quid si fideiussor soluerit, an solutum repetere possit a carcerato.*
13 *Obligatio facta sub metu futuræ carcerationis non valet.*
14 *Obligatio carcerati an valeat, vel non valeat, solet fieri distinctio, si carceratio fuerit iusta, vel iniusta, vt in primo casu valeat, in secundo non.*
15 *Limita, & intellige, quando obligatio carcerati valeat in nouem modis positis per Authorem.*
16 *Carcerati singulis diebus Dominicis debent visitari a Iudice sub pœna viginti librarum auri, & quod obseruetur in multis prouincijs, & locis.*
17 *Carceratus in vno loco tenetur comparere in alio loco, nec carcerato currit dilatio.*
18 *Imò nec etiam tenetur comparere pro procuratorem.*
19 *Carceratus condemnatus in alio loco constito de carceratione, admittitur ad nouas defensiones, siue iustè, siue iniustè fuerit carceratus.*
20 *Limita quando carceratio fuerit affectata, & quando carceratio dicatur affectata.*
21 *Limita quando esset detentus sub fideiussione a iudice inferiori, quia citatus a superiori tenetur comparere.*
22 *Limita vt teneatur per procuratorem impedimentum car-*

tum carcerationis allegare, & petere terminum ad illud probandum.

23 *Carceratas potest quandocumque infra triginta annos appellare à carceratione.*

24 *Nisi iudex pronunciasset carcerationem fuisse iustam, quia tunc appellari debet infra decem dies à die latæ sententiæ, sed pendente appellatione carseratus erit detinendus in carceribus.*

25 *Carceratus liberatus à carceribus ante sententiam, si pars appellet debet remanere extra carceres, secus si tẽpore appellationis esset in sarceribus, vbi Author tradit cautelam vt ante sententiam Aduocatus obtineat à iudice suum principalem excarcerari.*

26 *Carceratus quamuis fuerit bannitus, & vigore cuiusnis statuti posset impunè offendi, in carceribus offendi non poterit.*

27 *Carceratus diu detentus in carceribus, aut debet absolui, aut leniori pœna puniri.*

28 *Prohibitio ne quis alloquatur carceratum non comprahẽdit allocutionem factam ad bonum finem etiam ad instructionem causæ.*

29 *Trasmittens bullettinum pro instructione causæ ad carceratos an possit puniri, & oriatur indisium contra eum de partisipatione super delicto.*

30 *Carceratus indebitè potest etiam fractis sarceribus aufugere, & interfisere custodem, & erit tutus in consientia.*

31 *Carceratus nobilis, & persona honesta debet relaxari fideiussoribus, etiam si ageretur de pœna corporis afflictiua, & negasset imputationem sibi datam.*

32 *Si vero non fuerit talis, si agitur de pœna sorporis afflictiua, debet detineri in sarceribus, si de pœna pecuniaria debet committi fideiussoribus si illos habeat, alias est detinendus in sarceribus.*

33 *Clericus est relaxandus sub fideiussoribus, si non agatur de pœna sorporis afflictiua.*

34 *Fideiussio præstãda per carceratos debet esse de se repræsentando, vel de stando iuri, & iudisatum soluendo, & si non habeat carceratus fideiussores, & offerat pignora, est relaxandus sub pignoribus, alias iudex teneretur in sindicatu.*

35 *Quando iudex recusat aliquem sub fideiussoribus relaxare, cautela est pro Aduocato, vt offerat dictas fideiussiones, vt deinde iudex teneatur in Sindicatu.*

36 *Carseratus sub pænis arbitrarijs quando sit relaxandus sub fideiussoribus.*

37 *Statutum disponens, quod carceratus sit relaxandus sub fideiussoribus tenet etiã in causis, pro quibus corporales pænæ sunt irrogandæ.*

38 *Carserati, in Festis Pascatis, & Natiuitatis Domini Nostri, sunt relaxandi à sarseribus modo, & forma, vt hic per Authorem.*

39 *Carceratus, qui potest mitti in exilium, vel relegari, potest relaxari sub cautione.*

40 *Carceratus existens in termino absolutionis est relaxandus ante sententiam sum cautione, & non sine. Declara tamen vt hic.*

41 *Si verò iudex esset in dubio de innocentia Rei poterit illum minus grauare, & relaxare sub fideiussoribus completo processu.*

42 *Carceratus relaxatus pendente processu sub fideiussionibus in calculo ferendæ sententiæ, quando sit reducendus ad carseres, etiam præsuppositis Bullis Summorum Pontificum, vt imputatus de delicto, pro quo imponitur pæna corporis afflictiua non sit audiendus extra carceres.*

43 *Iudex non est ligatus, vt non possit relaxare sarceratum, quando imponitur pæna corporis afflictiua.*

44 *Carceratus potest committi fideiussoribus, vt illũ recipiant tanquam custodes, & sommentarienses etiam in casu, vbi ageretur de pæna corporis afflictiua.*

45 *Carceratus graui morbo laborans est relaxãdus à carceribus sub fideiussionibus, & quid si in carceribus adsit infirmaria, & locus commodus ad infirmitatem.*

46 *Carceratus relaxatus sub custodia occasione infirmitatis debet custodi adhibito sũptibus suis satisfacere, si verò sit pauper, erit custos adhibendus expensis instigatoris, & si non adesset instigator, expensis Fisci.*

47 *Fideiussores, qui se obligant pro carcerato debent esse idonei.*

48 *Carcerati in quibus casibus non sint relaxandi sub fideiussione, hic Author loquitur remissiuè.*

49 *Carceratus pro crimine falsi quando non sit relaxandus sub fideiussoribus.*

50 *Carceratus in pænam exilij sondemnatus si detineatur in sarceribus, quando tempus carceris computetur in exilium.*

51 *Carceratus habet priuilegia sarceris, siue detineatur in carceribus publisis, siue in aliquo loso sibi pro carsere assignato, vt in Prætorio, in Camera, in propria domo, & in tota Ciuitate.*

52 *Carcer inducitur arbitrio iudisis ex eius deslaratione, vel destinatione.*

53 *Carceratus dicitur satisfecisse constitutioni dictanti, ne quis audiatur extra carceres, quando fuerit per iudicem ei aliquis locus assignatus pro carcere, quod est notandum hic in Curia per Bullas Summorum Pontificum, & in specie Pij Quarti, & Pij Quinti, & hic Author declarat dictas Bullas.*

54 *Carcer non datur ad pænam, sed ad custodiam.*

55 *Carceratus nõ debet detineri in carcere subterraneo, obscuro, & tetro.*

56 *Carceratus non debet detineri in cõpedibus, & vinculis, & manicis ferreis, nisi ex aliqua graui causa aliter visum fuerit iudici, vel nisi fuisset confessus, vel conuictus, aut condemnatus pro delicto graui.*

57 *Carcer datus ad pænam potest esse subterraneus, obscurus, & tetrus, etiam si infra paucos dies ibi carceratus moriatur, quando expresse per sententiam fuerit talis sarcer assignatus alias secus.*

58 *Carceratus cognoscẽs meretricem carceratam sine vi aliqua pæna nõ punitur, & quid si cognoscat vxorem custodis.*

59 *Clericus carseratus debet sõsequi distributiones quotidianas.*

60 *Carseratus si absoluatur per decretum Congregationis super Episcopos, cum sit clericus, consequitur distributiones quotidianas.*

61 *Et interim carseratus huiusmodi debet protestari, vt dicta distributiones conseruentur, & alijs seruientibus in ecclesia non applicentur.*

62 *Carceratio spontanea inducit præsumptionem innosentiæ.*

63 *Carceratus relaxatus sub fideiussoribus non potest redusi ad carceres, nisi superueniant noua indicia, sed declara, vt sub nu. 66.*

64 *Carseratus relaxatus sub fideiussoribus disitur habere vim absolutionis.*

65 De-

66 Declara tamen, vt hic per Auctorem.

67 Carceratus iniustè in foro fori impunè aufugit, imò si non aufugiat debet puniri, & relaxatus cum iuramento non tenetur ad carceres redire, etiam si non timeat periculum mortis.

68 Et quando non potest aliter euadere periculum mortis potest custodes interficere impunè dummodò duo, concurrant.

69 Carceratus condemnatus in pœnam pecuniariã, si appellauit à sententia, & offerat fideiussores de se præsentando, & de soluendo condemnationem in euentum succumbentiæ est relaxandus.

70 Carceratus condemnatus in pœnam pecuniariam, si non fuerit confessus vigore Bullæ Pij Quinti est relaxandus præstita cautione in forma depositi, quatenus pauper, vel facto actuali deposito, quatenus diues.

71 Carcerati si aufugiãt ad Ecclesiam fractis carceribus sunt tuti in ea.

72 Carcerati si fateantur delictum in carceribus, secundum aliquos, eorum confessio dicitur facta metu tormentorum.

73 Contrarium tenent alij Doctores.

74 Auctor conatur hic istas contrarias opiniones ad concordiam reducere.

75 Carcerati possunt instrui ab Aduocato, & procuratore ad negandum delictũ in fora fori, secus in foro poli.

76 Carcerati possunt in foro fori instruere alios carceratos ad negandum delictum.

77 Prohibitio ne quis alloquatur carceratos, neque illos instruat non comprahendit alios carceratos.

78 Carcerati quando possint vti orationibus ne fateantur delictum in foro fori.

79 Carceratus sibi linguam abscindens ne fateatur delictum quando habeatur pro confesso.

80 Carceratus aufugiens fractis carceribus in multis casibus non punitur pœna fracti carceris neque habetur pro confesso.

81 Carcerati omnes si aufugerint à carceribus, excepto vno, quia ille ob impedimentum infirmitatis, non potuit aufugere, neque clamauit, si dicat medio iuramẽto id non fecisse, quia dubitabat offendi ab illis carceratis, alio non docto per fiscum non punietur pœna fracti carceris, neque haberetur pro confesso, & quod indicium resultet contra ipsum.

82 Carceratio sola nõ inducit, vt quis dicatur criminosus

83 Carceratus aufugiens à carceribus, præsumitur aufugisse ob malam curam custodis.

84 Carceratus mortuus in carceribus, præsumitur mortuus ob malam curam custodis.

85 Carceratus pro causa criminali, non potest arrestari pro causa ciuili.

Declara latè, vt hic per Auctorem.

86 Carceratus non tenetur ad interesse partis, sed ad interesse fisci.

87 Carceratus damnatus ad mortem, an possit confugere à carceribus sine peccato.

C A P. I.

1 POst quam aliquis fuerit captus, & detrusus in carceribus multa possunt ad eius fauorem deduci, & multa habet priuilegia, & primũ quod si ipse carceratus sit pauper, vt instigator, vel accusator debeat ei sumptus, & expensas subministrare, vt possit se defendere, Boer. decis. 325. quem refert, & sequitur, Baiard. in addit. ad Clar. in q. 46. nu. 12. sed si habeat vnde se alere, suis sumptibus alij debeat, latè Petr. de Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 72. aliàs ibi subdit, quod alendus sit à curia, Baiard. d. q. 46. nu. 15. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 284. vbi de communi, & sub nu. 299. dicit, quod in subsidiũ pium erit, si iudex de suo proprio pauperibus carceratis succurrat, & quod maritus possit iure actionis ac officio iudicis cogi ad præstandam alimenta vxori accusatæ de adulterio Guido Pap. decis. 439. nu. 4. Cefal. cons. 172. nu. 6. cum alijs adductis per Hier. Cæual. Hispan. in tract. com. contra com. q. 734. n. 22. & seqq. & quod omnibus vexatis debeantur alimenta, & sumptus litis latè nouissimè Aluar. Valas. in Consult. Regni Lusitan. consult. 1. per totam, & quando vxor accusatur de adulterio, quod ei debeantur alimenta, ac expensæ, & sumptus litis, vide latissimè Io. Bott. cons. 24. n. 11. & seq. & quid si ageretur pro recuperatione dotis, vel pro donatione propter nuptias, vide latissimè Lup. de illegit. & de natal. liber. comẽt. 2. §. 3. n. 70.

2 Et si nõ fuerit pauper, sed omnia eius bona fuerint publicata, & incorporata, debeãt sibi subministrari ex dictis bonis alimenta, & omnia alia, vt possit se defendere in parandis scripturis, procuratoribus, & Aduocatis, Picus in l. si post contractum nu. 98. ff. de donat. Carpan. super nou. constit. Mediolan. in §. omnium. num. 696. & seqq. vbi testatur ita quotidie fieri per Senatum, & procedat etiam in crimine læsæ maiestatis, Surd. de alim. tit. 1. q. 72. nu. 3. & q. 129. tit. 1. nu. 7. vbi declarat procedere in isto crimine ante sententiam, secus post sententiam, ac si pendeat lis cum Fisco super omnibus bonis alicuius, prout ego retuli in meo tract. de confisc. bonor. limit. 62. num. 1. & seqq. concl. 13. ac etiam postquam fuerit condemnatus, debet ali de suis bonis, etiam confiscatis, donec Curia exequa-
3 tur sententiam, Surd. d. tit. 1 q. 72. nu. 1. † & si ei denegentur alimenta poterit carceratus agere actione iniuriarum l. si iustum ff. de re iudic. & idem, Surd. de ali. tit. 7. q. 39. nu. 6. latè Caualc. de Braç. reg. p. 2. nu. 291. & seqq. & si fuerit pauper, adhuc debeat alimentari de publico deficientibus elemosinis, & pro dictis alimentis præstandis possit etiam per communitatem imponi collecta, cum tale onus alendi carceratos spectet ad communitates secundum communẽ opinionem attestatam per Caualcanum in loco citato.

4 Ac etiam si pauper fuerit carceratus non tenetur ad expensas custodiæ, Benincas. in tract. de paup. q. 7. in secunda special. iud. nu. 6. Surd. d. tit. 1. q. 72. nu. 2.

5 Si verò expensas, & alimẽta custos carcerum irrogauit carcerato, non poterit illum retinere, ne relaxetur secundum Iacob. de Aren. vt refert. Guid. Pap. in q. 448. nu. 1. & sequitur decis. Auenionen. 112. num. 5. vers. dubitatum etiam fuit, qui tamen ipse Guid. Pap. ibi contrariam opinionẽ tenet, quam seruari de consuetudine dicit, Surd. de alim. tit. 1. q. 71. n. 5. vbi subdit, quod etiam corpus humanum potest retineri pro cibarijs præstitis, & Petr. Caball. in q. crim. cas. 221. n. 6. etiam dicit, quod opinio Iacob. de Aren. non est vera, neque de consuetudine seruatur, de eadem consuetudine testatur. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 324. vbi subdit post alios, quos allegat, & sine dubio non possit retineri pro mercede procuratoris, & aduocati. Sed ego, in publica visitatione Carcerũ hic in Curia pluries audiui dicere esse obseruandam. Iacob. de Aret.

opinio-

opinionem,& vt plurimũ obferuatur, maximè quando impenfæ effent magnæ,quia vigore Bullæ Pij IV. cuftodes carcerum non debent vltra certam fummã carceratis alimenta dare,quando exiftunt ad largam, & quia etiam in magna fumma malè cogitant Reuerendiffimi DD. Vifitatores contra dictos Commentarienfes, & ideò carceratos relaxant, referuata Cuftodibus actione ciuiliter agendi pro dictis expenfis recuperandis.

6 Sed folet dubitari an accufatori debeantur per reũ expenfæ,& fumptus litis, Specul. in tit. de inquifit. §. vlt. in princ. dicit effe fpeciale in Monaco accufante Abbatem dandas effe ei expenfas, & gloff. in cap. ex parte de accufat. Surd.de alim.tit.4. q.23. num.37.& feqq. vbi tamen firmat, quòd dicta alimenta debent effe moderata.Hyer.Cæual.Hyfp.in tract. com.con. com.q.734.nu.18. Lup.in tract.de illeg. & de natalib. reftib.lib.coment.2.§.3.fub n.71. qui ibi latiffimè ponit iftam materiam expenfarum, & fumptuum litis, quibus,fubminiftrari, & à quibus & quomodo debeãt taxari, & arbitraris à Iudice, & an finita lite debeant reftitui, & teneatur ille cui fubminiftrantur præftare cautionem de illis reftituendis in euentum fucumbẽtiæ ad quem Aduocatus recurfum habeat in fupradicta materia expenfarum, & fumptuum litis quia latè diftinctè,ac doctè loquutur.

8 Secundum eft priuilegium, vt carcerati gaudeant omnibus priuilegijs,& beneficijs,quoad pœnam euadendum,quibus poffunt gaudere illi, qui nõ funt carcerati. Bar.in l.Domitianus nu.3.ff.ad Turpell. Io. de Riuas Florent.conf.27.to.2.crim.diuerf.in parua impreff.& Petr.Caball.in quæft.crim.caf.57.n.1. & feq. vbi infert ad ftatutum,difponẽs,quòd fi bannitus foluat certam pœnam infra certum tempus, liberetur, comprahendat etiam carceratos foluentes dictam pœnam, vbi refert quòd ita obferuatur, & comprahendat etiam fideiuffores datos pro dicta pœna foluenda infra dictum præfixum tempus.

Tertium Priuilegium eft,quòd fi fuerit carceratus condemnatus pro delicto,& creditores inftent ipfum detineri in carceribus, donec, eis fatisfecerit, Fifcus non poterit obtinere,vt executioni fententia demãdetur,de quo vide Petr.Caball.in quęft.crim.caf.146. per totum,Caualc.de Brach.reg.p.2.n.324.in fin.

9 Quartum Priuilegium eft, vt omnis obligatio facta à carcerato non valeat,neque teneat, fed omnino fit ipfo iure nulla l.qui in carcerẽ.ff.quod met.cauf. Nat. conf.451.nu.25.Rolan.conf.2. nu.82. & feqq. vol.1. & conf.57.nũ.46. & feqq.vol.3. latè qui alios cumulauit.Moder.Roman.q.35.nu.1.& feqq.& fub num.5. poft alios per eum cumulatos teftatur de communi, vt nec etiam valeat illa cauela in faciendo ponere carceratos extra carceres,& quod in ipfo Inftrumento fuerit dictum, quò in libertate conftitutus fe obligauit,& quod non vi, aut metu, fed fpontè fe obligauit,latè Aufred.ad Capell.Tholof.q.400. nec etiamfi fuerit iuramento vallata dicta obligatio in carceribus facta valeret, quia obligatio dicitur ipfo iure nulla, ideò iuramentum illam non conualidat, neque corroborat.Card.conf.127.Roland.conf.2. n.75. & feq. lib.1.conf.57.num.55. & feqq.vol.2. Natt.conf.451. nu.25.& feqq.vol.2..Modern.Roman.d.q.35. num.7. & feqq. vbi fub nu.12. firmat quòd tamen neceffaria erit abfolutio à dicto iuramento Simoncell. in tract. de decret.lib.3.tit.8.nu.174.vbi de communi, & prædicata opinione teftatur.Boccac.in Conftit.Marchię glof.2.num.19.

10 Nec confeffio facta in caufa ciuili ad fauorem carcerantis valet, fecus in caufa criminali, quæ ex folo carcere non poteft dici nulla, vt diftinguendo tradit. Claud.Battard.reg.crim.55.vbi teftatur de magis cõmuni,& ità conciliat opiniones contrarias exiftentes in ifta materia,prout etiam refert,& fequitur Moder. Rom.d.q.25.nu.18.vbi fub num.19. fubdit, quod nec etiam valeret folutio per carceratum ad fauorẽ carcerantis facta.

11 Et tale priuilegium carceratis conceditur, vt non obligetur, non folum quando funt in publicis carceribus,fed nec etiam fi fint fub fideiuffione, & obligatione de habendo aliquem locum pro carcere, prout alias fuit decifum. tefte Guid. Pap. decif.253. refert, & fequitur Menoch.de arb.caf.301. num.10. lib.2. & multo magis procedit in illo, qui fuit inclufus in priuato carcere,vt latè poft alios,quos allegat Moderq. Rom.d.q.25.nu.29.& feq.& prius nu.10. cum plur.

12 feqq. † Nec obligatio fideiufforis pro carcerato valet.Afflidecif.149.in fin.Moder.Rom.d.q.25.& n.29. & feq. vbi quærit,quid fi foluerit, an poffit fideiuffor

13 folutum repetere à principali.† Idemque erit in obligatione extorta fub timore futurę carcerationis,quia quis comminetur velle illũ facere in carceres detrudi Bofs.tit.de carcer.poft nu.22.Roland.conf.2. nu.7.& feqq.vol.1.Ofafc.decif.177.num.2.Mafcard.de prob. lib.2.concl.1051.nu.26.Modern.Roman.d.quæ.25. num.27.vbi in fine,dicit quòd hoc credit non habere difficultatem.

14 Primò limitatur, vt procedat in carcerato iniuftè; fecus fi fuerit iuftè carceratus, quia omnis eius obligatio in primo cafu non tenet,in fecundo autem cafu valet.Modern.Rom.q.35.num.28.& feq.vbi concordãtes allegat,& teftatur de communi.Marc.Anc.Mafcerat.var.refolut.lib.2.refolut.60.caf.33. verf.cæterum,& fub n.30.dicit illam diftinctionem procedere, quãdo carceratus promittit ad fauorem illius, qui fecit eum carcerare,fecus fi promittat ad fauorem officialis. Boff.tit.de carcer.n.22.& feqq.qui difputando iftum articulum pro hac parte ita concludit, & Caualcan.de Brach.reg.p.2.nu.150.

15 Secundò limita, & intellige in obligatione facta cum eo,qui illum fecit carcerare, fecus fi cum tertio. Mafcard.de probat.concl.1051.nu.32.Moder.Rom. d.q.35.nu.31.& feq.vbi alios concordantes allegat,& teftatur de communi, vbi tñ ponit duas fublimitationes ad iftam limitationem,& prima quãdo ille tertius fuiffet particeps carcerationis, fecunda quando carceratus fe obligaret cum illo tertio ad inftantiã carcerantis, Nec carceratus poteft inftituere hæredem cuftodes,vel alios officiales.Boff.tit.de Carcer.nu.23. Caualc.de Brach.reg.p.2.nu.150.

Tertiò limita, & intellige, quando obligatio eft in præiudicium carcerati, fecus fi ad eius commodum, vel vtilitatem.Fab. de Mont.in tract.de empt. & verf. q.13.nu.20.Marf.in §.attingam,nu.23.in pract.crim.2 & in tract.Bannit. in verb. carcerati nu.16. Mafcard. de probat.concl. 1051.num.32.lib.2.Moder.Roman. dic.q.35. vbi alios allegat, & teftatur de communi,& latè Decian.refponf.102. nu.1. vol.3. vbi etiam concordantes allegat.

Quartò

Quartò limita quando obligatio fieret pro liberatione carcerati, vel captiui latissimè Moder. Rom. d. q.35.nu.36.Hier.Grat.conf.87.n.13.vol.1.vbi firmat, quod contrarium dicere esset absurdum, & contra communem obseruantiam,& ità etiam latè declarat. Decian.respons.102.nu.5.vers.dico clarius,vol.3.

Quintò limita quando carceratus ratificauit extra carceres obligationem factam in carceribus. Natt. cons.451.num.19.vol.2. post Bal.in rubr. extra quod met.caus.Mascard.de probat.concl.1051.nu.34. 36. lib.2.Osasc.decis.177.nu.8.& seqq.Ioseph.Ludou.decis.Lucen.18.n.1.p.1.vbi de communi, Moder.Rom. d.q.35.nu.38. & seq. vbi declarat dummodò tempore ratificationis cesset timor,vel metus.

Sextò limita in obligatione facta inter ipsos carceratos,& captiuos latè Decian.d.respons.102. num.1. vers.& eo magis,& nu.4.& 5.Baiard.q.46.nu.47. vbi dicit,quòd possunt ad inuicē fideiubere. Petr. Caball. in quæst.crim.cas.22.nu.1. & sub nu.4. dicit maximè procedere in Clericis pluribus detentis in carcere extra eorum domicilium.Baiard.q.46.nu.42.

Septimò limita in testamento, quod facere potest per tex.in l.qui à latronibus.ff.de testam. Mod. Rom. d.q.35.n.41.& seqq.vbi ponit duas sublimitationes.

Octauo limita quādo quis nulla præcedēte pactione, vel conuentione liberauit captiuum, quia potest omnia damna, & expensas repetere ab eo post obtētam libertatem.Decian.d.respons.102.nu.1. vers.imò etiam vol.3.

Nono limita de consuetudine, quia valent contractus facti in carcere ab ipsis carceratis, & ita in practica seruatur, vt post Alber. testatur Iul. Clar. q.46. nu.6.in fin.Moder.Rom.quæst.35.n.44.Decian.d.respons.102.num.3.vol.3.qui Farinacc.dicit procedere talem consuetudinem,quādo carceratio fuerit iusta, secus si iniusta, quam declarationem etiam sequitur. Baiard.in d.q.46.nu.20.Mar.Ant.Macerat. var.resol. lib.2.resol.60.cas.33.in fine, vbi subdit,quod talis cōsuetudo est adeò notoria, vt non indigeat aliqua probatione.

16 Quartum Priuilegium est, vt carcerati debeant visitati à iudice singulis diebus Dominicis,& de eis notitiam habere,ac eisdem prouidere de necessarijs sub poena iudicibus viginti librarum auri l.iudices. C. de Episcop.audient.Franc.Lucan. de Fisc. par.2. nu.48. Cassan.super consuetud.Burgund. rubr.2. de confisc. §.1.nu.36.vers.58. vbi subdit, vtinam istud hodie obseruaretur.Clar.q 46.nu.4.& testatur quid obseruetur in Ciuitate Mediolani, vt post Ant.Gomez. tit.de delict.cap.9.nu.7. in fin.quid obseruetur in Hispania,& Baiard.ibi nu.13.quid obseruetur in Regno Neapolis vigore pragmaticæ Caroli V.incipien.pro cura pauperum,& hic in Vrbe,maxima quidem adhibetur diligentia circa curam carceratorum per visitationem publicam, quæ fit qualibet die Iouis, & per visitationem secretā de carceratis in carceribus secretis, quæ etiam fit qualibet hebdomada per Gubernatorē Vrbis,& per nonnullos alios deputatos.

17 Quintum Priuilegium est, vt carceratus in vno loco non possit arctari ad compatendum in alio loco, vt de communi obseruantia testatur Iul.Clar.in q.34. num.6.& hanc affirmat etiam esse tutiorem,& benigniorem opinionem.Modern.Rom.consil.17.nu.12. nec carcerato currit dilatio.Baiard.q.94.num.9.& in causa appellationis,de consuetudine seruatur, vt retineatur in carcere iudicis à quo donec causa determinetur,nisi esset denuo examinādus, vel aliter vt testatur.Caualc.de Brach.reg. p.2. nu.320. de quo dicam latè in vlt.Defens.q.23.

18 Et adeò hoc verum est, vt nec etiam teneatur cōparere per procuratorem,neque opponere exceptionem carcerationis,vt testatur.Iul.Clar.in d.q. 34. n.6.
19 vers.quinimò, † vbi refert,quod Senatus constito de ipsa carceratione,admittere ipsum condemnatum ad nouas defensiones solet;imò Farinac.in cons.89.n.2. in fin.post alios,quos allegat firmat, vt sententia lata contra carceratum sit ipso iure nulla,& in consil. 17. num.13. dicit procedere, siue iustè fuerit,siue iniustè carceratus.

20 Primo limita nisi esset carceratio ī alieno loco affectata,quia ipsum carceratū non excusaret.Iul.Clar. dicta q.34.nu.6.& post alios.Farinac.cons.17.nu.28. vbi in fin.post Carauit.rit.269.nu.16.dicit affectatam carcerationem ex communi obseruantia præsumi, si sequatur post citationē emanatam à iudice, licèt Iul. Clar.in d.q.35.sub num.6.dicat in Ducatu Mediolani non ita indistinctè seruari,sed iudicis arbitrio remitti, & si fiat carceratio poenes iudicē inferiorem dicatur etiam affectata.

21 Secundo limita, quādo quis detinetur per iudicem inferiorem sub fideiussione, quia tunc exceptio carcerationis nō excusat, quia si accedat ad superiorem ille prouidebit ne molestetur, post Carauit. rit. 169. nu.16.testatur.Baiard.in q.34.nu.36.

22 Tertio limita,& intellige,vt debeat allegare impedimentum carcerationis per excusatorem, & petere terminum ad illud probandum,& debet illud probare secundum communem opinionē attestatam per Farinac.in d.cons.17.num. 13.28.& 29.& vide eumdem in q.11.nu.50.& seqq.

23 Sextum Priuilegiū est, vt carceratus possit appellare etiam post decem dies à tēpore capturæ, & etiā quod essent elapsi 30.anni Franch.in c.super eo n.4. de appel.quia grauamen est continuū, & successiuū, Ant.Gomez tit.de delict.c.10.n.10. Seraphin.de priuileg.iuram.priuil.132. nu.9. dicit,quod excipi potest quandocunque de iniustitia capturæ. Marc.Ant.Maceraten.var.resolut.lib.3.resolut.29.n.20. Caualc.de
24 Brac.reg.p.2.nu.318.Baiard.q.46.nu.5. † Nisi iudex pronunciasset carcerationem esse iustam, quia tunc debet appellare infra decem dies a die latæ sentētiæ, Lancell.de attent.p.2.c.12.n.131.& seqq.sed interim pendente appellatione detinetur in carceribus, Lancel.d.c.12.ampl.4.nu.21.Baiard.q.46.nu.6.

25 Septimum priuilegium est,quod si carceratus liberetur à carceribus ante sententiam, si pars appellet, remaneat in libertate, secus si tempore sententiæ, & appellationis reperiatur in carceribus, quia remanere debet carceratus,Roman.Sing.456.Accusatus Baiard.q.46.num.40. Ideò defensor carcerati,procuret ante sentētiam illum habilitari à carceris, ne per appellationem retineatur in carceribus, licet pluries viderim per illud supremum Tribunal visitationis carcerum in curia absolutum relaxare sub cautione non obstante appellatione interposita per instigatorem, habita relatione de mentis causæ à iudice, qui tulit sententiam,& ob id Boss.in titul.de sent. numero 61. dixit,quod si appareat de innocentia rei, & quod sit absol-

abfoluendus, debet prius relaxari, & poftmodum abfolui.

26 Nonum priuilegium eft, vt fit carceratus tutus in carceribus, & non poffit ab aliquo offendi, quamuis effet bannitus, & vigore alicuius cõftitutionis poffet impunè offendi, quia dictum ftatutum non habet locum in carceratis, latè Burfatt.conf.216.nu.2. & feq. lib.2. vbi idem dicit effe in occidente illum, qui ducitur ad furcas, & in occidẽte illum, qui dicitur per Birroarios ad iudicem ob vindictam priuatã, vel ne forte facinorofos complices propalet, tex.in l.fin.C.de malefic. & matemat. & Burfat. vbi fupra concordantes allegat, & latiffimè, Farinac.q.103. num.153. & 166. nifi quis occideret bannitum captum à priuato, quia non punitur. Farin.ibi num.150.& affines occidente carceratos ne pœna vltimi fupplicij puniãtur ad euitandam infamiam quomodo, & quãdo puniantur, latè ponit Caball.caf.94.per totum cent.1.Borfatt.confil. 216.nu.10.vol.2.& Menoch.caf.285.num.5.& feqq. vbi refert pulchrum cafum Venetis euenifse de illo confanguineo, qui obtinuit pone alloqui, vel faltem deofculari carceratum laqueo fufpendendum cũ itaque allocutus effet, & deofculari illũ fingeret ori illi obtulit pilliolam peffimi veneni, quam malificus ore excepit prudenter intelligens quid effet antequam ita dentibus fractam demifit fubfequentem vitare finiuit.

27 Decimum priuilegium eft, vt fi diu fuerit quis detentus in carceribus, ob dictam longam carcerationem, vel in totum relaxetur, vel mitius puniatur pro delicto, pro quo erat carceratus, vt latè dixi fupra in Defenfione fecunda.

28 Vndecimum priuilegiũ eft, quod licet extaret prohibitio, quod quis cum carceratis loqui non poffit nihilominus non compræhendit loquentes ad non malum finem, vt fi quis hortatus fuiffet carceratũ, vt effet bono animo, nec terreretur ob detẽtionem, & iudex coactus fuerit pro fui officij munere eo modo procedere, quamuis prohibitio effet concepta quod aliquo modo directè, vel indirectè captiuum alloquatur. Crauett conf. 3. ferè per totum, Bertazzol. confil. 439.nu.26.vol.2.Baiard.q.46.num.9.idem, Bertazzol. conf.57.nu.15.vol.1. Menoch.de arb. caf.244. nu.9.

29 lib.2. Vrfill.ad Afflict.decif.130.n.8.† & fi quis alloquatur carceratos, vel ad eos tranfmittat bullettinos pro inftructione cauf.e, icet ille carceratus ad quem tranfmittuntur bulletrini, culpabilis effet, nihilominus tranfmittens dictos bullettinos de iure nõ puniretur, nifi aliter per fpecialem legem cautum effet, vt latè tradit Modern.Rom.q.33.n.106. & feq. quam prohibitionem dicit non adeffe in curia, ni fi contra cuftodes, & ibi fubdit, quod ex tali alloquutione, vel trãfmiffione bulletini, vel epiftolæ fuper meritis caufæ, vidit iftos alloquẽtes torqueri tanquam verifimiliter informatos, & vti teftes, ac grauari principales fuper delicto, & talis allocutio, & inftructio de iure non eft prohibita, & maxime in alijs carceratis inftruentibus carceratos, & fcribentibus litteras pro alijs carcera tis. Lader.conf.203.per totum.

30 Decimumfecundum priuilegium eft, quod iniuftè, & indebitè carceratus poffit tutè etiam fractis carceribus aufugere, & fit tutus in confcientia, imò poffit etiam impunè interficere cuftodem. Menoch. de arb. caf.30.nu.15.vt latè dixi fuprà in defenf.5.c.4.

13 Decimumtertium priuilegium eft, quod fi carceratus fuerit nobilis, & magnæ exiftimationis, relaxari debeat fideiufforibus, etiam fi pœna effet corporis afflictiua imponenda, & quauis negaffet imputationes fibi datas fub pœna fcutorum mile de fe præfentando toties quoties, & de parẽdo iudicato perpẽfa criminis, qualitate, dignitate, nobilitate, & diuitijs carcerati, Griland.de relaxat.carcerat.rubr.de fideiuff.n.8. quem refert, & fequitur. Corrad. in pract.crim. lib.1. c.9.§.3.fub rubr.de carcerat.nu.14. Iodoch. in pract. crim.c.20.nu.11.fol.48. vbi latè Baiard.q.46. nu.64. Moder.Rom.q.33.num.60. vbi tamen fubdit, hoc effe intelligendum, dummodo nõ ageretur de aliquo graui delicto, & non effet de eo grauatus, & etiam dicit, caueant iudices, ne fibi contingat, quod euenit cuidã commiffario, qui habilitauit quemdam nobilem imputatum de mandato ad homicidium, qui deinde fugam arripuit.

32 Si verò carceratus non fuerit talis tũc fit diftinctio, aut detinetur pro crimine, pro quo irrogatur pœna corporis afflictiua, & tunc non relaxatur fideiufforibus latiffimè. Farinac.dict.q.33.nu.48.& feq.vbi reddit rationem, & ibi latè concordantes allegat, & teftatur de communi, aut pro eo non infligitur pœna corporis afflictiua, & tunc non debet detineri in carceribus, fed eft dimmittendus fub cautione, Ant. Gomez.tit.de delict.c.9.nu.8.Iul.Clar.q.46. nu.7. vbi teftatur de communi, & fubdit, dummodo offerantur fideiuffores, alias fi nõ haberet fideiuffores deberet in carceribus detineri, & quod ita feruatur Boff. titul.de carcerat.fideiuf.committ.nu.1.& feq. Mod. Roman. q.33.num.1.vbi alios allegat, & teftatur de communi, & latè Menoch.de arb.caf.303.num.3.qui pariter teftatur de communi.

32 Quod magis procedit in clerico, qui fi offerat fideiufforem de ftando iuri, & de fe præfentando in caufa, pro qua nõ venit imponenda pœna corporalis, debeat relaxari. Felin.in cap.legebatur num. 1. extra de maior.& obed.Foller.in pract.crim. in verb.& in carceribus c.12.nu.6.Moder.Roman.q.33. nu.2. vbi firmat, hoc nõ habere difficultatem. Prax.Arch. Neap. cap.25.num.5.& feq.vbi tandem dicit refidere in arbitrio iudicis iuxta qualitatem caufæ, & perfonæ.

34 Et talis cautio fecundum veriorem opinionẽ fufficit, vt fit de repræfentando, & de ftando iuri, & iudicatum foluendo. Bald.in l.nullus num.3.C.de cuftod. reor. quem fequitur. Paul.Grillãd.de relax. carcer.tit. de fideiuff.reor.nu.7.Iul.Clar.q 46.n.7.Moder.Rom. d.q.33.n.3.vbi de communi, & alios allegat, vbi fubdit, quod folet dimitti reus, quando caufa eft pecuniaria fub cautione de iudicatum foluendo, vel quando eft in cafu abfolutionis de fe præfentando; Si vero carceratus non habeat fideiufsores, & offerat pignora, iudex tenetur fub pignoribus illum dimittere, alias in Syndicatu poterit agi contra ipfum actione, iniuriarum.Bar.in l.fi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui fatisd.cog.Corrad.in pract. tit. de carcerat. num.13.

35 † prout tenebitur in omni alio cafu, in quo debet relaxari fideiufsoribus, fi illum recufet relaxare, fed Aduocatus, vel defenfor faciat in actis conftare de dicta oblatione fideiufsoris idonei, Iul.Clar. d.q.46.num.7. Afflict.fuper 2.p.Conftit.Regn.rubr.10. nu.3. Bonac. com.opin.p.1. verf.carceratus, & latè Moder. Rom. d.q.33.nu.6.7.& 8. & fi non habeat fideiufsores, neq; pignora relaxatur fub iuratoria cautione, maxime fi carce-

carcerata fuerit fœmina, & niſi fuerit carceratus, facinoroſus poſt alios.Caualc.de Brach.reg.p.2. n.180. vbi etiam dicit, quod licet, in crim.non habeat locũ iuratoria cautio, tamen fallit in fœmina, ſed de conſuetudine in omnibus ſit arbitrarium iudicis,vel licet fideiuſſor non poſſit ſub pœna corporali ſe obligare, tamen iudex poteſt reum relaxare ſub præceptis pœnalibus corporalibus de redeundo ad carceres. Caualc.d.p.2.nu.189.

36 Si verò pœna ſit arbitraria pro delicto,pro quo detinetur.Menoch.de arb.caſ.303.nu.39. vbi repræhẽdit.Gramm. conſ.55. & ſequitur. Bal.in l.2.col.fin.C. de exhib.reis,diſtinguit ſi ex cõſuetudine pro illo delicto imponitur pœna corporalis,non relaxatur,ſi pecuniaria,relaxatur, & vbi non conſtat de aliqua conſuetudine,ſit arbitrarium iudicis,quam diſtinctionem. Menoch.refert,& ſequitur Baiard.in q.46.num.22.in fi. vbi etiam refert quid ſeruetur in Regno Neapolis, Moder.Rom.q.33.num.53.Menoch.vbi ſupra infert, quod iudex iſto caſu relaxans carceratum, videatur declarare animum ſuum, quod nollet pro illa cauſa imponere pœnam corporalem, & ideo cauſæ defenſor,ſi habeat iudicem propitium, non curet clientem ſuum habilitari, ne ex illa habilitatione poſſit deinde dari pro ſuſpecto.

37 Si verò extaret ſtatutũ,quod puniendus pœna corporali fideiuſſoribus ſit relaxandus erit validum, Veronenſ.conſ.40.Caballi.ad conſti. March. lib.4. in c. fideiuſſoribus nu.27. an valeret ſimilis cõſuetudo,vbi imponitur pœna capitis, vide Rocch. de Curt. ſuper cap.fin.de conſuetud.& Auguſt.ad Ang.de malefic.in verb.pro quibus Antonius in princip.vt refert. Baiar. dicta q.46.nu.25.& ſeq.Modern.Rom.q.33. nu.74.& ſeqq.vbi cõcordantes alios allegat;nec obſtat in propoſito quod dicitur, vt nemo poſſit ſe pro altero obligari in cauſa criminali, ſecundum communem opinionem atteſtatam per Menoch. de arb. caſ.303. nu. 55.& ante eum.Couar.var.reſolut.lib.2.c.8.nu.8.in fi. quia intelligitur quoad ipſam pœnam corporalem, & non quoad pœnam pecuniariam pro ipſa pœna criminali.Moder.Rom.d.q.33.nu.75.in fine.

38 Decimumquartum priuilegium eſt quod carcerati relaxentur in Feſtis Paſchatis,& Natalis Domini noſtri,per text.in l.nemo.C.de epiſc.aud.vbi etiam excipiuntur delicta,quorum rei non ſunt relaxandi. Iul. Clar.p.46.nu.9.Menoch.de Arb.caſ.303. num.38.& quid de crimine falſi,& quid in eo, qui ob eãdẽ cauſã ſemel fuit excarceratus, vide Menoch.de arbitr.caſ. 103.in fine,Iul.Clar.q.46. nu.9. vbi refert, quòd Mediolani ad iſtum effectum deputantur in illis diebus quatuor Senatores, & hic in Curia adeſt ſolita Congregatio ſuper Viſitatione Carcerum,& verè ſi reus non ſit conuictus, vel confeſſus, neque delictum ſit enorme, ſolent carcerati in dictis feſtis relaxari, vt de cõſuetudine Mediolani, teſtatur Boſſ.tit.de carcerat. fideiuſſor.committ.nu.17.Iul.Clar.d.q.46.nu.9.in fi. prout etiam hic in Vrbe obſeruatur, & ita d. l.nemo intelligitur de conſuetudine, vt non habilitentur carcerati ad latiores carceres, ſed extra carceres ponantur,quicquid aliter ibi Doctores dubitauerint, prout Boſſ. vbi ſupra firmat,& ſequitur. Modern.Roman.d. q.33.nu.77.Et cautio ſolet eſſe aliquando ſimpliciter de ſe repræſentando,aliquando,quando cauſa eſt durior, de redeundo ad carceres poſt feſta, etiam irrequiſiti:& iſta verba(poſt feſta) interprætãtur,vt reus ſe repræſentet, non vltima die feſti, ſed alia die ſequenti;& talis excarceratio,ſeu relaxatio fieri poteſt etiam nõdũ publicato proceſſu,vt poſt Franc. Marc. deciſ.176.firmat Baiard.q.46.nu.38. & de iſta excarceratione loquitur etiam Menoch.de arb.caſ.303.n. 38.ac etiam relaxari debent carcerati ob aliquam lætitiam publicam.Menoch.de arb.caſ.302. n.15.lib.2. & de ead. excarceratione in prædictis temporib. Caualcan.de brach.reg.p.2.num.166.& ſeqq. vbi ſubdit quod iudex habens brachium regium poteſt quocũque tempore carceratos relaxare.

39 Si verò ageretur de pœna exilij etiam fideiuſſorib. carceratus erit relaxandus,vt per Iodoch.in prac.crimin.c.9.de relaxat.carcerat.n.4. verſ.itidem is, & faciunt quæ latè ſcribunt. Ant.Gomez. tit.de delict. c.1. nu.13.Pariſ.conſ.154.nu.23.vol.3.Iul.Clar.q.32.n.5. vbi firmat eſſe communem opinionem à conſuetudine receptam,vt in delicto, pro quo agitur de relegatione in certo loco, ſiue de relegatione à certo loco, & ſic de exilio,inquiſitus poſſit audiri per procuratorem,quo caſu admittitur fideiuſſor pro eo, quia verè ceſſat illa ratio prohibitiua ne quis admittatur ad fideiuſſores, ne deinde ſi ſequatur ſententia corporalis reddatur fruſtratoria, ſi reus aufugiat, prout latè poſt alios,quos allegat firmat Moder.Rom.q.33.nu.49.& quia nemo poteſt ſe ad pœnam corporalem, obligare per l.liber homo.ff.ad leg.Aquil. tamen in pœnam exilij,amiſſionis beneficij, ſeu gratiæ, ac confeſſi criminis benè poteſt ſe obligare,vt per Iodoch. in prac. crim.c.20.nu.4.& 6.tex.in d.l.liber homo intelligitur de pœna corporali, per quam quis pateretur pœnam capitis,vel alicuius membri ab ciſſionem, vt declarat ibi Iodoch.& ideo malè ſentit. Modern.Roman.in d. q.33.num.50.vt condemnandus in pœnam exilij non ſit relaxandus fideiuſſoribus.

40 Si carceratus eſſet in caſu innocẽtiæ, & abſolutionis etiam non expectata ſententia erit fideiuſſoribus relaxandus text.in l.nullus. C. de exhib.reis, Roman. ſing.496.Boſſ.de carcer. fideiuſſ. committ. nu.15. & nu.21.Iul.Clar.q.46.num.10. & Menoch. de arb.caſ. 303.nu.34.Magon.deciſ.Lucen.42.num.12.& ſeq. & Moder.Rom.q.33.nu.65.vbi de communi, Bertazzol. conſ.367.num.1.libro 2.licèt Carauitt.in rit.40.dicat quòd in Regno non potuit obtinere liberationẽ ſub fideiuſſoribus etiã, quod conſtaret de innocentia rei, quem refert.Baiard.in d.q.46.nu.39. Caualc. de brac. reg.p.2.nu.157. & ſeqq.vbi docet vnam cautelam ad habendos complices in cauſa ardua, vt ſi habeat aliquem complicem carceratũ leuiter interroget,& fingat longius ire, & deinde illũ ſub cautione relaxabit, quia ille poſteà denunciabit alijs correis, quod curia nihil habet in proceſſu ſuper illo delicto graui, & ſic poſteà facile habebit alios complices, quia iã fugam arripuerunt, ſed quod iſta practica erit adhibenda cũ grano ſalis,& non à iuuene officiali.

Bene verum eſt, quod debet relaxari cum fideiuſſoribus,& non ſine,vt per Clar.in q.46.nu.10.vbi teſtatur ita ſeruari, poſt Boſſ.tit.de ſentent. nu.61. licèt Alex.ſtiat.conſ.119.nu.2.tom.1. crim. dicat iudicem poſſe relaxare carceratum ſine fideiuſſoribus, quando conſtat ex proceſſu eum nõ eſſe culpabilem, ſi verò adhuc non habeat indicia, ſed ſperet illa habere, non erit carceratus dimittendus, etiam cũ fideiuſſoribus.

ribus.Clar.d.q.46.nu.10.circa fine post Carauit.super ritu.40.circa princip.& ritu 41.nu.5.

41 Si vero essemus in dubio de innocentia carcerati iudex poterit minus grauare carceratum, & illum relaxare sub fideiussoribus, Paul. Grillan. de rellaxatio. carcerat.tit.de fideiuss.reor.q.2. nu.2. in fine, Clar.d. q.46.nu.11.quod tamen intellige completo,& perfecto processu, cum alias non possit dici cõstare de innocentia carcerati,vel quod ea sit dubia, Magon.decis.Lucen.42. nu.13. eamdem declarationem amplectitur,Suarez in tract.de fideiussor. in caus. crim. nu. 25.in fin.Franch.Marc.decis.799. per totam part.1. & cum hac declaratione transit,Modern.Rom.q.33. num.70.vbi declarat.Bertazz.cons.367.in princ.dum vtitur verbis non finito processu, hoc est non expectata sententia,& declarat etiam Clarum in dic.q.46. num.10.circa finem,dum vtitur illis verbis, pendente processu, vt satis dicatur processus pendere quando iam illo formato iudex non pronunciauit. Ego vero arbitror quod iste,Farinac.modo decipiatur,quia puto hoc residere in arbitrio iudicis,qui bene potuit per informationes extraiudiciales percipere, etiam non completo processu, an fuerit inquisitus culpabilis,vel innocens.

42 Sed dum Clar.in dic.q.46.nu.10.in fin.refert,quod in calculo ferendæ sententiæ reus sit reducendus ad carceres,ne facta relatione in senatu, sententia corporalis,quæ sequi posset,redderetur frustratoria, quẽ sequitur,Modern.Roman.in d.q.33.nu.68.vbi in fine etiam testatur ita apud nos in Curia seruari, nõ bene per Clar.& Modern. Roman. applicatur casui declaratio, quia superius præsupponitur carceratum fuisse relaxatum,quia constabat de eius innocentia, & ideò non potest sequi sententia corporalis,sed tantummodo sententia absolutoria, & sic non video, quare sit grauandus iste innocens, vt redeat ad carceres, cum sit statim relaxandus, quod etiam bene est notandum in statu ecclesiastico,quia pluries audiui fieri similem instantiam per procuratores fiscales, vt tempore ferendæ sententiæ inquisitus reduceretur ad carceres vigore Bullarum summorum Pontificum,& præcipuè Pij IV.& Pij V. quarum vigore dispositum est aliquẽ non posse audiri extra carceres,vbi ingeritur pęna capitalis,vel corporis afflictiua,quia Bullæ præfatæ nõ applicantur ad casum istum, cum iam eis sit satisfactum, cum fuerit semel inquisitus carceratus, & nullum verbum dicant, quod debeat esse carceratus tẽpore sententiæ ferendæ, ideo recipere debent interpretationem à iure communi,vt milies dixi & successiuè si inquisitus sit in aperto statu absolutionis, & innocentiæ, vt absoluatur sine alia noua carceratione, prout ego pluries,& pluries obseruaui, & procuratorem fiscalem latrare ad lunam permisi, si verò esset imponenda pœna corporalis', tunc sit reuocandus ad carceres, ne sententia deinde si sequatur reddatur elusoria.

43 Et vbi etiam ageretur de pœna corporali non per hoc iudex erit ligatus quin possit carceratum sub fideiussoribus relaxare, cum tota ista materia resideat in arbitrio iudicis,Cast.cons.318.lib.2. per totum,vbi etiam loquitur stante statuto,quod quis debeat personaliter detineri,Iodoch.in pract.crim.c.20.n.9.& 11. Casson de indic.& tortur.c.9.Rubr.de capt.num.12. Grillan.de relaxat.carcerat.rubr.de fideiuss.reor.q.1. nu.9.Menoch.cas.303.nu.2.lib.2.de arb.& ob id non poterit redargui iudex, cum præsumatur moueri ex iusta causa, & propterea iudex debeat in actis, & in decreto relaxationis apponere dictam causam, ne in sindicatu redarguatur, vt consuluit Castrens. in dicto cons.328.in fine,& sequitur, Moder.Roman. in dicta quæst.33.nu.33.& seqq.

44 Si verò fideiussores acciperent carceratum tanquã custodes, & commentarienses iuxta doctrinam Salycet.in l.ad commentariensem nu.3.C.de custod.reor. tunc posset carceratus illis sic dimitti, quia tunc etiã si imputatus esset carceratus pro delicto corporali, nihilominus tenerentur fideiussores ad eamdem pœnam,si illum non custodirent,vt tradit, Menoch.in d. cas.33.nu.37.vbi firmat hanc esse notabilem cautelã quando iudex vult amico carcerato fauere, secundũ quam,Suarez.in d. tract. de fideiuss.nu.28. testatur se vidisse illam de facto seruari, licet, Modern. Rom.in d.q.33.nu.76. referat illam practicam seruari non vidisse,sed si ipse non vidit,viderunt alij.

45 At si carceratus graui morbo laboraret, ne in carceribus moriatur,habita fide medici super hoc,debet liberari sub fideiussoribus de redeundo ad carceres postquã reconualuerit, licet ageretur de delicto graui,Foller.in pract.crim.in verb. vel carcerentur n.16. in fine,licet sub nu.28.aliter sentiat,tàm de iure communi,quàm vigore pragmaticarum Regni quando in carceribus adest infirmaria, vel aliqua alia camera,in qua commode curari posset, prout in eodem Regno per Carolum Quintum in Pragm.incip.Pro cura pauperum, &c. fuit prouisum, quod de publico salarientur duo medici,vnus Physicus,& alter Chirurgus,qui vacare habeant circa curam carcetatorum. Baiard. q.46.num.13. prout idem hic in curia rectè prouisum fuit, & quid facere debeat iudex quãdo infirmus petit liberari ob infirmitatem,vide Parid.de Put. de sindic. in verb.tortura vers.officialis posuit ad cordam nu. 3. prout etiam refert.Baiard.q.46. n.9.& làtius Caualc. de brach.reg.par.2.num. 160.& seq.vbi etiam firmat quod pater pro filio,vel alij nõ possunt carcerari pro relaxatione delinquentis per illam regulã cum nemo sit dominus membrorũ suorum, nisi inter principes, quia possunt recipi, & dari inuicẽ obsides, & sub nu. 552. & seq. dicit ꝙ sẽper tutius erit habere relationẽ duorum medicorum,& pro exoneratione officij iudicis de relatione medicorum ante excarcerationem constare debeat, & debeant elegi, qui sint confidẽtes iudici & fisco, tu adde, & carcerato, & ego in curia vidi plures relaxari sub fideiussoribus cum dicta cautione de redeundo, recuperata sanitate, vel ad omne mandatum iudicis, etiam quod in vrbe in carceribus adsint infirmariæ,& ageretur de pœna capitali.

46 Si autem carceratus nõ habeat fideiussores, debet per iudicem custodia adhiberi sumptibus ipsius infirmi,cum fiat pro eius salute arg.l.4. C. de fin.regun.vt post Parid.de Put.Baiard.d.q.46.nu.10.& si non posset soluere dictas expensas, ob eius paupertatem, accusator,& instigator teneretur ad dicta expẽsas. Boe. decis.325.Baiard.dic.q.46.nu.12.& si non adesset instigat, vel etiam ipse esset pauper, tunc fiscus expublico ære teneretur ad d.expensas, cũ tàm instigator, quàm fiscus teneantur ad sumptus,& expensas,ac alimenta pro carcerato quærelato, & accusato, vt dixi suprà.

47 Et

47 Et intellige ſemper quod fideiuſſores, ſub quibus carceratus dimittitur, debeant eſſe idonei, de quo dicam in ſeq.cap.

48 Sed ſi procurator Fiſcalis, & inſtigator velint habere in quibus caſibus carcerati non ſint cõmittendi fideiuſſoribus, videant Menoch.de arbitr.caſ.303. per totum lib.2.Modern.Rom.in d.q.33.nu.2.& ſeqq.& latius Baiard.in d.q.46. nu.27. & ſeqq. vbi inter alios caſus ponunt, quãdo reus à principio voluit carcerari, quia poſteà non debet audiri, ſi vellet dare fideiuſſores, item ſi reus eſſet indiciatus ad torturam, & idẽ erit in teſte torquendo. Caualc.de brach. reg. par.2. nu.170.vbi ponit etiam quam plures alios caſus, item ſi ſpontè confiteretur delictum, item ſi alias pro eodẽ delicto aufugiſſet, item in capto inflagranti crimine, item quando in defectum pœnę pecuniariæ infligeretur pœna corporalis, item in crimine falſi, item in cõuicto, item in confeſſo, qui vellet confeſſionem ſuam dicere erroneam, itẽ quando cauſa eſt in calculo ferendæ ſententiæ, item quando non inuenerit fideiuſſores, & non audiretur ſi ipſe dare vellet in alio loco, quam carcerationis nõ ſuppoſito eidem principi, ſecus in ſuppoſito eidem Domino, & ſi delictum non eſſet graue, poſſet etiam ralaxari ſub iuratoria cautione, vel ſi non eſſet multum grauatus, vt per Clar.d. q.46. verſ.ſed quid agendum, quã practicam affirmat eſſe laudabilem, & in Vrbe paſſim ſeruari à iudicibus, & præcipuè à viſitationibus carcerum teſtatur, Modernus Romanus in d.q.33. nu.47. Item quando quis alias aufugit, non debet amplius fideiuſſoribus committi, Menoch. de præſumpt. præſumpt.32. libro 5. nu.9.part.3.

49 Et quod ſupra dictum eſt in crimine falſi non relaxari carceratum, intellige quando pro dicta falſitate imponeretur pœna corporalis, ſecus ſi alia pœna pecuniaria, vt voluit Bertazzol.in conſ.12.nu.2.lib.1.& ſequitur, Modern.Rom.in dict. q.33. nu.30. verſ.dico igitur, & nu.33.quam declarationem omnino amplector, vt in terminis ſequitur etiam Foller. in pract.cri. in verb.examinati liberentur n.19.verſ. tu aũt adde.

50 Decimumquintum priuilegium eſt ſi quis fuerit condemnatus in exilium, & retineatur in carceribus vt tẽpus carcerationis computetur in tempus exilij, & incipiat currere à die ſententiæ, Salicet. in l.omnes. C. de pœn.& poſt Franc.deciſ.317.p.2.Baiard. q.71.n. 6.Ludou.à Peguer.deciſ.41.nu.7.vbi reprobat, Bart. contrarium tenentem in l.aut damnum §.quiſquis de pœn.inquiens doctrinam.Bart.eſſe contra text.in d.l. omnes, ſed cum hac opinione tranſit, Anton.Gomez. tit.de delict.c.8.n.7. verſ.item adde quod tempus Capoblanc.in tract.de Auctorit.Baron.pragm.7. nu.27. ſed Petr.Caball.in qq.crim.caſ.142.nu.4.& ſeq.declarat dictũ, Bart.& Ant.Gomez procedere in carcerato ante eodem rationem, vt tempus carceris non cõputetur in exilio, ſecus in carcerato poſt ſententiam, & ibi concordantes allegat, quæ tamen declaratio erit vera quando reus detineretur poſt ſententiam facto, vel culpa iudicis, & tũc tempus carceris computetur in tempus exilij, ſecus ſi facto, vel culpa ipſius carcerati, puta propter debita, vel intereſſe partis, quia tũc tempus carceris non minuit tempus exilij, vt in puncto poſt, Franch.d.deciſ.317.n.1.& 2. declarat idem, Petr.Caball.d.caſ.142.n.6.& Baiard.q.71.nu.6. etiam dicit, niſi ex cauſa iuſta fuerit detentus. Si verò iuerit ad confinium, & ibi moriatur non poteſt eius cadauer ſine licentia principis reconduci ad locum prohibitum, ſecus eſt in eius oſſibus, & poſtquam amplius nõ habet formã corporis, vel cadaueris, latè Petr.Cabal. cent.3.in qq.crim.caſ.265.per totum.

51 Decimumſextum carceratio priuilegium habet, vt dicatur facta, ſiue ſecuta fuerit in publicis, & deſtinatis carceribus, ſiue per iudicẽ fuerit carcerato aliquis locus pro carcere aſſignatus, cum carcer dicatur omnis locus, à quo quis nõ poteſt ad libitum ſuum exire. Petr.Caball.in qq.crim.caſ.8.nu.14.Grat.conſ.1. nu. 89.lib.1.Magon.deciſ.Lucen.60.nu.87.& ſola iudicis deſtinatione inducatur carcer, Paul. Grillan. de relaxat.carcerat.c.de fug.nu.16.Viui.com.opin. in verb. fugiens, latè Magon.d.dec.Luc.90.nu.6. & ſeq. & ob id Palatium Prætoris, camera, domus propria Rei, vel Ciuitas aſſignatæ pro carcere per iudicẽ, faciunt carcerem publicum, latè Magon.d.deciſ.Lucen.90.nu.5. verſ.contraria tamẽ, vbi Adden. in litt.B, qui alios allegant, Maſcard.de probat.concl.265.nu.10.vol.1.& ſub num.30.loquitur de illo, qui detinetur ſub fideiuſſione in aliqua Ciuitate, vbi refert Capic.in deciſ.152. contrariam tenere, niſi detẽtus haberet etiam cuſtodias, & quòd iſte locus aſſignatus à iudice dicatur carcer publicus vide latiſſimè Moder. Rom. in q.30. nu, 46.cum plur.ſeqq.vbi ſub num.49.teſtatur de veriori,
52 & magis cõmuni opinione, † licet alij dixerint quòd ille locus à iudice aſſignatus non dicatur propriè carcer, nec quis in carcere incluſus dicatur.

53 Et in tãtum ille locus aſſignatus per iudica dicitur carcer, vt, ſi alicui aſſignetur aliquis locus ꝓ carcere, dicatur ſatisfactum Statuto dictãti ne quis extra carceres audiatur, & propriè veniat ſub dicto Statuto, ſecundum opinionem atteſtatam per Magon. d. deciſ. Lucen.90.nu.5.verſ.contraria tamen poſt Curt. Sen. in l.admonendi nu.165. ff. de iur.iurand. & Menoch. de arb.lib.2.caſ.301.nu.7. Viui.com.opin.in verb.fugiens; Becc.conſ.44.num.36. Grammat.magis in terminis deciſ.33.in fin.& poſt Boſſ.titul. de carcerat.fideiuſſ.committ.nu.3. & 4.tenet Bertaz.conſ.13.nu.6. in princip.vol.1.licet Iaſ.poſt relata per eum in l. admonendi n.173.ff.de iur.iuran. vbi inter alios allegat. Alber.contrariũ teneat, qui teſtatur ſic in facto fuiſſe obtentum, ſed Menoch. vbi ſuprà, reiecta dicta opinione Iaſ.contrarium tenet.

Quod maximè vtile eſt in ſtatu Eccleſiaſtico, cum per Bullas ſummorũ Pontificum, & in ſpecie Pij IV. & Pij V. diſpoſitum ſit, quòd vbi imponitur pœna corporis afflictiua, quis non poſſit audiri, niſi ſe conſtituat in carceribus, quia ſatis diceretur ſatisfactum dictis Bullis, ſi inquiſito aliquis locus domus, vel camera fuerit ſibi pro carcere aſſignata, quod tamen cum difficultate obtineretur in grauibus criminibus, non quia non ſit vera ſupradicta communis opinio, ſed ne reus inſtruatur in fabricatione proceſſus, & quia etiã contingit in progreſſu cauſæ reum torquere pro pręciſa reſponſione, vel in aliquibus caſibus pro veritate habenda, denegatis defenſionibus, & quia etiam reus magis tenetur ſi detineatur ĩ pluribus carceribus ſub cuſtodia birroariorum, & quia forſan fugam arriperet poſtquam detegeret fuiſſe, vel cõuictum, vel grauatum ad tormenta, & hic in Curia Bullæ præfactæ, ac in toto ſtatu Eccleſiaſtico, ita practicantur, ſed bene verum eſt, quod in leuibus delictis, vbi intelligetur pœna

tur pęna

tur pœna exilij, relegationis, vel alia leuis afflictiua corporis, non erit inconueniens obseruare supradictam communem opinionem, prout vidi pluries per bonos Iudices obseruari, & ego obseruaui, & si ille locus assignatus à Iudice haberet etiā custodiā birroariorū, arbitror q̄ omnino esset satisfactum etiā dictis Bullis, iuxtà doctrina Ant. Capic. in decis. 153. relatam per Mascard. concl. 266. n. 30. vol. 1. Si verò à d. loco recedat, & intra breue tēpus redeat, nō dicitur rupta fideiussio, sed punitur pro contemptu iudicis, sed non erit integra pœna exigenda. Farinac. q. 30. n. 77. Prax. Arch. Neapol. c. 29. num. 9. dicit in illa Curia nullam pœnam exigi, sed reponitur habilitatus sub claue, vel esset expectandus exitus causæ iuxta decisionē Grammat. 95. licet loquatur in alijs terminis, Caualcan. de Brach. reg. par. 2. num. 240. vide latè Caball. cas. 212. cent. 3. per totum.

54 Decimumseptimum priuilegium est, vt carcer non detur ad pœnam, sed ad custodiam, l. aut damnum, §. solent, ff. de pœn. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 9. nu. 6. versiculo quia carcer. Boss. tit. de carcer. num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 305. num. 4 lib. 2.

55 Et ob id non debet carceratus detineri in carcere obscuro, tetro, & subterraneo. latè Boss. in d. titulo de carcer. num. 3. Gomez. d. cap. 9. sub num. 6. Menoch. d. cas. 305. num. 2. & seq. & caueant omnes iudices ne faciant, quod fecit Foller. prout ipse testatur in sua practica crim. canon. c..... cap. 12. in verb. & in carceribus mancipatis, num. 12. qui refert dum esset Vice Marchio Terræ Vasti, quod confecit foueam quamdam humi depressam per duodecim pedes, vt illi populi viuerent sub iugo iustitiæ, cui infortunium contigit forsan ex causa præfata, iudicio Dei, vt vitam amitteret per manus violentas.

56 Imò nec etiam carcerati debent detineri in compedibus, vinculis, seu manicis ferreis, sed solum intus custodiam liberi, & absoluti, cum tunc dicantur pati tormenta, vt latissimè est videre post alios, quos allegat per Modern. Roman. in quæst. 27. n. 98. & seq. vbi tamen declarat, nisi aliter visum fuerit Iudici, inspecta qualitate causæ, & personæ detentæ, & quia fuerit vel confessus, vel condemnatus, vel valde grauatus, cum sola atrocitas delicti non operētur vt detineatur in compedibus, & vinculis, & huiusmodi feramenta debent esse talia, quæ carcerato cruciatum, seu dolorem non afferrant. l. prima, C. de custod. reor. Boer. decis. 216. num. 3. Iodoch. in practica criminali cap. 17. tit. de carcer. num. 6. Anton. Gomez. tit. de delict. capitulo nono, sub numero sexto, versiculo item adde quod Caualcan. de Brach. reg. parte secunda, nu. 132. & seqq. latè ponit quomodo reus sit custodiendus in carceribus.

57 Sed si carcer fuerit datus ad pęnam, tunc potest esse obscurus, tetrus, & subterraneus, licet in eo carceratus infra paucos dies vitam cum morte commutare posset si qualitas delicti expostulent hinc videmus in Curia Romana delinquentes condemnari ad Arcem Ostiæ, vbi ob malam aeris temperiē cito moriuntur, ac etiam ad Arcem Ciuitatis Vetulæ, vbi etiam non diù superuiuunt, prout etiam de tali pœna in carcere obscuro, tetro, & fœtido dicit Modern. Rom. q. 27. n. 104. dummodo tamen ad talem carcerem fiat per iudicem condemnatin in ipsa sententia, quia si simpliciter quis ad carceres condemnaretur, non esset detinendus in malo carcere, sed in carceribus ordinarijs sub tuta custodia, & maxime si carceris pœna esset temporalis per text. in d. l. 1. C. de custod. reor.

58 Decimum octauum priuilegium est, quod quāuis si custos carcerum cognoscat meretricē carceratā puniatur etiamsi illā sine vi cognoscat, vt per Menoch. post alios, quos allegat cas. 292. lib. 2. & de ministris, & iudicibus cognoscentibus mulieres carceratas, vel corā eis litigantes, latè tradit nouissimè Petr. Caball. cent. 3. cas. 283. per totū in qq. crim. vbi concludit in muliere honesta officialem esse puniendū pœna arbitraria, in muliere malæ famæ non data violentia esse leuiter puniendum, Caual. de Brac. reg. p. 2. n. 151. & seq vbi ēt dicit, & quid in iudice vel alio officiali, & vide Menoc. cas. 292. nu. 2. & seq. vbi dicit esse puniēdos pœna arbitraria, cum à iure non sit aliqua pœna determinata tamen carceratur nulla pęna puniretur, prout seruatum fuit per Curiā Burdegalensē, vt testatur Boer. dec. 317. n. 10. & sequitur Clar. in §. fornicatio n. 19. in fine, vbi testatur de communi, licet ratione violati carceris aliqua pœna puniendus esset. Moder. Rom. in q. 31. nu. 123. in fine affirmet, sed quid si cognoscat ancillam, vel vxorā custodis Menoch. de arb. cas. 292. n. 5. & seq. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 154. dicunt esse puniendum etiam pœna arbitraria ob rationem ibi à Menoch. assignatam.

Decimumnonū priuilegium est, vt Clerico iniustè carcerato distributiones quotidianæ debeantur. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 13. Prob. in c. vnico nu. 22. de cleric non resident. in 6. Nauarr. conf. 9. n. 3. & seq. de Cleric. non resident. Monet. de distribution. quotid. p. 2. q. 5. n. 80. Thesaur. de for. Eccl. p. 2. c. 23. n. 25. Mar. Ant. Macer. var. resol. lib. 1. resol. 102. n. 19. vbi sub n. 22. & seq. subdit, secus si fuisset iustè captus, & in Congregatione super interpretatione Sac. Concilij Trid.
60 adest decretū generale, † vt si quis absoluatur a crimine sibi impicto, consequi debeat distribution. quotid. & ideo non erit curandum, quicquid dicat Henr. Boieb. in c. cum omnes nu. 19. de constit. & alij, quos refert Mar. Ant. Macer. d. resol. 102. n. 21. tunc debeātur distributiones quotidianæ impedito, vel absenti pro Ecclesia quando cōcurrat consuetudo illius Ec-
61 clesiæ illius dandi, † Quæ distributiones conceduntur absenti etiam quando iam fuerunt distributę inter seruientes, vt latè post alios, quos allegat firmat Mar. Ant. Macerat. d. resol. 102. n. 24. & seq. & ibi refert decisionem Rotæ Romanæ in vna Salamantina die 1. Iunij 1594. coram Corduba, per quam fuit resolutum quod distributiones quotidianæ tenendę essent in suspenso, quia iam ille Canonicus fuerat absolutus, & insuper dictus Canonicus fecit suas protestationes ne distribui deberent pro Canoniens seruientes.

62 Vigesimum priuilegiū est, vt carceratio spōtanea inducat præsumptionē ad exclusionem delicti. Mars. in §. diligenter n. 208. in Pract. crim. Crau. cons. 75. nu. 19. Corn. cons. 198. n. 23. vol. 4. Bursat. cons. 144. n. 8. vol. 2. vbi de communi, de quo dicam infra suo loco.

63 Vigesimumprimum priuilegium est, vt carceratus relaxatus sub fideiussione de se repræsentando non possit ad carceres reduci, nisi superueniant noua indicia Boss. de plur. violen. numero 114. de sent. num. 7. Iul. Clar. q. 46. versiculo pariter, Brunor. à Sol. q. 17. n. 10. Tob. Non. consil. 103. n. 3. Gabr. cons. 181. n. 25. Mar. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 3. resol. 29. n. 17. &

ego latè dixi de iſta concluſione ſupra in Deſenſ. 2.
64 Vigeſimumſecundum Priuilegium eſt, vt carcera-
tus, ſi relaxetur, talis habilitatio habeat vim Abſolu-
tionis. Alex.conſ.180.nu.9.lib.2. Boſs.tit. de ſentent.
nu.60.& in tit.de plur.viol.nu.114. latè Moder. Ro-
man.q.4.nu.25.in fin.& conſ.59.nu.1.& conſ.69.n.5.
in fin.Baiard.q.69.nu.5. in fin. & hoc procedit etiã ſi
fuerit relaxatus ſub fideiuſſione, prout ſupracitati
Doctores loquuntur, adeò quod fideiuſsores princi-
palem repræſentare nequeant, niſi ſuperueniat noua
indicia.Moder.Rom.d.conſ.59.num.2.vbi hoc ponit
pro firma concluſione.
65 Sed aliqui dicunt nõ habere vim abſolutionis quã-
do relaxatur poſt ſententiam, vt declarat Marc.Ant.
Macerat.var.reſol.lib.1.reſolut.102.nu.1. vbi ẽt poſt
Boſs.tit.de ſent.n.60.& ſeq.dicit non procedere quã-
do talis habilitatio fit ſine cauſæ cognitione, quia tũc
potius cenſenda eſt gratia, quàm abſolutio. Alij autẽ
tradunt, vt reſideat in arbitrio iudicis etiam non ſu-
peruenientibus nouis indicijs reuocare ad carceres
habilitatum ex eadem cauſa, vt teſtatur Modern.Ro-
66 man.q.4.num.25. & in q.34. nu.78. † vbi tradit cau-
telam requirendi reum ad carceres ex antiqua cauſa;
ſed Aduocatus non credat modo d.Moder. Rom. ſu-
per hoc, vt eſt videre per ipſummet Moder.Rom. in
conſ.59.nu.29.vbi firmat, quod vt poſſit reuocari ad
carceres habilitatus, oportet vt concurrat iuſta cauſa,
& cauſæ erunt, prima quando iudex dubitat de con-
demnatione corporali, ſecunda quando proceſsus nõ
fuit perfectus, tertia quando iudex ſperat alia noua
indicia de proximo habere ſecus ſi reus eſset in ſtatu
abſolutionis, quia non deberet reduci ad carceres, &
quod cautela ab eo tradita in locis ſupra adductis in
caſu non permiſso eſt inuenta ad illaqueandum ani-
mas iudicum.
67 Vigeſimumtertium priuilegium eſt, vt ſi quis fuerit
iniuſtè carceratus, põt impunè fracto carcere aufuge
re ẽt in foro fori, immo non ſolum peccat ſi non au-
fugiat, ſed etiam punitur, vt latè proſequitur alios cõ-
cordantes allegando. Modern.Rom.in q.30.nu.121.
cum plur.ſeqq.& ſi fuerit relaxatus cum iuramẽto de
redeundo ad carceres, nõ tenetur redire, nec incurrit
pœnam periurij, cum non teneatur iſto caſu ſeruare
iuramẽtum. Moder.Rom.d.q.30.nu.124.de quo latè
dixi ſupra in præcedenti Deſenſ. quæ opinio eſt vera
non ſolum quando timetur periculum mortis per re-
greſſum ad carceres, in quo omnes cõcordant, vt per
Moder.Rom.in d.q.30.num.126. verum etiã in qua-
cũque notoriè iniuſta carceratione, vt latè poſt alios,
quos allegat Seraph.de Priuil.iuram.priuil.132.nu.9.
verſ.ſed quid dicendum, vbi loquitur in cauſa ciuili.
68 Et quãdo carceratus nõ põt aliter euadere pericu-
lũ, quã per fugã à carceribus, tũc põt cuſtodes impu-
nè vulnerare, & occidere l.nihil intereſt. ff.de capt.&
poſthum.reuerſ.Marſ.in pract.crim.§.attingã n.40.&
ſeq.& in Tract.Bannit.in verb.carcerati n.21.& ſeqq.
Boer.deciſ.215.n.30.Menoc.de arb.caſ.301.n.5.Mo
der.Rom.q.30.n.129.vbi de cõi, Maſc.de prob.cõcl.
461.n.27.lib.2.concl.280. n.17.Caud.Bertaz.ad Pa-
trẽ conſ.35.lit.E, lib.1.qui Moder.Rom.ibi n.130. ad-
ducit cõtrariũ tenẽtes, & pro cõciliatione ſub n. 131.
& ſeqq. tradit q; ad hoc, vt impunè poſſit carceratus
cuſtodes occidere ad euadendam iniuſtam condem-
nationem, vel eius executionẽ, duo requiruntur, pri-
mum quod notoriè conſtet ex actis illum indebitè, &
iniuſtè fuiſſe carceratum, vel condemnatum, ſecun-
dum carceratus ſit in euidenti periculo mortis, &
condemnationis, & quod aliter illud euadere non po-
terat, quàm frangendo carceres, & occidendo cuſto-
des, ſecus ſi potuiſſet innocentiam ſuam per teſtes,
vel per alias ſuas defenſiones demonſtrare, & ſic per
viam Iuris, quia non poterat conuolare ad viam facti,
& tunc ſaltem pœna extraordinaria puniretur.
Nec mihi diſplicet alia declaratio, quæ traditur, vt
tunc poſſit impunè carceratus carceres frangere, &
alia ſuprarelata facere, quando iniuſtitia carceris re-
ſpicit non ſeruatum Iuris ordinem, ſecus ſi innocen-
tiam carcerati, quia poteſt eſſe quod quis ſit innocẽs,
& tamen iuſtè ſit carceratus, vt conſiderat Boſſ.tit.de
effract.carcer.ſub n.2.& Couar.var.reſolut.lib.1.c.2.
nu.13. verſ.ego ſanè, & ob id etiam innocens tenetur
pœna fracti carceris, vt apertè legitur in l. eos. ff. de
cuſtod.reor.Moder.Rom.q.30.num.134.
69 Vigeſimumquartum priuilegium eſt, quod reus
condemnatus in pęnam pecuniariam, licet offerat fi-
deiuſſorem, & pignora non liberatur, ſed omnino te-
netur ſoluere condemnationem l.4.§.ait Prętor ff.de
re iud.Petr.à Plach.epit.delict.lib.1.c.2.nu.18.deciſ.
Auen.112.n.5.Boſſ.tit.de ſent.n.11.Iul.Clar.q.95.n.1.
Moder.Rom.q.33.n.9.vbi ſub n. 10.dicit potiſſimùm
procedere in debitore Fiſci, quia ſi debitũ eſt liquidũ,
numquã relaxatur, niſi ſoluat Petr.Caball.caſ.22.n.1.
& ſeq.cent.3.tñ ſi appellauit à d.ſentẽtia, ſi offerat fi-
deiuſſores de ſe reprędẽtãdo, ac de ſoluẽdo cõdẽnatio
nẽ in euẽtu ſuccũbẽtię, & oĩno relaxãdus, vt latè de-
clarat, & defẽdit Lãcell.de attẽt.c.12.ampl.4.lim.23.
n.3. & ſequitur.Mod.Rom.d.q.30. n.20.& ſeq.à qua
nõ eſſe recedẽdũ in cõſulẽdo, & iudicãdo tãq; iuri cõ-
70 ſona, & ęquitati valdè proxima affirmat, & maximè
pcedit in Statu Eccleſiaſtico per Bullã Pij V. Conſt.
180. nu.2.p.1.quando reus non eſt confeſſus, vt reci-
piatur cautio idonea, quatenus pauper, & quatenus di
ues, facto actuali depoſito, arbitrio tamen iudicis, ſi
verò fuerit confeſſus quacunq; appellatione non ob-
ſtante iudex ſententiam ſuam exequatur, vt etiam ſe-
quitur Modern.Roman.d.quæſt.30.num.23.
71 Vigeſimumquintum priuilegium eſt, vt effractores
carcerum confugientes ad eccleſiam gaudeant im-
munitate eccleſiaſtica.Caſſan.§.1.rubr.1.n.116.Dec.
in tract. crim. lib. 1. cap. 28. numero 28. de qua am-
pliatione latè dixi ſupra in Defenſione prima, vbi
etiam dixi an quando ducuntur per eccleſiam, etiam
in ea ſint tuti, Decian. dicto capitulo vigeſimo octa-
uo, numero 30. & ſi fractis carceribus iuerint ad
Principem, & ſuperiorem non puniantur pœna fracti
carceris poſt alios, quos allegat Menoch. in addit. de
Arbitr. lib.2. caſ.301. num.7. & ſeqq.vbi etiam dicit
non puniri mulierem aufugientem a carceribus illis
fractis cauſa æuitandæ libidinis, vel ſi aufugit cauſa
ignis, vel aquæ, & ibi ponit etiam alios caſus.
72 Vigeſimumſextum priuilegium eſt, carceratis da-
tum, vt non valeat eorum confeſſio facta in carceri-
bus, cum dicatur extorta metu carcerum, & non ſpõ-
tè facta, & ideò ſicut cõfeſſio facta in tortura ſine in-
dicijs dicitur facta metu tormentorum, & confitenti
non præiudicat, ita pariter nec præiudicat facta in
carcere, cum carcer ſit ſpecies tormentorum, Rolan.
conſ. 17. num.22. in fine, volum. 3. vbi dicit non eſſe
receden-

recedendum ab hac opinione in conſulendo, Bertaz. conſ. 8. nu.52. vbi alios allegat, Maſcard.de probat. concl.353.n.17.& ſeq.vol.1.Burſatt.conſ.201.nu.15. volum.2.Gram.conſ.37. num.19.conſ.60.num.6.vbi latè Honded.conſ.93. num.27. volum.2.& eſt originalis doctrina, Anchar.conſil.24.num.4.Addentes ad Modern.Roman.conſil.16. in littera G,vbi alios infinitos Doctores cumularunt, & Amodeus conciuis meus in ſuo ſolemni tractat.de ſindicat.num.189.verſiculo item ſi dicatur, loquitur etiam de confeſſione, ſeu depoſitione teſtium.

73 Contrariam opinionem tuetur Iul. Clar. in quæſt. 65. numero 31. & ibi reddit bonam rationem,& firmat eum Ancharan. non tranſire comunem opinionem,Doctor. adducti per Adden.ad Moder.Roman. in quæſt.35.num.17.Ferran.Garg.conſ.126.n.9.tom. 1.crim.in ſolio teſtatur,quod ita ſeruatur in practica. Flam.Carth.in pract.interrog.reor.lib.2.cap.1.num. 61. Maſcard.de probat.concl.367.n.7.& ſeq.& Moder.Roman.in q.81.num.13.& 34.

74 Pro concordia autem aliqui diſtinguunt quod ſi reus detineatur in carceribus, in quibus denegatur ei cibus, & fame, & frigore grauiter afficeretur, tunc confeſſio dicatur facta metu tormentorum, vt poſt Brun. & alios tradit Baiard. d.quæſt.64. numero 97. Franc.Bece.conſil.70.num.13.& num.14.dicit,quod opinio ſimpliciter intellecta, quando quis detinetur in carceribus, eſt abſurda, ſi dicatur confeſſio deinde emanata metu tormentorum extorta,ſed ſit intelligenda quando famem, ſitim, & frigus in carcere patitur carceratus.

Alij autem diſtinguunt inter cauſam ciuilem, & criminalem, vt in ciuili cauſa non præiudicet confeſſio ipſi carcerato confitenti, ſecus in criminalibus, Claud. Bertrand. reg.crim.55. quam magis communem appellat,Modern.Roman.in quæſt.35.num.18. & illam etiam refert Baiard.in d.q.64. nu.97.in fine.

Alij verò diſtinguunt, quod ſi eſſet detentus in carcere a iudice ſolito metum,& violentiam inferre, & non præceſſerint legitima indicia, tunc confeſſio deinde emanata non reputetur ſpontanea, ſed extorta metu tormentorum ad trad. per Bar. in l.de pupillo §. ſi quis,n.14. & ſeq.ff.de nou.op.nunc.Boſſ.tit.de confeſſ.n.74. & ſeq.Honded.conſ.108.n.30.vol.2.& vno ex iſtis duobus deficiente, confeſſio non diceretur extorta metu tormentorum, neque metu carceris, ſecundum veriorem, & magis practicatam opinionem atteſtatam per Add. ad Modern. Roman. d. conſil. 16.in littera G,in fine.

75 Vigeſimumſeptimum priuilegium eſt,vt Aduocatus, vel defenſor cauſæ poſſit inſtituere carceratum ad negandum delictum,nec luat pœnam in foro fori, ſecus in foro poli,quia non licet Diu.Thom.ſecunda ſecundæ,quæſt. 69. articulo primo,& ſecundo,Abb. in cap. 1. de teſt. cogen.Boſſ.tit de reſponſ.a reo facien. num. 18. Couarr.variar.reſolut.cap.2. lib.... Peregrin.conſ.2.num.153. lib.2. Nauarr.in Manuali c. 25.n.35. Lader.Imolen.conſ.203.num.4.vbi ſubdit, quod in foro fori nemo eſt,qui dubitet;immo ſecundum iura antiqua defenſores reorum debebant interuenire quæſtioni,& examini,text.in leg. ſi poſtulauerit 6.quæſtio,ff.ad leg.Iul.de adult. Sed non poteſt inſtruere principalem ad falſas probationes, aut iuramentum falſum.Peregr. dicto conſ.2.numero 154. in fine. Sed debeat conſulere principalem ad reſtituendum male ablata, alias teneatur Aduocatus in foro conſcientiæ. Peregr.vbi ſupra qui alios allegat.

76 Et multo magis licet alijs carceratis inſtruere alterum carceratum ne fateatur veritatem, vt pœnam non luat,prout latè tuetur Lader.Imolenſ.in d.conſ. 103.per totum,eiſdemq;carceratis licet non,ine eiuſdem Rei litteras,vel bulettinos extra carceres mittere pro ſeruitio alterius carcerati. Ladereh.Imolēſ. in

77 d.conſ.103.n.4.in fin. † neque inhibitiones emanatæ ne quis poſſit aliogui carceratos, neque illos inſtruere comprehendit alios carceratos, idem Lader. Imolenſ. d. conſ. 103. in fine, vbi teſtatur ita in facto obtinuiſse.

78 Vigeſimumoctauum priuilegium eſt, q carcerati poſſint vti rationibus, ex quibus os nō aperiatur,neq; fateantur delictum,dummodo ex eis ſortilegium non reſultet, quia licet ſint prohibita in foro poli,& quoad peccatum tamen in iſto foro exteriori nō merentur pœnam,vt poſt Griland.de ſortileg.lib.2.q.1.n.4. refert,& tenet Lader.Imolenſ.conſ.nu.6.licèt Sim.de Pret.in conſ.15. nu.8.& ſeq.totum contrarium tueatur, & referat, quod quidam Natalis fuit tranſmiſsus ad triremes ob d.remedia adhibita,qui verè loquitur quando dicta remedia annexū haberent ſortilegium.

79 Sed bene verum eſt,q ſi quis non linguam abſcindat ne delictū fateatur, pro cōfeſso habetur,quando fuit depræhenſus inflagranti crimine. Bonifat.Vital. in tract. maleſic.tit.de inquiſit.n.49.quem generaliter ſequitur Carrer. in pract. crim. in materia torturæ §. tertium indicium,nu.43. vt procedat etiam in carcerato, qui timore tormentorum ne per illa confiteatur ſibi linguam abſcindit, quam Carrer. opinionem ſequitur Petr. Caball. in qq. crimin.cāſ.203. per totum centur.3.& præcipuè ſub num.3.

80 Vigeſimūnonū priuilegiū eſt,vt licet quis auſugiat fractis carceribus, tamen in multis caſibus non puniatur pęna fracti carceris,neque habetur pro confeſso, quos latiſſimè receſet poſt alios per eum cumulatos, Moder.Rom.q.30.ferè per totā,vbi declarat ad ſaturitatē l.eos C.de cuſtod.reor.& l.1.ff.de effract.carc. & ſecūdū multos, vt pęna capitis inflicta carcerū effractoribus imponatur duo copulatiuè requirūtur,nēpè conſpiratio, & fractura,& ſecundū aliquos etiā,vt nō ſit pęna mortis,ſed relegationis impōnēda.Andr. Fachin.contr.iur.lib.9. c.64. & quod habeantur pro confeſſis,dummodo tamen de coram innocentia nō appareat,quia tunc ſolum puniretur ſine altercatione pœna arbitraria,vt latè interpretando d.l.eos,ff. de cuſtod.reor. tradit Lader.Imol.conſ.201.per tot. & ſi non euaſerint,ſed tantum fregerint carceres, nō habeantur pro confeſſis, neque pœna capitis,ſed alia arbitraria puniantur,Prax.Archiep.Neapol.c.43.vbi dicit fuiſse in illa curia tres laicos condemnatos ad remigandū per decenniū,Andr. Fachin.controuerſ. iur.lib.9.c.66.verſ.non placet, Laderch.Imolēſ.dicto conſ. 201. num. 2. vbi firmat hanc opinionem tamquam æquiorem eſse tenendam,vbi ſub numero primo,verſiculo aduertendum reprobat Boer.deciſione 215. contrarium tenentem, vt loquatur ſine lege, & ratione, immo quod lege per eum allegatæ contrarium probet, & firmat, quod d.l.eos ſecundum communem intelligitur,quod procedat,quādo carceratus fregit,& auſugit. Andr.Fachin.controuerſ.iur.lib. 9. cap.65.

cap.65.qui tamen in fine multos doctores cumulauit tenentes,vt non in lucatur confessio criminis per fugam etiam fractis carceribus præcedente conspiratione,& ad tex.in l.eos,ff.de custod.& exhib.reorum respondet,& Menoch.in addit.lib.2.cas.301.n.11.& si redierit non possit puniri vti fractor carcerum. Menoch.de arbitr.cas.301 num.12.lib.2.

Et idem est in eo,qui aufugit a loco sibi assignato pro carcere sub fideiussione,vt habeatur pro cõfesso, Marsi.in §.attingã,n.24.& seq.in pract.crim.Bertazz. consi.35. nu.3.lib.1.vbi Claud.in litt.A,& alij adducti per Borgn.decis.14. nu.1.& seq.Mascard.de probat. vol.1.concl.266.nu.8.& seq.Petr.Caball.in qq.crim. cas.212. nu.1.vbi per totum casum firmat post alios, quos allegat, quod si cito redieuit,vel paulo post,& ante condemnationem,fideiussor nõ teneatur ad pœnam,sequitur Cualc.de Brach.reg.p.2.n.240.vbi dicit maxime procedere quando redijt non requisitus, & antequam capiatur , vel si discessit ex causa publica,& Farinac.q.30.num.70.dicit bis in Vrbe euenisse casum, & vna vice composuisse,& alia vice fuisse fideiussorem absolutum;idem sequitur Baiard.in q.21. nu.105. & Petr.Caball.in d.cas.212. idem in contingentia facti dixit,& reduxit pœnam conuentionalem ad medietatem , & quod contraria opinio est nimis rigorosa;licet vigore iuramenti posset dici,quod mora purgatio per regressum admitti non possit,quam tenent Vulpell.respons.139. per totum,Claud. Bertazz.ad patrem in cons.80.in litt.A;lib.1.& Modern. Rom.in d.q.30.n.73. & seq.dicit hanc esse veriorem in puncto iuris opinionem,& sequitur Andr. Fachin. contr.iur.lib.9.c.57.in fi.vt aufugiens a loco sibi pro carcere assignato non possit eadem pœna, qua punitur ille, qui aufugit a carceribus,quamuis fregerit fores Prætorij,vel domus,& dicit hanc opinionem esse communiorẽ: & quomodo sit procedendum contra istos aufugientes a loco eis pro carcere assignato,latè ponit Moscatell.in pract.fideiuss.modo 10.per totum, vbi etiam docet qualiter sit procedendum contra eorum fideiussores.

81 Trigesimum priuilegium est,quod si omnes carcerati aufugerint a carceribus , vno excepto , qui propter corporis imbecillitatem non potuit hastam con scendere , & ex perfracto pariete aufugere, & si non clamauit, neque custodes carceris vocauit, si asserat medio iuramenta, quod si id fecisset,acerrimè fuisset verberatus , alio per fiscum non docto , non poterit pœna fracti carceris puniri,neque haberi pro confesso.Menoch.de arbitr.cas.301.nu.21.& seq.lib.2.Bursatt.cons.346. n.21. volum.4. Modern.Rom.q.30.n. 201. quod magis etiam est dicendum , si non fuerit ægrotus , & facillimè potuisset etiam cum alijs aufugere , & non aufugerit ; sed an possit iste carceratus torqueri , quia auxilium , & operam præstiterit alijs carceratis fractoribus , dicam infra in materia indiciorum ad Torturam .

82 Trigesimũprimũ priuilegiũ est , vt sola carceratio nõ sufficiat ad hoc,vt quis dicatur criminosus,sed benè requiritur vt sit de crimine cõuictus,vel cõdẽnatus l.Testam.cẽturio,ff.de manũ testam.Plac.in Pract.inquisitorũ Verb.carcer.n.1.in fi.& si sequatur absolutio de crimine,pro quo fuerat carceratus eo magis dicitur sublata omnis macula, vel labes resultãs ex carceratione. Bald.cons.79.nu.2. in fine,lib.2.Sed debet se abstinere celebratione missarum si fuerit imputatus de simonia , vel de alio graui delicto concurrente infamia , & debet petere licentiam celebrandi ab Episcopo,Prax.Neap.cap.29.num.10.

83 Trigesimũ secundũ priuilegium est, quod carceratus aufugiens a carcerib. præsumatur aufugisse ex mala cura custodis,vel cõmẽtariensis,& ideò probãdus erit casus fugæ per custodẽ.Alc.in tract.de præsumpt.reg. 3.præsumpt.15.n.3.Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt.61.n.32.& seq.Mascard.de probat.concl.266. num.10.vbi alios allegat volum.1.

84 Trigesimũtertiũ priuilegiũ est , vt mortuus in carceribus,præsumatur mortuus ex mala custodia custodis,vel Præfecti carceris, nisi aliud probetur,latè Mascard.de prob.concl.266.per totã,vol.1.vbi infert ad plura,& ibi ponit aliquas ampliationes,& declarationes,latè vide Cualc.de Brach.reg.p.2. n.135.& seq. & præcipue erit hoc vtile hæredibus scire , ne fiscus prætendat confiscationẽ bonorum mortui,vel interfecti in carceribus in casibus, in quibus de iure daretur cõfiscatio in bonis interfecti,de quo dixi in meo tractat. de confiscation.bonorum,concl.13.ampliat....

85 Trigesimum quartum est , quod carceratus pro causa criminali nõ possit recomẽdari pro causa ciuili.Brun. de cess.bonor.q.11.4.q.princ.num.33.35.36.Ioseph. Lud.decis.Perus.70. per totam,p.2. & testatur etiam procedere, tàm de iure,quàm de consuetudine,& illã vidisse in statu ecclesiastico seruari , quicquid aliquã dixerint in contrarium.Moder.Rom.q.27.n.155.Borgn. decis.14. in 1. dubio lib.5. vbi de communi,Prax. Arrhiep. Neapolitan.c.28. nu.7. vbi de communi,& idem firmat in iniuste capto , vt non possit recomendari,neque pro alio debito,neque pro alio delicto, & testatur de magis communi.& licet in Vrbe non seruetur quo ad delictum & ibi Add.sub n.14.dicit,quod episcopus potest mandare iudici sæculari , vt arestet carceratum in suis carceribus pro causa pendente coram ipso episcopo etiam si de iure municipali arestũ fieri non deberet,ex traditis per Bald.cons.91.in fine lib. 5. & per Cardinal.Tusch.in verb.iudex conclus. 432.& quod de consuetudine carceratus pro vno delicto possit pro alio retineri testatur Cualc.de Brac. reg.p.2.nu.177.sed vbi non vigeret talis consuetudo non poterit arestari,ideò Aduocatus excipiat de non consuetudine,Petr.Caball.in qq.crim.cas.146.nu.10. vers.licet alij,& in cas.296 num.18.cum pluribus seq. centur. 3. vbi sub nu.29. testatur procedere etiam in retento in palatio , in domo , in castro vel in ciuitate sub fideiussione de non discedendo, & ita Mediolani fuisse decisum , quod est notandum , quia sæpè in facto contingere potest,& sub numero trigesimo quinto, refert quod Ioseph Ludou.dicta decisione Perus. 70. numero vndecimo , & duodecimo , aliquando finita causa criminali oretenus iubebat custodi carcerum , vt non dimitteret carceratum pro causa ciuili ad effectum , vt se cum suis creditoribus concordaret , prout pluries sibi contigit concordari , sed renuentibus ipsis creditoribus , ad concordiam deuenire,carceratum liberabat,& à carceribus dimittebat sequitur,Caball. dicto cas.299. num.35. & modo per nouam reformationem Pauli V. summi Pontificis fuit sancitũ,vt per horã nõ põt carcerari pro debito quia de iure relaxatus,quia indebitè captus nõ poss. denuò potest denuò capi statim quod dimittitur a carceribus ,

sed debet

fed debet expectari, quod eius captura, vel perfecutio fuerit difficilis, vt poft Par. de Put. & alios firmat Moder.Rom.q.29. n.11.quod eft notandum quia fępè contingit in facto.

Bene verum eft, quod recomendari poteft carceratus ex caufa debiti fifcalis pro debito priuato, & è contra Bal.conf.90. nu.4.lib.5.cum alijs adductis per Petr.Caball.in d.caf.299. n.31. & feq.fed carceratus pro vno crimine non poteft recomendari pro alio, quando impediretur executio fententię primi delicti, fecus fi non impediretur, & executiones fe compatiantur, vt fi primo fiat executio in manu, deinde in capite poft Bar.Marf.in §.attingam,num.33.in pract. crim. fed idem Bar. in l. 2. §. qui exhibendi,ff.de cuftod.& exhib.reor.num.4.tradit aliam diftinctionem, quam latè refert Petr.Caball.in d.caf.299.n.2.& feq. ad quem lectorem remitto.

86 Trigefimum quintum eft priuilegium quod pœna conuentionalis adiecta in ciuilibus negocijs exigi nō poteft etiam quod a iudice efset approbata, fed folum ad interefse fifci teneatur,latiſſimè Petr. Caball. in qq.crim.caf.226.num.5.cent.3.

87 Carceratus,& dānatus ad mortē an poſſit aufugere a carcerib.fine peccato mortali,vide Hier.Hifpan.in tract.comm.contra comm.q.575.vbi adducit doctores pro vtraq.opinione.Peregr.in conf.2.nu.154.lib. 2.poft Thelogos tenet,quod peccet mortaliter,& an aduocatus, vel procurator poſſit cogi ad patrociniū præftandum pro carceratis,dixi fupra in Prefatione.

Fideiuſſor qualis eſſe debeat, & ſi non fuerit idoneus,an Iudex,vel notarius teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non idoneus habetur,ac ſi non fideiuſſiſſet.*

2 *Iudex recipiens fideiuſſorem non idoneum, tenetur de ſuo in Syndicatu.*

3 *Fideiuſſio facta vbi non adeſt principalis obligatus non tenet,niſi fuerit facta,vti principalis,& non fuerit renunciatum beneficio de duobus reis.*

4 *Iudex ad euitandum periculum ne teneatur pro fideiuſſione, curet habere laudatorem, & approbatorem fideiuſſoris.*

5 *Si verò approbator,vel laudator nō fuerit idoneus,an Iudex teneatur de ſuo, Author hic tenet quod non.*

6 *Iudex ad tollēdas diſputationes quando carceratus dederit fideiuſſores nō idoneos,faciat denuò principalem carcerare; ſed primi fideiuſſores non per hoc liberantur,ſi principalis praſtet alios fideiuſſores.*

7 *Iudex faciet ſolummodo decretum ſuper relaxatione fideiuſſoris, quia,ſi deinde notarius recipiat fideiuſſorem non idoneum,non tenebitur.*

8 *Notarius,ne ipſe quoq. teneatur quando fideiuſſor receptus non eſt idoneus poteſt pluribus vti cautelis, quas Author hic ponit.*

C A P. II.

1 QVoniam fupra vidimus in praecedenti capitulo, quod ex multis priuilegijs carceratis conceſſis, ipfi poſſint relaxari a carceribus fub fideiufsoribus, iudex caueat, vt idoneus fideiufsor recipiatur,cum in effectu paria fint non præftare fideiufsorem,vel non idoneum præftare. Foller. in fragment. rubr. de fideiufs.num.26. in fi.in Pract.crim.Bonae.comm. opin. p.1.verf.fideiufs.relaxatur fol.70.Moder.Rom.q.33. num.79.Caualc.de Brach.reg.p.2. num.194.

2 Si fuerit receptus fideiufsor non idoneus,Iudex tenetur de fuo,& in findicatu conuenitur pro interefse partis,& Reipublicæ l. 1. §.fi Magiftratus ff.de Magiftr.conuin.Bofs.tit.de carcerat.fideiufs.committ.n. 70. & feq.vbi etiam dicit,quod debet animaduertere iudex ad formam fideiuſſionis, vt bene concipiatur, Iul.Clar.q.46.verf.cęterum debet iudex Iofeph.Lud. decif.Lucen.33.n.13.p. 1.Amod.Iuftin.conciuis meus in tract.de findic.n.210.verf.poftremo aduerte tu iudex,Mod.Rom.q.33.n.83.& feq.Marf.in rub.de fideiufs.q.47. n.406.in princ.Petr.Cabal.in qq.crim.caf.
3 73. n.1.& feq. † & caueat etiam iudex,vt principalis etiam fe obliget,alias obligatio fideiufsoris non teneret,Baiar.q.46. n.73.Caualc.de Brac.reg.p.2.n.190. vbi fubdit, ꝙ licet pro carcerato peti poſſit relaxatio die feriato,nō tamen poteft cautio præftari,ꝙ hic in curia nūquam vidi obferuari, nifi tamē ipfi fideiufsores obligarētur vti principales,& in folidum,vel cum obligatione camerali vel renunciauerint beneficio de duobus reis,quia tenet obligatio fideiufsoris fine principalis,vt ego alias dixi in meo tract.de caut.non offend.p.2.q.26.n.3.Hier.Hifp.com.contr.com.q.382. nu.5.Mant.de Tacit.conuit.lib.16.tit.9.n.12.tom.2.

4 Sed iudex ad euitandū huiufmodi periculū cautelā adhibeat,vt recipiet laudatorem fideiuſſionis,quia tunc iudex liberatur ab ifto periculo,& eius loco fubintrat laudator,vt ī terminis docet ille infignis Doct. Amod.Iuft.meus conciuis in d.tract.de findic.n.210. verf. & ideò cautela eft,Ang. de malefic.in verb.Pro quibus Ant.n.13. vbi firmat hanc efse pro iudice bonā cautelā, & feruari per totā Italiā,& fequitur Bofs. tit.de carcerat.fideiufs.n.70.verf.& ideò cautela eft, Iul.Clar.q....cœterum debet,Modern. Rom.q.33.nu. 85. Marf. in d. rubr.de fideiufs.n.416. vbi dicit,quod cōmuniter in ciuitatibus funt deputati ifti approbatores fideiufsorum.Pet.Caball.in qq.crim.caf.73. nu. 4. & feq vbi refert,quid circa hoc feruetur Mediolani, Florentiæ, & in aliquibus alijs locis, vel probet, communi opinione, quod ille fideiufsor reputabatur diues,vt poft Caball. vbi fupra docet Caualcan. dict. par.2.numero 197.

5 Sed mō pofset dubitari,quid fi approbator,vel laudator nec ēt fuerit idoneus,an ipfe iudex ēt teneatur de fuo in findicatu; & forfan pofset dici ipsū teneri, cū fimplex laudator,& cōmēdator fideiuſſoris nec ēt teneatur in aliquo pro eo per l. & elegāter,§.fin.ff.de dol.& dixit Par.de Put.in trac.de findic.in verb. fideiufsor officialiū,c.3.n.7.in fi.prout ēt refert Pet.Cab. in d.caf.73.n.6.vbi fubdit,nifi fraudolenter fe habuerit;Tamen credo verius efse ꝙ iudex factis diligētijs, & adhibitis folitis cautelis,quia habuifset informationē de idoneitate fideiufsoris,laudatoris,& in fcriptis illā redegerit,in nihilo teneatur,vt per Par. de Put.in d.c.3.n.2.in fi.ver.ꝙ eft verū arg.tex.in §.ex his inftit. de auth.tut.cū alijs per eum alleg.Cęphal.conf.437. per tot.lib.2.qui bene explicat iftā materiā,& Moder. Rom.in d.q.33.n.87.dicit hoc non habere difficultatem: quod magis procederet,fi fecerit approbare dictos fideiufsores per Nuncios, & alios in locis deftinatos ad iftum effectum.

6 Sed ad tollendam omnem difputationem, poterit

iudex iterum inquiſitum capifacere,& illũ in carceribus retinere, donec aliũ idoneũ det fideiuſſorẽ, vt in puncto tradit Bal.in l.1.n.3.verſ.2.caſu.ff.ſi quis in ius vocat.non iue. quo fideiuſsore præſtito,nihilominus primi fideiuſsores remanent obligati, quam deciſionem Bal.ſequitur Marſ.in rubr.de fideiuſs.q.4.n.85.verſ.& in materia,Aug.ad Ang.de maleſic.in verb.ꝙ fama publica præcedente nu.67. verſ.& tene menti, quod dixit Bal. Moder.Rom.d.q.33.nu.82. Petr.Caball.in q.crim.caſ.73. num.8. & ſeq.vbi alios allegat.

7 Ac etiã conſultũ erit iudici,vt faciat ſimpliciter decretũ, carceratũ eſse relaxandum ſub fideiuſſione de ſe repræſentando ſub pena ſcutorũ mille,& in alio ſe non intromittat, quia tunc Notarius, ſi recipiat fideiuſsorẽ nõ idoneũ,ipſe tenebitur,& nõ iudex. Amod. Conc.meus in Tract.de Synd.nu.210.verſ.poſtremo aduerte,Ioſeph.Ludou.deciſ.Lucen.33.n.1.& ſeq.p.1.vbi teſtatur,ꝙ ita practicãtur per tot.Orbem,& ita Mediolani etiam ſeruari teſtatur Clar.q.46. ſub verſ. cęterũ debet iudex,Moder.Ro.q.33.n.88.& ita mihi in facto contigit dũ fui Locũtenens Criminalis A.C. in cauſa cuiuſdã nobilis Bononiẽſis, quẽ relaxari feci ſub pœna ſcutorum quinque millium de non diſcedendo ab Vrbe,faciendo ſolũmodo decretũ,vt relaxetur ſub d. cautione , & cum receſſiſset, Fiſcus egit cõtra D. Octauiuum Cellium Notarium,qui receperat fideiuſsorem, quem Fiſcus non reputabat fideiuſsorem idoneum, & ſciat quod ſentẽtia quę fertur ſuper idoneitatẽ fideiuſsoris dicitur interlocutoria.Caualc.d.p.2.num.197.poſt Fœlin.

8 Notarius autem poterit etiam ſe tueri ex cautela ſupra tradita,vt recipiat laudatorem,& approbatorẽ Amod.Conciuis meus in Tract.de Synd.n.310.verſ. & ideo cautela eſt,Ioſeph.Ludou.deciſ.Lucen.33.n.8.& ſeq.vbi teſtatur ita ſeruari in Prouincia Marchię, & Peruſię,tãm in ciuilibus,quam in criminalibus cauſis;Item excuſaretur,ſi reciperet fideiuſsorẽ de mandato iudicis.Item quando principalis eſset ſoluendo, & multum diues , quia paupertas fideiuſsoris ſuppletur per diuitias principalis Marſ.in rubr.de fideiuſsor n.269.& ſeq.Lud.d.deciſ.Lucen.33.n.14.Mod.Rom. d.q.33.n.91.vbi dicit hoc non habere difficultatem, cum notarius tantummodo teneatur in ſubſidiũ , Itẽ ſi Notarius recepiſset fideiuſsorem de cõſenſu Fiſci, vel partis Lud.d.deciſ.Lucen.33.nu.16.Item quando fideiuſsor erat idoneus tempore exactionis efficiatur non ſoluendo,Notarius non tenetur Paris de Put. de Syndic.in verb.fideiuſsor officialium c.9.nu.2 verſ.ſi tamen, vbi dicit,quod hodie fideiuſsor non ſoluendo præſumitur etiam retro non fuiſse ſoluendo Moder. Roman.in d.q.33.num.92.& ſeq.

Fideiuſſor quis dicatur idoneus.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor idoneus dicitur qui habet in bonis quantum cauſa,vel pœna importet.*

2 *Item ſi habeat bona immobilia dicitur idoneus , ſecus ſi mobilia , quæ de facili aſportari poſſent.*

3 *Carcerati plures de eodem crimine poſſunt ad inuicem fideiubere,niſi tamen eſſent forenſes.*

4 *Clerici plures carcerati priuilegium habent vt poſſint ad inuicem fideiubere,licet ſint forenſes.*

5 *Fideiuſſio eſt præſtanda in loco iudicij, & non eſt committenda alteri loco , & in partibus, & quid ſeruetur aliquando in Curia.*

C A P. III.

1 Fideiuſſor idoneus dicitur qui,tantũ habet in bonis, quantum importat cauſa, ſeu pęna,pro qua promittit gloſ.1.in l. fideiuſſor in iudicio.ff.qui ſatiſd. cog. Par. de Put. in Tract.de Synd in verb.fideiuſſor officialium c.3.n.6.Moder.Rom.q.33. nu.79.verſ.& in propoſito Borgn. de tut,& carat.nu. 192. Caualc. de Brach.reg.p.21.num.192.& quis dicatur idoneus fideiuſſor,latè Menoch. caſ. 142. Carpan. de ſtatut. cap.4.num.17.& ſeq.par.1.

2 Item ſi talia bona fideiuſſor poſſideat in rebus immobilibus, illum idoneum reddant, ſecundum cõmunem opinionem atteſtatam per Mandoſ.in addit. à Roman.conſ.67.in lit.B,Marſ.in rubr.de fideiuſſ.n.289.vbi ſub n.268.& ſeq.poſt alios infinitos,quos allegat,idem ſi poſſideret bona mobilia, dummodo d. bona mobilia de facili aſportari non poſſent,vt ſi fideiuſſor haberet magnã Apothecã , vel multa nomina debitorum,Clar.q.46. n.12.Moder.Rom.q.33.n.81.& quales eſſe debeant iſti fideiuſsores.vide Doctores adductos per Baiard.in q.46. nu.42. Menoch. Carpan.in locis ſupra adductis,& eſt regula ꝙ ille dicatur idoneus , qui cõmuni opinione reputatur diues poſt Caball.caſ.73.Caualc.d.p.2.n.197.& ſub n.193. dicit non eſse idoneum fideiuſsorem, qui habet franchiſias ſatellites, vel brauos feroces,vel arcem,vbi ſe tueri poſset, & quod in crim.diues non ſit exemptus a pręſtatione fideiuſſionis,nec perſona Illuſtris maxime corã ſupremo magiſtratu,ſed ſub nu.172.dicit,ꝙ nobiles poſsẽt relaxari ſub magna iuratoria cautione ſcutorũ mille,vel vltra iuxta qualitate cauſę,& perſonarũ, & ꝙ exiſtens in tutiſſimo loco ſi ibi adſit ſuperior cuius mãdato facile fieri poſſit executio dicatur idoneus poſt alios,quos allegat, Scac.de app.q.17.limit.6.memb.7.ſub n.7.ſi verò quis non habeat bona in territorio,vel prope territoriu nõ dicitur idoneus fideiuſsor.Scacc.de appell.q.15.nu.138. & ſeq.

3 Item poſsent carcerati plures pro eodem crimine ad inuicem fideiubere & promittere de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo, vel repræſentando,quæ fideiuſſio vicaria dicitur, Moſcat.in Pract.fideiuſs.p.1.mod. 20.n.3.& ita communiter hodie obſeruatur in tribunalibus , tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, quando agitur de pœna pecuniaria tantum , vt latè poſt Ang. Amod. Aret. Marſ.& alios,quos allegat teſtatur. Petr. Caball. in qq.crim.caſ.72. per totum,& ſub n.3. ſubdit,niſi iſti carcerati eſsent in loco carceris forenſes, quia non dicerentur idonei fideiuſsores,
4 nec eſset cõſultum curiæ † niſi carcerati eſsent clerici, quia tunc ſpeciali priuilegio ad inuicem infideiuſſores admitterentur,etiam ſi clerici eſsent forenſes.

5 Si autem iſti carcerati forẽſes layci vellẽt pręſtare cautionẽ in eorũ proprijs patrijs & reproducere deinde inſtrumentũ cora iudice carceris, nõ audirẽtur, quia fideiuſsor eſt recipiẽdus in loco iudicij,neq.alteri loco eſt cõmittẽda receptio fideiuſsoris.Affl.ſuper 2. p.Cõnſt.Regn.rubr.10.nu.6.Clar.q.46.verſ.pone quod,Moder.Rom.q.33. n.51.Caualc.de Brach.reg. p.2.n.195. licet in curia recipiantur aliquãdo fideiuſſores de partibus in loco ſubiecto Põtifici,prout etiã

retuli

retuli in meo tract. de caut. p. 2. q. 32. n. 10. & Herculan. in tract. de caut. de non offend. c. 50. num. 92. dicit procedere, tàm in causa criminali, quàm in ciuili, vt non committatur receptio fideiussionis alteri, sed in loco iudicij præstanda sit. Caualc. d. p. 3. nu. 195. dicit, quod in iudice supremo erit hoc in arbitrio suo & maxime quando fideiussio datur in eadem ditione.

Fideiussor de repræsentando Reum quando ab eius obligatione liberetur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussiones de repræsentando quomodo hodie concipiantur.*
2 *Fideiussor liberatur quando officialis efficitur rebellis.*
3 *Item liberatur quando principalis capitaliter bannitur cum publicatione bonorum.*
4 *Sed quid si fuerit simpliciter condemnatus sine publicatione bonorum.*
5 *Fideiussor, si deinde efficiatur clericus nō tenetur præsentare principalem, neque in curia sæculari, neque ecclesiastica.*
6 *Sed quid si principalis ipse efficiatur clericus, an fideiussor liberetur; Author tenet quod non sit liberatus.*
7 *Item fideiussor liberatur, si principalis fuerit simpliciter relegatus.*
8 *Item etiam liberatur fideiussor quando principalis est accusatus de crimine capitali, etiam si principalis postea fugam arripiat, aut latitet.*
9 *Item si fuerit transmissus Cōmissarius cōtra principalem, qui bona adnotauit, & informationes assumpsit.*
10 *Fideiussor non tenetur Reum bannitum præsentare, licet ei offeratur saluus conductus, nisi fideiussor procurauerit illum banniri.*
11 *Cautela datur iudicibus, vt antequam aliquid agant contra principalem imputatum de nouo delicto, vt citent fideiussores ad illum præsentandum.*
12 *Contra quam cautelam alij Doctores insurgunt.*
13 *Fideiussores tenentur semper præsentare Reum pro eadem causa, pro qua fideiusserunt, etiamsi fuerit principalis condemnatus.*
14 *Fideiussor etiam liberatur, quando carceratus principalis reperitur in alio loco.*
15 *Item liberatur quando constat reum iterum deliquisse, etiam si non sequatur contra eum condemnatio.*
16 *Licet contra istam opinionem alij Doctores insurgant.*
17 *Conciliantur istæ opiniones per Authorem hic.*
18 *Immo secundum aliquos, quando principalis est notorius delinquens fideiussor liberatur etiam non factis diligentijs de illum repræsentando.*
19 *Fideiussor præstita de repræsentando oretenus non obligat fideiussorem, cum requiratur scriptura.*
20 *Fideiussor non tenetur præsentare reum coram alio iudice, vel Tribunali.*
21 *Fideiussor non tenetur quando non fuit interpellatus ad præsentandum reum in tempore præfixo in ipsa obligatione.*
22 *Nisi in obligatione adesset clausula etiā irrequisitus.*
23 *Fidiussor liberatur, quando bona principalis fuerint per fiscum incorporata.*
24 *Incorporata bona ad istum effectum quando dicantur.*
25 *Item liberatur quando bona principalis non fuerint discussa.*
26 *Item liberatur, quando principalis fuit captus post præstitam fideiussionem, etiam si a carceribus aufugerit, vel fuerit a iudice relaxatus.*
27 *Intellige tamen quando fuisset carceratus ex eadem causa, secus si ex alia causa.*
28 *In dubio autem censetur carceratus ex eadem causa.*
29 *Item intellige quando fuisset captus ab eodem iudice.*
30 *Nisi tunc fideiussores protestati fuissent dictum carceratum haberi pro præsentato.*
31 *Dummodo sequatur decretū iudicis super cassatione.*
32 *Verbalis protestatio non sufficit quando in promissione adest clausula toties, quoties.*
33 *Fideiussor pro vna causa non tenetur præsentare reū pro alia.*
34 *Fideiussio simpliciter præstita cum clausula toties quoties, restringitur ad illam causam tantum, pro qua fuit data.*
35 *Item liberatur quando promisit repræsentare Reum infra octo dies, & infra dd. octo dies nō fuit requisitus.*
36 *Fideiussor nō tenetur repræsentare Reum, nisi superueniant noua indicia.*
37 *Item liberatur fideiussor, quando causa, pro qua fideiussit, fuit sopita, nisi in stipulatione adesset clausula toties, quoties.*
38 *Fideiussor an liberatur, si deinde sequatur sententia, distinguitur prout hic per Authorem.*
39 *Fideiussor non tenetur, quando nemo pœnam pro camera stipulatus fuisset, etiam si in promissione adesset iuramentum; cōtrarium in statu ecclesiastico per Bullas summorum Pontificum obseruatur.*
40 *Item liberatur quando reus carceratus fateretur delictum.*
41 *Item liberatur, quando habuit domum pro carcere, de qua discedere non valeat, sine licentia, quia si discesserit, fideiussor non tenetur amplius, etiam præsupposita clausula toties, quoties.*
42 *Fideiussio prima an sollatur per secundā fideiussionem.*
43 *Fideiussor non tenetur, quando promisit præsentare reum sub pœna corporali.*
44 *Fideiussor liberatur per mortem Rei, & quid si moriatur fideiussor, an eius hæredes teneantur.*
45 *Item liberatur, instantia causa perempta.*
46 *Item liberatur quando Princeps, vel superior mortem principali comminaretur.*
47 *Item liberatur fideiussor quando efficitur clericus.*
48 *Fideiussor non tenetur, quando legitimè citatus non fuerit ad præsentandum Reum.*
49 *Fideiussor an liberetur per binam præsentationem.*
50 *Absolutus non potest vigore Bullæ Pij IV. adstringi ad præstandam cautionem.*
51 *Fideiussores non debet ex abrupto, & statim adstringi ad præsentandum reum, sed est ei dandus terminum, de quo latè hic per Auctorem.*
52 *Qui terminus est dandus iuxta qualitatem absentiæ, causæ, & personarum.*
53 *Iudex, oblatis fideiussoribus, si deneget terminum, processus erit ipso iure nullus.*
54 *Milliaria 20. regulariter sunt concedenda pro qualibet die; & quid in militibus armis onustis; & totum relinquitur arbitrio iudicis.*
55 *Quodlibet milliari constat ex mille passibus.*
56 *Passus ex quinque pedibus, & pes ex sexdecim digitis.*

no antequam fideiussores essent requisiti ad illum repræsentandum, Horat. Lut. & alij qui dic. cons. se subscripserunt in cons. supra allegato. Farinacc. q. 34. nu. 47. & 57. Moscatel. in pract. fideiuss. mod. 19. nu. 15.

10 Nec etiam fideiussor tenetur Reum bannitũ præsentare, si iudex ei offerret fidantiam, vel saluum conductum. Tob. Non. cons. 165. nu. 2. to. 1. crim. & Butr. cons. 167. nu. 16. eod. tomo, Baiard. q. 46. nu. 100. nisi fideiussor procurauerit illum banniri, secundum Bart. in l. si verò in princ. ff. qui satisd. cog. Baiard. q. 46. nu. 99. vbi subdit, quod Fulgos. subtili ratione contrarium tenet.

11 Sed ad euitandas supradictas conclusiones, iudices practici solent prius citare fideiussores ad repræsentandum reum antequam aliquid faciant cõtra delinquentem, iuxta cautelam traditam ab Alber. in lib. 4. q. 64. de Statut. relatam per Mars. in rubr. de fideiuss. nu. 143. & nu. 150. Modern. Rom. q. 37. nu. 78. Iul. Cla. q. 46. nu. 22. vbi Baiard. nu. 102. Herculan. de caut. de non offend. c. 23. n. 16. Rainald. Rodulph. præceptor meus recolendæ memoriæ cons. 164. nu. 2. to. 1. crim. Petr. Cab. cas. 190. num. 2. in fin. Caualc. de brach. rég. par. 2. num. 216.

12 Contra quam cautelam Alber. insurgit Gandin. in tract. de malefic. tit. de malefic. tit. de mult. q. 33. vers. pone quæstionem de facto, & affirmat, quod iudices ea vtentes pessime faciunt, prout refert Petr. Caball. d. cas. 190. n. 2. in fine, Modern. Rom. latè in cons. 59. nu. 30. vbi declarat suam opinionem positam in d. q. 34. nu. 78. Baiard. q. 46. nu. 102.

13 Nisi tamen esset vocatus, citatus, vel condemnatus Reus pro eodem delicto pro quo præstitit cautionẽ, quia fideiussores tenerentur ipsum præsentare, nec se tueri possent ex ista exceptione, vt per Alber. in dicta q. 64. nu. 2. vers. prædicta vera sunt, & ante eum. Gãd. in tit. de mult. q. nu. 33. in fin. & sequitur. Petr. Cab. in qq. crim. cas. 190. nu. 8. vbi subdit, quod vbi agitur de pœna pecuniaria, potest fideiussor se opponere, & se defensioni Rei offerre, & sic non soluere, nisi pęnam, in quam pro delicto condemnabitur principalis, euitando pœnam fideiussionis de repræsentando.

14 Secundus casus est, quando principalis delinquens detineretur carceratus alibi, aut aliter esset sub custodia positus, quia fideiussor non teneretur ad illum alibi repræsentandum, donec impedimentum nõ cessat, eum proueniat facto iudicis, quod alteri nocere non debet l. 2. §. fin. l. sed, & si quis §. illud vers. plenè si vinculis, ff. si quis caut. Mosc. in pract. fideiuss. p. mod. 19. nu. 15. Petr. Cabal. in d. cas. 190. n. 7. in quæs. crim. vbi testatur vidisse practicari, vt fieret decretum per iudicem esse expectandum exitum nouæ causæ, & interim si fideiussorem non esse molestandum, vel scribi per iudicem primi delicti iudici nouæ causæ, vt illum retineat, & sibi expedita causa remittat, quando iudices sub eodem Principe existunt, ac si fideiussit, quod quis non discedet de aliquo loco, vel camera, & reus ad artiores carceres reconducatur fideiussor dicitur liberatus, Gramm. cons. 68. Marc. Ant. Macer. var. resol. lib. 3. resolut. 30. per totam quia semper dicitur facta nouatio, quando alteratur obligatio respectu rei, vel temporis ac loci sine cõsensu fideiussoris. Bart. in l. Valerianus. ff. de prætor. stipulat. Alex. in l. vbicumque. ff. de fideiuss. Paris. cons. 107. nu. 28. vol. 3. Macerat. d. resolut. 30. nu. 5.

15 Tertius modus est, quando notoriè constat reum iterum deliquisse, quia etiam ante illius cõdemnationem fideiussores dicuntur liberati. Mars. in rubr. de fideiuss. num. 151. quem laudat Hier. Gabr. cons. 181. nu. 21. lib. 1. latè Eugen. cons. 67. nu. 8. & seq. & cons. seq. num. 25. vbi testatur de veriori, æquiori, & humaniori sententia, & Moder. Rom. in cons. 53. nu. 35. & seq. etiam firmat hanc opinionem esse ęquiorem, benigniorem, & humaniorem, & declarat quòd alias dixit in q. 34. nu. 59. & seqq. quia postquam ipse in d. q. 34. scripsit, superuenit auctoritas. Eugen. & Honded. ex quibus est effecta illa opinio magis cõmunis, Bertazz. cons. 432. volum. 2. quem refert, & sequitur. Rim. Iun. cons. 738. nu. 43. & seq. vol. 7. Baiard. q. 46. nu. 65. & Eugen. cons. 2. nu. 38. & seq. loquitur etiam in illo, qui notoriè fuerit delinquẽs, & vigore Bullarum posset impunè offendi, & latius dixit in d. cons. 67. num. 3. & seqq. & in cons. 68. nu. 20. & seq. Nec teneretur fideiusor illum repræsentare etiam oblato principali delinquenti saluo conducto. Baiard. quæst. 46. nu. 100. post Butr. in cons. 167. n. 16. to. 1. crim. fol. Tob. Non. cons. 165. nu. 2. eodem to. 1. in fol.

16 Licet contra istam opinionem detur text. in d. l. sed si quis. §. illud. ff. si caut. vbi disponitur quòd ante condemnationem fideiusores non excusentur, vt dixit. Farinac. in d. q. 34. nu. 59. 34. num. 59. & quòd ita vidit practicari, & testatur de magis communi, cum qua transit etiam Ant. Scap. in tract. de Iur. non script. lib.
17 5. cap. 72. nu. 2. Sed † Eugeni. in d. cons. 68. num. 67. nu. 41. & seq. declarat, vt procedat ista opinio §. illud, quando agitur de præsentando Reum corã alio Tribunali diuersę iurisdictionis, secus si in eodem Tribunali, vbi puniri posset, & quod sequuta condemnatione capitali, fideiusor sit liberatus ipso iure, latè Mar. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 3. resolut. 29. nu. 4. cum plur. seqq. vbi alios concordantes cumulauit; Nisi fideiussor promiserit præsentare Reum ex quacunque noua causa superuenienti. Modern. Ro. n. q. 34. nu. 33. Turret. cons. 63. n. 17. vol. 2. Mar. Ant. Macer. d. resol. 29. n. 20. in fin. & de illo vide latissimè Moder. Rom. in d. q. 34. nu. 30. cum plur. seqq. & quid si fuerit processatus condemnatus, vel bannitus ab alio iudice, vide latissimè Farinac. in d. q. 34. nu. 76. & seqq. & quod sufficiat sola accusatio de alio delicto, vt fideiusor dicatur liberatus à pęna. Mars. in Rubr. de fideiuss. q. 19. nu. 171. Horat. Lut. cons. 163. nu. 15. to. 1. crim. diuers. Tob. Non. cons. 102. num. 3. Cephal. cons. 187. lib. 2. Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. c. 75. videtur titubare de ista opinione.

18 Imò non factis diligentijs de repræsentando reum, quando commisit iterum delictum, fideiusor non tenetur ad pœnam, vt post Osasc. decis. 175. num. 2. & alios, quos allegat, tuetur Moder. Rom. cons. 59. num. 38. & seqq. & sub num. 41. testatur de æquiori, veriori, & magis communi sententia.

Quartus modus est quando principalis delinquens post cautionem præstitam fuerit à iudice, vel Curia certioratus de captura contra eum facienda, & fuit persuasus, vt fugam arriperet, quia tunc fideiusor, si principalis aufugiat, non tenetur ad pœnam conuentionalem, Cepoll. cons. 25. n. 2. & ferè per totum, Anchar. cons. 341. num.... in fine, & post eum Bos. tit. de carcer. fideiusor. committ. nu. 62. qui tradunt vt ille, qui facit eum aufugere, teneatur; vt refert etiam. Baiard.

iard.q.46.nu.105.licèt alleget.Foller.in pract.crim.in Fragment.de fideiuss.num.255.vbi tamen,super hoc reliquit cogitandum, Qui Boss. tamen vbi supra videtur restringere hanc opinionem, quando iudex certiorauit Reum, vti iudex, secus si vti priuata persona, & ideo iuste Sacra Consulta liberauit fideiussores in causa illa, in quæ iudex apposuit edictum contra detinentes,& non reuelantes reum Curiæ, quia illa assixio fit à iudice, vt iudice, idemque erit si reus principalis fuerit positus in banno antequam fideiussores essent requisiti ad illum repræsentandum etiã si promisissent cũ clausula toties, & quoties, & pro omni, & quacumque causa, vt in puncto tradũt Horat.Lut. conf.163.nu.21.to.1.crim.in fol.Io.Bott.conf.38.per totum,& sequitur.Baiard. q.38. nu.66. vt etiam supra dixi num.9.

19 Quintus modus est,vt si fideiussor promittat iudici oretenus,& in voce præsentare Reum, quia fideiussor non tenetur,cum talis fideiussio de repræsentãdo aliquem,requirat scripturam ad sui essentiã,vt per Herculan.in tract.de caut.de non offenden.cap.40. n.49. Benè verum est quòd, si quis vellet euitare carcerationem,debeat offerre dictam cautionẽ legitimo modo in scriptis, etiam præsupposita Constitutione, vt quis audiatur extra carceres sub cautione. Herculan. in d.c.50.num.51. veldicta fideiussio oretenus præstita spiret per lapsum duorum mensium,vt post Affl.in Constit.si vassallus fol.282.tradit.Baiard.q.95.n.3.

20 Sextus modus est, quando fideiussor citatur in alio Tribunali, quàm in eo,in quo fuit præstita fideiussio, quia non tenetur alibi Reum præsentare. Rolan.cõs. 58.nu.11.& seqq.vol.1.Horat.Lut.conf.163.per tot. & tres alij insignes Doct.qui d.conf.se subscripserunt to.1.crim.in fol.Rom.conf.210.in fin.Marf.in Rubr. de fideiuss.q.13.nu.133. Rimin.Iun. conf.738. nu.34. vol.7.Baiard.q.46.nu.103.vide latè Moder. Roman. q.34. nu.171.& seqq. vbi tradit quamdam distinctionem,ad quam se remittit etiam Marc.Ant. Macerat. var.resolut.lib.3.resolut.29.nu.1.& seqq. Et ad euitãdam huiusmodi difficultatem vidi quandoque hic in Curia vti remedio (ad extorquendam pœnam conuentionem à fideiussore,) vt fideiussor citetur ad Reum præsentandum coram se,licet noua causa cõtra principalẽ intentata pendeat coram alio, vt deinde Reus ad eumdem iudicem causæ remittatur, contra quod ego pluries exclamaui, & insteti per iudicem iurari, quòd ipse vellet reum præsentari in suo Tribunali, & nõ remitti ad aliud Tribunal,iuxta opinionẽ. Foller. in pract.crim.in fragment.tit.de fideiuss.num.251.& nisi emanauerit specialis commissio à Summo Pontefice procedendi ad vlteriora contra fideiussorem pluries obtinui eum vlterius non molestari, cum verè debeant superuenire noua indicia quæ sufficiant ad torturam.Moscatel.in pract.fideiussor.mod.1.nu.16. in fin. vbi etiam tenet, quod coram alio tribunali fideiussor non teneatur illum repræsentare nisi in fideiussione fuerit dictum, & promissum illum repræsentare toties, & quoties fuerit requisitus ab alio iudice alterius tribunalis, & ibi tradit formam quomodo fideiussores debeant coram alio tribunali citari,& quid si fuerit citatus coram successore, vide Farinac. q.34.nu.172.175.& seqq.vbi tradit bonam distinctionem,& vide Mar.Ant.Macerat.lib.3.resolut.29.nu.1. & seqq.

21 Septimus modus est, vt pœna non committatur contra fideiussorem, quando fideiussor nõ fuit interpellatus ad reum præsentandum in tempore præfixo in ipsa obligatione, cum tempus nõ incipiat currere, nisi à die requisitionis emanatæ per iudicem. Marsil. in rubr.de fideiuss.q.18.nu.144. Boss. tit.de carcerat. fideiussor. committ.nu.61.Roland.conf.58.num.14. vol.1.qui omnes alios allegat,Baiard.q.46.num.52.& seq. vbi etiam concordantes allegat, & ibi respondit ad illam regulam, quæ habet, vt dies interpellet pro homine,vt procedat in extraiudicialibus, non iniudicialibus,ac etiam post Bertazzol. respondet ad Osasc. decis. 49. licet contrariam opinionem totis viribus tueatur,Ant.Gomez.tit.de delict.c.9.nu.9. & Osasch. in d.decis.49.eamd.opinionem tuetur, Andr.Fachin. controuers.iur.lib.9.c.77. vbi ad contraria respondet ideò cauti iudices ad tollendas istas cõtrarietates circa istum articulum solent apponere facere illã clausulam(etiam irrequisitus)vt docet Baiard.d.quæst.46.

22 nu.13.circa med.& sub num.54. † dicit,quod si fuerit promissum præsentare Reum infra octo dies ad beneplacitum iudicis,an elapsi dictis octo diebus,teneatur amplius illum repræsentare,vbi post Herculan.in tract.de caut.de non offend.c.23.nu.26. videtur concludere, quod istud tempus fuerit appositum in dubio finiendæ obligationis, & sic quod fideiussor sit liberatus. Imò nec pœna committatur,nisi fuerit citatus principalis, vel fideiussor ad dicendam causam,quare non sit accusanda pœna, vt latè & bene tuetur, Moscatel.de fideiuss.p.1. mod.8. per totum,etiam si fuerit facta promissio cum illa clausula etiam irrequisitus,& quod dies non interpellet pro homine illo casu post Farinac.q.33.num.105.& seq.Caualc. de Brach. reg.p.2.nu.184.

23 Octauus modus est, quando bona principalis essẽt confiscata, & fisco incorporata, quia tunc fideiussor dicitur liberatus, cum fiscus teneatur cedere iura cõtra principalem,& ob id,ad tollendum circuitum per restitutionem, & cum actiones dicantur confusæ, fideiussor non potest vlterius molestari,Marsil.in rubr. de fideiuss.nu.346.Raphael.de Raym.conf.36.nu.12. & seq.tom.2.crim.Eugen.conf.2.num.30.& seqq.vbi concordantes allegat,Petr.Caball.cas.190. num.2. in quæst.crim.qui loquitur in bannito cum publicatione bonorum,vt fideiussor non teneatur illum repræsentare, & idem voluit in cas.234.nu.12.14. & 18. & nu. 31.Baiard.q.95.nu.2.Caualc.de Brac.reg. p.2. n.206. vbi subdit,nisi fiscus bona repudiauerit. Et si fideiussor soluerit pœnam ante condemnationem, & confiscationem bonorũ, si deinde bona principalis publicentur, etiam ipso iure fiscus tenetur solutum restituere,post Becc.conf.87.Baiard.d.q.95. num. 1. & fideiussores in fructibus bonorum cõfiscatorum restitutioni subiectorum, meliora, ac potiora iura habẽt, quam fiscus,vt post alios tradit,Baiard.q.78.nu.37.

24 Et ad istum effectum bona dicuntur incorporata per descriptionem,vel per solam adnotationem,Eug. conf.2.nu.30.& seq.vbi alios allegat.

25 Nonus modus est, quando bona principalis non fuerunt difsufsa, quia tunc fideiussor non tenetur ad pœnam ob non repræsentationem principalis.Auth. præsenti,C.de fideiussor.Eugen.conf.2. num. 29. qui loquitur in illis fideiussoribus,qui promiserunt repræsentari toties, & quoties illi. D. Ferantem Vitellium

sub pœna

sub poena scutorum decem millium, & allegat Comens.cons.36.inter cons.Ziletti Diuers. Petr.Caball. in qq.crim.cas.250.nu.34.cent.3.vide Mar.Ant.Macerat.var.resol.lib.2.resol.7.nu.5.&seq.

26 Decimus modus est, quando principalis fuit captus post præstitam fideiussionem, quia etiã quod promissio caueret cum clausula toties, & quoties, si postea principalis aufugiat fideiussor amplius conueniri non potest per tex.in l.1.& 2.ff.de custod.reor.Afflict.decis.130.vbi testatur quod ita de facto in regno seruatum fuit.Foller.in pract.crim.in fragment. tit.de fideiuss.nu.257.Moder.Rom. q.34. nu.95. vbi de veriori opinione, latè Lud.de Peguer.dec.47.per totam, vbi etiam, testatur quod ita practicari semper vidit, Moscatell.in pract.fideiuss.1.mod.nu.21. & 22.vbi acriter reprehendit. Vrsill.contrarium tenẽtem in d.decis.130.Petr.Caball.in q.crim.cas.47. nu.3. & seq.vbi dicit in contingentia facti istam opinionem esse tenendam.Andr.Fach. controuer.iuris. lib.9. c.76. Baiard.q.46.nu.104.in princ. Rim.Iun. cons.135. nu.2. vol.2.idem Moscatel.d.mod.8.n.3. & seq. dicit quod si fuerit principalis præsentatus iudici, & ipse iudex dixerit satellitibus *portare questo carcerato*, si deinde aufugiat fideiussor sit liberatus, idemque dicit esse, si actus præsentationis non fuit scriptus adhuc fideiussor sit liberatus, dummodo præsentatio facta iudici probetur per testes, vbi etiam ponit quid si promisit reum præsentare in carceribus, & præsentatus fuit iudici qui mandauit, vt inuenirentur satellites ad effectum illum carcerandi, si interim aufugiat an fideiussor sit liberatus, distingue vt ibi per eum.licèt Caual. de brac.reg.p.2. n.183. dicat requiri interlocutoriam iudicis super consignatione, vt liberetur fideiussor.

Idemque erit quando esset captus principalis per Curiam, & deinde ab eadem curia relaxatus fuisset, quia fideiussor amplius non tenebitur ex eisdem rationibus, quibus Doct.tenent quando reus aufugit, vt bene explicat, & tenet Petr.Caball.dic.cas.47.num.6. post Ludou.à Peguer.in allegata decis.47.

27 Quod tamen intellige, quando principalis fuisset captus ex eadem causa, pro qua fuerit præstita fideiussio, secus si fuisset captus ex alia causa, quia si principalis fuerit relaxatus, vel aufugerit, fideiussor non diceretur liberatus, Foller.in pract.in fragm. de fideiuss.nu.257. Afflict.d.decis.130.Lud.à Peguer. in d.decis.47.& Moscatel.vbi supra, Petr.Cabal d.cas.47.nu.4.Baiard.q.46.num.104.vers.secus si, Ant.Gomez.tit. de delict.cap.9.num.9.vers.dubium tamen, Tob.Non. cons. 113.num.10.& seq. qui loquitur quando denuo fuit carceratus, & domum pro carcere Reus habuit, idem firmat.Rim.Iun.cons.738.num.34.& seq.vol.7. Hond.cons.111.nu.33.& seq.vol.1.Caualc.de brach. reg.p.2.num.198.

28 Et in dubio censetur principalis requisitus pro eadem causa, nisi aliter probetur, latissimè Rimin. Iun. cons.738.nu.36. & seq. vol.7. vbi alios concordantes allegat, & alias, Foller.in fragm vbi supra dicit, quod iudici non erit credendum, si diceret illum velle ex diuersa causa, nisi hoc medio iuramẽto assereret, prout omnino iurare teneretur, & firmat, quod ita cõsuluit, Albert.Brun.cons.87. & quod ita sæpè practicauit, & practicari vidit, & eamdem practicam, Foller. refert. Moscatel.in d.pract.fideiuss.in 1.mod. nu.16. vers.& ego vidi aliquos iudices, vbi tamen dicit, quod sibi multum dura videtur ista decisio, vt iudicis auctoritas submittatur partis desiderio, & iuramẽto, & quod forte in tribunalibus superioribus hoc esset ridiculosum, quod idem refert.Petr.Caball.d.cas.47. nu.7. qui etiam firmat, quod neq; ipse requireret fideiussorem ad reum præstandum, nisi ex diuersa causa, & nisi superuenissent noua indicia, Farinac.cons.59.nu.2.

29 Item intellige quando fuisset captus ab eodem iudice, coram quo fuit præstita fideiussio, secus si ab alio, quia tunc fideiussor non diceretur liberatus latè Farinacc.q.46.num.104.vers.quod tamen, vbi subdit quod aduocatus, qui daret consiliũ capto, vt aufugeret, ad effectum vt fideiussor liberetur, esset puniẽdus.

30 Item intellige, nisi fideiussores comparuissent, & protestati fuissent, quod volebant illum haberi pro præsentato per ipsos, & amplius nolebant teneri, nec obligatos esse, quia licet fuisset carceratus Reus etiã ex alia causa dicerentur liberati fideiussores, Afflict. dicta decis.130.num.5. Foller.in fragm.tit.de fideiuss. nu.257.in fine. Modern.Roman. q.34. nu.99.& seqq. Tob.Non.cons.103.nu.10.Ant.Gomez.tit.de delict. c.9. in fine, vbi dat consilium, Aduocato, vt fiat dicta protestatio, Qui Baiard.dicta q.46.nu.114.vers.quod tamen dicit quod talis protestatio non suffrageretur, si captura facta fuisset per alium iudicem quam per illum, qui recipit cautionem Ludou.à Peguer. d.decis. 47.Caball.d.cas.57.nu.5.Baiard.d.q.46.nu.104. quod procedit si fuerit data fideiussor de repræsentando, non obstante quacunque causa etiam de nouo superueniente, vt consuluit.Bott.cons.38.Caualc.de brach. reg.p.2.nu.198.in fin.

31 Sed isto casu non sufficeret sola protestatio facta per fideiussores, sed requireretur etiam decretum iudicis, vt dicti fideiussores sint liberati, & eorũ fideiussiones pro cassis habeantur, de quo vide latissimè, Modern.Rom.in d.q.34.num.92.cum plurib.sequen.

32 † Et maxime verbalis protestatio non sufficeret, quia in promissione adesset clausula toties, & quoties, vt post Ang.latè declarat Tob.Non.dic.cons.103.nu.9. & seq.sed Caualc.d.p.2.num.199. & seq.ponit plures declarationes, per quas fideiussor dicatur isto casu liberatus ad quem Aduocatus recurrat.

33 Vndecimus modus datur, quando fideiussor promisit præsentare Reum pro vna causa expressa in stipulatione, quia ex alia causa non tenetur illum repræsentare, Roland.consil.58.num.10.vol.1.Gerard.Mazol.cons.61.in princ. Rim.Iun.cons.738.nu.45.vol.7. Idemq; erit si in decreto iudicis adesset quod pro illa causa tantum pręstaretur, quia si deinde cautio fuerit præstita, restringitur ad illam causam tãtum, pro qua decretum fuit, vt declarat, Eug.cons.2.nu.46.

34 Et quando fideiussio esset præstita simpliciter, adhuc intelligitur semper, vt sit restricta ad illã causam tantum pro qua fuit præstita, & non ad aliam, Rom. cons.210.in princ.Tob.Non. cons.103.nu.1 Moder. Rom.cons.61.nu.1. etiam si esset concepta obligatio cum clausula toties, & quoties, vt post alios firmat. Hond.d.cons.111.nu.16.& seq.vol.1.Modern.Rom. cons.59.nu.3.& si fuerit post clausulam toties, & quoties apposita clausula adhuc (& cœt.) non extenditur ad aliam causam, sed ad illam tantum causam, vt declarat, Eug.d.cons.2.num.4. 47. & in Regno Neap.si fuerit pręstita fideiussio in forma intelligitur cũ clausula toties, & quoties, Moscatel.in pract.fideiuss.mod. 1.nu.14.

1.nu.11.& seq. & si fuerit præstita simpliciter sine d. clausula per vnicā præsentationem dicitur fideiussor liberatus, Caualc.de brach.reg.p.2. nu.182. & subdit quod piuralitas in ista materia est contenta duabus vicibus,& nu.201.dicit quod si fuisset repræsentatus, & postea culpa custodis, vel iudicis aufugerit fideiussor dicitur liberatus, & ibi testatur de communi, & quod ita Senat.Mediolani obseruauit.

35 Duodecimus modus est, quando quis promissit repræsentare Reum infra octo dies, quia, si non fuerit requisitus infra dictos 8. dies, ad illum repræsentandum, amplius non tenebitur. Hercul. de caut. de non offend.c.23.nu.26.& seqq.

36 Decimus tertius modus est, vt fideiussor nō teneatur Reum repræsentari pro eadem causa, nisi superuenerint noua indicia, Foller.in fragm.tit. de fideiuss. nu.251.Tob.Non.cons.103.n.5.Boss.tit.de carcerat. fideiuss.committ.nu.19.Modern.Rom.q.34. num.64. vbi latissimè de ista materia, Vrsill. ad Afflict. decis. 130.num.10.Marc.Ant.Macerat.var.resolut.lib.3.resolut.29.nu.18.de quo pluries supra dixi,& declaraui quando, & quomodo boc procedat, & indicia noua debent esse sufficientia ad torturā, Moscatel.in pract. fideiuss.mod.1.nu.16.in fin.& sub nu.28.& seqq.dicit quod intelligi debeat de vnica vice tantum, quod superuenerint indicia, licet obligatio sit concepta per verba pluralia intelligatur nouis superuenientibus indicijs,& sub n.15.limitat quando esset relaxatus causa cognita, & non factis defensionibus quia fideiussores tenentur reum repræsentare etiam si noua indicia nō superueniant.

37 Decimusquartus modus est quādo causa pro qua fuit præstita fideiussio, fuit sopita per sententiā, quia finito negocio, fideiussor liberatur. Ias. Alex. & alij in l.2.§.in fideiussorem ff qui satid.cog.Tob.Non.cons. 103.nu.4.Iul.Clar.q.46.n.10.vbi testatur de cōmuni, etiam si in fideiussione adesset clausula toties,& quoties.Tob.Non.d.cons.103.num.4.in fin. Hond.cons. 111.nu.36.lib.1.vbi alios concordantes allegat.

Contrarium autem, quando in stipulatione adesset clausula toties, & quoties tenent. Viui.opin. 298. relatus per Baiard.q.26.num.07.in fine, Vrsill.in decis. 130.nu.1.in fine, vbi alios allegat, & nu.2.post Crem. in sing.11.dicit, nisi adesset verbum (quandocunque,)

38 Cautela erit ad euitandum conflictum istarum opinionum, vt in ipsa cautione apponatur expresè, vt sit illum repræsentare obligatus post sententiam, quam cautelā ponit Iulius Clar.in q.46.nu.20. & ibi Baiard. nu.47. & si fideiussores præsentarent Reum post sententiā, an sint liberati. Vrsill.in d.decis.130.n.4.in fi.

Alij autem distinguunt, aut sententia est condemnatoria, & aliquid occasione eiusdem criminis restat faciendum, & tunc fideiussor teneatur illum repræsentare etiam post sententiam; & si fuit dicta sententia confirmata per iudicem appellationis, & tunc distinguitur, aut principalis appellauit, & causam non fuit ꝓsecutus, & fideiussor teneatur, quia oritur actio ex prima sententia, non ex secunda: aut actor appellauit, quia sperabat maiorem condemnationē, & appellationem non fuit prosecutus, & per desertionem causæ prima sententia confirmatur, & tunc etiam fideiussor teneatur, cum executio fiat ex prima sententia; Aut Reus appellauit, & prosequutus fuit appellationem, & sententia fuit confirmata, & tunc fideiussor dicitur liberatus per mutationem iudicij, & instātiæ, & quia executio fieret ex secunda sententia; Aut actor appellauit à modica condēnatione, & fuit confirmata sententia ex eisdem rationibus supra adductis, fideiusor dicitur liberatus. Aut iudex appellationis secundæ sententiæ aliquid addidit, vel detraxit, & tunc etiam dicitur fideiusor liberatus, vt latissimè est videre apud Petr.Caball.in q.crim.cas.109.per totū, qui tamen loquitur in fideiusore de iudicatum soluēdo. Aut verò est absolutoria, & tunc fideiusor sit liberatus, latissimè Honded.cons.111.num.35.& seqq. lib.1.Baiard.q.49. nu.97. & quando post sententiam fideiusor dicatur liberatus, Aduocatus videat. Mod. Rom.in q.34.nu.103.vbi latissimè.

39 Quintusdecimus modus erit, quando nemo pęnam pro Camera stipulatus fuisset, quia fideiusor ad illam persoluendam compelli nō potest. Bar.in l.1.in prin. num.12. & seqq. ff. de iur.Fisc.cum alijs allegatis per Tob.Non.in cons.103. num.6.vbi sub nu.7.dicit hoc procedere, etiamsi in obligatione interueniret iuramentum; sed in Statu Ecclesiastico per Bullam Pij V. intelligitur stipulata in fauorem Cameræ Apostolicę, vt per Moder.Rom.q.107. num.91. & per adden.ad Magon.decis.Lucen.fin.in litt.B, circa finem, & vide ea, quæ latè posui in meo tract. de pac. part.1. q.87. per totam.

40 Decimussextus modus erit, quando Reus præsentatus à fideiusore fuit confessus delictum, quia si deinde dimittatur à carceribus, fideiusores non tenentur amplius illum repræsentare. Tob.Non.cons.103. in fine, latissimè Eugen.cons.67.nu.9.cons.68.n.16.& seqq.& latissimè Honded.cons.111.n.33.& seq.lib.1. Quod procedit etiāsi fuisset reus carceratus sub saluo conducto, vel fidantia, vt fideiusores dicantur liberati ab eorum obligatione, si reus fasus fuerit delictum, vt latè tradit Eugen.d.cons.67.num.9.vers.Nec obstat,& cons.68.nu.29.& seqq.

41 Decimusseptimus modus est, quòd si quis promisit aliquem præsentare toties,& quoties, in casu licētiæ à domo pro carcere sibi assignata, quia si recesserit sine licentia, non tenetur amplius illum repræsentare, vt latè consuluit, Rim.Iun. cons.738. per totum, vol.7.licet contrarium tenet.Caualc.de brac.reg.p.2. nu.201.in fin.siue discesserit cum licentia iudicis, siue custodis, vel aliter,& allegat Berta2.consil.80.nu.12. Duen.reg.390.in verb.fuga.

42 Decimusoctauus modus erit si fuerit præstita secunda fideiussio, quia per eam cēsetur sublata prima, Baiard.in q.46.nu.68.& seq. super quo remitto lectorem ad ea, quę latè posui in meo tract.de pac.& treg. p.2.§.3.q.28. nu.14.cum plur.seq. & vide etiam nouissimè Cardinal.Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.4. tit.3. vbi tractat materiam nouationis ad faturitatem,& latè Moscatel.de fideiuss.p.1.mod.8.n.20. & seq.& latè etiam. Io.Ant. Lanarius cons.7.per tot.

43 Decimusnonus modus est, quando promittat fideiusor repræsentare Reum non sub pœna pecuniaria, sed sub pœna capitali, vel alia corporali, ad quam se obligare non potest l.liber homo. ff. ad l. Aquil. Corn.cons.283.num.9.in fin.lib.3.Vulpell.respons.2. nu.7.& seq.Rim.Iun.cons.150.nu.30.lib.2. Honded. cons.89.nu.39.vol.2.Caualc.de bracb.reg. p.2. num. 189.vbi alios allegat.

44 Vigesimus modus est, vt per mortē Rei fideiusor

dicatur liberatus l.si decefferit, & l.si verò ff. qui fatif. cog. Horat. L. t.conf. 163. per totum, & alij, qui d.cõf. ibi se fubfcripferunt to. 1. crim. Rol.confil.58.num.6. vol.1. Marf.in rubr.de fideiufs.q.20. num. 155. & feq. Modern. Rom.q. 34 nu. 34. & feq. vbi ponit quafdam limitationes, & idem fi moriatur fideiuffor. Bofl.tit.de carcerat.fideiuff.committ.num 64. Roland. conf.58. n.5.lib.1. Ang. Aret.in §.fideiuffor.inftit.de fideiuffor. vbi tradit effe perpetuò notandum, Baiard. q.46. nu. 91. vbi concordantes adducit, & ibi Hier. Giacear. in addit.ad Clar.in d.q.46.num. 17.in litt. F, licet alij teneant, quod tranfeat ad hæredes, cum obligationes, & pœnæ conuentionales tranfeãt ad hæredes, Rol. conf.58.nu.2. & 5.vol.1. Becc.in conf 9. num. 14. vbi de cõi, Baiard.q.8.nu.7. fi verò in obligatione adeffet obligatio cameralis, et expreffè obligauerit hęredes, fine difficultate tranfiret ad hæredes ipfa obligatio vide latiffimè, Moder. Rom.q.34.n.12. cum plur.feq.

45 Vigefimusprimus modus eft, quãdo inftantia caufę effet perempta, quia fideiuffor dicitur liberatus Eug. conf.2.nu.18. & feq. vbi loquitur in fideiuffione de iudicio fifti, & de repræfentando, & latè Baiard. in d.q. 46.n.96. poft alios, quos allegat, & loquitur in fideiuffione de fe præfentando cum claufula toties quoties, licet fub nu.95. dicat Gabr. conf.181. nu.2. volum.1. & Viui.opin.208. contrarium tenere, & hanc opinionem veriorem firmat, Eug.in d.conf.2.nu.24. quando fideiuffio eft cõcepta cum claufula toties, & quoties, quicquid dici poffit fi fuiffet concepta per verbum, quandocunque, Mofcatell. in pract. fideiuff.mod.1. n. 17. vbi firmat, quod perempta inftantia fideiuffor fit liberatus etiã fi adeffet claufula toties, & quoties, fed an per fententiam abfolutoriam fideiuffor fit liberatus, vide Caualc.de brac.reg.p.2.nu.186.

46 Vigefimusfecundus modus eft, fi fuperior Reo repræfentando morte cõminaretur, & ob id Reus aufugeret, fideiuffor liberatur, Petr. Calefact. confil.87. nu.47.to.2 crim. Bertazzol.conf.135. nu.3. vol.2. vbi dicit, quod nec etiam fideiuffor teneretur illu repræfentare, etiam oblata fecuritate, vel fidantia, & idem tenet Baiard.in q.46 nu.66.in fin. & num. 100. & fub nu.67. dicit procedere, etiam fi fideiuffor promiferit præfentare nõ obftante quacunq, caufa de nouo fuperuenienti, & allegat Bo..r.in con..23.nu.8.

47 Vigefimustertius modus eft, vt fi principalis Reus fuerit factus clericus, fideiufsor nõ teneatur illum repræfentare. Bofs.tit.de carcerat.fideiufsor. committ. nu.42. & poft Card. & Bald firmat Baiard. in quęf.46. nu.105. Moder. Rom q.34.nu.78.

48 Vigefimusquartus modus eft, quando reus nõ fuiffet legitime citatus ad fe repræfentandum, quia fideiufsor non fuit legitimè citatus, vt latè eft videre per Eugen.confil.2. nu.1. cum plurib.feqq.

49 Vigefimusquintus modus erit, quãdo fuerit bis per fideiufsorẽ Reus præfentatus, quia dicitur liberatus, de quo tamen vide Modern. Rom. latiffimè in q. 34. nu.164. & feq. vbi teftatur etiam teneri in perpetuum illum repræfentare, quando adeft claufula toties, & quoties, idẽ tuetur Andr. Fachin. controuerf.iur.lib.9. c.78. & quid fi fuerit fimpliciter concepta obligatio, & quid fi adefset ad mandatũ Domini, & quid fi promifit femel, & rurfus, vel femel, & iterum, & quid fi promifit repræfentare pluries, atque pluries, & de his omnibus, & fimilibus promiffionibus vide eumdem Moder. Rom. in d.q.34. fed Mofcatel. in pract. fideiuf. mod.1.nu.21. & feqq. dicit extare decifionem Afflict. 150. vt talis fideiuffio expiret per vnicam repræfentationem, & Vinc. de Franch. decif.130. & 171. in fi. & iftam opinionem ipfe tuetur ab Vrfill. contrarium tenente, & ad contraria refpondet, & fub 27. tenet q per vnicam folutionem dicãtur etiam fideiufsores liberati per rationem ibi, per eum allegatam, licet Caualcan de brach.reg.p.2.n.242. ex traditis per Marf. in locis per eum allegatis videatur tenere, quod per
50 binam exactionem extinguatur, † Et fciat etiam defenfor caufæ, quòd vigore Bullæ Pij IV. fuper reformatione Tribunalium Vrbis, abfolutus nõ poteft adftringi ad inftantiam Fifci ad præftandam cautionem de fe repræfentando, & ego alias obtinui reuocari in Tribunali A, C. quandam fententiam, in qua quidam fuit abfolutus à crimine, fed tamen condemnatus ad præftandam cautionem de fe repræfentando toties, & quoties.

51 Sed Aduocatus in propofito fciat quod non ex abrupto, & ftatim fideiufsores funt adftringendi ad præfentandum Reum, fed habent tempus à lege præfixũ, fecundum aliquos in l.fancimus. C. de fideiufs. ex qua conceditur tempus fex menfium, vbi omnes Doctor. quæ lex procedit, non folum in ciuilibus, fed etiam in criminalib. Bofs.tit.de carcerat. fideiufs. committ. nu. 66. verf. & procedit etiam Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap.23. nu.23. verf.4. quia fex menfes, Modern. Rom.q.34.nu.145. in fine, vbi repræhendit. Menoch. caf.40. num.2. & feq. lib.2. dum videtur velle reftringere d.l. fancimus ad principalem debitorem, & non ad fideiufsores fed pro declaratione illius legis firmat, quod tunc dentur fex menfes ad reum præfentandum, quando promifit infra fex menfes illum præfentare, & fic infertur, quod detur tantum tempus ad præfentandum, quantum in fideiuffione eft expreffum, vt apertè legitur in d.l. fancimus verf. aliud tantum ei indulgere fancimus, fecundum quem intellectum fuit refolutum, & iudicatum per Senatum Pedemontanum tefte Ofafc. decif.47. num. 13. reprobatis Bar. & Rip. qui voluerunt indiftinctè dari femeftre, ad quod Aduocatus bene animaduertat, quia poteft fibi afferre magnum honorem in contingentia facti.

Si verò fimpliciter promiferit aliquem repræfentare, nullo adiecto tempore, & tũc Aduocatus faciat, vt fideiufsor petat in termino citationis fibi factæ ad repræfentandum, dari fibi terminum competentem, & alleget abfentiam principalis, & tunc non feruatur terminus d.l. fancimus, fed arbitrio iudicis præfigitur terminus, iuxta diftantiam loci, vbi commorari dicitur, feu alterius impedimenti, vt latè profequitur Menoch. de arbitr. caf.40. lib.2. vbi fub num. 13. & feqq. quod ab huiufmodi termini præfixionem non datur appellatio, fed bene datur recurfus ad principem, Baiard. in q.40. num.109. & dicit præfigi terminum arbitrio iudicis.

Et eo magis, fi fideiuffio cantet cũ claufula toties, & quoties, non præfigitur terminus d. l. fancimus, ac idem fi fideiuffio cantet ad omnem voluntatem, & mandatum iudicis, fed bene datur terminus, vel dilatio ad perquirendum, & certiorandum Reum, vt fuperius dixi & ita paffim hic i curia obferuatur, prout etiam teftatur Modern. Rom. in d.q.34. nu.149.

52 Sed quia diximus præfigi terminũ arbitrio iudicis,

iuxta

iuxta qualitatem loci,& personarum,si nesciatur quo in loco commoretur principalis, ideò ex coniecturis præsumi poterit eius longa,vel parua absétia,& ideò si is mercator sit, & solitus peregrè proficisci, ac ꝓbetur multas pecunias secum attulisse, vel quid simile fecisse, ex quo conijci possit illũ, & animo recessisse, vt dici abesse, possit ac quãdo vltimi fines Prouinciæ locus sit,à quo recessit,& ibi inhabitaret,tunc præsumitur esse extra territorium,vel prouinciam, & ob id tempus statuendum est arbitrio iudicis, inspecta personæ,& locorum qualitate, vt extra prouinciam perquiri possit,vt latè ostendit. Menoch.de arb.dicta cas. 40.nu.15.lib.2.

53 Et Aduocatus procuret fidem facere per testes, vel per alios modos de absentia suis principalis, quia si iudex non statuisset terminum ad perquirendum,& certiorandum,sed illũ denegaret, esset processus ipso iure nullus. Clar.q.34.num.1.vers.probabilis vero,vbi Baiard.post alios,quos allegat, nu.4. & ibi testatur de communi, Costa in tract.de subsid. Remedijs q.79.n. 6. vbi dicit;quod si excusator se obtulit probare causam impedimẽti,& iudex procedat ad vlteriora, processus vel erit nullus,vel reus venit restituendus,& talis terminus dari debet, etiam si non probetur causa absentiæ,Clar.d.q.34.n.2.refert quod Alber. testatur ita vidisse obseruari,& ibi Baiard.n.5. declarat Ruin. qui videbatur tenere contrarium,imò datur terminus per iudicem ad certiorandum , & perquirendũ Reũ, licet non probetur absentia,& ita praticatur,vt testatur Baiard.d.q.34.num.7. de qua absentia,latè dicam inferius suo loco.

54 Et scias quod regulariter pro singulo die sunt concedenda citato viginti milliaria, & vltra arbitrio iudicis, quod regulabitur ex qualitate locorum, & personarum, militibus autẽ, qui in expeditionibus armis onusti incedere habent, decem milliaria singulis diebus præfiguntur, & hoc quando iter facere debent per terram:in nauigationibus autem, ob ventorũ varietatem,& incertitudinem, præfigi tempus non potest,vt per Alciat.in l.3.de verb. signif. Menoch. latè cas.2.nu.6.cum plur.seq.lib.2.de Arb.sed sub nu.16. etiam in nauigationibus,communi vsu perpenso, statui posse dicit,ex quo impedimenta, & maris tempestas , & similia cessent ; & in omni termino in itinere faciendo detrahuntur dies Dominici , vt latè prosequitur Menoch.in d.cas.2.num.17.& seq.qui tandem videtur se restringere ad Clericos , sed quoad laycos quod subdantur dies Natalis Nostri Redemptoris , Paschatis,& Pentecostes solummodo.

55 Et scias etiam, quod quodlibet milliare constat ex mille pa ſibus , † & passus ex quinque pedibus, & pes ex sexdecim digitis,vt post Alciat.in l.mille passus. ff. de verb.signific.tradit Menoch in dict.cas.2.in princ. lib.2.de Arb.

Sed an fideiussor possit admitti ad purgandã moram, si vellet præsentare principalem post condemnationem , remitto lectorem ad ea , quæ dixi in meo tract.de pac.& treug.p.2. §.3. q.66. per totam, & Caualc.de brach.reg.p.2. num.241.qui loquitur postquam fuit condemnatus fideiussor, & non principalis.

Impensæ in capiendo, in perquirendo, & in fabricando processum à quibus solui debeant.

SVMMARIVM.

1 *Expensa facta in accusando, & processu fabricando debent solui per offensum,vel eius hæredes.*

2 *Quid seruetur in Curia Romana.*

3 *Expensa in perquirendo, & capiendo delinquentem, & in erectione , furcarum , ac pro suspensione debent solui per Dominum loci commissi maleficij.*

4 *Capientes bannitum debent consequi expensas facti à fisco.*

5 *Expensa facta ab officiali in capiendo malefactorem debent restitui per fiscum.*

6 *Alij autem tenent quod delinquentes teneãtur ad dictas ex pẽsas,& fiscus possit illas ab eis repetere.*

7 *Quod intellige, quando officialis fecit expensas propter fraudem,& dolum delinquentis,& esset officialis competens, secus si incompetens,nec per fraudem criminosi factæ fuerint, quia tunc criminosus nõ tenetur ad dictas expensas.*

8 *Expensa pro erectione furcarum , per salario carnificis , & similium spectant ad fiscum , nisi extaret consuetudo in contrarium.*

9 *Carcer debet fabricari sumptibus communitatis, custodia autem carceratorum adhiberi debet sumptibus Regis.*

CAP. V.

1 SEd quia in capiendo delinquentes,& illos perquirendo, ac in fabricatione processus multæ impensæ fiunt,ideò pro complemento præsentis 6.Defens. est videndum à quibus tales impensæ persolui debeant.

Quo vero ad expensas factas in accusando,& processum in fabricando , hæredes occisi,qui necem defuncti iudicialiter vindicare tenentur,sunt adstricti ad illas irrogandas,vt in puncto decidit Capell. Tholos. 45. decis. in princ. & hoc nullum dubium habere videtur,vt testatur Petr.Caball. in quæst.Crim. cent.3. cas.1.nu.1.& 2.Caualcan.de brach.reg. p.4. nu.321. qui loquitur etiam in impensis factis pro eaualcatis

2 † Quod male seruatur hic in Curia Romana , quia licet accusatores,& instigatores in transmissione commissarij pro capiendis indicijs ad partes,subministrẽt expensas , nihilominus deinde illas recuperant ab inquisitis quatenus indiciati deinde veniant de criminibus , pro quibus transmittitur commissarius, de cuius materia, & transmissione commissarij dicam latè infra in Defens. 13.

3 Aliæ autem impensæ in perquirendo, etiam capiẽdo delinquentes, & in furcas erigendo, vt suspendantur,videntur spectare ad Dominum, cuius est iurisdictio loci commissi maleficij , vt punctualiter cõcludit d.Cappel. Tholos.in dic.decis.41.in fin. Cassan. super consuetud.Burgund.titul.de confiscat. in verb. & appartient. vers.aduerte etiam fol.170. vbi expresè dicit , quod Dominus habent iurisdictionem tenetur de suo facere impensas,quæ fiunt in persequutione bannitorum, nisi sint expensæ , quæ fiunt in accusando. Bald.in c.1.sub num.3.in tit.hic finitur lex Federici in

4 vsib. feud. † & si quis capit bannitum , & expendit in captura

captura fiſcus tenetur illi expenſas reſtituere per tex. in l.mulier in opus Salinarum ff.de captu.& poſt lim. reuerſ.quam legem dicit, Bald.ad hoc eſſe notandã, & ibi eum ſequitur. Afflict.in 5.notab. num.5. verſ.ſed quæro,idem voluit Ang.de Peruſ. in Auth. de collat. §.iubemus el 3.in fin. verſ. ſed de vno poſſet dubitari
5 vbi tradit † quod officialis faciens ſumptus pro capiendo malefactorem , illos , recuperat à communi , ſeu fiſco,& Iul.Clar.in §.fin. q.29. num.7. etiam dicit quod ſi perſona priuata faciat impenſas in capiendo delinquentem, & illum Curiæ tradiderit poterit illas recuperare à fiſco .

6 Alij verò tenent quod ipſe criminoſus teneatur ad dictas impẽſas, & ſi fiſcus aliquid irrogauit in perquirendo,& alia contra eum faciendo,id ab eo repetere poſſit l.Circenſium. C. de Decurion.lib.10. vbi iudex Ciuitatis facit officiales ſuos fugientes ad curiam reuocari expenſis ipſius fugientis. Cappel. Tholoſ.dict. deciſ.41.in fin. vbi ad litteram firmat,quod iudex faciens expenſas in requirendo criminoſum, ab eo illas repetit,& Bart.in d. l. Circenſium formaliter dicit, ꝙ poteſtas poteſt expedere de ære communis pro perſequendo,& capiendo officiales communis fugiẽtes , ipſis tamen captis omnes expenſæ per ipſos debent refici,& reſtitui idẽ voluit Ang. de Peruſ. in l.lex cornelia §.ſi quis liberum num.5. ff. de iniur.& cum hac opinione pertranſit, Petr.Caball. in 3.centur.in ſuis. quæſt.crim.caſ.201.per totũ,& præcipuè ſub nu.20. quod concludit,fiſcus igitur aut,ipſe facit, aut faciẽti reſtituere tenetur impenſas irrogatas in perquirẽdo , & capiendo malefactorem , & in exequenda contra eum ſententia,quas deinde ab ipſo delinquente recuperat,Caualc.d.p.4.num.321.& dicit idem eſſe in expenſis factis pro caualcatis , vt teneatur accuſator , vel fiſcus, & prius dicit quid de expenſis,quæ fiunt in confortatorio, & alijs religioſis declara vt ibi per eũ.

7 Quod tamen intellige, quando dictas impenſas facit iudex competẽs ipſius malefactoris propter illius fraudem,dolum,ſiue contumaciam,quia forte ſubterfugit,vel immunitate Eccleſiæ ſe poſuit, vel inſidiãdo fecit ſumptus, ſecus ſi non eſſet iudex competens , vt ſi iudex laicus inſequeretur notoriè clericũ delinquẽtem , vel ſi eſſet iudex competens requireret Reum ignorantem,ſeu ſcientem,& in fraude,vel cõtumacia non repertum , puta infirmum grauiter , criminoſus non teneretur ad dictas impẽſas , cum in neutro caſu poſſit tali inquiſitio aliquid imputari , cum in primo caſu iudex ſit in culpa immiſcẽdo ſe rei ad ipſum nõ pertinenti in ſecundo quia nõ videntur expenſæ neceſſariæ, nec vtiles, ſed potius voluntariæ, vt videtur tenere Henric. Boich. in c. ad aures §.ſuper eo nu.6. verſ.nota de Simon. & ſequitur, Petr. Caball.in dicto caſ.1.nu.4.& ſeqq.cent.3.

8 Ac etiam intellige quod expenſæ pro executione iuſtitiæ , puta furcarum, carnificis, & ſimilium pertineant ad fiſcum,Iul.Clar.§.fin.q.99.nu.5. niſi extaret conſuetudo in contrarium vt ipſa ciuitas,vel communitas loci ad illas teneatur , prout viget ĩ multis locis, quia tunc ab ipſa conſuetudine non erit recedendũ , vt firmat, Iul. Clar. vbi ſuprà poſt Cappell.Tholoſ.in dicta deciſ.41.& ſequitur Petr.Caball.in dic. caſ.201. nu.14.Cent.3.Caualc.d.p.4.nu.321.circa fin.

9 Fabricatio Domus ad vſum carceris pertinet ad communitates locorum cuſtodia autem carceratorũ pertinet ad Regem,ſeu Dominum locorum,quorum eſt iuriſdictio,Iul.Clar.q.46.num.3. vbi dicit hoc eſſe de iure,& conſuetudine receptũ,licet ibi ſubdat quod in multis locis viderit contrarium obſeruari .

An in expenſis irrogatis per fiſcum contra delinquentem , fiſcus ſit alijs creditoribus præferendus .

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus eſt præferendus alijs creditoribus in expenſis factis contra delinquentem ſecundum vnam opinionẽ.*

2 *Niſi creditores proteſtati fuiſſent,antequam expenſæ fuiſſent irrogatæ per regem .*

3 *Alij autem tenent , quod fiſcus circa dictas expenſas non ſit priuilegiatus , neque alijs creditoribus præferatur .*

CAP. VI.

1 IN iſta quæſtione Affl.in c.1. §. ſed & bona committentium nu.119.tit.quæ ſint regalia tenet,quod fiſcus ſit alijs creditoribus in dictis expenſis omnino præferendus,& etiam,ibi refert quod D.Antonius de Baldaſſinis Regius Conſiliarius ſibi dixerat , quod ita fuit iudicatum per conſilium Regis Caſtellæ,cuius opinionem rationibus, & fundamentis comprobat , & ſequitur Pereg.de iur.fiſc.lib.5.tit.1.num.193. & ſeq. & ibi etiam ad rationes pro cõtraria parte adductas reſpondit , pro vt ego retuli in meo tract.de confiſc. bonor.concl.33.nu.16.

2 Quam opinionem veram ibi Afflict.putat eſſe, niſi creditores proteſtati fuiſſent antequam impẽſa facta eſſe per Regem , quia in tali expenſa non intendebat contribuere,vt refert, Petr.Cabal.in q.crim. Cent.3. caſ.201.nu.25.

3 Contrarium autem quod fiſcus circa dictas expenſas non ſit priuilegiatus,& quod alij creditores ſint ei præferendi tenuit,Gig.in tract. de crim.læſ.maieſt.in vlt.part.tit.de plur.& var.quæſtio. q 12. vbi refert dictam deciſ.Afflict.de Peregr. & amplectitur deciſ. Auenionen. 121.nu.4.& ſeq.Baiard.in queſ.78. nu.169. & ſeq. & eamdem opinionẽ ego ſequutus fui in dicto meo tract.de confiſcat.bonor.concl.23. nu.16.in fin. cum qua opinione etiam tranſit . Iacob. de Aiello in tract. de Adoa, & Ileuio in princ.& nu.41. & eamdem dpinionem veriorem , & melioribus rationibus fulcitam dicit Petr.Cabal.in qq crim.Cent.3.caſ.201. n.31. Qui Petr.Caball.ibi refert, quod caſus iſte alias in Ciuitate Florentiæ fuiſſet plene diſcuſſus, & tandẽ in fine delicti caſus videtur concludere,quod fiſcus in expenſis recuperandis ex bonis confiſcatis delinquẽtis non præferatur creditoribus ex cõtractu, ſed bene ipſi creditores ei anteponantur,& ſub nu.47.adducit multos Doctores,& in ſpecie Conar. var. reſol. lib.1. cap.16.nu.8.Clar.q.78.nu.31.Becc. conſ.57. num.7. Peregr.de iur.fiſc.lib.4.tit.fin.nu.11. & eamd.opinionem tenet Caualc.de brach.reg. p.4. num.421. verſ.& an expræſsè , & ex his ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis , & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ ſit impoſitus finis huic 6. Defenſioni .

DEFENSIO VII.

Circa praeceptum, & mulctam.

Praeceptis, & mulcta quando iudex vti possit contra delinquentes.

SVMMARIVM.

1 *Praecepta pœnalia ad informandum Curiam sunt de iure reprobatà, licèt in aliquibus locis seruentur.*

2 *Praecepta praefatā debent emanare cum causa, alias non tenent.*

3 *Causa autē an sufficiat generalis, pura pro homicidio, an generalissima praecepta ad informandum curiam, an debeat exprimi causa particularis puta pro homicidio commisso in personam Titij.*

4 *Praecepta pœnalia nō possunt fieri, nisi à iudicibus habentibus iurisdictionem, & merum Imperium.*

5 *Praecepta pœnalia non possunt fieri sub pœna confiscationis bonorum, nisi in quibusdam casibus.*

6 *Appellatio admittitur à mulcta iniustè irrogata.*

7 *Mulcta imposita maior, quam possit imponi, an sit nulla, & si pœna non fuit expraessa, quae intelligi possit per iudicem.*

8 *Citatus ex aliqua iusta causa, vel etiam colorata, excusatur à mulcta, & ibi ponuntur exempla.*

9 *Mulcta vt irrogari legitimè possit, q actus requirātur.*

10 *Mulctae pœna vt totaliter euitetur, Aduocatus deducat aliquam iustam, seu iniustam causam ad fauorem contumacis.*

CAP. I.

QVoniam, vt plurimū, contigit, quod rei non capiantur, ideò iudices solent deuenire ad alia remedia contra dictos delinquētes, &, vt plurimum, in Statu Ecclesiastico deueniunt ad praecepta pœnalia cum cōmunatione pęnae ad informandū Curiam, quę practica de iure omnino reprobata est, cum praeceptum non debeat esse initiū inquisitionis, cū mulcta imponi non possit, si formāda sit inquisitio. Rol. cons. 47. nu. 44. vol. 2. Brun. cons. 87. nu. 46. Bertaz. cons. 354. vol. 2. Baiard. q. 31. nu. 14. & seq. & Iul. Clar. in d. q. 31. n. 6. dicit in Ducatu Mediolani nō posse procedere iudices ad dicta praecepta sine licentia Senatus, & ita fuisse prouisum in tit. de accusat. §. omnibus. Modern. Rom. q. 18. nu. 54. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 58. nu. 5. in fin. latè Caualc. de brac. reg. p. 2. nu. 298. vbi reddit bonas plures rationes, vbi etiam firmat, quod in patria sua seruatur idem, quod seruatur in Statu Ecclesiastico.

2 Sed talia praecepta debent emanare cū causa, quia, si fiant sine causa nō sustinentur l. fi. & ibi Doct. C. de
3 proc. l. filiusfamilias, ff. de legat. 1. Sed † dubium est an sufficiat causa generalis, puta pro homicidio, an generalissima, puta ad informandā Curiam, vel pro nonnullis concernētibus interesse Curiae, & Fisci, an verò debeat exprimi causa specialis, puta pro homicidio commisso in personam Titij, Mod. Rom. d. q. 18. n. 55. ex traditis per Alex. Rol. & Boss. firmat concl. esse, q post formatā inquisitionem, seu accusationem potest moneri ad comparendū pro nonnullis concernentib. interesse Camerae, vel Fisci, etiam sub poena cōfessi, & conuicti criminis, aliter non expressa specie criminis; ante vero accusationem, seu inquisitionem nō potest citari, & moneri, nisi sub poena pecuniaria, & ita passim obseruatur, vide Baiard. q. 31. num. 16. & seqq. latè Scacc. in tract. cri. lib. 1. c. 58. nu. 4 & seq. n. 11. & seqq. tradit etiam quando iste modus procedendi per praecepta sit fisco vtilis vel damnosus. Caualc. de brach. reg. p. 2. nu. 299. & seqq. etiam refert sub quibus pęnis fieri possint dd. praecepta, & sub nu. 304. ponit causas legitimas propter quas supremis iudex possit deuenire ad dicta praecepta.

4 Nec similia praecepta fieri possunt, nisi à iudicibus habentibus iurisdictionem, & merum Imperiū l. aliud est fraus §. inter mulctā. ff. de verb. signif. Menoch. de arb. q. 79. nu. 9. & seqq. vbi alios allegat, Mod. Rom. d. q. 18. n. 46. vbi de cōi, & ibi infert quod non possit imponi per procuratorem Fiscalem l. 2. & 3. C. de mod. mulct. Bened. Plot. cons. 3. n. 2. & seq. to. 2. cri. vbi dicit idem esse in deputatis ab Vniuersitate, & Villis, idē in Arbitris, nisi à partibus fuerit cōcessa facultas mulctandi, idem in delegato ab inferiore à Principe, secus in delegato à Principe, & ibi Moder. Rom. sub nu. 47. & seqq. concordantes allegat, & quod non possint fieri nisi à supremo iudice. Caualc. de brach. reg. p. 2. num. 301. vbi etiam alios adducit.

5 Nec potest fieri pręceptū sub poena confiscationis bonorū Iul. Clar. q. 31. n. 6. Horat. Carpan. super Nouis Const. Mediol. in c. omnium num. 38. Bursatt. cons. 225. n. 3. vol. 2. Doct. adducti per Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 99. n. 4. & 5. Baiard. q. 31. nu. 22. Caualc. d. p. 2. num. 302. nisi essemus in enormissimis delictis, vt post Bursatt. in d. cons. 225. n. 21. Horat. Carpan. in d. c. omnium n. 39. Scac. d. c. 99. n. 5. vel nisi essemus in iudice supremam auctoritatem habēte, qui potest citare testem etiam sub pena confiscationis bonorum, vbi aliter veritas haberi non posset, vt post Bal. in cap. 2. de testib. cogen. Addent. ad Horat. Carpan. in d. c. omniū n. 39. in lit. B, & Caualc. de brach. reg. d. par. 2. nu. 307. docet qūo testes recusantes comparere possint mulctari, & quod post trinā monitionem testis sit suspectus de subornatione, & ob id possit contra eum formari inquisitio de pecunia accepta, & in contumaciā condemnari iuxta poenam leg. Corn. de fals.

6 Et qn̄ indebite, nulliter, & iniuste mulcta infligitur, pōt ab ea appellari, l. & in mulctis, C. de appel. l. si qua pęna, ff. de verb. sign. Bened. Plo. in cōs. 3. n. 22. t. 2. cri. Bos. tit. de mulcta, n. 22. & seq. Mod. Rō. q. 218. n. 58.

7 Et si fuerit imposita mulcta maior, quam possit imponi, an sit nulla, vide latè Scacc. in d. c. 99. nu. 8. & sub nu. 7. declarat, si multa non fuerit expraessa in praecepto, quae imponi possit à iudice.

8 A mulcta autē excusabitur citatus, si ex aliqua iusta causa, vel colorata cōparere non potuit. Plot. d. cons. 3. n. 6. & 18. Menoch. de Arb. cas. 153. n. 2. & seq. lib. 2. cum alijs cumulatis, per Mod. Rom. in dic. q. 18. n. 40. & seq. vbi subdit: idemque erit, si fuerit citatus ad locum non tutū, Menoc. d. c. 153. n. 6. & seq. ponit inter casus loci non tuti, metū iudicis minantis, inimicorū, belli, pestis, ac tempestatis maritimae, & Plot. d. cōs. 3. n. 29. ampliat, vt sufficiat timor qualis, qualis, tēpestatis, parui incursus hostiū, & quaelibet parua causa, seu paruum impedimentum, de quibus etiā per Foller. in prac. cri. canon. c. 10. verb. non comparentes contumaces, n. 51. & ideò defensor sciat bene allegare aliquas causas ex supradictis, & ad tollendam omnē cauillationem procuratoris fiscalis, offerat illas se velle probare, & de eis aliquam fidem ostendere.

9 Ac

9 Ac etiam Aduocatus animaduertat ad modũ, quẽ adhibuit iudex in procedẽdo ad mulctã, quia vt bene inflicta dicatur, 1. requiritur monitorium cum termini præfixione ad se defendendũ, & deinde debet citari ad allegandũ, & dicendum causam, quare propter incursam contumaciã & non cõparitionẽ mulctari nõ debeat, & postremò debet citari perẽptorie ad sentẽtiã, & videndũ se condemnari in comminatã mulctã, alias hac citatione ommissa, condẽnatio erit nulla, & iniqua, & debet statui nouus terminus, vltra illũ præfixum in 1. monitorio, etiam quod in monitorio fuerit dictum ꝙ Reo non comparente, vel non obediente, deueniretur contra eum ad mulctam, eo amplius nõ citato, neque vocato, latè Bened. Plot. d. cons. 3. n. 16. & seq. Bonac. com. opin. p. 1. pag. 116. a ter. col. 1. vers. fi. cum alijs cumulatis per Modern. Roman. quæst. 18. num. 44. vbi in fine ponit formam mulctandi, & quod debeat præfigi terminus antequã deueniatur ad mulctam, tradit etiam Baiard. q. 31. num. 24. latè Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 99. n. 9. vbi alios allegat, & testatur de communi: ad quod Defensor, vt dixi, animaduertat, quia sępè vidi in Curia mulctarum condemnationes, & maxime in partibus factas annullari.

10 Et deinde pro totali liberatione potest Aduocatus deducere, vltra superius adducta, n. 8. ꝙ non comparuit citatus, si non ob incompetentiam iudicis, saltim ob aliquã causam coloratã, quãuis iniustã, vt per gl. magn. in fi. l. vnica §. hoc iudiciũ, ff. si quis ius dicen. nõ obtemper. quã Doctores cõmuniter sequuntur, & illos refert, & testatur Hier Hispan. in tract. com. cõtra com. q. 149. per totã & illam a contrarijs defendit, & ibi ponit exẽpla, & præcipuè si quis ob obliuionẽ, & quia non credebat iudicem sic festinaturum, non iuit ad iudiciũ: & sic excusetur a pœna contumaciæ.

Mulcta quid contra Reum mulctatum operetur.

S V M M A R I V M.

1 *Mulcta inflicta contra non comparentem solet substinere inquisitionem, quæ alias non substineretur, quia non dicuntur legitima indicia præcessisse secundum practicam Clar.*

2 *Author enim hic totaliter reprobat huiusmodi Iul. Clar. & sequacium practicam.*

3 *Mulcta inflicta probata paupertate, si mulctatus cõpareat, in totum remitti potest, vel saltim diminui.*

4 *Mulcta semel remissa propter paupertatem, non potest amplius exigi licet mulctatus perueneiit ad pinguiarem fortunam.*

5 *Aly autem tenent, probata paupertate, vt mulctatus admittatur ad compositionem, quæ compositio non sit minor quarta parte totius summæ, sed tandem remittitur arbitrio iudicis, & solet fieri ad rationem duorum, vel trium pro centenario.*

6 *Mulcta inflicta ad fauorem partis non potest remitti per iudicem, sicut alia damna, expensæ, & interesse.*

7 *Mulcta non potest irrogari à procuratore fiscali à deputatis à Ciuitate super Annana, à Comite Palatino, & ab alys non habentibus iurisdictionem.*

C A P. II.

1 MVlcta inflicta contra non comparentem secundum Iul. Clar. in q. 20. n. 3. solet coadiuuare, & corroborare intentionem fisci, vt substineatur inquisitio transmittenda contra Reum, & ob id si non habent indicia sufficientia ad inquisitionem formandã, relaxet capturam, vel mittat præcepta cum mulctæ comminatione, quia dicta multa sequuta probabit fugam dicti inquisiti, ex qua deinde iustificabitur inquisitio, quam Iul. Clar. Practicam, & cautelam referunt, & sequuntur Moder. Rom. q. 1. n. 45. Sigism. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 84. nu. 7. sub vers. sufficit etiam.

2 Sed defensor caueat, quod Iul. Clar. ibi præsupponit, ꝙ alia adsint indicia & iuncta fuga, deinde probata per dicta præcepta, oriatur indicium ad transmittendum inquisitionem, & ideò si adesset sola querela, vel accusatio non suffragetur fisco talis practica, & cautela. Iul. Clar. vt animaduertit etiam Scacc. in d. c. 84. num. 7. versiculo sufficit enim, & ego pluries vidi in processibus de partibus transmissis ad Vrbem, iudices vsos fuisse huiusmodi practica, & cautela ad substinendam inquisitionem in quibus aderat sola quærela, vel accusatio, qui deinde fuerunt declarati iniusti, & sententiæ inde secutæ contumaciales fuerunt reuocatæ.

Ac etiam habita notitia de captura commissa cõtra Reum, vel de præceptis transmissis ad informandam Curiam ad tollendum indicium fugæ, ne iudex possit transmittere deinde inquisitionem super delicto impicto, poterit procurator, vel alius excusator pro absente comparere, & allegare absentiam inquisiti ex aliqua iusta, vel rationabili causa, & ob id postea erit sublatum indicium fugę, Tob. Non. cons. 99. n. 12. Paris. cons. 193. n. 19. vol 4. Ioan. de Amic. cons. 7. nu. 18. & in cons. 37. n. 10. Baiard. q. 2. num. 71. qui loquitur quando quis discessit causa visitãdi aliquem amicum, vel propter partialitates, vel propter alias causas similes, vltra quod dicta practica mihi non videtur bona, nec rationabilis, cum in dubio semper præsumatur discessus in bonam partem, & non occasione delicti, Rip. respons. 161. num. 3. Tob. Non. consil. 99. num. 12. Rimin. Iun. cons. 638. num. 8. & seq. volum. 6. Baiard. quæst. 21. num. 71. eoque magis est dicendum, cum talia præcepta, vel captura committantur post porrectam quærelam, vel accusationem, ideò censeatur accusatus latitare non occasione delicti, sed causa euitandę vexationis, Rip. d. respons. 161. n. 3. Rim. Iun. cons. 534. n. 67. vol. 5. vbi dicit iure, vel iniuria cauẽdũ ab ingressu carcerũ esse, cum in ipso ingressu portæ carcerũ claues paratas habeant, sed egressus postea difficilis reddatur, & Dec. in respons. 93. n. 115. vol. 3. refert ꝙ Alcibiades dicebat ꝙ ipse nec etiã de propria matre confideret, ne forsan ignara pro calculo albo, nigrũ in Vrnã poneret, & ideò etiã innocentes carceres fugere debent, & quod innocens stultus erit, qui si poterat aufugere si quærebat in carceribus absolui, & Peguer. decis. 17. n. 32. etiam dicit, quod si quis ex sola suspicione, quod contra eum formetur inquisitio, aufugiat, indicium non oriatur, idem voluit Marsil. in Pract. crim. §. diligenter num. 42. & in sing. 497.

3 Sed si post inflictam mulctam mulctatus cõpareat, poterit per iudicem mulcta remitti, mulctati paupertate probata, Moder. Rom. q. 18. n. 50. vbi latè, & alios allegat Petr. Caball. qq. crim. cas. 77. num. 9. & seqq. vbi etiam concordantes allegat, & expræssè tenet, quod iudex, probata dicta paupertate, vel mulctam in totum remittere, vel diminuere tenetur.

Baiard.q.31.n.32.& q.95.n.18.prout ego pluries in facto obtinui,vbi Baiard.in d.q.95.n.20.poſt Boer.di-
4 cit † quod mulcta ſemel remiſſa propter paupertatē non poterit amplius exigi,etiam ſi,ille cui ſic remiſſa fuit, ad pinguiorem peruenerit fortunam, Martin. Laud.de fiſco.q.87.& ego dixi in tract.de confiſcat. bonorum.concluſ.13.ampl.20.num 4.

5 Alij autē tenent,ꝙ, probata paupertate,iudex admittat mulctatū ad cōpoſitionē, quæ nō ſit minor 4. p.totius mulctę,Iul.Clar.q.95.n.8.verſ.hæc autē omnia,& Petr.Caball.d.caſ.77.n.9.in fi.ſed Baiard.in d. q.95.n.18.dicit,ꝙ ipſe obſeruari non vidit,vt compoſitio non ſit minor 4. p.totius ſummæ,ſed bene quod fiat compoſitio arbitrio iudicis,& ſæpè ſoleat fieri ad rationem duorum, vel trium pro centenario, & aliquando in totum, facta obediētia,etiam ſine paupertatis probatione, prout ego etiam pluries hic in curia obtinui, & in ſpecie tempore quo Ill. Cardinalis Taberna erat Gubernator Vrbis pro quodam Chri-
6 ſtophoro Aurifice † Sed iudex non poterit remittere mulctam inflictam ad fauorem partis, vt poſt alios, quos allegat,ita firmat Petr.Caball.in d.caſ.77.n.11. & ſeq.vbi addit bonam rationem,& Baiard.q.95.nu. 19.& 21.vbi firmat,quod iudex non poſſit,neque mulctam parti applicatam,neque damna & intereſſe per eamdem partem paſsa ex cauſa dictæ contumaciæ, remittere.

7 Sed Defenſor caueat ꝙ nō omnis Magiſtratus poteſt cōminare, & infligere mulctā, ſed tantū ij, qui iuriſdictionē habent,Plot.conſ.3.n.2.vbi etiam ſubdit, & ob id procurator fiſcalis Deputati in ciuitate ſuper Annona, & comites palatini,qui non habeant iuriſdictionem, dictam mulctam infligere non poſſunt. Modern.Roman.q.18.num.48.

8 Nec poterit per iudicē cōminari in cōtumacia cōfiſcatio bonorū,Iul.Clar.q.31.n.6.verſ.tamen poteſt, & Doct.adducti ibi per Baiard.n.28.& ſeq.de quo latè dixi in meo tract.de confiſc.bonor concl.13.ampl. 20.n.1.& ſeq.& ſuperius in præcedenti c.vbi etiā dixi quando habeat locum l.cos C. de modo mulctum.

DEFENSIO VIII.

Circa annotationem, & confiſcationem bonorum.

De bonorum annotationem, & confiſcatione.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio bonorum non fit niſi in caſibus, in quibus infligitur confiſcatio bonorum, & non particularis pœna.*

2 *Annotatio bonorum non fit,niſi poſt contumaciam,vel ſaltim antequam aſſumantur indicia.*

3 *Confiſcatio bonorum eſt ſublata in omnibus caſibus præter quā in crimine hæreſis & læſæ maieſtatis per Auth.bona damnatorum,C.de bon.præſcript.*

4 *Confiſcatio bonorum per dictam Auth. bona damnatorum non ſolum eſt ſublata in caſibus,in quibus conſequentiam imponebatur,ſed etiam in caſibus,in quibus erat expræſsè inflicta.*

5 *Auth.bona damnatorum non correxit confiſcationem, vel pœnam particularem, vel aliquam quotam, puta dimidiam, tertiam, vel aliam partem bonorum a iure inflictam.*

6 *Confiſcatio bonorum præſcribitur ſpacio quinquennij a die condemnationis.*

7 *Præſcriptio per l. bene a Zenone quando procedat.*

8 *Confiſcatio bonorum etiam quo ad legitimam Trebellianicam, fideicommiſſa, & ſimilia quomodo euitari poſſit remiſſiuè.*

C A P. I.

1 QVia de iſta Defenſione latè dixi in meo tractatu de confiſc.bonor.quem (ſi Deo placuerit)in ſecunda editione magis per extēſum protrahā,& huiuſmodi confiſcationis materiā maiori cū extenſione tractabo: Ideò remitto lectore ad ipſum tractatū, & hic ſolū referā,ꝙ annotatio bonorū non fit,niſi in caſibus,in quibus pro delicto poteſt infligi vniuerſalis bonorū confiſcatio, & non alia pœna particularis,vt retuli in d. tract. de cōfiſc.bonor.concl.4.n.7.& ibi Doctores in puncto adduxi,& præcipuè Flam.Cart.de exec. ſent.capt.Bannit.c.1.n.19.Scacc.iudic.lib.1.c.97.n.16.vbi teſtatur
2 de communi,Nec fieri debet niſi poſt contumaciam, licèt hodie non ſeruetur, cum fiat antequam ſequatur contumacia,imò antequam tranſmittatur citatio, vt tradit Scac.in tract.crim.lib.2.n.16.vbi tamen concludit,quod non fiat,niſi ſint ſaltim aſsūpta indicia,latè Peregr.de iur.fiſc.tit.1.lib.5.n.197.& ego dixi in d. tract.de confiſc.concl.4.n.11.Sed per nouam conſtitutionē Pauli V.inuentarium poteſt fieri in omni crimine pro quo venit imponenda pœna capitalis, vel confiſcationis bonorum, vel alia notabilis pœna, vt legitur in rubr.de iudicib.crimin.vrbis.

3 Et quod hodie ſit ſublata dicta confiſcatio bonorū omnibus caſibus per dictam Auth.bona damnatorum præterquam in illis duabus caſibus,videlicet, hęreſis, & læſę maieſtatis in ea expreſſis, & omnia iura antiqua ſint correcta, teſtatur Iul.Clar.q.78.nu.1.Moder. Ro.n.q.25.in princ.Bertazzol.conſil.82.& ſeq.n.18. vol.1.Peregr.de iur.fiſc.lib.5.tit.1.nu.4.Petr.Cabal.in qq.crim.caſ.137.nu.18.Et non ſolum per dictā Auth. bona damnatorum ſunt ſublata,& correcta iura antiqua,vbi confiſcatio bonorū in conſequentiā imponebatur, verū etiā vbi expreſsè a iure, vltra dictos duos caſos fuerat expreſsa Tob.Non.conſ.104.n.7.& ſeq. Moder.Rom.q.25.n.9.& ſeq.vbi de cōmuni Pereg.di lib....tit.1.n.9.Houd.conſ.95.per tot.& ſub n.31.vol. 1.teſtatur ita ſeruari communiter per totum orbem.

5 Sed tamen per d. Auth.bona damnatorū non ſunt correcta iura, quę imponunt,nō vniuerſalem bonorū confiſcationē,ſed alias pęnas particulares,vel aliquā, quotā, puta dimidiam tertiā,vel aliam quotam bonorum Boſs.tit.de bon.public.n.79.Boer.deciſ.264.nu. 15.Peregr.de Iur.fiſc.lib.5.tit.1.ſub n.11.verſ.amplia autem,& latiſſimè Petr.Caball.in qq.crim.cent.3.caſ. 138.per totum, vbi alios concordantes allegat.

6 Et talis confiſcatio præſcribitur per quinquenniū a die condemnationis ſine publicationis,vt illam amplius fiſcus prætendere non poſſit; idem erit quando agitur contra defunctum in cenſibus,pro quibus eius memoria damnari poſſit, vt Fiſcus amplius confiſcation.pretendere non valeat elapſo quinquennio a die obitus delinquentis,vt latè dixi in d. tract. de confiſc. bonor.concluſ.15.per totam.

7 De præfcriptione autem per l. bene à Zenone,& l. 2. C. de quadrien. præfcript. pro nunc vide nouiffimè Hier. Hifpan. in tract. com. contra com. q. 722. per totam, vbi alios concordantes allegat, & ibi declarat quando d. l. bene a Zenone procedat,& de ea latius dicam in 2. impreffione d. tractat. de confifc.

8 Quibus modis, & cautelis euitari poffit confifcatio bonorum, Aduocatus adeat dictum meum tractatum de confifc. bon. conclus. 27. per totam, vbi pofui cautelas ad euitandam confifcationem totius patrimonij Trebellianicæ legitimæ bonorum emphitheuticorum,& feudalium,ac Maioratus.

DEFENSIO IX.

Circa Inquifitionem.

Inquifito quomodo fit tranfmittenda, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Inquifitio non poteft tranfmitti, nifi præcedentibus legitimis indicijs.*
2 *Sententia contumacialis lata non præcedentibus legitimis indicijs vigore Bullæ Pij V. non fubfiftit.*
3 *Indicia præcedere debent inquifitionem, fiue procedatur per viam inquifitionis ex difpofitione iuris, fiue alicuius ftatuti.*
4 *Iudex in monitorio, vel inquifitione afferens reum fuiffe diffamatum non fubftinet inquifitionem, nifi præcedant legitima indicia.*
5 *Inquifitio fine legitimis indicijs non poteft tranfmitti vigore cuiufcumque arbitrij.*
6 *Quod procedit etiam in crimine læfæ maieftatis.*
7 *Iudex procedens fine indicus ad inquifitionem tenetur in findicatu ad damna,& intereffe partis.*
8 *Princeps non poteft mandare, vt inquifitio tranfmittatur, fine legitimis indicijs.*
9 *Limita,& declara, vt hic per Authorem.*
10 *Inquifitio fine legitimis etiam indicijs fubftinetur, fi per patrem non opponatur.*
11 *Inquifitio non poteft admitti, nifi præcedente diffamatione.*
12 *Sine procedatur per inquifitionem, fiue per accufationem.*
13 *Iudex vigore arbitrij contra non diffamatum non poteft procedere.*
14 *Quod tamen de confuetudine totius mundi non obferuatur fecundum Iul. Clar.& alios; fed indicia loco diffamationis fuccedunt.*
15 *Contrarium autem poteft fubftineri contra Iul. Clar. & fequaces.*
16 *Princeps retenta opinione iuris communis non poteft mandare, vt procedatur ad inquifitionem, non præcedente diffamatione.*
17 *Diffamatio quomodo probari debeat.*
18 *Inquifitio tranfmitti non poteft, nifi conftito de corpore delicti.*
19 *Inquifitio non poteft tranfmitti, nifi feruetur forma ftatuti loci.*
20 *Inquifitio non tranfmittitur nifi cum tenore totius delicti.*
21 *Contrarium feruatur de confuetudine in aliquibus locis.*

CAP. I.


Ed quia conftito de corpore delicti poft accufationem, vel quærelam, vel poftquam iudex incœpit afsumere informationes fuper delicto, ac poft decretam capturã, vel poft præcepta ad informandum Curiam emanata,& poft annotationem factam de bonis confifcandis, fi reus non cõpareat, vel nõ fuerit captus, per Curiã deuenitur ad formandã inquifitionẽ, & illius tranfmiffionẽ fuper delicto, de quo Reus imputatur,& in Curia appellatur monitoriũ. Ideò modo folũ videamus quæ defenfiones poffint refultare ad fauorẽ inquifiti ex ipfa inquifitione, vel monitorio: fed quia ea, quæ longa ferie fuerunt deducta fupra in defenfione contra accufationem fuffragantur inquifitio etiam in ifta defenfione cõtra inquifitionem,& monitorium: ideò referam tantummodo, quæ non fuerunt deducta in d. defenfione, contra Accufationẽ,& magis huic præfenti Defenfioni conueniunt, fed latius dicam de materia inquifitionis in 2. lib. vbi proprie erit eius fedes.
1

Et principalis defẽfio erit, quod fuerit formata inquifitio,& tranfmiffum monitoriũ, non legitimis præcedentibus indicijs contra Reum;& ideò illã effe nullam. Clar. q. 5. verf. fcias tamen, & q. 6. ne fit in arbitrio iudicis quofcunque vexare, & homines viuos fuffocare,& in q. 20. nu. 3. teftatur de communi, Plot. cõfil. 52. num. 17. vbi firmat, quod ifta indicia debent redigi in actis. Grat. confil. 50. nu. 10.& feq. vol. 2. Boff. in tit. de inquifit. num. 21. latè Moder. Rom. q. 1. nu. 4. vbi alios allegat,& teftatur de communi, & quod eft trita conclufio,& latè Magon. decif. Lucenf. 22. nu. 2. & feqq. Rim. Iun. confil. 683. nu. 48. volum. 6. Cauale. in pract. de teftib. p. 2. nu. 108. latè Marcab. ab Anguil. conf. 50. nu 7.& feq. Turret. conf. 66. num. 1 Scacc. in tract. crim. lib. 1. cap. 84. nu. 3.& 37. & latè in cap. 97. nu. 198. quod eft difpofitum etiam per Bullam Pij V.

2 † vt non poffit fententia contumacialis fuftineri, nifi præceffërint legitima indicia, faltem ad inquirendum. Andr. Fach. controuerf. iur. lib. 9. c. 40. vbi etiam mentionem facit de d. Bulla Pij V. de quo, Deo fauente, dicam latè in fecundo libro.

3 Et hoc eft verum, fiue procedatur per viam inquifitionis, ex difpofitione iuris communis, fiue iuris municipalis. Clar. q. 5. verf. fcias, tamen, & quæft. 6. Magon. d. decif. 22. num. 4.

4 Nec fufficeret, fi iudex in ipfo monitorio, vel citatione, feu inquifitione, reum de inquifitis fuiffe diffamatum dicat, quia eius affertioni non ftaretur. Plot. conf. 52. nu. 17. lib. 1. Iul. Clar. q. 31. nu. 2. Menoch. de arbitr. q. 76. num. 8.& feq. lib. 1. Magon. d. decif. 1. Lucenf. 22. num. 2.& num. 5. vbi maximè dicit procedere in rebus non modici præiudicij,& quod d. indicia debeant effe redacta in proceffu, feu in baftardellis.

5 Imò nec vigore cuiufcunque arbitrij poterit trafmittere monitorũ, nifi præcedentib. legitimis indicij. Marf. con. 25. nu. 5. Grat. conf. 97. num. 8. lib. 1. Rolãd. conf. 3. nu. 11. lib. 1. Magon. d. decif. Lucẽf. 22. nu. 8. & ibi addentes in litt. B, Modern. Rom. q. 1. num. 43.

6 Et hoc procedit etiam in crimine læfæ maieftatis, vt præcedere debeat legitima indicia ipfam inquifitionẽ. Ang. de malefic. in verb. *che hai tradita la tua Patria*, in princ. Roland. conf. 57. nu. 10. & 12. lib. 4. Dec. refponf. 18. nu. 52.& feq. vol. 1. Moder. Rom. q. 1. num. 44.

nu.44.vbi tamen subdit, quod in isto, & alijs similibus causis occultis, leuiora indicia sufficiant, quam in non occultis.

7 Item iudex producens ad inquisitionē sine legitimis indicijs, in Syndidatu potest conueniri ad damna & intesse partis. Roland.cons.94.nu.13.lib.4. & cōs. 17.nu.9.lib.3.Farinc.q.1.nu.44.Magon.decis.Lucens. 22.num.13.& ibi Addentes in litt. B, in fin.

8 Nec princeps potest mādare vt trāsmittatur inquisitio, non precedentibus legitimis indicijs. Plot.cons. 60.nu.2.in fin.& nu.4.lib.1. Boss.tit.de inquis.nu.23. Magon.d.decis.Lucēs.22.nu.6.vbi addentes in litt.B, licet Bald.in l.nullus nu.1.C.ad l.Iul. Maiest. quem refert Ang.de malefic. vers. quod fama publica num.5. contrarium teneat Moder.Rom.q.1.nu.41.post Boss. in tit.de inquis.nu.23.Canal.in pract.de testib.part.2. nu.109.Fab.Turret.consil.66. num.2.

9 Aduocatus aūt in hoc caueat, quòd si Princeps mādat Motu proprio, & ex certa sua scientia, vel quia in cōmissione dixit sibi cōstare de crimine, tunc sit vera opinio Bal. quia consciētia Principis supplet omnem defectum. Iul.Clar.q.64.nu.11. Plot.d.cons.60. nu.6. Magon.d.decis.Lucēs.22.nu.7. secus si ad instantiam partis, quia tunc non præsumitur in eo scientia. Aug. ad Ang.de malefic.vbi supra, dicens, quod opinio Bal. relata simpliciter fecit errare multos ignorantes, & sæpè multos peritos Aduocatus, vt latè etiam dixit post alios, quos allegat Scacc. in Tract. crim. lib.1.c. 84. n.20.Moder.Roman.d.quæst.1.num.42.vbi subdit, quod sicut Princeps potest hoc facere, ita & eius delegatus, & eamdem declarationem notabiliter posuit Marsil.in singul.14.

10 Sed Aduocatus aduertat, quod opponatur contra inquisitionem, & processum, quod inquisitio formata fuerit sine legitimis indicijs, alias valeret; vt post Alex.cons.120.n.2.vol.7.Ruin.cons.80.n.3.vol.4.Becc. cons.70.in fi.Baiard.q.64. n.31.Moder.Rom.q.1.nu. 49.in fi.vbi alios allegat, & sequuta d.protestatione si reus confiteretur delictum quamuis post inquisitionem ante confessionem talis confessio sibi noceret, Roland.cons.3. nu.55.lib.3.Monticel.regul.18.num. 13.Fab.Turret.cons.69.uum.3.

11 Secunda Defensio est, quod non præcesserit diffamatio, & ob id iudex transmittere inquisitionem, nec illam formare potuit, secundum receptam opinionē attestatam per Roland.cons.24.n.9.& cons.37.n.2 & 7.vol.1. Iul.Clar.q.6.in princ.& q.30.nu.10.Marsil. sing.14.Rim.Iun.cons.647.n.2.& seq.vol.6.cons.817. n.22.vol.2.Decian.respons.18.n.38.vol.1.latè Scacc. in d.c.84.nu.11.vbi subdit, & ob id semper apponitur in ipsa citatione, vel monitorio, seu inquisitione illa clausula, fama publica præcedente latè etiam qui concordantes allegat Alex.Trentacinq.cons.1.16. n. 6.p.2.qui etiam firmat quod d. clausula, & fama publica præcedente non iustificaret inquisitionem nisi aliter constaret per testes de ipsa diffamatione. Mars.in pract.§.constante num.16. cons.57.num.15.consilio 104.num.13.& cons.122.uum.20.

12 Quæ opinio est vera, siue procedatur per accusationē, siue per inquisitionē. Iul.Clar.vbi supra; Rimin. Iun.d.cons.647.nu.4.& d.cons.817.nu.26.& seq.latè Scacc.d.c.84. nu.15.vbi de communi, & alios refert, immo si superuenerint indicia, vel diffamatio non iustificabitur inquisitio, vel processus, vt post Bal. Specul Ruin.Marant.Carrer.& alios Marcabrun.ad Anguill.cons.50.n.12.& seq. Alex.Trentacinq.in d.cons. 16.n.6.vers.Nec est, vbi reprobata opinione Ang.testatur de communi & prius dixit in tātum est verū, vt testes si probarent delictum & nō diffamationem nō nocerent inquisitio ex traditis per Mars. cons. 35. n. 6.cōs.48.n.10.cōs.53.n.15.Soc.Iun.cons.37.in princ. vol.2.& cons.117.n.6.Grant.cōs.38.n.22.cōs.42.n.18.

13 Nec vigore Arbitrij, iudex poterit procedere contra aliquem non diffamatum Socc.Iun.cons.37.n.1.in fi.vol.2.Menoch.de arb.q.77.n.2.Scacc.d.c.84.n.12. vbi etiam subdit procedere, quamuis statutum simpliciter disponeret, vt iudex teneatur procedere, alias puniatur, quia tale Statutum recipit interpretationē: dummodo præcedat diffamatio Moder.Roman. q.9. num.9.vbi alios allegat.

14 Quod tamen de consuetudine totius mūdi nō seruatur, sed sufficiunt, vt pręcedāt indicia, quę loco diffamationis succedunt. Iul.Clar.q.6.nu.1.q.30.nu.10. Modern.Rom.q.9.n.20.Flam Cart.in tract.interrog. reor.lib.3.c.2. sub n.13.Bursatt.cons.387.n.2.vol.4. Rim.Iun.cas.647. nu.5. vol.6.imò quod fortiora sint indicia, quàm diffamatio Doct. adducti per Scacc.in d.c.84.nu.21.in princ.& latè nu.35.Marcabr.ab Anguil.cons.50.num.11.

15 Si autem Aduocatus defendere velit opinionē iuris communis, poterit replicare, quod Iul.Clar. attestatio circa dictam consuetudinem, sit restringenda ad statum Mediolani, vbi erat versatus, vt dixit Roland. d. cons.57.n.26 vol.4.Addent.ad Magon.decis.Lucens. 22. in litt.C, & contra dictam consuetudinem, vt non sufficiant alia indicia, sed requiratur ipsa diffamatio, ad longum tuetur Scacc. in d.c.85.num.21.& ibi respondit ad contraria.

16 Et retenta opinione Iuris communis Princeps non poterit committere iudici, vt procedat ad inquisitionem, non præcedente diffamatione. Fœlin.in c.1.n.5. de rescript. Addentes ad Magon in d.decis.22. in litt. C, vbi alios allegant, Scacc.d.c.84.nu.21.quod declara, vt dixi supra, num.8.

17 Quomodo autem probari debeat talis diffamatio, & quæ requirantur, vt iudex possit transmittere dictā inquisitionem, vigore dictæ diffamationis Aduocatus adeat Scacc.in d.c.84.ferè per totum, vbi latissimè.

18 Tertia defensio erit, vt cōstare debeat de corpore delicti, Iul.Clar.q.4.n.1.Moder.Rom.q.2.n.1.vbi alios infinitos cumulauit, Rim. Iun. cons.683.nu.14.vol.6. Fab.Turret.cons.57.n.8.qui concordantes allegat, & testatur ita pluries obtinuisse contra imperitos iudices modernos, Dec.respons.96.n.19.vol.3.vbi subdit procedere etiamsi extaret statutum, vt contumax habeatur pro confesso, Farin.cons.86.n.55.vbi subdit, quod sententia contumacialis non supplebit defectum corporis delicti, de quo dixi in defens. circa corpus delicti, & in defensione circa accusationem.

19 Quarta defensio est, vt seruetur forma statuti loci, quia ea nō seruata circa modo procedēdi, & citandi, corruit inquisitio. Plot.cons.52.n.21. lib.1.Socc.Iun. cons.37. n.5.vol.2.vbi docet quando statutum formā dare dicatur. Farinac.cons.86.n.56.& latissimè Marcabr.ab Anguil.consil.50.num.1.cum plur.seqq.

20 Quinta defensio est, quod reus fuerit simpliciter citatus ad respondendum inquisitioni, & non fuit ei transmissus totus tenor inquisitionis, prout de consuetudine

suetudine omnino requiritur, Iul. Clar. q. 31. n. 7. Flam. Cart. de execut. sent. c. 1. n. 386. & seq. Plot. cons. 72. n. 26. & seq. tom. 2. crim. Moder. Rom. q. 11. n. 40. Villagut. in pract. crim. lib. 1. c. 4. conclus. 6. in fin. Scacc. in d. tract. crim. lib. 1. c. 19. num. 7.

21 Licet in aliquibus locis seruetur ius cõmune, prout Perusiji testatur seruari Cartar. in d. c. 1. n. 388. & in Prouincia Romandiolę, ac Bononię Farin. d. q. 11. n. 40. vers. bene verũ est, latè Scacc. in d. c. 39. n. 7. vbi testatur de alijs locis vltra supradicta loca, Caual. de Brac. reg. p. 2. n. 299. & p. 4. n. 36. dicit ita seruari in Ducatu magni Ducis Hetruriæ, & ego dum fui Locumtenens Criminalis A. C. de anno 1606. ita obseruaui cõtra quemdam Christophorũ de Arimino condẽnatũ in contumaciam in pœnam furcarũ, contra quem non fuerat transmissus tenor inquisitionis in Curia generali Romandiolę, & quia in illa Prouincia seruatur ius commune; ideò feci hic in Curia illũ suspendere, iuxta sententiam contra eum latam in illa prouincia.

Sexta est defensio, vt offensus requiratur à iudice si velit accusationem instituere, & tunc si erit in mora accusandi iudex procedat ad inquisitionem vel si dixerit nolle accusare alias cum glos. pen. in §. præsbyter. 2. q. 4. quem sequuntur Marsil. in cons. 35. n. 7. cons. 40. n. 9. cons. 48. n. 13. & 52. Veron. caut. 27. & alij relati per Alex. Trentacinque cons. 16. num. 7. quæ opinio in Curia non seruatur.

Quæ indicia sufficiant ad inquisitionem.

SVMMARIVM.

1 *Indicia quæ dicantur legitima ad inquisitionem formandam, & transmittendam.*
2 *Indicia ad transmittendam inquisitionem, secundum vnam opinionem, debent esse talia, quæ sufficiant ad torturam.*
3 *Contrariam opinionem, vt leniora sufficiant indicia, alij tenent.*
4 *Indicia quæ sufficiant ponuntur hic exempla.*
5 *Inquisitio non potest formari, & transmitti ex depositione socij criminis.*
6 *Et si talis depositio in tormentis facta fuerit, secundũ Anchar. hic reprobato Scacc. contrarium tenente.*
7 *Bannitus vigore Bullæ Pij V. est omnino inhabilis ad testificandum.*
8 *Inquisitio an possit formari, & transmitti ex sola diffamatione.*

CAP. II.

IAm supra in præcedenti Capitulo vidimus, quod inquisitio, neque formari, neq; trãsmitti possit, nisi præcedant legitima indicia, vt omnes indubitanter affirmãt, vt testatur Flam. Cartar. in Tract. de execut. 1 sent. c. fin. n. 59. † Quæ autem dicantur indicia legitima ad ipsam inquisitionem formandam, & transmittendam, Doctores vario modo loquuntur, vt refert Moder. Rom. in q. 1. n. 45. vbi enunciat quinque opiniones, & Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. c. 15. in princip. refert etiam quinque opiniones Fab. Turret. cons. 9. n. 11. vbi alios allegat, & testatur de communi, vbi subdit, quod si aliter iudex faceret teneretur ad interesse, si formaret inquisitionem sine legitimis indicijs. Ego autẽ, omissa superfluitate, & resolutiuè procedendo, firmo quod sufficiat omne legitimum indicium, quod dicitur illud, quod a iure est approbatum l. legitima. ff. de pact. Flam. Cart. d. c. fin. n. 69. Modern. Rom. q. 11. sub num. 16. vers. aduerte primo. Scacc. in tract. crim lib. 1. c. 84. n. 8. vbi in fine dicit, indicium à Iure approbatum dicitur in nostro proposito, etiam illud, quod vti tale à Doctoribus communiter reputatur, & quæ indicia sufficiant ad generalem inquisitionem recenset Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 88. num. 12. & seqq. part. 1.

2 Sed per Doctores dubitatur, an requirãtur indicia, quæ sufficiant ad torturam, & partem affirmatiuã in puncto tenet Natt. cons. 594. n. 14. lib. 3. quam opinionem, vti veriorem, & communem sequuntur Becc. cons. 11. n. 7. Addit. ad Pract. Papien in form. inquisit. in glos. 1. in verb. contumax, Fr. Michael Salon in Cõmentar. ad D. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 2. controuers. 2. glos. 2. in princip. inquiens: Reum non teneri ad respondendum, nisi iudex habeat semiplenam probationem, quæ pœnes criminalistas sine dubio facit indicium ad torturam, latè Andr. Fachin. in dicto capitulo decimoquinto, vbi concordantes allegat Gregor. de Valentia in 3. to. disput. 6. q. 13. puncto 4. vbi præclare, & latè loquitur.

3 Contrariam opinionem, quod leuiora indicia sufficiant, quàm illa, quę sufficiant ad torturam, tenẽt Doctores, & præcipuè Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 88. nu. 2. & seq. Decian. respons. 18. n. 57. vol. 1. Modern. Rom. d. q. 1. nu. 47. vbi testatur, quod in hoc nemo discrepat, cum maioris præiudicij sit torquere, quàm citare Flam. Cartar. d. c. fin. n. 138. & hanc opinionẽ vti certiorem sequitur Scacc. in d. c. 84. n. 6. vers. contrariam sententiam, quam ego etiam sequor.

4 Et Doctores exemplificant in depositione vnius testis integri, item in oculatione denunciatione publici Officialis, tàm in querela vulnerati, & constituti in articulo mortis, item in fuga cum aliquibus alijs indicijs, vt exemplificat Scacc. in d. c. 84. n. 7. & Moder. Rom. in q. 1. nu. 46. dicit, quod licet in arbitrio iudicis resideat, quæ præsumptiones, coniecturæ, & indicia sufficiat ad formandam inquisitionem, tamen nõ poterit arbitrari, vt ex sola inculpatione offensi, ex sola querela, vel ex sola depositione socij crim. formetur, & transmittatur inquisitio, nec ex fama, nec ex d. inimicorũ, nec ex imperfectis probationibus, vt deinde exequi possit sententia. Sed Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 88. nu. 21. p. 1. recenset, & ponit sex indicia sufficientia ad formandam, & transmittendam specialem inquisitionem ex quibus quilibet iudex poterit dignoscere si alia indicia similia præcederent, vt ex eis possit transmittere inquisitionem, vel iam transmissam substinere, & si Aduocatus ad saturitatem cupiat scire veram doctrinam in isto articulo videat, Marcab. ad Anguill. in cons. 50. n. 14. cum plur. seq. And. Fach. controuers. iur. lib. 9. cap. 15.

5 Quod autẽ socij criminis dictũ nõ sufficiat ad formãdã inquisitionẽ contra nominatũ ab eo Plot. cons. 47. n. 3. cons. 52. nu. 20. vbi de communi latissimè qui alios allegat, Flam. Cart. d. c. fi n. 74. & seq. vbi respõdit ad Boss. in tit. de inquisit. n. 44. contrarium tenentem, & ibi testatur de communi, & de recepta sententia, vbi etiam subdit, quod licet in statu ecclesiastico aliter aliquando seruetur, vt ex depositione socij criminis formetur inquisitio, & citetur Reus ad respõdẽ dum

dum dictæ inquisitioni, nihilominus non erit sententia exequenda, cum nõ dicatur satisfactũ Motui proprio Pij V. cũ non oriatur ex d. depositione socij criminis legitimũ indiciũ ad inquirendũ, prout requiritur vigore d. Motus proprij, prout in terminis etiã cuiusdã decreti Mediolani similis dicto motui proprio cõsuluit Plot. cons. 72. n. 47. & seq. & n. 27. & seq. tomo 2. crimin. & alij, quos refert Flam. Cartar. in dicto capit. final. nu. 75. & quod requiratur, vt vnus testis sit omni exceptione maior ad transmittendam inquisitionem de communi testatur Caualcan. in pract. de testib. part. 2. n. 114. licet nouissimè Peregr. in suo cons. decisiuo 2. nu. 5. lib. 2. firmet communem opinionem esse, vt sufficiat nominatio socij criminis ad transmittendam inquisitionem, sed tu non recedas ab opinion. Cart. vt deinde sententia contumaciales non sit exequenda.

6 Sed contingit in proposito dubitari, an, si socij criminis assertio cõfirmata fuerit in tortura, sufficiat ad formandã, & transmittendam inquisitionem, & inuenio, quod Scacc. in tract. crim. lib. 1. d. c. 84. n. 7. versiculo sufficit etiam, & nu. 10. versiculo, & socij criminis firmat, quod sufficiat per ea, quæ dicit in q. 81. nu. 6. quod hodie in practica obseruatur, vt delinquentes, qui falsi sunt delictum torqueantur in caput absentium, & nominatorum ad illos afficiendum; Quæ opinio mihi quidem non placet, quia ad conualidandam depositionem socij criminis, & vt faciat aliquod indicium contra nominatum, non sufficit sola tortura, sed quod simus in crimine excepto, super quo de consocijs interrogari potest. Boss. tit. de indic. nu. 144. Gram. decis. 28. n. 10. Clar. q. 21. vers. dictum socij criminis, Ludou. a Peguer. decis. 5. nu. 12. & ita loquitur Flam. Cartar. d. c. fin. n. 73. secus vero dicendum est in alijs criminibus, quibus iura resistunt, vt de socijs interrogari non possit quia tortura ei illatam non dispensat, vt de consocijs interrogetur, sed solum præbet aliquod robur in casibus, in quibus iure permittente de consocijs interrogari potest, & in crim. non ceptis requirantur alia indicia vel adminicula cum depositione socij crimin. latè post alios, quos allegat, bene firmat And. Fach. controu. iur. lib. 9. cap. 88.

7 Eoque magis est dicendum, si iste nominans esset bannitus, cum vigore Bullæ Pij V. omnino reijciatur a testificando; ideò inquisitio contra nominatum formari non poterit, vt de simili constitutione Mediolani post Boss. tradit Plot. cons. 52. n. 18. & cons. 47. n. 2. & seqq. ponit alios casus, super quibus inquisitio formari non potest, & præcipuè si testis examinatus esset varius.

8 Ac etiam contigit dubitari, an ex sola diffamatione possit formari, & transmitti inquisitio. Scacc. in d. c. 84. n. 30. defendit opinionem affirmatiuam, & in specie adducit, Iul. Clar. q. 6. vers. successiuè quæro in fin. dum tradit iudicem posse interrogare Reum diffamatũ, si fuerit præsens, sin minus eum citare latè tuetur hanc opinionem Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. c. 15. vbi tamen declarat, dummodo non fuerit oppositum contra inquisitionem quia valeret etiam si non præcesserit diffamatio. Tu autem declara, dummodo fuerit diffamatio legitimè probata, & ortum habuerit a personis fide dignis, & non a maleuolis, ac de ea in actis constet, vt latissimè post alios infinitos, quos allegat, firmat idem Sigism. Scacc. in d. lib. 1. c. 84. nu. 25. & seq. vbi refert etiam alia requisita, quæ habere debeat ipsa diffamatio, ad quem lectorem remitto, quia latè, ac do[illegible]è loquitur, & Villagutt. in practic. crim. lib. 10. c. 1. conclus. 6. ponit decem modos, quibus deueniri possit ad specialẽ inquisitionem, qui aperiant viam iudici ad inquirendum, quos hic recensere, esset illos translatare, & excedere ordinem istius tractatus in quo solum incumbo breuitati, cum alias esset ferè opus tam voluminosum, vt non sufficerent volumina confecta ab Illustrissimo D. Cardin. Tusco.

DEFENSIO X.

Circa Citationem.

Citatio in criminalibus an requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, seu monitorium contra Reũ non potest transmitti, nisi præcedat aliqualis summaria informatio.*
2 *Citatio legitimè non transmissa operatur, vt omnia, quæ sequuntur, sint ipso iure nulla.*
3 *Citatio etiã requiritur, & si delictũ fuerit notorium.*
4 *Citatio adeò requiritur, vt Princeps de potestate ordinaria sine eo procedere non possit.*
5 *Quod intelligitur de prima citatione, quæ dicitur de iure naturali, secus de alijs, quæ sunt de iure ciuili, & de iure positiuo.*
6 *Princeps in aliquibus casibus potest procedere sine citatione, quos casus recenset Author hic.*
7 *Iudex, neq; ordinarius, neq; delegatus potest aliquem citare ad personaliter comparendum.*
8 *Quod declarat esse verũ in iudicibus inferioribus, secus in alijs.*
9 *Iudices inferiores possunt citare ad personaliter comparendum in casibus, in quibus non potest interuenire procurator, quando tractatur, de veritate habenda ab ipso principali.*
10 *Citatio adeò requiritur in criminalibus, vt non sufficiat vnica citatio, sed requirantur plures.*
11 *Citatio in criminalib. requiritur peremptoria, & maximè vbi ex statuto cõtumax haberi põt pro confesso.*
12 *De consuetudine tamen sufficit vnica citatio peremptoria, quæ contineat eumdem terminum, quem continerent omnes tres citationes.*
13 *Quid autem obseruetur in Romana curia ponitur hic per Authorem.*
14 *Vnica citatio peremptoria an pro omnibus tribus sufficiat; declaratur an adsit statutum, quod contumax habeatur pro confesso, nec ne.*
15 *Citatio peremptoria requiritur contra absentem, qui si compareat in 1. vel in 2. citatione, aliæ omittuntur peremptoriæ citationes.*
16 *Termino peremptorio elapso, an Reus statim debeat condemnari, & quid seruetur in practica.*
17 *Reus citatus an sit declarandus contumax antequam proferatur sententia, & an sit ponendus in banno, & quid obseruetur in Statu Ecclesiastico.*

CAP. I.

1 MAxima defensio resultat ad fauorẽ inquisiti ex citatione, quæ non potest committi, nisi præcedat aliqua summaria informatio de delicto commisso, & ob id secundum hodiernam practicam, vel præcedere debet diffamatio,

vel ac-

vel accuſatio cum alio adminiculo, latè Scac. in tract. crim. lib. 1. c. 39. nu. 1. & ſub n. 2. ſubdit, requiri omnia, quæ requiruntur in citationibus in cauſis ciuilibus:

2 † & Aduocatus habet concluſionem pro ſe, vt Reo non citato, vel non legitimè citato, proceſſus, & omnia, quæ ſequuntur, ſint ipſo iure nulla. Iul. Clar. q. 31. n. 1. vbi de communi, Plot. conſ. 52. nu.... vbi concordantes allegat, Brun. conſ. 89. n. 1. p. 1. Sforz. Odd. conſ. 72. num. 1. & ſeq. vol. 1. vbi etiam alios allegat, etiam præſuppoſito Statuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, latè Moder. Rom. conſ. 14. n. 3. vbi etiã concordantes cumulauit: & latè Maur. Burg. Siculus in tract. de modo proced. ex abrupto. cent. 1. q. 49. per totam, vbi concordantes allegat, latiſſimè Petr. Caball. in qq. crim. cent. 3. caſ. 269. ferè per totum, ſed in præſenti defenſione ego intendo tantummodo aliqua referre magis contingibilia in materia criminali, cum ad plenum ſuper citatione ſcripſerint Marian. Socc. in ſuo tract. de libell. ſeu citat. Vant. de Nullit. in rubr. de nullit. ex defect. citat. per totã. Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib. 2. c. 48. & nouiſſimè Peregr. Iannin. in ſuo Tract. de citatione Reali, & Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. prima, libro ſecundo, tit. de citatione.

3 Et in tantum in Criminalibus requiritur citatio, vt fieri debeat etiamſi delictũ fuerit notorium. Iul. Clar. q. 8. n. 3. vbi de magis communi, & in q. 31. n. 1. in fine. Brun. conſ. 89. nu. 1. p. 1. Sforz. Odd. conſ. 72. nu. 8. vbi etiam concordantes cumulauit, ſed ſemper videat Aduocatus in primis an citatio emanauerit à iudicẽ habente auctoritatem, alias erit nulla. Pacian. de probat. lib. 2. c. 48. n. 43. & ſeq. latè Gabr. d. concl. 1. nu. 2.

4 Primo amplia, vt procedat, non ſolum in ipſo iudice quocumque, ſed etiam in Principe met, qui de poteſtate ordinaria in criminibus non poteſt procedere contra aliquem ſine citatione. Iul. Clar. q. 31. n. 1. verſ. & hoc, vbi de magis communi, Ant. Gabr. concl. 1. n. 9. tit. de citat. lib. 2. Brun. in conſ. 89. n. 2. p. 2. & ſub nu. 40. loquitur in Papa, Imperatore, & in Magna Curia Vicariæ Neapolis, & poſt alios, quos allegat Baiard. q. 31. n. 9. cum ſit citatio de iure naturæ, quæ non poteſt tolli, neque à Principe, neque à Statuto. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu 6. & 9. vbi dicit, quod citatio eſt de iure naturę, non de per ſe, ſed propter defenſionem. Iaſ. conſ. 86. n. 14. vol. 3. imò ſi procedat contra ſibi ſubditum adhuc requiritur, vt ſubditus iſte citetur, ſecundum communem opinionem relatam per Iul. Clar. q. 30. nu. 2. & pro iſta ampliatione vide Hier. Hiſpan. in tract. comm. contra comm. q. 175. vbi alios concordantes allegat, & latè loquitur.

5 Hoc autem eſt intelligendum in prima citatione, vt illa ſit de iure naturali, aliæ verò ſint de iure ciuili, & quæ fiunt poſt litem conteſtatam, ſint de iure poſitiuo. Doct. in cap. ex parte el 2. de offic. deleg. latè, & benè Afflict. deciſ. 183. num. 6. & ſeq. vbi ſubdit: & ob id ſententia ſine citatione lata in Conſiſtorio Principis poteſt ſubſiſtere, cum illa dicatur de iure poſitiuo, & Princeps poſſit tollere ea, quę ſunt de iure poſitiuo. Baiard. q. 31. num. 9. & quod primam citationem tamquam de iure naturali princeps tollere non poſſit, ſed alias tamquam de iure ciuili tollere poſſit, cum ipſe ſit ſuprà ius ciuile à quo citationes originem ducunt, ita poſt alios, quos in puncto allegat, tradit Hier. Hiſpan. in d. q. 175. num. 12. & ſeq.

6 Sed bene poteſt Princeps procedere ſine citatione in aliquibus caſibus, de quibus per Ant. Gabr. concluſ. 1. num. 31. tit. de citat. Vaſq. controuerſ. Iur. c. 31. num. 8. Soccin. conſ. 164. Crauett. conſ. 5. Couar. Pract. quæſt. c. 23. 2. verſic. Item conſtat, Viui. opin 710. nu. 5. vbi in ſpecie dicit, quod de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam parte non citata, & ferre ſententiam, quando conſtat voluiſſe alicui præiudicare, Ac in ſpecie quando Papa procedit contra committentem crimen læſę Maieſtatis, retinendo Terras Eccleſiæ, vel Imperij, violenter Gig. de crim. læſ. Maieſt. q. 6. n. 7. Ac etiam poteſt ex proceſſu informatiuo, & ſecretè facto contra committentem crimen lęſę Maieſt. per legatum Papæ fieri realis executio contra ipſum, & Caſtra feudalia, ipſo non citato, occupare, Ancharan. conſ. 277. per totum, Baiard. q. 31. num. 10. & ſeqq. & latè vide Maur. Burg. in ſuo ſolemni tract. de modo procedendi ex Abrupto.

7 Secundo Amplia, vt nullus iudex, ſiue ordinarius, ſiue delegatus poſſit aliquem citare ad perſonaliter cõparendũ, cũ à lege vnicuique ſit ſancitum, vt poſſit in iudiciũ per legitimũ procuratorẽ comparere l. fin. C. de procur. & ob id non poteſt tolli huiuſmodi beneficium ſine cauſa c. 1. de Iud. in 6. vbi Ioan. Menoch. nu. 3. verſ. & eſt ratio, & ibi Archidiac. n. 2. Fulu. Pacian. in tract. de Probat. lib. 2. c. 48. nu. 9. & ſeq. vbi ſubdit, quod licet ſit iurandum de calumnia, tamen poterit tranſmitti procurator cum ſpeciali mandato ad iurandum. Idemq. affirmat verũ eſſe in iuramento veritatis, vt cõſtituat procuratorẽ ad ſpecialiter reſpõdẽdũ interrogationibus per iudicẽ faciendis, Salyc. in l. Reos n. 10. verſ. quęro vltimo. C. de accuſat. Bart. in l. qui bona §. ſi alieno n. 15. verſ. ſi vero. ff. de dam. infect. Soc. in art. 20. q. 15. nu. 31. verſ. 4. fallit de citat. Fulu. Pacian. in d. cap. 48. num. 14.

8 Quæ Ampliatio declaratur, vt procedat in iudicibus inferioribus, qui non poſſunt regulariter aliquem citare ad perſonaliter comparẽdum, ſecus in Principe ſupremo. Gloſ. in c. 1. in verb. ſpeciale de iud. in 6. vbi Franc. n. 3. verſ. & conclude, Marian. Socc. in art. 20. num. 28. quæſt. 15. de citation. Fulu. Pacian. d. lib. 2. cap. 84. num. 5.

9 Et iudex inferiores poſſunt etiam citare ad perſonaliter comparendum in caſibus, in quibus non poteſt interuenire procurator, & quando tractatur de veritate in reſpondendo interrogatorijs, vt iudex videat quo vultu, colore, & qua trepidatione deponat Reus, Marian. Socc. in d. tract. de citat. art. 20. q. 15. n. 25. & ſeq. Iul. Clar. q. 32. nu. 11. verſ. & in omnem caſum, vbi Baiard. n. 10. in fin. & n. 11. vbi teſtatur, quod ita practicatur. Ant. Scapp. de Iur. non ſcript. lib. 3. c. 42. & Baiard. quæſt. 32. num. 16. dicunt ita ſeruari per totam Italiam, etiamſi ageretur de pœna pecuniaria, & ſe fundant in doctrina Bart. in l. ſeruum quoque. §. publicè numero ſexto, ff. de procurat. qui reprobat Iacob. Butrig. qui volebat poſse dari remedium, vt conſtitueretur procurator præcisè ad ita reſpondendum, latè Addentes ad Modernus Romanus in conſ. 85. in littera F, in princip. vbi firmant, quia hodie interrogationes per iudices fiunt diuerſæ, & ideò non poteſt formari mandatum ad ſic reſpondendum interrogationibus, cum illas nemo poſſit diuuare, quam opinionem ibi Addentes multorũ auctoritatibus exornant, & maximè quando adeſſent contra citandum

indicia ad torquendum, Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 48. nu. 16. & in istis monitorijs comminari pęna condigna delicto, debet & non excessiua & pęna insolita, quia alias vitiantur etiam in delictis atrocioribus, & grauissimis, latè post alios, quos allegat Scacc. in tract. crim. cap. 58. num. 12. 23. ac potest in eis cōminari pœna confiscationis bonorum, ac alia pœna particularis pecuniaria, & pœna mortis & alia pœna triremium exilij, & similium. Scacc. dicto cap. 58. num. 19. & dixi in tractat. de confes. bon. conclus. 12. num. 27. vbi probaui, quod talis practica transmittendi monitoria cum dd. pœnis est proficua fisco, quia si pro delicto non intrat pœna conficationis, sustinebitur pœna pecuniaria particularis expressa, cum illam consequi non posset sub generali pęna confiscationis bonorum, quando delictum non meretur confiscationem, per Scacc. vbi supra & Carpan. super nouis constit. Mediol. cap. omnium, num. 172.

10. Tertio Amplia, vt adeò requiratur citatio in criminalibus, vt non sufficiat vnica citatio, sed requirantur plures citationes l. absentem, ibi, sæpè monitis ff. de pœn. Iul. Clar. quæst. 31. num. 31. vers. Tu vero.

11. Quarto Amplia, vt etiam requiratur peremptoriū in criminalibus, maximè præsupposita constitutione, quod contumax habeatur pro confesso, cum agatur de magno præiudicio. Sccac. in tract. crim. lib. 1. c. 91. num. 25. in fin. & cap. 92. nu. 3. & ad inducendam cōfessionem prefatam, non sufficit vnica peremptoria citatio, sed tres requiruntur citationes. Bal. in l. receptitia num. 11. C. de non num. pecun. Catal. de Syndic. q. 141. in fin. nu. 82. Afflict. in constit. pęna eorum nu. 65. in fi. lib. 2. Marl. in Pract. crim. in §. postquā nu. 66. Foller. in Pract. crim. in verb. & si confitebūtur 4. par. 3. p. principal. nu. 16. Flam. Cartar. in tract. de execut. sent. capt. bannit. c. fin. nu. 186. Scacc. d. c. 91. nu. 34. vbi alios concordantes allegat, & in c. 97. n. 21. dicit ꝙ ita intelligi debeat constitutio Marchiæ lib. 4. cap. 10. ac Ritus magnæ Curiæ Vicariæ 120. licet nullum verbum faciant de peremptorio, tamen recipere debeant interpretationem passiuam a Iure communi, vt in proprijs terminis declarat Carauit. dicto Ritu 120. numero primo.

12. De cōsuetudine autem sufficit vna citatio peremptoria, quæ contineat eumdem terminum, quē continere deberēt simul iunctæ omnes istæ tres Vitalin. in tract. de malefic. Rubr. de cit. sub num. 1. Afflict. Flam. Cartar. & Foller. vbi supra, Iul. Clar. q. 31. vers. quæro modo, Scacc. d. cap. 91. nu. 34. vers. sed quid dicendū, vbi tamen sub vers. verum Curia, videtur ostendere, quod etiam Afflict. Vitalin. & alij mox allegati requirunt plures citationes, dum ipsi dicunt, Reum nō posse condemnari, nisi sit peremptoriè citatus, & sæpè citatus, nempè ad respondendum, ad allegandum, ad se defendendum, & ad sententiam, secundum stylum loci, vt loquuntur Afflict. in Cōstit. Pęna eorum n. 66. Iul. Clar. in d. vers. quæro modo, Cartar. d. c. 1. nu. 427.

13 In Curia autem Romana, & in multis alijs locis seruatur, vt fiant plures citationes, & præcipuè in Tribunali Gubernatoris, quia primo citatur reus ad personaliter comparendum, & se defendendum infra triduum, & triduo elapso, citatur denuò per quattuor vices singulis distinctis diebus vna pro alia, scilicet, prima pro prima, secunda pro secunda, tertia pro tertia, & quarta pro quarta, & ex superabundāti ad dicendum causam, quare nō debeat condemnari, vt tradit Modern. Roman. in quæst. 11. numero 44. Scacc. in d. tract. crim. lib. 1. cap. 99. nu. 11. & prius cap. 92. n. 3. vbi subdit, quòd eadem Practica seruatur in supremo Tribunali, A.C. vbi reproducitur monitoriū legitimè executum, de cuius relatione constat à tergo Monitorij, & elapso termino in eo præfixo, iuxta distantiā loci, citatur Reus per contradictas ad dicendum cōtra litteras monitoriales, & citatorias ad partes decretas, executas, ac reproductas, iuraq. producta, & repetita, videndumq. iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, nec non docēdū se dictis literis paruisse primo pro prima dilatione, & subinde præmissis alijs tribus citationibus, secundo scilicet pro secunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & superabundanti, & deinde citatur ad sententiam & eadem Practica citandi quatuor vicibus seruatur in Gallia, vt testatur Ioan. Fabr. l. cunctos populos C. de summ. Trinit. Boer. decis. 63. nu. 8. & alij, quos refert Clar. q. 44. vers. licet autem, seruatur etiam in Flādria, & in alijs plurib. locis, vt testatur Iodoc. in Pract. crim. cap. 28. num. 7. sed Fuluius Pacian. in tract. de probat. lib. 2. cap. 48. nu. 62. dicit citationem quadruplicē esse debere, & ibi illas declarat, & in quibus requirantur plures citationes, vel vna sufficiat.

14 Sed dubitatur an dictum peremptorium in Criminalibus possit expediri vnica citatione peremptoria pro omnibus, vel requirantur tres ad minus, iuxta relatas practicas, & tunc dicitur, aut extat constitutio, vt contumax habeatur pro confesso, & tunc vna citatio pro omnibus non sufficit, sed requirantur tres citationes, per Scacc. in cap. 91. n. 34. & cap. 92. nu. 4. aut non adest talis constitutio, & tunc sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus, secundum communē opinionem attestatam per Felyn. in cap. consuluit nu. 15. de offic. & potest. Iud. delegat. Bost. tit. de sent. num. 4. & alij quos refert Iul. Clar quæst. 31. vers. quæro modo numquid, & ita expressè declarat Scacc. in tract. crim. cap. 99. num. 11. in fine lib. 1.

15 Et scias quod si reus nō sit in fortijs Curiæ, semper etiam ab initio sit citandus peremptoriè, & si compareat in termino primæ citationis, omittuntur reliquæ duæ, si cōpareat in termino secundæ citationis, omittitur tertia citatio, seu non expectatur lapsus totius terminis, si fuisset vnica peremptoria citatione per omnibus citatis, si vero Reus fuerit carceratus, nunquam est citandus peremptoriè, sed solum ad sententiam, vt latè docet Scacc. in tract. crim. lib. 1. cap. 92. nu. 5. cum in criminalibus possit extraordinariè procedi, Ant. Columb. in controuers. crim. art. 2. & est ēt dispositum per constit. Marchiæ lib. 4. cap. 1. vbi statuitur, vt in criminalibus possit procedi summariè, & de plano prout iudici videbitur. Idem fuit dispositū per Rit 289. in Regno Neapolitano. Idem statutum fuit Florentiæ, vt per Asin. in sua pract. §. 4. cap. 1. nu. 1. licet Carauit. super illo Ritu 289. dicat illum Ritum fuisse localem solum in magna Curia, & ibi etiā non seruari, & idem firmat Ant. de Nigr. super cap. Regni cap. sequens, & ineffrenata sub num. 62. in fine, licet Princeps possit hoc statuere, quia habet liberum arbitrium super sanguine mali hominis, Scac. d. cap. 51. num. 30. lib. 1. in tract. crim. & ideò Aduocatus semper videat dictas citationes, si bene fuerit expedictæ, quia sæpè contigit, quod isti termini per Notarios

causæ

cauſæ non ſeruentur, ſed aliquando confundantur, vel citationes ſunt factæ non elapſo termino primæ citationis, & ego verè numquam protuli ſententias, dum fui Locumtenens criminalis A. C. in pœnam vltimi ſupplicij,& pęnę corporalis contra abſentes, niſi occulari inſpetione viderim dictas citationes expeditas per contradictas ſeſe legitimè factas, & executas, ſed quia in diuerſis locis prouincijs, & Regnis diuerſimodè ſeruatur, & in aliquibus locis vna citatio pro tribus ſufficit, vt teſtatur, Mileſ. in practic. fol. 8. num. 76. vt refert Iul. Clar. in q. 44. num. 12, vbi etiam refert, quid ſeruetur in illo Ducatu, & quid in Regno Franciæ, & quid in Regno Neapolitano, & Scacc. in dicto cap. 51. num. 31. etiam exclamat de tot, & tanta varietate, & modo procedendi, ideò debemus vna cum Clar. in dicta quæſt. 44. dicere quod ſeruetur ille ſtylus, vel modus procedendi, qui ſeruatur in locis vbi proceditur, & ita faciendo iudex verè non errabit.

26 Sed numquid, lapſo termino peremptoriè ſtatuto ad comparendum, reus ſtatim debeat condemnari, Iul. Clar. quæſt. 44. numer. 13. reſpondet, quod de iure poteſt dici quod ſic, licet ex generali conſuetudine æquitate expectetur triduum, poſtquam eſt accuſata contumacia, & deinde ſequenti die fit condemnatio, de qua atteſtantur Afflict. in 2. parte conſtit. Regn. Rubr. 12. num. 6. verſ. quid autem, & Caraiit. ſub ritu 198. circa finem, vbi ſubdit, quod ita practicatur, ſed Iul. Clar. vbi ſupra dicit, quod in illo Ducatu hoc non ſeruatur, cum ſtatim accuſata contumacia, & plerumque in ipſo termino peremptorio fiunt cōdēnationes, niſi aliter ex quadam ęquitate iudici viſum fuerit.

27 Sed venit modo diſcutiendum, an reus ſit declarādus contumax, antequam contra eum proferatur ſētentia, & an ſit ponendus in banno, & quid obſeruetur præcipuè in Vrbe citra bannum, & an requiratur citatio ad ſententiam, ſed quia iſtę difficultates potius reſpiciunt totam cauſam ſententiæ contumacialis, de qua latè ſum dicturus in 2. lib. dum ad plenum ponam defenſiones, quæ poſſunt deduci contra ſententiam contumacialem, ideò pro nunc ſum contentus remittere lectorem ad Moder. Rom in q. 11. nu. 41. cū plur. ſeq. ſed latius, & melius ad Sigiſ. Scacc. in tract. crim. lib. 1. cap. 97. n. 22. cum plur. ſeqq. de iudicis.

Citatio quomodo ſit formanda, & quid continere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Citatio requirit tria, commiſſionem iudicis, executionem citationis, & relationem Nuncij.*

2 *Et quod requiratur commiſſio iudicis alias non præſumatus, tenent ibi Doctores.*

3 *Contrariam opinionem, quod commiſſio iudicis præſumatus de conſuetudine, alij tenent ibi.*

4 *Citatio requirit nomen iudicis, coram quo fit citatio.*

5 *Citatio requirit nomen accuſatoris.*

6 *Citatio requirit expreſſionem cauſæ per quam reus citatus.*

7 *Citatio facta domi numquid præſumatus facta domi ſolitæ habitationis, declara & diſtingue, vt hic per Authorem.*

8 *Citatio emanata à iudice delegato debet habere tenorem delegationis.*

9 *Citatio debet habere termini præfixionem.*

10 *Citatio, vt valeat, debet habere ſex requiſita.*

11 *Citatio cum termini præfixione, ſi terminus non ſit congrus, ſed breuis, tamquam temeraria, & impoſſibilis non noeet citata.*

12 *Citatio debet continere terminum, infra quem Reus comparere debeat.*

13 *Citatio, vt afficiat, debet illius copia citato dari.*

14 *Citatio hodie per totam Italiam quomodo formari debeat, adeſt conſuetudo.*

15 *Citatio domi intimata an afficiat citatum.*

16 *Et licet in aliquibus locis citatio domi executa afficiat, tamen intelligitur concurrentibus requiſitis poſitis hic per Authorem.*

17 *Citatio domi facta, an afficiat, requiritur, vt prius facta fuerit diligentia de perſonaliter citando.*

18 *Citatione perſonaliter ſemel facta, non requiſentur amplius dicta diligentia.*

19 *Citatio commiſſa per iudicem ſimpliciter, aut alternatiue domi, vel perſonaliter, erit regulanda ſecūdum formam iuris.*

20 *Secus erit in Nuncio referente ſe citaſſe domi, quia non præſumitur, ꝙ prius ſeruauerit ordinem iuris nēpè fecerit diligentias de inueniendo Reū perſonaliter.*

21 *Citatio facta pro vno die, vel loco, ſi feratur ſententia alia die, vel in alio loco, non valet.*

22 *Citatio, quæ habet formam præſcriptam à iudice ſi illa non fuerit ſeruata erit nulla.*

23 *Citatio debet exequi domi, in qua citandus tempore citationis habitat & non domi ſolitæ habitationis.*

24 *Cautela pro procuratore, quando ſuis principalis non fuerit legitimè citatus vt comparat, non ſimpliciter, ſed cū proteſtatione nullitatis citationis, & omnium actorum.*

25 *Conſtitutio Marchiæ diſponit, vt poſtquam Reus eſt citatus, ad reſpondendum inquiſitioni, ponatur in banno; & idem eſt diſpoſitum in multis alijs locis.*

26 *Citatio facta, actore, vel reo non comparente, circumducitur.*

27 *Citatio verbo producta, ſi pars illam fateatur multos effectus inducit ad fauorem citationis.*

28 *Reus degens in alieno territorio, ibi per litteras ſubſidiales de iure citari debeat, ſecus de conſuetudine, quia nullus iudex citat reum in alieno territorio per litteras ſubſidiales, ſed citatur per edictum.*

29 *Procedi per edictum non poteſt, niſi per iudices maiores, ordinarios, & delegatos à Principe, & nō per alios iudices pedaneos, & delegatus ab inferiore.*

30 *Citatio de iure requiritur fieri domi ſolitæ habitationis citandi cum dimiſſione copiæ, & quid ſeruetur de conſuetudine.*

31 *Vagabundus citatur per edictum.*

32 *Citatio, quicquid ſit de iure, de conſuetudine requirit ſcripturam: & quid ſeruetur in Curia, & in aliquibus alijs locis.*

33 *Contumax hodie de conſuetudine condemnatur in pœnam mortis, & excommunicationis.*

CAP. II.

1 REgula eſt, quod in omni citatione tria requirantur, iudicis cōmiſſio, executio citationis, & relatio nuncij, alias citatio erit nulla, vt poſt Bald. in l. vlt. C. de ferijs, Felyn. in capit. gratum, colum. 3. de offic.

offic. deleg. & in capit. 1. de iudic. & latius, Iaf. in §. quadrupli instit. de action. Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. nu. 23. in princ. & Doct. adducti per Scac. in tract. crim. lib. 1. capit. 39. num. 2. dicunt, quod, ea omnia, quæ requiruntur in ciuilib. citationib. requirātur quoq; in criminalib. & procedatur ad instar ciuiliū in modo citandi, & quomodo in quib. casib. requiratur citatio, vide latissimè Afin. in pract. §. 8. per totū, & Pacian. in tràc. de prob. lib. 2. cap. 48. Et tādem ibi firmat esse standū statuto, vel consuetudini, an sit credendū nūcio de cōmissione sibi data à iudice, vel nō.

2 Et quod in criminalibus requiratur, vt fiat citatio de cōmissione iudicis, & de ipsa commissione cōstare debeat & talis commissio non præsumatur, Roland. conf. .. o. num. 32. vol. 1. & prius conf. 47. nu. 66. lib. 2. Grauat. d. lib. 4. cap. 4. nu. 23. vbi de communi verfic. nec ipsa citatio, Doctor adducti per Fulu. Pacian. de prob. lib. 2. cap. 48. num. 6. Scacc. in tract. crim. lib. 1. cap. 39. num. 2. vbi de communi, & latius prius dixit in 32. num. 7. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 40.

3 Vbi tamen subdit esse magis communem opinionem, vt Nuncio referenti citasse de commissione iudicis credatur, Pacian. vbi supra dicit, nisi aliter per statutum, vel per consuetudinem fuerit inductum, vt credatur Nūcio asserenti citasse de cōmissione iudicis, latè Scacc. d. c. 32. nu. 8. & c. 38. n. 3. & sub d. c. 32. n. 8. ponit quandam distinctionem, & quid obseruetur in multis locis, & Grauat. d. lib. 4. c. 4. nu. 22. vers. quamquam dicit, quod de consuetudine in quibusdam locis Nuncijs publicis credatur, quāuis non constet de cōmissione iudicis: Et quomodo constare debeat de cōmissione, & si Nuncius referat citasse simpliciter, & nihil dicat de commissione iudicis, erit standū Curiæ, & consuetudini loci, vbi adest iudicium vt post Vant. in loco supra adducto, tradit Baiard. quæst. 44. nu. 68. in fine, & nu. 6. in princ. & quod Nuncius præsumatur citasse de ordine, & cōmissione iudicis est magis cōis opinio, quam attestantur Doct. adducti per Hier. Cæual. Hispan. in tract. com. contra commu. q. 38. nu. 2. & seq. Et in pluribus locis contrariū seruatur, vt constare debeat de iudicis commissione, quia citationes à iudice subscribuntur, testatur Scacc. in d. cap. 39. sub num. 3. prout in campania in audientia Ducis de Columnis, & in Curia transmittitur, prout in specie seruatur in tribunali A. C. & ego semper seruari, secus si fiant hic in Curia, & in regno, quia reproducuntur in actis, & sic dicitur constare de iudicis commissione, & latius d. cap. 32. num. 8. sed si transmittatur citatio, vel monitorium ad personaliter comparendum cōtra Episcopos debet præcedere commissio summi Pontificis, manu eiusd. Papæ signata per nouam reformationem Pauli V. sub Rubr. de Audit. Cam. & eius tribunali, sed ipsi Episcopi nō possunt citari, neque moneri ad personaliter comparendum, nisi ex causis ex quibus venirent priuandi, vel deponendi, vt fuit sancitum per Sacrum Concilium Trident. sess. 13. cap. 6.

4 Item requiritur nomen iurisdictionale iudicis, Marant. in suo specul. parte 6. membr. 1. num. 6. Vant. de nullit. cap. 2. ex defect. citat. num. 48. latè Gayl. obseruat. 48. num. 6. & seq. lib. 1. Scacc. in tractat. criminal. lib. 1. cap. 32. num. 10. vbi firmat hoc requisitum esse necessarium, ob quattuor rationes, quas ibi seriatim ponit. Et in Curia in capite citationis apponitur nomen iurisdictionale iudicis, vt puta Gubernator A. C. Vicario, vel Senator: & postea sequitur citatio, in qua exprimi debet etiam nomen rei citandi, Bart. in l. demonstratio falsa num. 12. ff. de condit. & demonstr. Socc. in tract. citato, art. 20. numero 14. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 31. Gayl. obseruat. 49. libro primo, Scacc. dicto cap. 32. num. 11. vbi subdit requiri expressionem rei citandi, ob duas rationes, quas ibi recenset. Quia rationes ob quas requiritur expressio horum nominum in ciuilibus, militant etiam in criminalibus, & quæ sit latè posuit Scacc. in tract. crim. libro primo, cap. 32. num. 10. & cap. 39. num. 9. dicit non esse hoc verum, quando ignoraretur nomen rei citandi, quia sufficit, vt demonstretur per effigiem, barbam, staturam, vestes, & exercitium, & per alia signa. Item quando citaretur aliqua Ciuitas, vel vniuersitas, quia sufficit, vt citentur Priores, Consules, Abbas, Prior Ecclesiæ, vel Diaconus, & latè idem Scacc. cap. 32. num. 11.

Et iudex, quando se subscribit in ipsa citatione, debet apponere nomen proprium, ac eius cognomen, & officium seu iurisdictionem, & ita seruatur hic in Curia, prout ego subscribebam Sebastianus Guazzinus Locumtenens, & ita etiam seruatur in toto statu Ecclesiastico, vt testatur Scacc. in d. cap. 39. num. 5. vbi dicit, quod in Regno iudices solum apponunt cognomen familiæ, vt puta Afflict. Caraut. seu de Nigris.

5 Item requiritur nomen accusatoris, & eo deficiente, est apponenda instantia Fisci. Vitalin. in tract. de malefic. in form. relat. appart. vel nuncijs nu. 22. cum hodie succedat loco accusatoris. Clar. q. 33. vers. sed certè, & hic in Curia solet dici, instante fisco, & adherent. absque alia expressione nominis accusatoris, & quia fiscus semper dicit instare, Clar. q. 10. vers. fin. vbi Baiard. nu. 10. post alios quos allegat, etiam quoque semper dicitur præsens. Capell. Tholos. q. 229. & ideò posset forsan sustineri citatio contra reum etiā si non adesset instantia fisci, prout videmus, quod fisco etiam absenti, rei confessio sibi prodest, Baiard. vbi supra nu. 11. & Scacc. in d. cap. 39. num. 6. in fine etiam dicit, quod in quibusdam locis paruis, vbi non adest fiscus, sustinetur citatio quamuis fiscus non instaret. Et non solum requiritur nomen actoris, sed et expressio, quod ad instātiam ipsius emanauit citatio, cum citato sine instantia partis nō valeat, cum iudex non impartiatur officium suum pro commodo priuato, nisi petatur, Capic. decis. 10. num. 45. Gayl. lib. 1. obseruat. 50. nu. 3. & seq. Scacc. d. tract. crim. cap. 32. num. 12. vbi de communi.

Et ideò ad hæc omnia, Aduocatus benè aduertat, quia si citatio nō habeat nomen iudicis, ac nomē rei, & actoris, vel si in illis fuit erratum, & aliter non cōstet de corpore eorū, actus corruit. Rot. dec. 16. alias 131. de rescript in nouis. & ibi Adlent. Staphil. de lit. Grat. rubr. de form. impetrand. cap. dignitas nu. 4. fol. 99. Scac. d. c. 32. nu. 13. & posset plures processus subuertere, & cliētē suū à magno periculo liberare.

6 Ac etiā in citatione requiritur, vt exprimatur causa, ob quam reus citatur, vt citatus plenè instructus possit habere liberam facultatē contradicendi si voluerit, Clar. q. 31. vers. quæro nunc, Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 50. & seq. latè Scacc. lib. 1. c. 32. nu. 14. vbi de communi, Gayl. in Pract. obseruat. 51. in princ. lib. 1. & cap. 39. num. 7. vbi etiam tradit an requiratur specifica expressio, an generica sufficiat.

Et licet

Et licet de iure municipali Vrbis Romæ lib. 1. c. 51 requiratur, vt Nuncius referat fe citaffe corā N.N. teftibus, vel fit affligenda citatio in oftio domus Rei, faltim vno tefte præfente, & idē in regno feruari teftatur, Foller. in pract. cri, in verb. fiat relatio Nuncij nu. 2. imò fi Nuncius dicat domi citaffe, vult quod referat fe recepiffe iuramētum ab aliquo de familia citati, de notificando ei citationem, in practica autem neutrum feruatur, vt teftatur, Scac. d. cap. 48. nu. 12. & prius dixit in c. 32. nu. 23.

7 Poft quam autem facta fuit citatio domi nunquid præfumatur facta domi folitæ habitationis, Scacc. in d. c. 48. nu. 10. diftinguit, aut iudex expreffit in comiffione, & monitorio, vt citaret domi folitæ habitationis fi eum perfonaliter citare non potuerit, aut citaret domi, fine illa expræffione, folitæ habitationis, & in primo præfumatur executa citatio domi folitæ habitationis, quia eft fauendū validitati actus l. vbi ita do-
1 natur ff. de donat. cauf. mort. Afin. in pract. §. 9. c. 6. nu. 2. in fin. & fi non ita præfumeretur, relatio non teneret, contra doctrinam. Bart. in l. 4. §. Prætor ait num. 6. ff. de damn. inf. & alij qui firmant relationem effe validam, prout funt. Alex. in conf. 2. fub nu. 3. lib. 3. Afin. in pract. §. 9. c. 7. nu. 5. & feqq. Scac. in dicta c. 48. nu. 7. verf. fi vero fumus, & rationem reddit, cum ifto cafu Nuncius fe referat per iftam relationem generalē ad factum, quod cum fit certum ab eoque potuerit percipi, fequitur quod ipfa relatio dicatur certa, & non obfcura, & fub nu. 10. verf. neque obftat, & verf. Huic fecundæ refpondet quibufdam obiectionibus, & eamdem rationem adducit, Afin. in d. §. 9. c. 6. nu. 4.

Si verò fimus in fecundo cafu, quando iudex iuffit citari domi fine expræffione folite habitationis, quia tunc non poteft effe plus in relato, quam in referēte, ob id relatio refertur ad ea, quæ folummodo cantāt, licet commiffio iudicis teneat, quia cenfetur commififfe iuxta ordinem iuris, vel legis ordinate, videlicet, quod fiant primo diligentiæ, & poftmodum fiat citatio domi folitæ habitationis, vt firmat idem Scacc. d. c. 48. nu. 10. verf. fi vero fumus, & eamdem rationem adducit. Afin. in d. §. 9. c. 6. nu. 5.

Sed contra iftum Scacc. diftinctionem circa primū cafum obftat decifio Rotæ Romanæ, in vna Romana Secretariatus die 12. Februarij 1592. coram Seraphino, vbi Domini cenfuerunt, quod fi non conftaret de diligentijs de citando principalē perfonaliter, iuxta formam traditam à iudice in monitorio, citatio fit nulla, & fententia etiā inde fecuta fit inualida, & executioni demandari non poffit quamuis monitorium emanauerit à Gubernatore Vrbis, qui vigore fuarum facultatum poteft Reum fimpliciter domi citari facere, quando iudex præfcripfit ei formam, vt prius debeant adhiberi dictæ diligentiæ, & poftea citatio domi fiat, cum cenfeatur tantum facta ad id, quod eft expræffum, & non ad omnia contenta in citatione, vel monitorio per ea, quæ tradunt Deci. cōf. 407. n. 1. Parif. conf. 103. n. 11. & feq. lib. 1. Ruyn. conf. 127. n. 5. lib. 2. & quia etiam videtur potius habita relatio ad materias contentas in monitorio, quàm ad eius executionem, iuxta notata per Bart. in l. talis fcriptura n. 3. & ibi Iaf. num. 3. & feq. eoque magis Rota ibi tenuit citationem fuiffe inualidam, quia debebat etiam ille Reus ad valuas Ecclefiæ citari per formam traditam ab eodem iudice in ipfo monitorio, vel citatione, & de anno 1611. Menfe Decembris, ita in tribunali Gubernatoris Vrbis per D. Hieronymum felicem Locumtenentem Crimin. fuit pronunciatum in fauorem cuiufdam N. capitaliter condemnati, contra quem fuit etiam promiffa talea capienti, prout fuit foluta per Cameram Apoftolicam, & nihilominus dic. fententia fuit declarata nulla quia Baiulus retulit citaffe domi, & in monitorio fuerat dictum, vt citaretur domi folitæ habitationis, ac etiā ad valuas Ecclefiæ maioris loci, quæ fuit pulchra declaratio, & notatu digna, & poftea inueni. Vinc. de Franch. decif. 560. num. 8. p. 4. qui tenet, quod fi iudex eligat viam citationis, quam vigore conftitutionis, vel legis feruare, neque eligere debebat fibi imputetur fi viam nullam electam non feruauerit, & ob id fententiam foriudicationes nō effe neque poffe exequi.

Ego autem affirmo articulum effe valde dubium, & puto Rotam Romanā fouere meliora iura, quàm faciat Scacc. Quia conclufio eft certa, quòd, fi iudex præfcribat fibi formam in citatione, illa fit feruanda, & fi feruata non fuerit citatio fit inualida, & omnia, quæ fequuntur fint nulla per ea, quæ deduxi infra nu. 22. Nec obftat ratio. Scacc. vt cenfeatur citaffe domi folitæ habitationis, vt actus fubftineatur, & pro validitate actus omnino fit præfumendum, & cenfeatur Nuncium fecisse fecundum ordinem fibi datum à iudice in monitorio, cum dictus ordo fuerit fibi benè notus: quia in propofito cōcurrerent plura fpecialia, & præfumptiones, prima, quòd fit præfumendū, quòd Nuncius bene fciuerit talem ordinē, abfque alia probatione facta fuper diligentijs, fecunda, quod cenfeatur, & præfumatur feciffe dictas diligentias, etiā fine alia extrinfeca probatione, tertia quod etiam præfumatur non folum domi folitæ habitationis, fed etiam Ecclefiæ, & ibi copias monitorij affixiffe, & tamē iura non admittunt tot fpecialia, indiuidua, & præfumptiones. Menoch. de præfumpt. p. 1. lib. 3. præfumpt. 132. n. 81. & feq. Rim. Iun. conf. 30. n. 69. & feq. vol. 1. Honded. conf. 87. nu. 156. vol. 2.

Nec obftant allegatæ rationes per Scacc. quia illis non obftantibus, quas etiam ipfe Afin. adduxit, teftatur hanc opinionem effe veriorem, nifi denunciaffet fecifse, prout in mandatis, quia tūc diceretur exequutam fuifse citationem, iuxta formam in monitorio præfcriptam, & ac fi retulifset exprefsè illū inuenire non potuifse, & ideo ad domum eumdē citafse, & ibi Bart. Anch. Florian. & alios allegat.

8 Et fi fuerit facta citatio per iudicem delegatū, debet inferi copia fui refcripti, feu delegationis. Bart. in Auth. qui femel num. 12. C. quomod. & quand. iud. Alberic. in l. vni. n. 10. ff. fi quis iufdicen. non ob temper. Hier. Hyfpan. in tract. com. contra com. quæf. 881. vbi reiecta opinione Felyn. in c. 1. nu. 4. de libell. oblat. dicit iftam opinionem veriorem, & in practica tenendum, & de modo procedendi coram delegato, vide latè Scacc. in dic. c. 32. num. 24. & feqq. & latius Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex Abrupto. quæft. 90. nu. 12. 15. & 16. vbi alios allegat.

9 Ac etiam citatio, vt arctet citatum, debet habere termini præfixionem ad comparendum, aliàs, tanquā incerta, & obfcura non afficeret Bart. in l. liber homo §. 1. ff. de verb. oblig. Bald. in l. confentaneum verf. & nota primo. C. quomod. & quand. iud. Carauit. Rit. 123. num. 9. vbi dicit, quod cautius erit femper in citatione

tione terminum apponere, & hanc quæstionem latè disputat Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 67. Baiard. q. 31. nu. 167. Sed latissimè, Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 32. nu. 17. vbi ponit Doct. pro vtraque parte, & tandem tenet citationem valere sine termini præfixioni, sed quod ad tollendas difficultates bona est cautela q apponantur. Qui Bald. in l. præfunctorios col. 2. vers. 2. quod vbi C. de Annal. except. sibi contrarium dicit, quod tacitè intelligitur à lege datus terminus, quãdo in citatione non est præfixus, & hanc opinionẽ sequitur, Boer. decis. 235. vbi latè disputat istum articulum, & hanc opinionem magis communem dicit Carauit. in dicto Rit. 123. nu. 9. & Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citat. num. 71. vers. contrarium, vbi alios concordantes allegat, & testatur de comuni; vbi tamen subdit, quicquid sit de iure, tutius erit terminum apponere, & quod ita in Curia Romana seruatur, & de crebriori sententia quod valeat citatio testatur. Grauat. in addit. ad Vestr. in Pract. lib. 4. c. 2. num. 11. Scacc. d. c. 32. n. 17. vers. quid dicendum, vbi sub n. 18. declarat qualis terminus sit assignandus, & firmat, q si non agatur de termino peremptorio, possit assignari vna, vel plures dies arbitrio iudicis, & vbi viget, in hoc statutum illud seruetur si vero agatur de illis tribus citationibus, quæ faciunt peremptorium, nempè de illa vnica citatione, quæ fit pro omnibus se remittit ad ea, quæ longa serie dixit in c. 91. nu. 32.

Sed bene verum est, quod dies termini non computatur in termino, vt post Foller. & Afflict. firmat, Scacc. d. c. 32. nu. 19.

10 Et sic concludunt Doctores, quod citatio debeat habere sex requisita, primum commissionem iudicis, secundum nomen ipsius iudicis, tertium nomen actoris, quartum nomẽ Rei, quintum causam ob quam in iudicio vocatur, sextum terminum, infra quẽ citatus comparere debeat, Marant. de ord. iudic. p. 6. mẽbr. 1. nu. 51. & seq. Vant. de nullit. de nullit. ex defect. citat. nu. 31. & nu. 48. & seq. Gayl. lib. 1. obseru. 48. cum seq. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 32. nu. 6.

11 Si vero datus fuerit terminus adeò breuis, vt infra eum citatus comparere nequeat, ipsa citatio non arctat citatum ad comparendum in tempore habili, tãquam citatio temeraria, & impossibilis, vt per Vant. d. tit. de nullit. ex defect. citat. nu. 67. vbi concordantes allegat, Octau. Vestr. in Prax. lib. 4. c. 2. nu. 5. vbi Grauat. in additio. lit. B, quis alios allegant.

12 Ac etiam debet cõtinere diem, infra quem citatus cõparere valeat. Boer. decis. 276. & 285. Ias. in l. liber homo §. decem n. 7. vbi de communi ff. de verb. oblig. Marf. in l. de vno quoque nu. 168. ff. de iudic. Vant. d. tit. de nullit. ex defect. citat. nu. 65. Hier Hispan. in suo tract. com. contra com. q. 209. vbi in fine post relatos alios contrarium tenentes, & testantes etiam de communi, dicit primam opinionem esse tenendam, tanquã veriorem, & quotidie in vtroque foro practicatam, & si dies, pro qua cadit citatio, sit feriata, debet intelligi pro alia die non feriata, dummodo non fuerit facta citatio pro die feriata, quia tũc citatio diceretur nulla, latè Carauit. tit. 80. num. 1. & 2. & per d. ritum idem est dispositum, & ideò ad omnem cautelam, solet citari pro prima die, vel pro die 3. 4. & 5. vel simili, & si dicta dies fuerit feriata, pro alia die seq. non feriata vt post alios, quos allegat, tradit Scac. in tract. cri. lib. 1. c. 39. num. 9. vbi concordantes allegat. Sed Carauit. in d. rit. 80. ponit quattuor limitationes, vt etiam die feriata in honorem Dei possit procedi, sub n. 3. & seq.

13 Et vt etiam ipsa citatio arctet citatum ad comparendum, Nuncius debet illam ei dare, & copiã dimittere Vestr. in Pract. lib. 4. c. 4. & prius in c. 3. nu. 3. vbi testatur ita seruari in curia, quem refert, & sequitur Foller. in pract. crim. can. fol. 135. nu. 2. quos sequitur, Iul. Clar. q. 31. nu. 17. Villagut. in tract. crim. lib. 1. c. 4. concl. 7. circa fin. Quod tamẽ intellige, si citatio Reo non fuerit lecta, & copia ab eo petatur, aliàs non, vt declarat Vestr. in d. lib. 4. c. 3. nu. 3. & latius Grauat. ad Vestr. in lib. 3. c. 6. n. 12. & seq. vbi subdit, quòd debeat dimitti copia expensis petentis, vbi latè Afin. in prac. §. 9. c. 1. nu. 1. & seqq.

14 Hodie autem circa modum, & formam citandi satis prouisum fuit in tota in Italia per Statuta locorũ: & ideò, quicquid sit de iure dispositum, parum est curandum cum sit attendenda forma à Statuto tradita. Bal. in l. 2. in fine, n. 11. vers. sed numquid. C. quomod. & quand. iudex, Pacian. de probat. lib. 2. c. 48. num. 41. Iul. Clar. q. 31. nu. 15. Moder. Rom. conf. 14. nu. 1. quia de iure communi fuerat traditus ordo citandi, vt primo fieret diligentia de citando Reum personaliter, & si non reperiatur, citetur procurator, & si illum non habeat, ipse principalis sit citandus ad domum solitæ habitationis cap. causam extra de dol. & contum. vbi gloss. in verb. ad domam, & Abb. n. 3. latissimè Pacian. in d. c. 48. nu. 24. cum plur. seqq. latè Eugen. cons. 2. nu. 11. vbi alios allegat testantes de communi.

15 Vt quod in criminalibus, citatio domi intimata nõ afficiat. Marant. de ord. ind. p. 6. 2. art. nu. 277. Rolãd. cons. 47. nu. 18. lib. 1. Eugen. cons. 2. num. 1. & seqq. vbi plus testatur, quòd licèt multi huic opinioni contrãdicant, tamen in criminalibus, vbi agitur de magno præiudicio sine dubio est vera, & ibi concordantes allegat, & loquitur quando quis citatur sub pena cõfessatorum criminum, & decem millium scutorum. Moder. Rom. q. 11. num. 41. Scacc. in tract. crim. lib. 1. cap. 45. nu. 2. vers. contrariam, vbi alios allegat, & testatur de communi.

16 Et licet in aliquibus locis de consuetudine citatio afficiat, si domi fuerit intimata, vt per Cõstit. March. lib. 4. c. 10. Flam. Cartar. de execut. sent. c. fin. 181. & seqq. Mising. cent. 2. decis. 69. vbi testatur ita obseruari in Camera Imperiali, & ibi subdit, quid si fuerit facta in personam vxoris delinquentis viri. Mod. Rom. cons. 14. num. 2. qui testatur de generali, & practicata opinione. Iul. Clar. q. 31. n. 16. in fin. vbi Baiard. n. 46. idem Mod. Rom. q. 11. num. 41. vbi alios allegat, & testatur, quod de consuetudine hodie indistinctè tenet citatio facta domi, etiam nulla facta diligentia de inueniẽdo Reum personaliter, qui etiam testatur, quod debeat dimitti copia citationis domi solitę habitationis, & debeant affigi copiæ citationis ad valuas Ecclesiæ maioris, & q ita seruatur hic in Curia, quia in ipsis monitorijs traditur ista forma, vt fiat domi solitę habitationis, ac etiã dimittantur copiæ affixæ in porta Ecclesiæ maioris Loci: Tamen eorum opinio procedit, concurrentibus sex requisitis ordinate congestis per Tiraq. de retract. consangu. §. 9. glos. num. 8. & seq. & inter alia sunt, vt familia res amici, & vicini sciant dictam citationem, vt si vellet eum defendere, vel certiorare, possint Tiraq. vbi suprà nu. 25. vbi etiã alios allegat, Eugen. cons. 2. nu. 4. & seqq. & ibi etiam

concor-

concordantes allegat, Pacian.d.cap.48.num.6.& seq. latè Sforz.Odd.conf.72.nu.12.& seq. qui etiam cęteros allegat, vbi dicit quod non sufficeret, si fieret ad stationem, domum, hospitium, vel Cameram locandam, vbi quis per breue tempus commoratur, vel in illo loco pro aliquo tempore ratione alicuius officij, vel mercaturæ commoraretur, & sub num. 15. & 18. ponit exempla, & sub numero 16. & 17. post alios, quos allegat, subdit, nisi officium esset perpetuum, vel ad vitam, & debet talis citatio exequi domi solitæ habitationis; secus si fiat in alia domo, vbi non habitat, quia non arctaret citatum, Cartar.de execut. sent.cap.fin.nu.18 1.Moder.Rom.q.11.nu.41.in fin. in Ciuitate Neapolis citatio foriudicandi fieri debet domi solitæ habitationis. Vinc.de Frãc.decis.514.n. 21.p.3.sed elapso anno, & perseuerante reo in contumacia, an Reus debeat citari ad foriudicandum latè Vinc.de Franc.decis.515.per totam p.3.& ibi disputat an annus incipiat à die annotationis bonorũ, vel die quo fuit declaratus contumax, & concludit incipere à die contumaciæ, & ita per consilium fuisse resolutum, & de forma d. citationis ad foriudicandum, latè idem Vinc.de Frãch. decis.519.n.3.Et ideò sciat Aduocatus ostendere dictam citationẽ nõ fuisse executam domi solitæ habitationis, & domus solitæ habitationis, quæ dicantur, vide latè Vincen.de Franch. decis.516.nu.16.& seqq.p.3.

Nec Fisco suffragatur dicere, citando imputãdum esse, quia se absentauit, & non dimisit procuratorem per gloss.in c.ex consensu §.fin.ff.de appell.quia hoc procedit in citatione facta ad domum solitæ habitationis tempore dictæ citationis, secus in citatione facta ad domum originis, alibi tunc per citatum contracta habitatione, vt post Bald.declarat. Eugen.dict. cons.2.num.9.

17 Et retenta dicta communi opinione, vt citatio domi non afficiat, sed requiratur diligentia, vt tradunt Doct.adducti per Scacc.in d.c.45.nu.1. vers.contrariam Sententiam, vbi sub num.4.& seq.ponit ad istam communem opinionem quatuor limitationes, prima est, vt procedat in prima citatione, & non in alijs, secunda, vt non procedat de consuetudine, Villagut.in pract.cri.lib.1.c.4.concl.7.tertia, vt non procedat vigore Pragmaticæ Regni, Constitutionis Marchiæ, & Statutorum Vrbis, quarta, quando citaretur clericus, ob non residentiam, quia sufficit, vt fiat citatio in Ecclesia, in qua Clericus residere tenetur.

18 Benè verum est, quòd si quis semel fuit in iudicio, retenta opinione iuris communis, nõ erit amplius citandus personaliter, sed domi. Bar.in l.4.§.Prætor ait nu.3.ff.de damn.infect.Abb. in cap.cum causam n.6. extra de dol.& contum. Mar. Socc. in tract. de citat. art.17.nu.24.vers.sed circa hoc, Pacian.d.c.48.nu.38. lib.2.de probation.

19 Si verò iudex simpliciter mandauit aliquem citari, aut iussit alternatiuè illum citari personaliter, vel ad domum, erit intelligendum mandasse illũ citari iuxta formam iuris communis, de qua supra, vt citetur personaliter, vel ad domũ habitationis. Benintend.decis. Bonon.57.nu.1.vbi de communi.Bar.in l.4. §.Prætor ait nu.13.& seqq.de damn.infect. Pacian.dict.cap.48. nu.39. sed sub nu.42. dicit, quòd si hoc disponeretur alternatiuè per Statutum, nõ erit alternatiua ordinis, sed voluntatis, & sic sufficiat vnum ex duobus adimplere, nulla facta distinctione, an persona reperiatur, vel non reperiatur, vbi alios allegat, & tandem se remittit ad plenè trad.per Mar.Socc. in art. 13.nu.32. de citat.

20 Secus erit in Nuncio referente, se citasse ad domũ, quia non præsumitur seruasse ordinem Iuris, vt per Bart.vbi supra, quem sequitur Abb. in cap. cum causam nu.7. & seq. extra de dol.& contum. Mar.Socc. in d.art.13.q.3.nu.4.vers.nec etiam sufficit, Pacian.d. c.48.nu.40.Octau.Vestr.in Pract.lib.4.c.3.num.6.vbi Grauat.in addit.in litt.G, prout, si citatio fuerit alternatiuè cõcepta respectu loci, vt Reus citetur in vno, vel alio loco, citatio erit nulla. Natt.cons.18.num.2. volumine 1.

21 Citatio autẽ facta pro certo die, & loco, si sententia feratur in alia die, vel in alio loco erit nulla. Vant. de nullit.ex defect.citat.n.73. secus si fuerit concepta alternatiue pro tali, vel tali die, quia citatio tenet, secus si fuerit concepta alternatiue coram tali, vel tali, quia nõ valet, vt declarat. Aufred.ad Capell.Tholos. q.401.num.1.& seq.

22 Sicut erit nulla, si iudex in citatione sibi aliquam formam præscripsit, & illa seruata non fuit. Vant. d. tit.de nullit.ex defect.citat.nu.71.& seq. vbi concordantes allegat, Vinc.de Franch.decis.658. nu.4.p.4. & idem firmat post alios, quos allegat. Moder. Rom. in cons.89 nu.3.vbi dicit procedere etiam in sentẽtia contumaciali, & ob id subdit, quod si iudex in monitorio, vel citatione dixerit quod fiat diligentia de inueniendo reum personaliter, & si non fuerit inuentus, citetur domi, vel in ecclesia, vel in loco certo, vt constare debeat per fidem de adhibita diligentia de personaliter citando, alias sententia erit nulla, ad quod defensor causæ si bene aduertat poterit plures processus, & sententias annullare, & quod si aliter exequatur citatio, qua modo, & forma in citatione, præscriptis, citatio sit nulla est communis opinio, quã attestatur post alios, quos allegat. Scacc. in tract. crim. lib. 1.cap.45. nu.1. & ita etiam tenuerunt Domini de Rota in vna Romana secretariatus 12.Februar.1592. coram Seraphino prout superius retuli, n.7.& Franç. dicta decis.658.nu.4.

23 Reus autem erit citandus domi, in qua habitat tẽpore citationis, & non domi solitæ habitationis, quã ante tenebat.Plot.cons.60.num.1.Iul.Clar.q.31.vers. intelligo de domo: & si in domo habitationis nullus habitet, quomodo in Regno Neapolitano sit facienda citatio ad domũ Afflict.in constit.citat.lit. & Foll. in pract.crim.in verb.vel eos citari faciat, num.29.& quid obseruetur in Curia Romana, vide Mod. Rom. q.11.nu.38.& seqq.

24 Sed procurator, vel patronus causæ sit cautus, vt si citatio non fuerit legitimè facta, non compareat, neq; processum continuet, quia tunc citatio conualidaretur, & per comparitionẽ scientia induceretur, ac præsumeretur, & sic citatio sustineretur. Vestr.in pract. lib.4.c.3.nu.8.vbi concordantes allegat, latè Vincẽt. de Franch.decis.514.nu.4.& seqq.p.3. vbi tamen declarat procedere quando ipse citatus compareret, secus si agnati ipsius comparere, quia per eorum comparitionem non conualidabitur citatio nulliter facta sed ipse principalis si compareat, protestetur de nullitate citationum, & actorum, quia si simpliciter compareat, & processus cõtinuetur citatio conuallidatur.

Ruin.

Ruin.cons.61.nu.38.vol.5.Tiraq.de retract.tit.1.§.9. gloss.2.nu.19. Claud.Bertaz. ad Patrem in cons.559. in fin.vol.2.Baiard.q.31.nu.1.& seq. Immo si citatus cõpareat, & opponat de nullitate citationes, adhuc conuallidetur ipsa citatio nulla, & illegitima latè Mising.cent.3.obseru.90.in princ. Citationis autem notitia quomodo inducatur,& præsumatur, vide Masc. de probat.concl.292.per totam,vol.2.

25 Vigore autem constitutionis Marchiæ,lib.4.c.10. postquam Reus est citatus ad respondendum inquisitioni, ponitur deinde in banno, cum qua concordãt statuta Mediolani,neque discordant cũ constitutione Regni nisi in aliquibus, vt est videre per Sigismund. Scacc.in tract.crim.lib.1.c.97. num.23. in fine,& vbi statuta disponunt circa modũ citandi contra ius cõmune,non ligant non subiectos illis statutis, Rot. diuers.decis.982.nu.3.lib.2.Scac.lib.1.c.32.nu.21.

26 Citatio facta,& neutro comparente neque actore, neque Reo circumducitur,& habetur,ac si facta non esset Octau.Vestr.in pract.lib.4.c.4.nu.1.vbi Grauat. num.14. qui omnes concludunt, quòd si dicta citatio fuerit facta per edictum ad subsequentes actus procedatur,erit nulla quoad primum actum,& nõ quoad alios.Vant.de nullit.ex defect.citat.nu.111. & conferunt ad hæc illa,quæ scribit,Afil.decis.366.nu.4.

27 Citatione autem verbo producta, si pars illam fateatur, ad fauorem citationis multi effectus inducuntur,quos seriatim ponit Octau.Vestr.in dic.lib.4. n.6. c. 4. & licet verbalis citatio possit fieri sine scriptis. Afin.in pract.§.6. c.7. nu.1. tamen quando domi fit, debet fieri in scriptis in aliqua parua schedula assignanda in manibus domesticorum, vel affigenda in ostio domus. Vant de nullit.ex defect.citat. num.88. Afin.in pract.§.6.c.6.requisito 4. Scacc.lib.1.cap.32. num. 23. vbi subdit quid sit seruandum vigore statuti Vrbis libro 1. cap.5. licet dicta statuti dispositio non seruetur.

28 Degens in alieno territorio pro delicto commisso debet ibi citari per litteras subsidiales directas iudici illius loci,de qua citatione loquuntur Plot. consil.61. nu.3.lib.1.Marian.Socc.in tract.de citat.artic.17.vbi latè,& plures casus distinguit Aretin.cons.57.Eugen. cons.2.nu.14 vbi de communi,latè Sforz.Odd. cons. 71. num.19. & seqq. qui admittunt etiamsi malitiosè Reus se absentauit, Clar. dicit, quod ab ista practica nullo modo sit recedendum in q.31.n.19. vbi testatur de communi, & docet quid sit faciendum, quando Reus deget in loco,qui sit sub eodem Principe, & licet isto casu plures per Doctores requirantur modi, tamen ille communis est, vt vrbane requiratur iudex illius territorij,vt reum citet,& si deneget,tunc poterit ibi citari Reus, quia dicitur in ipsum iudicem prorogata iurisdictio, vt post alios, quos allegat testatur Eugen.in d.cons.2. nu.14. vbi tamen subdit hoc non procedere in Pontifice, qui potest sine alia requisitione Reum vbique citare; & de simili citatione facienda extra Curiam,latè scribit Octau.Vestr.lib.4.cap.2. & cap.3.

29 De consuetudine autem nullus iudex citat Reum in alieno territorio,vt testatur Clar.in q.31. num.18. in fin.Decian.respons.18.nu.94. lib.1. vbi testatur de generali consuetudine totius Italiæ, vt citetur absens per edictum,licèt Sforz.Odd.in cons.72.nu.23.reprobet Decian.& Clar. in Curia autem non citantur subditi degẽtes in alieno territorio per litteras subsidiales,sed bene per edictum,de quo latè scribit Modern. Roman.in q.11.num.41. & seqq. & si vis scire de isto articulo,quando subditus delinquens possit citari extra territorium ius dicentis vide Felin.in c.fin.nu.12. de for. comp. vbi ponit regulam cum decem limitationibus,& plura scribit. Mars.sing.203.& 238.& latè etiam Cęual.in tract.comm.contra commun.q.59. per totam,vbi etiam ponit aliam quæstionem,an episcopus possit excommunicare subditum existentẽ extra territorium,& etiam ponit aliam cõsimilem quæstionem an liget non subditum existentem intra territorium iudicis proferentis excommunicationem, & latè de istis duabus vltimis quęstionibus scribit Spino: in Specul.testamentorum glos.11.nu.51. & Nauarr. in manuali c.27.nu.272.

Et si aliquis nõ subditus Sedis Apostolicę deliquat in statu ecclesiastico, vbi non habeat, neque habitationem,neque domicilium, debet citari ad locum cõmissi delicti,& ad loca magis vicina in confinibus status ecclesiastici, prout ego obseruaui cõtra quosdam forenses,qui interfecerunt,& derobati fuerunt hospitem, & eius vxorem, ac bona in hospitio nuncupato *salto del Cieco* propè Ciuitatem Spoleti,cum duo delinquẽtes fuerint hic in Curia capti,qui de plano fassi fuerunt delictum,& alios cõplices nominauerint,ego autem post condignam pœnam istis duobus datam, exequi monitorium feci in dicto hospitio, & sic in loco commissi delicti, & in cõfinibus status ecclesiastici patriæ aliorum delinquentium contiguis, & illos cõdemnaui in contumaciam in pœna furcarum.

Scias etiam, quod procedere per edictum cõpetit solummodo iudicibus maioribus, ac ordinarijs,& delegatis à Principe, & non alijs iudicibus pedaneis, & delegatis ab inferiore,vt latè Fulu. Pacian. prosequitur in tract.de prob.lib.2 c.48. nu.48. cum plur.seqq. immo sub num.58.tradit,quod de iure canonico non potest fieri citatio per edictum, nisi de speciali commissione Papæ; & ibi etiam dicit quid iudices laici debeant facere, quando citant per edictum, scilicet, quod debeant seruare formam iuris Canonici tamquam magnam æquitatem habentem: & de ista materia citationis Aduocatus videat latissimè, ac diffusissimè. Sigism.Scacc.in tract.crim.lib.1. cap.34.cum plur.seq.cap.& Ant.Gabr.lib.2.tit.de citat.

30 Citatio in criminalibus exequi debet domi solitæ habitationis,& non alibi. Cartar.de execut. sent.cap. fin.nu 181 Mod.Rom.q.11.num.41. vbi in fine dicit, quod in Curią seruatur, quod monitoria in partibus exequantur domi solitæ habitationis cum dimissione copiæ,ac illius affixione ad valuas Ecclesiæ, maioris loci,& potest exequi in loco in qua quis elegit domicilium, quæ electio prodest propter fauorem minuẽdarum litium,Caualc.de brach.reg.p.5.num.168. vbi subdit,quod debeat elegi in loco,in quo quis sine obstaculo citari valeat, & in omnibus causis tàm summarijs,quàm plenarijs, & tàm ciuilibus, quàm criminalibus,& tàm per actorem, quàm per reũ, & in quacumque parte iudicij, & in quacumque instantia fieri potest,vt est latè videre per Caualc.dicta p.5.nu.168. vbi concordantes allegat.

31 Vagabundus autem citatur per edictum ad loca solita,Iul.Clar.q.31.vers.sed quid si reus, Decian. respons.18.nu.85.lib.1.Mod.Rom. q.11.nu.42. & con-

cordat vrbis ſtatutum lib.2.c.2.in nouis; ſi verò Reus non fuerit vagabundus, ſed aliunde habeat domicilium, vide latiſſimè Mod.Rom.in dicta q.11. num.43. vbi etiã teſtatur, quid obſeruetur in Curia: & de iſtis citationibus, quæ fiunt, per edictum, per proclama, & per campanam in criminalibus latè ſcripſit Sigiſm. Scac.in tract.crim.lib.1. c.34.35.36. & 41. & quæ fit per litteras plenè dixit in c.40.per tot.

32 Et talis citatio, quicquid dici poſſit de iure, requirit ſcripturam de conſuetudine, vt in ſimili dicit Marãt. de ord.iud.p.6.membro 1.nu.75. Scacc. c.32. nu.11. vbi expreſsè firmat, quod ita ſeruatur in practica, & quod fatuus eſſet iudex, qui recederet ab ea, & proceſſus aliter fabricatus eſſet nullus, neque teneret, & ita paſſim hic in Curia ſeruatur; vbi verò non viget talis conſuetudo, ſi baiolus referret oretenus citaſſe talem pro tali die corã Poteſtate pro tali cauſa, credo quod omnino ſubſiſteret iuxta diſpoſitionem iuris communis, cum vigore illius nõ requiratur Scriptura Aſin.in ſua Pract.§.6.c.7.nu.1.Scacc.c.32.num.23. & c.39.nu.11. & paſſim ità ſeruatur in quibuſdam locis, & terris paruis, vt non fiat citatio in ſcriptis, ſed oretenus, & in ſcriptis per notarium redigatur relatio modo ſupradicto, Sed quod non ſit in vſu talis citatio verbalis penes criminaliſtas, niſi in leuibus teſtatur. Scacc.d.c.39.nu.13.

Et quicquid dici poſſet de iure hodie de Generali conſuetudine ferè totius mundi factis citationibus, & accuſata contumacia contra reum citatũ condẽnatur in pœnam mortis, Iul.Clar.q.44.verſ.licèt autẽ, & latè qui alios allegat, Villagut.in pract.crim. lib.1. cap.4.concl.8. per totam, & ita dicit etiam ſeruari in foro eccleſiaſtico, vt citatus contumax excommunicetur, de quo dicam latè in 2.lib. vbi attingam defenſiones contra ſententiam contumacialem.

De relatione nuncij, vel citationis.

S V M M A R I V M.

1 *Relatio citationis dicitur de ſubſtantiali iudicij.*

2 *Relatio citationis de iure facienda eſt iudici, de conſuetudine autem ſufficit, quod fiat notario.*

3 *Relatio eſt facienda per nuncios ante ſententiam, & ſi deinde fiat relatio, ſententia non conualidatur.*

4 *Relatio de iure non requiritur, vt fiat in ſcriptis, & quid ſe excuſetur in Curia, ac in Regno.*

5 *Relatio citationis non poteſt fieri, niſi per nuncium, alias citatio eſſet nulla, & quid ſeruetur in citationibus in Curia emanatis, & tranſmiſſis in partes.*

6 *Relatio non poteſt fieri niſi per nuncium, qui citationem fecit, & non per alium nuncium.*

7 *Relatio citationis per litteras facta, vel per edictum, quomodo per nuncium fieri debeat.*

8 *Citatio in die ferlata fieri non poteſt, ſecus ſeruatur in Curia de conſuetudine.*

9 *Relatio fieri non poteſt in feriatis diebus.*

10 *Nuncius non referens feciſſe citationem, vel actum ſibi commiſſum, tenetur parti ad intereſſe.*

11 *Citatio facta domi, vel eccleſia, ſeu porta Palatij per affixionem, ſi breui temporis ſpacio ibi affixa permanſerit, non afficit citatum.*

12 *Citatus, ſi comparuerit, an poſſit recedere ſine licentia iudicis.*

13 *Citatio; ſi non appareat, an domi, vel perſonaliter facta fuerit, debet interpratari, vt ſit facta domi, vt minor contumacia includatur.*

14 *Nuncius, ſi velit declarari an perſonaliter, vel domi fecerit citationem, poteſt admitti, dummodo declaratio non fiat tempore ſuſpecto.*

C A P. III.

1 FIrma eſt cõcluſio relationem Nuncij, vel citationis eſſe de forma ſubſtãtiali iudicij Gramat. cõſ. 52.nu.15.Aſin.in ſua Pract.§.9.cap.1.num.1. Gail.in pract.obſeruat.lib.1.obſeru.54.nu.7.

2 Et talis relatio eſt iudici facienda, Grammat. dict. conſ.52.nu.19.Aſin.in d.§.9.c.12.nu.1.De conſuetudine autem ſufficit, vt fiat notario cauſæ, iudice abſente, Bart.in l.ſi finita, §.Iulianus, ff. de damn. infect. vbi Imol. teſtatur hanc opinionem eſſe à conſuetudine receptam, Marant.de ord.p.6. memb.1. num.57. Aſin.in d.§.9.c.12.nu.2.Scac.in tract.cri.c.48.nu.18. & ita paſſim hic in curia ſeruatur.

3 Quæ relatio, eſt per nuncium facienda, antequam fiat decretum per iudicem quia ſi deinde poſt ſententiam fieret relatio, ſententia non conualidabitur. Fel. in c.quoniam contra, num.20. de prob. Rol conſ.47. nu.70.vol.2.Veſtr.in pract.lib.4.c.4.n.5. vbi Grauat. nu.24.in fin.& Baiard.q.44.nu.67.& ſeq. Scac. in dic. c.48.nu.1.vbi de communi, & dicit procedere, etiam ſi conſtitutio haberet citatum pro confeſſo, & ibi etiã dicit, an ſufficiat quod iudici conſtet alio modo, quã ex actis, quod citatio fuiſſet executa.

4 Sed talis relatio de iure communi non requiritur, quod fiat per nuncium in ſcriptis, vt dixi in precedẽti c.& teſtatur etiam Scac.in d.c.48.num.13.vbi firmat ita ſeruari in pluribus locis ſtatus Eccleſiaſtici; in vrbe autem curſores ſe ſubſcribunt citationibus per eos executis, & talis ſubſcriptio ſufficit.

5 Et licet in vrbe per ſtatutum, lib.1. c.51. & in Regno Neapolitano debeat fieri relatio per nuncium, citaſſe, vel dimiſiſſe copiam citationis oſtio domus, vel in manibus conſanguineorum, ſeu familiarium citati, vt per Fol.pract.crim in verb.fiat relatio nuncij, nu.2 tamen in practica non ſeruatur, vt teſtatur.Scac. in d.cap.48.nu.12.

6 Bene verũ eſt, quod iſte, qui citat, vel relationem facit debet eſſe nũcius, vel baiulus, alias ſi per alios fiat, citatio, vel relatio erit nulla. Plot.conſ.81.nu.2.lib.1. niſi citatio emanauerit à Curia Romana, quia in partibus poteſt exequi per quamcunq; perſonam, etiam per ipſum principalem. Veſtr.in Pract.lib.4.c.3.nu.7. vbi ſubdit dummodo legitimè conſtet de ipſa executione; & ob id debet in actu citationis adhibere teſtes, & referre citaſſe reum coram talibus teſtibus, latè Scac.in tract.cri.lib.1.c.30. ſub nu.25. verſ.2. diffiniuerunt, & c.32.nu.23.circa fin.

Nec citationis relatio poteſt fieri per alium nuncium, qui citationem non fecit, licet nuncius publicus per alium nunciũ citationis articulum explicare poſſit, quando in eadem Curia plures nuncij publici ſunt Franch.in cap.cum parati, num.51. de appell.Baiard. q.31.num.60.

7 Circa relationem citationis factæ per litteras, debet nuncius ſcriptis referre, quod fuerit citationem executus coram N.N.teſtibus, vt latè per Scacc.in d. lib.1.c.45.nu.8.circa fin.& c.68.nu.14. & quid ſeruetur in Regno Neapolitano, latè tradit Vincent. de

Franch.

Franch. decis. 560. par. 4. vbi etiam docet quod licet vigore vsus illius regni non requireretur, quod fieret coram duobus testibus intimatio citationis, nihilominus si Nũcius, vel iudex elegerit dictam viam, & executio suæ intimationis fuerit facta nulliter sententia deinde lata non valeat, nec contra inquisitum executioni demandari possit, & quod sibi erit imputandum, quod viam elegerit, & illius formam non seruauerit, circa relationem executioni per edictum, secundum stilum Romanæ Curiæ, fit executio in partibus per Tabelliones, qui coram duobus testibus citant, & copiam petitam relinquunt, & deinde eorum propria manu cum publico signo referunt iudici modum citationis: qua citatione reproducta, recognitis manu, & signo notarij, proceditur ad vlteriora. Scac. in d. c. 48. nu. 15. & c. 89. in fine, lib. 1. in tract. cri. & non requiritur, vt nuncius referat, quod tempore executæ citationis ibi ad fuerit populi multitudo Rota decis. 5. alias 79. num. 13. & 16. de rescript. in nouis, neque etiam requiritur, quod debeat referre se legisse, quia satis est, quod dicat se publicasse, cum idem importet Rot. d. nu. 16. & decis. 22. alias 237. num. 14. in addit. eod. tit. in nouis, Scacc. d. c. 48. nu. 17. & seq.

8 Sed citatio non potest fieri die feriata, Grat. cons. 78. nu. 15. vol. 2. Vbi tamen dicit esse speciale in Curia Romana, vt de consuetudine fiat etiam die feriata citatio.

9 Nec potest fieri relatio die feriata Salic. in l. fin. C. de ferijs, & post alios, quos allegat. Grauat. ad Vestr. in Pract. lib. 4. c. 4. nu. 24. Franch. in c. cum parati, nu. 49. de appellat. Baiard. q. 31. nu. 61.

10 Nuncius autem, qui nõ refert citationem, vel actũ sibi commissum, tenetur parti ad interesse, Bal. in l. si mensor, ff. de mens. fals. mod. dixerit, quem sequitur Foller. in pract. crim. in verb. relatio nuncij in fin. Baiard. q. 31. nu. 58.

11 Si autem citatio fuerit domi, vel ecclesiæ seu portę Palatij affixa, sed breui tempore lacerata, abrasa, seu alio modo ablata, non afficit citatũ, vt declarari possit contumax, vt latè post alios, quos allegat tradit. Asin. in sua pract. §. 8. c. 1. per tot. vbi valde exclamat contra Aduocatos, qui consilium præbent citato, vt procuret dictam cedulam affixam amoueri facere, & quod Aduocatus, & lacerans, seu amouens debeant pœna extraordinaria puniri, & condemnari ad interesse partis.

12 An iste citatus possit recedere, si comparuerit, illicentiatus à iudice, vide Marian. Socc. de citatione artic. 31. num. 13.

13 Sciat etiam Aduocatus defendere citatum, vt, si non appareat, an domi, vel personaliter fuerit facta citatio, vt includatur minor contumacia, & maius delictum excludatur, sit præsumendum citationem domi factam esse. Alexand. cons. 2. num. 7. lib. 3. Marant. de ordin. iudic. p. 6. memb. 1. sub nu. 117. Asin. in prac. iud. §. 9. c. 7. nu. 5. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 48. nu. 8. Benintend. decis. Bonon. 57. num. 3. & ideò procurator poterit appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ: in Tribunali autem, A. C. quando Cursor retulit simpliciter, feci, intelligitur personaliter.

14 Si verò Cursor vellet declarare, an personaliter, vel domi citauerit, erit admittendus, nisi declaratio fiat adeò tardè, vt possit præsumi suspecta, vel nisi alia obliuionis suspicio verisimilis subsisteret, quæ omnia sagacis iudicis arbitrio remittitur, vt bene tradit. Scac. dict. cap. 48. num. 9.

Citationis relatio an specialis, vel generalis requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Relatio per Nunciũ potest fieri in genere, & in specie.*
2 *Relatio in genere facta, secundum vnam opinionem, non valet.*
3 *Contrariam opinionem tenent alij.*
4 *Relatio facta, prout in mandatis, refertur ad ordinem iudiciarium commissum in citatione.*
5 *Alij autem faciunt differentiam inter relationem factam per edictum, & non per edictum.*
6 *Author hic conciliat huiusmodi contrarias opiniones.*
7 *Nuncio creditur citasse de ordine iudicis.*

C A P. IV.

1 Relatio per Nuncium duplici modo fieri potest, videlicet in genere, & in specie, vt latè dicit Asin. in pract. §. 9. c. 7. nu. 1. & seqq. Scac. in tract. crim. lib. 1. c. 48. nu. 6. vbi exemplicat, quod in genere dicitur, quando retulit fecisse prout habuit in mandatis, in specie vero, quando modum exprimit, quo fecit citationem: † Et circa primum modum dubitatur, an talis generalis relatio valeat; & vna fuit opinio, quod nõ valeat, quia dicitur obscura, & incerta, vt per Alex. cons. 201. nu. 23. lib. 2. Vestr. in pract. lib. 4. c. 3. nu. 9. vbi allegat. Ægid. conel. 200. de re iudic.

3 Contrariam sententiã, quòd valeat, tenuerunt Bal. in l. properandum. §. & si quidem num. 23. C. de iudic. Rota decis. 1. alias 48. in addit. tit. de dol. & contum. in nou. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 97. quia certum non solum dicitur id, quod de per se est certum, verum etiam illud, quod est certum per relationem ad aliud, Vant. d. tit. de nullit. ex defect. citat. nu. 137. Iul. Clar. q. 31. n. 15. & seq. vbi de communi, Scac. d. c. 48. nu. 7. versi. contrariam, & latè Asin. in sua Pract. §. 9. c. 6. nu. 3. & latius in e. 7. d. §. 9. num. 5. & seqq. vbi etiam concordantes allegat, Baiard. q. 31. nu. 52. vbi testatur

4 de communi: † & ideò omnes ibi concludunt, quòd si per iudicem, vel Statutum detur ordo citandi primo personaliter, si illum habere potuerit, & demùm domi solitæ habitationis, vel eum affixione copiæ citationis ad domum, vel ad alium locum, si in relatione dicat Nuncius, feci, prout in mandatis, virtualiter videtur comprehendere omnia fecisse, quæ per legem, vel Statutum, seu iudicem ei iniunctum fuerat, Vinc. de Franch. decis. 322. nu. 4. & seq. p. 2. Benè verum est, quod si agretur, vt reus citatus grauaretur, quando Nuncius refert fecisse prout in mandatis debet intelligi, vt citationem fecerit domi, & non personaliter, vt includatur minor contumacia, & minus delictum, vt latè explicat. Benintend. decis. Bononien. 57. nu. 3. & dixi in præced. c. 3. nu. 13.

5 Alij autem faciebant differentiam inter citationẽ, vel relationem factam per edictum, & nõ per edictũ, vt per Vant. tit. de nullit. ex defect. citat. num. 130. & seq. qui tenet vnam opinionẽ, & per Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 4. c. 3. n. 13. in fi. qui aliam tenet opinionẽ, tamen concordantur ex infra posita distinctione.

6 Aut iudex commisit executionem citationis alternatiuè, nẽpè vel personaliter, vel domi, aut ordinate, nempè

nempè quod citet personaliter,& vbi personam non inueniat,citet domi,& in 1.casu Doctores firmant relationem generalem non valere,cum illa alternatiua nō sit certa, nisi per relationem ad dispositione iuris, quæ resoluit alternatiuam in copulatiuā subsidialem, idest, vt citetur personaliter, si reperiatur, sin minus domi, quæ iuris dispositio videtur certa iudici, ideò eius commissio ad eam refertur,Bar.in d.l.4.§.Pretor ait,n.13.ff.de damn.infect.quem sequuntur Alex.cōs. 2. n.3.lib.3.Asin.d.§.9. c.7.n.7.sed dispositio iuris est certa, ergo & commissio iudicis ad eam relata tenet; secus est in relatione Nūcij,qui cum ignoret iuris dispositionem,non possumus dicere,ꝙ eius relatio referatur ad eam,vnde remanet incerta,& obscura,Alex. d.cons.2.n.3.& seq.Marant.de ordin.iud.p.6. memb. 1. n.127.Asin.in d.§.9.c.6.n.3.vers.sed Auum, Scac. d.c.48.nu.7.vers.alij verò,vbi etiam respondet cuidā obiectioni,latè Vincen.de Franch.decis.222. n.5.vbi latè, & alios allegat,& refert,quod si non detur certa forma, quomodo citare debeat, sed tantum dicitur, quod seruet formam iuris,vel statutorum,& tunc non valeat relatio si dicat citasse modo,& forma sibi commissis,aut detur certa forma a iudice,vt quia dicat,vt citet personaliter,si persona reperiri cōtingerit,alias domi solitæ habitationis, & tunc, facta relatione citasse modo, & formam sibi commissis,valeat citatio, quia quando relatio se refert ad ius non cadit in sensum Nuncij, & ideò relatio non valet, secus quando se refert ad factum sibi commissum.

In secundo verò casu, quando citatio est commissa ordinatè,tunc dicitur generalis relatio,cum isto casu relatio Nuncij se referat ad factum, quod, cum sit certum, & ab eo potuerit benè percipi, ideò relatio valet,& ita loquuntur Asin.in d.§.9.c.7.n.6.& seq.& alij,quos refert,& sequitur Scacc.in d.cap.48 num.7. in fine, vbi a prædicta distinctione non esse recedendum affirmat,cum sit communis.

7 Nuncius verò præsumitur, quod citauerit de ordine Iudicis secundum magis communem opinionem attestatam per Doctores relatos per Hier.Hispan.in tract.com.contra cōm.q.380.num.2.& seq.

Nuncio quando sit credendum.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio quando sit credendum,remissiuè.*

2 *Nuncio, vel Cursori, vbi agitur de graui præiudicio tertij.& in criminalibus non creditur.*

3 *Nuncio, vel neganti fuisse citatum, cui magis credatur,est Iudicis arbitrarium.*

4 *Probatio cōtra relationē Nuncij semper admittitur.*

5 *Nuncio,vel notario,cui prætenditur facta relatio,cui magis credatur.*

6 *Nuncio in his, quæ cōcernunt eius officiū,plene creditur, secus in alijs non concernentibus eius officium.*

7 *Nuncio referenti fuisse verberatum, vel iniuria affectum à citato non creditur.*

8 *Nuncio referenti se impeditum fuisse in actu citationis non creditur.*

9 *Nuncio referenti citatum dixisse nolle comparere an credatur.*

10 *Nuncio referēti citasse de ordine Iudicis an credatur.*

11 *Nuncio in non concernentibus eius officium in minimis solum creditur.*

12 *Nuncio in quibus creditur semper præsupponitur vt deponat cum iuramento.*

13 *Nuncio non creditur,si eius relatio repugnet actis.*

CAP. V.

1 ISta quæstio ad plenum est discussa per modernos, nempè per Asin.in sua Pract.§.9.c.2.per totū,vbi distinguit plures casus per Menoch.de Arbit.cas.112. etiam per totū, vbi distinguit plures casus Pacian. de probat.lib.6.c.48.n.63.& seq ego autem referam tātummodo casus spectantes ad criminalitatem.

2 Ideò Aduocatus sciat, ꝙ,quicquid dicant Doct. in ciuilibus,ꝙ sit crēdendum nuncio iurato,licet citatus assereret contrarium medio iuramento,Specul.in tit. de cit.§.sequitur,vers.sed numquid credatur soli nuncio,vbi alios allegat Asin.in d.§.9. c.2. nu.9.tamen in criminalibus, vbi agitur de magno pręiudicio, ei non creditur Asin.in d.§.9.c.2.n.11.vbi cōcordātes cumulauit,& latius in c.10.per tot.Gram.vot.21.nu.7.Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.14.in fi.Menoch. de Arb.cas.113.n.9.in fine,vbi post Rotam Rom.decis.15.in fi.de dol.& contum.in nou.expresè firmat, quod in causa criminali,nec etiam cursori Papæ credatur,sicut alijs non creditur:quod est notandum hic in Curia,quia sæpè in facto euenit.

3 Item tradunt in omni alio casu esse arbitrariū,quibus magis sit credendum an nuncio iurato, vel negāti fuisse citatū,inspecta qualitate causæ,& personarū, & secūdū coniecturas,vel pręsumptiones verisimiles, & si nuncius sit vilis persona, & pars ipsa in dignitate constituta,vel laudabilis vitę,latè Asin. in d. Pract. §.9. c.2. n.13.& 14.vbi alios cumulauit,& latè etiam Menoch.de Arbit.d.cas.....n 7.& seq.Baiard.q.31.nu. 63. qui omnes alios allegant,Pacian.de probat.lib.2. c. 38. num 67. vbi subdit,nisi aliter à lege,vel a consuetudine cautum fuerit, vbi tamen ibi Addentes in littera E, dicunt, quod etiam isto casu admittatur iuramentum partis in contrarium, & Cęuall. in tract. comm.contra comm. q.381.refert in ista quæstione tres opiniones, vt prima sit ꝙ magis credatur Nuncio, quam parti, & testatur de cōi opinione. 2.quod magis credatur parti,quam Nūcio,& hanc dicit esse magis communem opinionem,3.est quod sit arbitrarium iudicis cui magis credere velit, & ibi etiam refert,quid seruetur in illo regno de iure regio.

4 Et in omnem casum semper admittitur probatio contra relationem Nūcij.Franc.in c.cum parti n.38. de appell.Baiar.q.21.n.64.latè Asin.in Pract.§.9.c.21. per totum, vbi infinitos ferè cōcordantes cumulauit, & dicit esse veram opinionem, tàm si quis velit probare contra totam relationem, quàm contra aliqua contenta in relatione,& ꝙ admittatur probatio contra relationem nuncij,latè post alios Mascar. de probat.conclus.189. num.8.& Add.ad Pacian.vbi supra.

5 Si verò nuncius retulit notario, & notarius fecit publicum instrumentū de his,quę sibi retulit Nūcius, qui posteà dicat se aliter retulisse, quā sit scriptū,magis creditur notario,quā Nūcio,nisi notarius esset suspectus,& nisi de pęna falsi ageretur,Alex.consil.70. col.2.cons.74.col.penult.vol.1.Fęlin.in c.ad audientiam,colum.2. & in cap. cum causam in fine de testibus, & post istos,& alios,quos allegat Baiard. quæst. 31.numero 57.

6 Et alia traditur diſtinctio, vt in illis, quæ concernũt eius officium, & ſunt ei demandata à iudice ſi fecerit nuncius publicus & iuratus, ei credatur, latè qui cęteros cumulauit, Aſin. in pract. §. 9. cap. 3. n. 3. & ſeq ſed in alijs non credatur, vt poſt alios, quos allegat, ita firmat Menoch. de Arb. caſ. 112. num. 12. lib. 2.

7 Hinc infertur, quod ſi Nuncius referat à citato verberatum fuiſſe, vel alia iuria affectum, ei non credatur. Ant. Gabr. lib. 2. tit. de cit. cõcl. 4. & n. 3. & latiſſimè firmat Aſin. in d. prac. §. 9. c. 2. n. 5. vbi alios ferè infinitos cumulauit, & dicit ſufficere ſolum ad inquirẽdum, vbi teſtatur, ꝙ aliter ex conſuetudine Franciæ, & Delphinatus obſeruatur, ſed quomodo ſit intelligenda d. cõſuetudine, vide Caball. caſ. 127. nu. 10, & ſeq. Tiraq. de retract. cõſanguinit. gl. 9. n. 14. Alciat. de prę ſũpt. reg. 3. præſumpt. 14. nu. 3. vbi tamen ſubdit in hoc verſari iudicium iudicis, qui inſpecta Nũcij, & citati perſona, videat an veriſimile ſit Nunciũ ab iſto citato verberatũ fuiſſe. Menoch. d. caſ. 112. nu. 3. latiſſimè Petr. Caball. d. caſ. 127. n. 2. & ſeq cent. 2. licet loquatur nõ in Nuncio, ſed in ſatellitibus aſſerentibus fuiſſe impeditos in executione, vbi inter alias declarationes ponit vt numquam ſit credendum vni birroario, & quãdo deponerẽt fuiſſe percuſſos vel iniuriatos ab illis, contra quos exequi non debebant, & eis non credatur quando ex captura poſſent conſequi lucrum, vel præmium.

8 Infertur etiã non credi Nuncio referenti ſe impeditũ fuiſſe, ne ſibi mandata exequeretur, vt poſt Alciat. in d. præſumpt. 14. n. 3. verſ. ſed pone iudex, Menoc. d. caſ. 112. n. 15. quia ipſi dicit, ꝙ talia impedimẽta nõ ſunt eorum officio connexa. Caball. d. caſ. 127.

9 Ac etiam infertur ꝙ Nuncio referenti citatũ non eſſe venturũ, aut alia ſimilia verba dixiſſe, non eſt credẽdum ad eius cũ officium id ſpectare non videatur Bar. in l. Diuus in 1. lect. col. 1. vbi etiã Ang. col. 2. Canoniſtę in c. cum parati extra de appell. latè Gabr. d. concl. 4. n. 1. vbi de comm. Mil. in reper. in verb. Nũcius ſi refert, & alij relati per Aſin. in ſua pract. §. 6. c. 3. n. 6. in princ. vbi tamen ſubdit, ꝙ iſto caſu ſit credẽdũ Nuncio, cũ talis reſponſio facta à citato ſit de cõnexis, & appendicibus citationis, & ibi hanc opinionẽ tenentes refert, vbi tamen cõcludit, vt Nuncio in his tantum, quæ eius officio cõmiſſa ſunt, ſeu ad eius officiũ pertinent, credatur, ſed tantũ operetur iſta relatio Nuncij, vt non teneatur dicta verba probare per exactas probationes, & Menoch. de Arb. lib. 2. caſu 112. n. 16. & ſeq etiam refert Doct. pro vtraq; opinione, & tandem firmat dicta verba, nolle venire, vel nõ eſſe venturum, non eſſe proprie connexa citationi, cum ipſa citatio ſtare poſſit ſine hac reſponſione; & quia multoties citati iracundia moti ita reſpõdent, & deinde ad iudicium accedũt, cũ nec vera ſit illa ratio, quam tradunt aliqui Doctores, vt talis reſponſio veniat in conſequentiam citationis, & tandẽ huic Nuncio eredendum non eſſe ad plenum prępudicium cõcludit, ſed totũ relinquit in arbitrio iudicis, vt ipſe cõſideret qualitatẽ perſonæ citatæ, ac leuitatẽ, vel grauitatẽ negocij, & ob id, aliquando credat Nuncio, aliquando non, & idem firmat Baiard. q. 31. num. 63. & Plot. conſ. 47. n. 4. lib. 1. dicit, quod magis creditur perſonæ conſtitutæ in dignitate, quàm Nuncio, & loquitur in Doctore, latè Maſcard. de probat. concl. 189. n. 5. & ſeqq. vol. 1. vbi refert etiam Doctores tenentes pro vtraque opinione, & tandem videtur concludere, quod, ſi cum dicto Nuncij non concurrant aliæ prę ſumptiones, ei nõ credatur, ſecus ſi concurrat aliqua alia præſumptio, vt quia citatus non comparuerit in termino, Gabr. d. concl. 4. n. 2. vel ſi eius dictum eſſet corroboratum aſſertione, vel dicto alterius teſtis ſide digni, & ſub n. 11. etiam ſe remittit ad arbitrium iudicis, & Petr. Caball. in qq. crim. cent. 2. caſ. 127. num. 4.

10 Hinc etiam infertur, ꝙ Nuncio aſſerenti ſe mandato iudicis citaſſe non credatur, niſi aliter diutina conſuetudine obſeruatũ eſſet, latè poſt cœteres per eum congeſtos Aſin. in d. Pract. §. 9. c. 3. nu. 7. de quo etiam dixi ſupra in cap. 2.

11 In alijs autem, quæ ad officiũ Nuncij nõ pertinẽt, credendum non eſt, niſi de aliquo minimo prę iudicio agatur, vt poſt Innoc. in c. 1. extra de fid. inſtrument. & Bal. Panhor. & omnes recentiores in c. poſt ceſſionem extra de probat. & poſt alios, quos allegat ita firmat Aſin. in ſua Pract. §. 9. c. 4. num. 1.

12 Et in quibus creditur Nuncio cõtra teſtes, ſemper intelligitur, ſi pręſtito iuramento ante eius relationẽ deponat. Maſcard. de probat. concl. 189. nu. 9. vbi poſt Io. de Arn. ſing. 20. dicit, quod ſatis ſit, ſi in aſſumptione ſui officij ſemel iurauerit ſuper omnibus legaliter faciendis, & adminiſtrandis.

13 Ac etiam intelligitur, ſi Nuncius conueniat cum actis ſcriptis per Notarium, ſecus ſi repugnet, vt ſi Notarius ſcripſerit Nuncium retuliſſe ſe citaſſe Titium ad domum, & poſtea Nuncius dicat ſe citaſſe perſonaliter, vt poſt alios, quos allegat tradit Maſcar. in d. concl. 189. n. 10. vbi confusè loquitur de relatione Nuncij, & birruariorum, & ibi ponit alias declarationes, & limitationes.

Nuncio dicenti feciſſe falſam relationem, an credatur, & qua pœna puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio dicenti falſam feciſſe relationem non creditur, prout idem eſt in teſte, notario, & iudice.*

2 *Nuncius dicens feciſſe falſam relationẽ quando prę iudicium faciat: idem in Notario, & teſte remiſſiuè.*

3 *Nuncius referens per falſitatem citaſſe, cum non citauerit, ſi fuerit alias per dictam falſam relationem condemnatus ſententia ſubſiſtebit.*

4 *Nuncius faciẽs falſam relationẽ qua pœna puniatur.*

5 *Aſſerentes occidiſſe bannitos, quos verè nõ occiderũt, ſed ab alijs fuerunt occiſi, qua pœna puniri debeant.*

6 *Aſſerentes occidiſſe bannitos, quos verè ipſi non occiderunt, ſed alij, ſi alicui eorum nominationem vendant dictorum bannitorum interfectorum, an tali nominatione tutus ſit emptor.*

CAP. VI.

1 IN hac materia Aduocatus ſciat; quod regula eſt, vt non ſit credendum aſſerenti ſe falſum dixiſſe in præiudicium tertij, vt per Bartol. in l. ſi quis in grau. §. ſi quis moriens. ff. ad Syllan. Roland. conſil. 16. num. 7. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 744. n. 1. vol. 1. qui loquuntur in Notario aſſerente feciſſe falſum inſtrumentum, quia confeſſio vnius non nocet alteri. Petr. de Surd. conſ. 173. n. 80. volum. 2. & idem affirmant in iudice aſſerente tuliſſe ſentẽtiam falſam per ſordes, ac in teſte aſſerẽte tuliſſe falſum teſtimonium per

per Doctores adductos per Mafcard.in d.concl.744. n.1. & in terminis, quod Nuncio afferenti feciffe falfam relationem non fit credendum tradunt Bar. in l. Librarius.ff.de reg.iur.Bal.conf.252.vol.4.qui tamen videntur affirmare, & præcipuè Bal. quod iudex ftudeat per teftes,vel alio modo veritatem habere, & fi habere nō poffet vllo modo, tali inftrumento fidem adhiberet, & tandem videtur concludere,quod iftud fit arbitrio iudicis remittendum; fed Ludou. Bologn. in conf.52. colum.2.præcisè firmat,quod fi Nuncius referat in fcriptis non effe ei credendum, fi poftea contrarium dicat,& Baiard.in q.31.num.51.

2 Et fi quis vellet in materia relationis notarij dicētis falfum fcripfiffe videre, quam probationem faciat talis depofitio, & quando fit, vel non fit attendenda adeat Petr.de Surd.in conf.173.n.81.& feq.lib.2.vbi ponit fex declarationes; & in materia teftis dicentis falfum depofuiffe,videat Moder.Rom.conf.79.n.15.

3 Si verò Notarius,Teftis,vel Nuncius non fecerint falfum inftrumentum,depofitionem,neque falfam relationem, fed præcio a parte corrupti ita depofuerint, fi condemnentur ex eorum confeffione, fententia fubfiftet,eifque enim in putandum eft,quod fic falfo fuerint confeffi,vt poft gloff.firmat Bal. in l.1.nu. 4.verf.quæro fi pecunia.C.de pœn.iudic.qui malè indic.& Petr.Caball.in quæft.crim.cent.2. caf.151.nu. 45.vbi teftatur,quod ita fuit executum contra quemdam Notarium, cui fuit amputata manus iuxta fententiam contra eum latam pro falfa inftrumenti confectione; licet inftrumentum non effet falfum, fed verum.

4 Nuncius autem, fi verè fecerit falfam relationem. Foller.in Pract.crim.in verb.fiat relatio Nuncij num. 15. dicit, quod debet priuari officio, & pœna corporali puniri,& Baiard.quæft.31.nn.54.& feqq.teftatur quod plures Nuncios falfum referentes fecit ponere ad berlinam, feu ad catenam cum priuatione officij, & exilio,Afin.in Pract.iudic.§.9. c.13. dicit,quod de iure communi fint puniendi pœna l. Cornel. de falf. fi propter pecuniam falfam relationem fecerint, fi verò alia de caufa, tunc ad intereſse per partem paffum teneantur.

5 Qui autem referunt per falfitatem occidiſse bannitos,qui verè ab alijs occifi fuerunt,fi ex ifta falfa atteftatione taleam,vel præmium confecuti fuerint debent condemnari ad reftitutionem taleæ,ac ad triremes,vel in perpetuum, vel ad tempus, & non in pœnam mortis, nifi quando vigore dictæ falfæ atteftationis ipfi obtinuiſsent cancellari a banno capitali, quo erant condemnati; cum tunc reincidant in eorum pœnam,& ita teftatur in contingentia facti pluries fuiſse obferuatum.Petr.Caball.in quæft.crim.caf. 151.num.9.& feq.

6 Si verò vigore dictæ falfæ atteftationis quis vendiderit condemnationem, vt ex illa aliquis rebanniretur, & emptor fuerit cancellatus ex eius condemnationibus,& nullam fraudis participationem habuerit. Petr. Caball. in d.caf.151. num.8. & feq.refert,quod fuit in voto, vt ifte rebannitus non fit puniendus, fed dimittendus in pace obnoxius prioribus eius condemnationibus, & ex his fit impofitus finis huic X. Defenf.hac die 16. Nouembris MDCXL.

DEFENSIO XI.

Circa cautionem de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo præftari debet inter partes, fecuta aliqua rixa,vel inimicitia.*

2 *Cautio ne detur poteft euitari, probando non adeffe timorem futuræ offenfionis, quamuis ab altera parte data fuerit.*

3 *Cautio poteft euitari, fi pars, quæ illam petit, prius non cauit.*

4 *Cautio euitari poterit, probata paupertate, & tunc citatoria cautio admittitur.*

5 *Cautio poteft euitari per confanguineos, & attinentes,fi effent inimici.*

6 *Cautio pōt euitari per confanguineos, & attinentes, quando principales delinquentes cautionē dederunt.*

7 *Ad cautionē petendam requiritur fpeciale mandatū.*

8 *Cautionem petere non poteft excommunicatus, vel bannitus.*

9 *Cautio poteft euitari quando à parte offenfa petatur.*

10 *Cautionem dare coactus abfque caufa, poterit petere illam abolij.*

11 *Cautionem præftare coactus per carcerationem, fi illam non habeat, debet relaxari fub verbo alicuius Potentis.*

12 *Præceptum poteft fieri partibus ad præftandam cautionem,& interim habetur pro præftita.*

13 *Fideiuffores in cautione de non offendendo quomodo liberati dicantur.*

14 *Epifcopus poteft cogere laicos ad cautionem de non offendendo,& pœnam fuæ Cameræ applicare.*

C A P. I.

1 QVoniam fecuto homicidio, vel alia inimicicia,feu rixa,Curia folet moleftare partes,& cōfanguineos,affines,& attinentes ad cautionem præftandam de vlterius fe non offendendo, tam ad inftantiam partium, quam ex officio,vt latè dixi,in meo Tract. de Pac.Treug.verb.dato,& caut.de non offend.p.2. §.3. ad quem Aduocatum,& lectorem in hac materia remitto,& attingam folummodo quomodo partes poffint fe tueri, ne adftringi valeant ad dictam cautionem.

2 Et primo poſsunt deducere, ꝙ ex parte vnius non adeft timor,vel caufa ad præftandā dictā cautionem Herculan.de caut.c.47. nu.30. vbi fubdit,ꝙ probabit caufam exclufionis dādi iftam cautionē per illos modos,ex quibus refultat negatiua futuri timoris,ꝙ ipfe fit bonæ famæ, & conditionis, & non folitus delinquere,neque per alios offendere facere,& quod licèt per aliam partem fuerit præftita, tamen nulla caufa, vel fufpicio ex eius parte fubeft, & ideò non teneri Herculan. de caut. cap.6. num.6. in fine,Nicol. Moron.in tract.de fid.& pac.quæft.170.num.1.vbi teftatur.quòd tenentes contrarium decipiuntur,& ego dixi in d.tract.de caut.par.2.§.3. q.18. num.2.

3 Ac etiam poterit fe tueri, quod altera pars,quę petit cautionem non cauit prius,prout ipfa tenetur Cephal.conf.690.nu.5.& feq.decif.Tholof.489.vbi add. Card.Tufc.tom.1.in verb.cautio,concl.169.n.1.Herculan.de caut.c.6.nn.1.& feq. vbi teftatur de communi

obseruantia,& ego dixi in dict. tract. de caut. §.3.q 5. vbi tamen declaraui procedere, quādo ex altera parte subest timor offensionis, aliàs potest vna pars tātū adstringi,altera non,& latè tradit nouissimè Petr.Caball. in q.crim. cent.3.cas. 219. num.3. 7. & seqq.

4 Ac etiam poterit deduci, quod ipse est pauper, & non potest inuenire cautionem, vel saltim in tanta quantitate, in qua pars aduersa cauit; ideò, vel quod sit admittendus ad iuratoriam cautionem,vel ad minorem summā, prout potest omnino iudex facere, si ita iudici visum fuerit; vel quod est in loco forensis, vel habet priuilegium non cauendi ob eius nobilitatem, de quibus omnibus dixi in d. tract. de caut. §. 3. num.5.& seq.quæst.18.

5 Ac etiam cōsanguinei,vel attinētes possunt se tueri,quod sunt inimici partis offensæ,vel offendentis,& ideò pro eorum inimicis,consanguineis,vel affinibus non tenentur cauere,cum bona fides non patiatur,vt quis promittere teneatur de facto inimicorum suorū. Hercul.de caut.cap.8.num.2. & seq. Laderch.Imol. cons.208.sub nu.3.& ego dixi in d.tract. de caut.§.3. q.10.nu.18.& quia etiam adsuot alij proximiores cōsanguinei,& attinētes,& ideò illos esse astringendos, cum ista materia odiosa reguletur per materiam fauorabilem successionis,& sic caueant illi,ad quos pōt spectare commodum successionis. Herculan.de caut. cap.49.num.7.& seq & ego latè dixi in dict.Tract.de caut. §.3. quæst. 59. per totam.

6 Ac etiam possunt se tueri dicti affines,& attinētes, quod ipsi non tenentur cauere, cum principales met dederint cautionem, & nulla suspicio in ipsis attinētibus vigeat. Herculan.de caut.cap.6.num. 10.& seq. & ego dixi in d.§.3.de caut.quæst.18. num.7.

7 Ac etiam poterit se tueri, quod ille, qui petit cautionem nomine alterius,non habet speciale mandatū à suo principali, prout omnino requiritur. Alexand. cons.78.colum.1.in fin.vol.5.Barard.q.47.n.9.& ego dixi in d.§.3.de caut.q.5. & quæst.18. num.9.

8 Ac etiam quod petens cautionem non possit audiri,quia sit excommunicatus,vel bannitus,& possit opponere tales exceptiones impedientes officium iudicis,iuxta materiam,l.primæ,§ & parui,ff.quod vi,aut clam,Herculan.de caut.cap.6.num. 12.& ego dixi in dict.q.18.num.10.

9 Ac etiam poterit se tueri allegādo quod ipsa pars offensa fuit,& quod altera pars ex delicto suo actionē consequi non debeat Herculan.de caut.cap.6.nu.14 vbi tamen firmat opinionem cōtrariam esse communem,quam etiam sustinet idem Herculan. in cap.16. sub num. 15.confutatis contrarijs,prout ego latè hāc opinionē totis viribus amplector in d. tract. de caut. p.2.§.3.q.5.& q. 18. num.12.& seq.

10 Sed si quis fuit coactus ad cautionem præstandam sine causa, vel aliqua suspicione subsistente, poterit petere dictam cautionem aboleri, & cassari, imò tali casu non poterit prætēdi fractura cautionis. Herculan.de caut.c.49.nu.14. vbi subdit, quod, si fideiussor non opposuerit dictā exceptionem,non poterit agere contra principalem pro sua indēnitate, prout ego latè dixi in d.2.p.§.3.q.18.num.14.de caut.vbi etiam dixi, quod tutius erit appellare, vel recursum petere ad superiorem pro dicta cautione abolenda antequā eueniat casus nouę offensionis,si verò quis fuerit coactus per carcerationem præstare dictam cautionē in casu licito,nō poterit deinde petere cassari d. cautionem Herculan.de caut.c.49.nu.16.vbi alios allegat.

11 Si verò quis cogeretur per iudicē ad dādā cautionē per carceratione,& ipse non haberet fideiussores, ne diù in carceribus detineatur, & ibi marcescat,& si iudex vellet dictū pauperē in exiliū mittere,non esset consultū quieti,quia forsam maiora scandala orirentur, ideò hodie ex consuetudine in multis partibus Italiæ est introductum,vt aliquis Princeps,Marchio, Dux,insignis miles,vel alia persona nobilis sumat ver bum,& fidem,quod ipse carceratus,non offendet,neque offendere faciet alterum,de quo latè dixi in dict. tract.de Pac.Treug.& verb.in 2. p.§.2.per tot.vbi et ostendi, quod data contrauētione,iste Dux,vel Marchio, seu persona nobilis non poterit contrauenientem punire,neque castigare,sed solum penes Curiam subministrabit testes,indicia,& alia necessaria pro punitione delinquētis,quid autē,si iste Princeps obierit, an verbum sit extinctum, vt amplius nō teneatur pęna fracti verbi,si sequatur offensio,latè dixi in d.meo tract.de Pac.&c.2.p.§.2.q.9.per totam.

12 Sed quia plerumque iudices, vel illi qui curam ciuitatis habent,prout euenit in patria mea,ne alia maiora scandala nascantur, sequuta aliqua rixa, vel offensione per præcepta prouident,vt præstentur dictę cautiones de nō offendendo,cum clausula,quod interim habeantur pro præstitis,& contraueuientes dicantur secundum aliquos in dictam pœnā in præcepto terminatam incidere vt firmant Herculan. de caut.c.5. n.1. 5.& seq.c.6.n.1.c.42.n.24.in fi.Vulpell.in tract. de promiss.q.81.n.3.in fin.And.Gayl.de Pac.pub.lib. 1.c.2.n.16.& ego dixi in d.tract.de caut.p.2.§.3.q.3. n.21.& postea idem latè firmat Petr.Caball.in quæst. criminal.cent. 3. cas.219. per totum,vbi testatur ita fuisse in contingentia facti pronunciatum, & deinde sententiam in causa appellationis confirmatam: imò vlterius firmat,quod dicta contrauentio præcepti ad pœnam incurrendam poterit coniecturis,& præsumptionibus probari; Tamen Aduocatus poterit aduersus dicta præcepta opponere,quod per iudicem fieri non potest vt contrauenieus teneatur ad dictam pœnam, cum hoc induci non possit nisi ex conuentione ipsarum partium,& contractus sint facti,l.consilio,§. fin.ff.de curat.Furios. & impossibile sit,quod iudices possint inducere per præcepta quod factum futurum,& nunquam factum censeatur factum, Paul. de Castr. cons 413. nu.4. vers.præterea,volum. 1.& iu puncto tradit Mar.Ant.Macer. variar.resolut.lib.3. resolut. 31.num.3.vers.& dum Fiscus,& num.4.& seq.prout etiam ego retuli in dicto meo tractat. de caut. §.tertio, quæstione tertia, numerò vigesimotertio, parte secunda,vbi tamen dixi quod si pœna non possit exigi ratione contractus, poterit tamen exigi ratione contemptus iudicis.

13 Si Aduocatus vellet scire in quibus casibus fideinssores sint liberati a dicta cautione præstita de non offendendo, adeat dictum meum tractatum de Pace, Treug. verb. & caut. parte 2. §.3. quæstione 28. per totam,vbi posui viginti duos casus,& conferunt,quę latè nouissimè scribit, C. Mant. in tract. de citat. & ambigu. conuent. tomo secundo libro decimosexto, tit. 21. numero primo,& seq.& lib 17. tit.3.& tit.4. Lanar.cons.7.Caualc.de Brac.reg.p.2.n.265.vbi ponit 18.casus,& num.178.& seqq.

14 Epi-

14 Episcopus in deli[illegible]mixti fori in quibus pōt agere cōtra laicos vt si deliquerint in ecclesia, quia ibi rixati fuerit, sicut pōt illos pęnis spiritualib. & temporalibus punire, latè Petr. Caball. cas. 194. per totum, & præcipuè nu. 11. & Prax. Arch. Neapol. c. 17. nu. 3. vbi de veriori opinione, ita ēt pōt eosd. laicos astringere ad cautionem de non offendendo sub pœnis pecuniarijs, & tēporalib. cum iste sit emergens a causa principali, & iudex habens cognitionem super negotio pincipali possit etiam cognoscere super emergētibus dependētibus annexis, & connexis, Dec. cōs. 44. nu. 6. Caual. de Brac. reg. p. 4. nu. 343. & poterit pœnā camerę suæ applicare, cū de consuetudine Episcopus habeat fiscum, & camerā, vt latè dixi in tract. de confiscatione bonorū, concl. 13. ampliat. 24. nu. 1. vbi de communi. Nec bulla Pij Quarti de pœnis applicandis conuentionalib. Cameræ Apostolicæ obstat, quia illa nō loquitur in illis Baronibus, & alijs habentibus cameram propriam, & quando est applicata eorum camerę. Sed quādo sumus in dubio, & tunc intelligatur d. Cameræ Apostolicæ, vt declarat Tob. Non. cōs. 110. num. 9. & latè Add. ad Magon. in decis. fin. in vltima additione, & ita alias dixi in fauorem Curiæ Episcopalis Anconitanæ Illustrissimi D. mei Caroli Cardinalis de Comitibus penes sacram consultam.

DEFENSIO XII.

Circa execusatione pro absente.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in quibus casibus pro absente internenire possit, remissiuè.*
2 *Mandatum procura speciale in quibus casibus requiratur, remissiuè.*
3 *Absentia excusat citatum à comparendo.*
4 *Absentia allegata sine aliqua causa expressione, vel sine aliqua probatione, debet dari terminus ad perquirendum, & certiorandum absentem.*
5 *Absentia magnis suspendit iudicium, si allegentur etiam causæ absentiæ.*
6 *Absentia causa allegantur per quemlibet de populo sine mandato.*
7 *Declara tamen, vt hic per Authorem.*
8 *Procurator habens mandatum ad defendendum, & prosequendum causam in forma, admittitur ad allegādum absentiam, & impedimentum.*
9 *Procurator allegans absentiam, non tenetur satisdare.*
10 *Absentia, vel aliud impedimētum potest allegari per eum. qui nec etiam possit esse procurator.*
11 *Absentia allegata, iudex dare debet competentem terminum ad perquirendum, maxime si talis terminus petatur.*
12 *Cautela, vt Aduocatus deducat fidem super absentia, vt supersedatur in procedendo; & terminus remittitur arbitrio iudicis.*
13 *Absentia quomodo probetur.*
14 *Absentia allegata, si iudex denegauit dare terminū, ad probādū iustā causā absētiæ, pcessus annullabitur.*
15 *Absentiam iustæ causæ probant.*
16 *Absentia affectata, & procurata non suffragatur absentibus.*
17 *Absentia affectata quando dicatur.*
18 *Cautela, quæ datur delinquenti, vt procuret carcerari in alio loco, ne comparere teneatur, dicitur mala cautela.*
19 *Absentia causat allegans non admittitur sine iuramento calumniæ.*
20 *Absentia allegata, & probata operatur, vt processus deinde fabricatus sit nullus.*
21 *Secus si non fuit oppositum de dicta absentia.*
22 *Infirmitas est iusta causa non comparendi.*
23 *Infirmitas debet allegari; & probari, & quomoda.*
24 *Infirmitas operatur, quod etiam si allegata non fuerit, si de ea iudex notitiam habuit, sententia lata cōtra infirmum sit nulla.*
25 *Infirmitas leuis non probat iustam causam rescindēdi sententiam, vel aduersus illam restitutionem petendi.*
26 *Infirmitas suorum consanguineorum excusat à comparendo.*
27 *Declara tamen, vt hic per Authorem.*
28 *Infirmitas allegata, si non reperiatur infirmus, non suffragatur.*
29 *Carceratio excusat citatum à comparendo.*
Vniuersitas delinquendo admittitur, & auditur in quocumque crimine per procuratorem.
30 *Insidiarum timor, & locus non tutus excusat a comparendo.*
31 *Quæ exceptio loci non tuti suffragatur etiam respectu Aduocati, procuratoris, & testium.*
32 *Exceptio loci non tuti operatur, vt nec etiam quis teneatur comparere per procuratorem.*
33 *Exceptio loci non tuti, vt suffragetur, quid agendum, sit per Aduocatum.*
34 *Locus non tutus notoriè, quando dicatur.*
35 *Locus non tutus, si de eo iudex notitiam habeat, operatur, vt sententia sequuta, condemnatus restituatur in integrum.*
36 *Exceptio loci non tuti operatur, vt nec etiam teneatur citatus comparere sub fidantia.*
37 *Locus non tutus vt dicatur, quæ consideranda sint.*
38 *Loci non tuti exceptio si opponatur, & exprimantur causæ, excusat à contumacia, alias secus.*
39 *Locus nō tutus potest allegari per quamcunque personam, etiam non data cautione.*
40 *Locus non tutus quomodo probetur.*
41 *Exceptio loci non tuti debet allegari, & probari corā iudice, qui citauit ad locum non tutum.*
42 *Exceptio loci non tuti potest allegari, etiam per litem contestatam.*
43 *Locus non tutus potest contingere pluribus modis.*
44 *Bannitus in vno loco non tenetur ibi comparere.*
Declara tamen hic per Authorem.
45 *Aeris mala temperies operatur, vt quis non teneatur comparere in loco in quo fuit citatus.*
46 *Captus à Piratis, vel Turcis excusatur à nō cōparēdo.*
47 *Citatus à iudice incōpetenti non tenetur comparere.*
48 *Exceptio incompetentiæ iudicis potest opponi, nō obstante quocumque statuto probibente aliquam exceptionem opponi.*
49 *Innocētia exceptio operatur, vt citatus nō teneatur.*
50 *Exceptio declinatoria fori debet opponi ante litem contestatam.*
41 *Exceptio nullitatis sententiæ potest opponi per procuratorem.*
52 *Impedimenta, quæ sufficiant, ne citatus teneatur comparere, remissiuè.*

53 *Procurator in casibus, in quibus de iure admitti non potest, si fuerit admissus: parte non opponente, an processus valeat.*

54 *Procurator exclusus in causis criminalibus per statutum, a relegatione supra, non excluditur excusator secundum magis communem opinionem.*

55 *Iudex in causis, in quibus admittitur procurator, si dicat velle Reū tanquā magis informatū audire, quo vultu qua trepidatione deponat, quando sit audiēdus.*

56 *Procurator, vel defensor comparens pro absente, quādo admittatur sine satisdatione.*

57 *Procurator, & principalis debent citari ad sententiā ad tollendum contrarietates, quando absens fuit admissus per procuratorem.*

58 *Saluus conductus in quibus casibus, & à quibus concedatur.*

C A P. I.

1 QVæ personę, & in quibus casibus, & criminibus possint pro inquisito citato comparere non possum hic omnes recensere, nisi vellem trāsplantare, iam scripta per Doct. in hac materia, cū ad plenū illā tractauerint, & in specie legistæ in l.1.§.ad crimen ff.de public.iud.& inter alios diffusè Rub.Alex.& Canouistę in c.veniens extra de accus.& in specie diffusè etiam Marian. Socc. & vltra illos Io.Mar.Monticell.in pract.crim.reg.13. per totā, & latè Menoc.de arb.q.80.per totā lib.1.latissimè Moder.Rom.in q.90.n.1.vsq;ad nu.275. Ant. Gabr. concl.9. per totā lib.7 .de crim.vbi latè, & nouissimè Fulu.Pacian.de prob.lib.2. c.46.per tot.& c.
2 47.etiam per totum,† & in quibus casibus requiratur speciale mandatum, vide Peregr.Iannin.in tract.de citat.real.lib.3. c.21. n.87.cum plur.seqq.latè Villagut. in pract.crim.lib.1.c.7.per totum, sed solum referam, causas, quas procurator possit allegare.

3 Prima est illa, quæ deducitur ex absentia inquisiti, & citati, quę prębet Iustā causā nō cōparendi, Foller. in Pract.crim.canon.in c.10.n.51.Clar.q.34.in princ. Flam.Cart.in tract.de execut.sent.c.fin.nu.213. & n. 266.Moder.Rom.in q.11.nu.52.& latius in q.99.nu. 276. vbi per duas columnas alios cōcordantes cumulauit, vbi omnes firmant esse verū, etiā in causa capitali, & etiā ꝙ sumus in casu, in quo absens potest damnari, & latissimè, Ant.Canar.in tract.de excusat.p.1.n. 1.2.& 8.vbi ponit formulā verborū, quibus vti debet proponens absentiā, & eius causas, Gabr.concl.9 nu. 60.lib.7.Menoch.q.80. n.48.& seq.& n.98.Villalob. in comm. opin.in verb.absens nu. 10. vers.bene nota, Vulpell. responſ. 57. numero 2. Costa in tractatu de subsid.remed.quæst.79. nu.6.Mar.Ant.Macerat.var. resolut.lib.3.resolut.3.num.1.

4 Et in practica seruatur ꝙ allegata absentia sin aliqua expressione causę, ac sine alia probatione, sed simpliciter allegata per quācūque personā, detur terminus per iudicē ad certiorandū, & perquirendū citatū, vt testatur Baiard.ad Clar.q.34.nu.5.vers.sine aliqua expressione, & n.8.vers.sed seruatur, & Moder.Rom. in q.99. sub nu.293. & 299.vers.imò secundum, & ita ego vidi semper in Curia seruari, ac ego etiam obseruaui, eoque magis delato iuramento alleganti absentiam, Ant.de Canar.in tract.de excusat.par.2.q.24.n. 16.Mar.Ant.Macerat.d.resolut.3.num.5.

5 Si verò allegetur etiā ca[redacted]sentiæ, eo magis suspendatur processus ad vlteriora, Ant.de Canar.in d. tract.de excusat.p.1. n.2. & 8.vbi ponit formā illius, qui allegat causas absentię. Nouell.in tract.ad Defensam in princ.n.9.& 10.Blanch.in Pract.crim.§.verum quia num.45. Franc.March.decis.226.n.1.Iodoch.in Pract. crim.c.24. Rubr.de procur.num.3.

6 Et ad allegandum causas absentiæ quilibet cōparens sine mandato admittitur, Menoch. de arb.q.80. n.52.lib.1.vbi de receptissima opinione, Clar.in q.34. n.4.Franc.Marc.d.decis.226.n.1.Moder.Rom.q.11. n.52.in fin.& in q.99.n.234.& 274.vbi de communi, & concordantes cumulauit, Cost.d.q.79.nu.2.& seq. Mar.Ant.Macerat.d.resol.3.n.1.vbi subdit præsertim procedere quando citatus esset minor,

7 Sed aliqui hoc procedere dicunt in allegante causas absentiæ, necessarias, & quæ sunt facti, vt est in lōga absentia, secus in causis absentię probabilibus prout sunt causæ suspecti itineris, loci non tuti, vel pestiferi, insidiæ inimicorum, vel potentia aduersarij, & similes, quia non admittitur procurator sine mandato, cum illis citatus renūciare possit, & multo minus admittitur, quando allegat causas absentię non facti, sed iuris, & voluntarias, vt si diceretur ꝙ citatus non tenetur venire ex eo, quod non est competens iudex ex aliquo respectu, & causa Marian.Socc.in d.c.veniens, n.158.cum plur.seqq.extra de accusat.Ant.de Canar. in tract.de excusator.p.1.n.2.3.& 5.p.2.n.10.vbi ponit duo exempla quando quis dicatur allegare causas iuris, Clar.q.32.n.17.q.33 n.3.vbi admittit distinctionem circa causas necessarias, & volūtarias, Menoch. d.q.80.n.49.& seq.vbi de communi, Moder.Rom.qui cæteros allegat in d.q.99. n.280.& pro hac declaratione in statu Ecclesiastico habemus constitutiones Marchiæ lib.4.cap.10.

Sed circa causas absentię probabiles suspecti itineris, loci nō tuti ꝙ quilibet admittatur sine mādato dicit, Bald.in l.pen.§. ad crimen n.25. ff.de publ.iud.ea ratione ꝙ Reus non cōparens non velit se cōmittere loco nō tuto, & capitalibus inimicitijs & nō propter merā voluntatē nō compareat, quę opinio ex ratione prędicta vera, ac ęquior reputatur, vt Marian.Socc.in d.c.veniens, nu.162. cum plur.seqq.Clar.d.q.33.nu.3 Card.Alexandr.in c.si quando 2.q.6.n.21.vbi firmat, quod hæc opinio tanquam magis æqua sibi semper placuit, Cost.d.q.79.n.4.& 5.vbi dicit procedere cōcurrentibus quattuor requisitis de quibus per eum.

Et quod dicitur de causis iuris, & voluntarijs, quæ respiciunt iudicis incōpetentiā, vel alias, vt nō admittatur aliquid sine mandato, nō procedit quādo causæ essent notorię, quia tunc iudex, ēt nemine instante, illas admittere debet. Marian.Soccin.in d.c.veniens n. 172. & seq.Ant.de Canar.in tract.de excusat.nu.4. in princ.& n.5. & seq.Idemque erit quando comparens vellet satisdare, quia admitteretur ad allegandas causas iuris probabiles, & voluntarias etiam sine mandato, cum tunc dicatur habere mādatum a iure, Ant.de Butr.in c.veniens extra de accusat.n.17.Aretin.n.48. Ant.de Canar.in d.tract.de excus.p.1. num.2. & 5.& Modern.Rom.d.q.99.num.282.& seq.

8 Qui habet plenum mandatum ad defendendū, seu prosequendū causa informa potest allegare absentiā, vel aliud impedimentum, etiam ꝙ in specie nō cōstet de tali facultate in ipso mandato, Iul.Clar.q.32.nu.6. in fin.

in fin. vbi dicit, quod ita tenet cõmuniter Doct. Ant. Gabr. concl. 9. n. 37. vbi cõcordantes allegat, Marian. Socc. in d. c. veniens nu. 177. Ant. de Butr. n. 17. vbi de communi, Veron. cons. 46. uum. 18.

9 Et iste procurator, seu excusator, qui allegat absentiam, vel alias causas impedimenti, non tenetur satisdare de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, seu de præsentando absentem coram iudice causæ, finita absentia, Alber. in l. seruũ quoque §. publicè n. 12. vers. sed nunquid. ff. de procurat. vbi relatis contrarijs, residet in hac opinione, & testatur de cõmuni, & quod ita communiter seruatur in iudicijs. Aretin. ibi nu. 2. Castren. num. 10. Rub. Alex. in l. penult. §. ad crimen. ff. de public. Iud. num. 113. vbi de communi, & n. 197. Iul. Clar. q. 33. n. 4. Gand. in tit. verum procurator n. 4. qui arguit pro, & contra, & idem postea resoluit, Ant. de Canar. in d. tract. de excusat. par. 2. quæst. 30. num. 22. Moder. Rom. d. q. 99. nu. 286. vbi etiam testatur de communi, Cost. d. q. 79. num. 4.

10 Et ad allegandũ absentiã, vel aliud impedimentũ quis admittitur, licet non possit esse procurator, Rub. Alexandri in d. §. ad crimen n. 152. & 197. Aug. nu. 3. Imol. n. 24. Canari in d. tract. de excusat. p. t. num. 2. & seq. Ant. Gabr. concl. 9. n. 39. lib. 7. vbi subdit nisi alleget causas absentiæ voluntarias, & in iure consistentes, vt iudicis in competentiam, quia tunc requiritur habilitas personæ, Moder. Roman. d. q. 99. n. 286. vbi alios allegat, & subdit, quod eo magis sine mandato admittitur, non solum tutor, sed quilibet pro minori ad allegandum causam absentiæ, vel alia impedimenta, secus si compareat ad eius defensionem.

Si vero per statutum disponeretur in loco, ꝙ comparens pro absente admittatur, eo magis debet quilibet audiri, Menoch. de Arb. q. 80. n. 52. vbi tamen hoc declarat quoad causas absentiæ necessarias, & non voluntarias, & de causis iustis, & leginimis, & non iustis, vt reguletur tale statum à iure communi.

Si verò per statutum disponeretur versa vice, quod elapso banni termino non recipiatur aliqua defensio, non dicitur tollere defensionem resultantem ex causa absentiæ. Rubr. Alexandri in d. §. ad crimen. num. 198. & seq Menoch de arb. q. 80. nu. 53. vbi sub nu. 55. & 56. in fine, videtur trahere tale statutum ad causas absentiæ, tàm necessarias, quàm probabiles, Baiard. q. 34. nu. 8. Modern. Rom. d. quæst. 99. nu. 289. vbi subdit quamuis post Ruyn. teneat contrarium Ioan. Mar. Monticel. in Reg. 13. num. 16. de crimin.

11 Et stante allegatione causæ absentiæ, iudex debet dare terminũ cõpetentem ad perquirendum, certiorandum, & præsentandum absentem, præsertim si talis terminus petatur, & dicto termino nõ dato, si procederet ad vlteriora, processus erit nullus ipso iure, aut saltim ope exceptionis, seu restitutionis venit rescindendus, Bart. in l. seruum quoque §. publicè n. 7. de procur. vbi Fulg. n. 5. Marian. Socc. in d. c. veniens extra de accusat. n. 170. & 178. Ant. Canar. in d. tract. de excusat. p. 2. n. 21. q. 29. Iul. Clar. q. 34. in princ. vbi Baiard. num. 4. & seq. vbi alios allegat cum alijs allegatis per Moder. Rom. q. 11. sub nu. 50. & seq. & latius in q. 99. n. 192. & seq. vbi etiam quamplaries, alios allegat, Costa in tract. de subsid. remed. q. 79. num. 6.

12 Sed Aduocatus caueat, vt producat fidem de absentia. Ant. de Canar. in d. tract. de excusator. p. 2. nu. 14. q. 32. Iul. Clar. q. 34. n. 1. post medium, & n. 2. & seq. vbi post Alber. dicit sufficere quamuis leuem probationem per iuramentum, & offerat defensor se velle probare causas allegatas absentię, & petat terminum ad probandum, si velit annullare processum, Cart. de execut. sent. c. fin. n. 163. vers. & si forte iudex, vbi mẽtionẽ facit de Bulla Pij IV. Moder. Rom. q. 11. nu. 52. circa fin. & latius in q 99. n. 299. Et terminus remittitur arbitrio iudicis, & longior debet dari terminus, si constet absentem esse extra prouinciam, quam si in prouincia esset, & quando ignoretur, non præsumitur exiuisse de prouincia, Menoch. cas. 40. n. 7. & seq. lib. 1. Baiard. q. 34. n. 16. & competens terminus dicitur ad rationem xx. milliarium pro singulo die, & vltra arbitrio iudicis secundum qualitatem personarum, & locorum; & in nauigationibus datur secundum solitum illius nauigationis, Menoc. de Arb. cas. 40. n. 7. & seq. Moder. Rom. in d. q. 99. num. 293. circa finem.

13 Et absentia probatur per famam, itẽ per discussionem, seu diligentiam faciendã per Nunciũ, itẽ potest, & debet iudex se informare de absentia summariè, & parte non citata. Ant. Canar. qui hæc omnia ponit in Tract. de excusat. p. 2. n. 12. q. 20. idem tradit Franch. Marc. decis. 626. num. 3. Menoch. quæst. 80. num. 51. in fin. de Arb. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 8. num. 5. 6. & 12. lib. 1. & conclus. 682. num. 28. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. sub num. 1. vbi quod ita practicatur Farinacc. quæst. 72. num. 114. quod causæ defensor bene annotare debet ad excusandum absentem citatum à contumacia, vt sufficiat de ea docere per testes examinatos fisco, & accusatore non citatis. Et an plenè per instrumenta, vel per testes, vel semiplenè, & per coniecturas absentia, vel impedimentum probari debeat Ant. Canar. in d. Tract. de excusat. par. 2. nu. 16. quæst. 24. docet, sed tandem videtur concludere totum esse relinquendum arbitrio iudicis, qui considerata qualitate personæ, & impedimenti, & alijs adminiculis quandoque exigit plenam probationem, & quandoque minorem, idem firmat Moder. Rom. d. q. 99. n. 299. vers. probatur absentia: benè verũ est quòd, quando excusatio lædit alium, quia impeditur condẽnatio, vel absolutio facienda, tunc plenè debet probari, vt post Bar. de Capic. tradit Baiard. q. 34. num. 18. Si verò excusator dixerit se diligenter perquisiuisse, & non potuisse inuenire, & petat prorogari, siue de nouo dari aliũ terminum, iudex potest procedere cõtra citatũ tanquã contra contumacẽ, vt post Ant. Canar. in tract. de excusat. q. 15. & Foll. in Pract. crim. in verb. audiantur excusatores, num. 14. Baiard. q. 34. num. 14.

14 Sed Aduocatus aduertat, quòd, vt possit annullare processum fabricatum per iudicem post allegatam absentiam, vel possit obtinere restitutionem in integrum, debet deducere iustas causas absentiæ, vel iustum impedimentum, quia si essent iniusta impedimenta, vel iniustæ essent absentiæ causæ inquisito non suffragarentur. Mar. Socc. in d. c. veniens n. 137. & 139. extra de accusat. Ant. Canar. in d. tract. de excusator. p. 2. nu. 7. latè Mascard. de probat. concl. 8. nu. 7. & seq. lib. 1. Blanc. in Pract. crim. §. verum quia n. 35. Menoch. de arb. q. 80. n. 52. Mod. Rom. q. 99. nu. 295. vbi alios allegat & in q. 11. n. 50. ac etiã debet dictas causas probare, cum iudex nõ teneatur admittere solam absentiæ allegationem, latè Moder. Rom. in d. q. 99. n. 299. vbi concordantes allegat, vt superius dixi.

15 Iustæ causæ absentiæ iudicis arbitrio remittuntur,

secundum Menoch. de arb. cas. 153. num. 4. & seq. lib. 2. vbi multas causas ponit, & in specie cum hostium, locum pestilentiæ, impetum fluminis, mortem patris, præceptum superioris, absentia causa Reipublicæ, infirmitas, carceratio, locus nō tutus, & alia impedimēta recollecta per Mod. Rom. in q. 10. nu. 151. & seq. & ponit supradictas, & alias causas impedimenti, & absentiæ Ant. Canar. in d. tract. de excusator. p. 2. n. 7. & sub nu. 8. dicit si impedimentum contingens ex culpa citati dicatur iustum, vel iniustum, & sub n. 13. dicit, q̄ sola allegatio absentiæ non probat iustum impedimētum: & ideò Aduocatus deducat, ipsum citatum esse vltra mare, vel in longinquis partibus; secus si probetur solummodo absentia, quia ibi dicit, quod non erit attendenda, & sequitur Masc. de prob. concl. 8. nu. 7. Menoc. d. q. 7. n. 52. Mod. Rom. d. q. 99. n. 295. circa fi.

16 Caueat etiam Aduocatus, quod dicta absentia non sit procurata, & affectata per fraudem, quia eius allegatio non suffragatur. Alber. in l. seruum quoque §. publicè n. 9. de procur. Iul. Clar. q. 34. n. 2. Ant. Canar. in d. tract. de excusat. p. 2. nu. 8. Moder. Rom. in q. 11. nu. 52. vers. sed si apparet de fraude, & latius in q. 99. num. 296. vbi concordantes allegat.

17 Causæ absentiæ affectatæ dicuntur, quando quis post citationē affectat se capi, & carcerari à Magistratu loci, vbi cōmoratur, vel si absentauit postquā fuit personaliter citatus. Carauit. rit. 266. nu. 7. Baiar. q. 34. num. 13. vel postquā semel fuit in iudicio. Baiar. q. 34. nu. 15. post alios, quos allegat, vel si delictū est de recenti cōmissum, & appareat quod citatus visus fuit in loco delicti eomet die, quo delictum commissū fuit, vel die præcedenti, aut sequenti, etiam si abesset causa rei publicæ, quia fuerit officialis in aliquo loco, ad quem accessit post delictum commissum, & præcipuè post inchoatā inquisitionem, vt de his omnibus tradit post alios, quos allegat Baiard. latè quæst. 34. nu. 9. & seq. Modern. Rom. in quæst. 99. nu. 296. vbi subdit, quod licet visus fuerit in die cōmissi delicti in loco, vbi delictum perpetratum fuit, si delictum de recenti non fuerit cōmissum, est ei dandus terminus, quia potuit post aliquot dies inde recedere post Carauit. rit. 166. num. 7. Franc. decis. 327. nu. 5. part. 3. Baiard. quæst. 34 num. 12. & idem Vinc. de Franc. decis. 326. per totam.

18 Et ob id cautela posita post Marsil. a Menoch. in q. 80. num 51. lib. 1. vt delinquens post delictum cōmissum recedat à loco cōmissi delicti, & procuret carcerari pro debito ciuili in alio loco; & deinde transmittat procuratorem, qui alleget d. carcerationē non erit bona, minusq; erit bona; altera posita per rub. Alexandri in d. §. ad crimen, numero 213. in leg. penul. ff. de pub. iud. ex trad. per Bar. vt statim cōmisso delicto discedat, & vadat ad partes longinquas, & mittat aliquem ad allegandū absentiam, & Io. Mar. Monticell. in reg. 13. nu. 49. ponit plures alias similes cautelas.

19 Qui vero allegat causas absentiæ non admittitur sine iuramento calumniæ, rubr. Alexandri in d. §. ad crimen, numero 117. vbi alios allegat. Grill. in sua summ. crim. rub. 10. de procurat. num. 2. vers. absentiæ prætextu. Modern. Rom. d. q. 99. num. 298. Mar. Ant. Macerat. d. resolut. 3. num. 5. lib. 3.

20 Sed pro complemento istius exceptionis, est notādū, quod erit cōmune cum omnibus infradicendis exceptionibus, & defensionibus, vt processus fabricatus deinde sit nullus, quādo fuit allegata absentia, seu eius
21 causa, vel aliud impedimentū, † secus nemini opponēte, vel eo nō existēte notorio, quia sēper iudex poterit prętēdere ignorātiā, & ob id processus, & sentētia valebunt, cū sit satis communis regula, vt protestatio necessaria sit, vt impedito saluū ius sit, Socc. Iun. cons. 104. n. 26. lib. 3. de cōmuni, Aufred. ad Capell. Tholosan. q. 165. n. 3. vbi firmat regulam, vt priuilegiatus debeat allegare suum priuilegium, si fuerit citatus, Menoch. cons. 100. n. 118. lib. 1. Paris. cons. 3. n. 15. & nu. 27. Suarez. commun. opin. versic. impeditus, num. 14. Cartar. de execut. sent. c. fi. n. 266. & seq. vbi plus tradit, vt allegetur impedimentum, & fiat oblatio ad illud probandum, sed Modern. Rom. q. 11. n. 59. versic. quibus tamen, dicit, quod etiam non allegato dicto impedimento, si reus deuenerit in fortijs Curiæ constito, de impedimento, erit supersedendum in executione sententiæ, & iudex Reum restituere debet, consulto tamē Principe, vbi alios adducit ex solidissimis rationibus, & Doctorū auctoritatibus, vt firmat sub n. 60. in fi. & admonet iudicem ad prædictorum obseruationem, & Aduocatū ad ita insistendū, quia inquisitū, & veritatē omnino hoc modo defendet, & in hoc ipse Moder. Rom. non decipitur, & modo purā veritatem in scriptis dicit, & Aufred. in d. decis. 165. nu. 4. plus firmat, vt si ex forma citationis appareat de priuilegiu citari non requiratur, quod priuilegium allegetur, nec citatus tenetur comparere.

22 Secunda est, quę resultat ex infirmitate citati, & inquisiti, l. quęsitū, ff. de re iud. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. n. 161. tex. in c. si ægrotares, 5. q. 3. c. si Episcopus, 18. Iul. Clar. q. 38. n. 4. vbi alios allegat, Foller. in pract. crim. in verb. admittantur excusatores, n. 27. vbi etiam alios allegat, & sub n. 29. tenet, quod possit allegari per quemcunque excusatorem, absque mandato, Grat. consil. 98. n. 2. vol. 1. vbi de communi, Modern. Roman. in q. 11. num. 53. etiam si fuerit inquisitus de pœna, vel delicto capitali, Iul. Clar. Foller. Modern. Rom. vbi supra, Costa d. q. 79. num. 4. Iodoch. in pract. crim. c. 25. per totum, vbi ponit alias causas, & excusationes.

23 Sed benè verum est, quod infirmitas debet allegari, & probari per fidem testium, vel per attestationē medicorum, Iul. Clar. q. 34. num. 4. Grat. in cons. 98. num. 3. volum. 1. immo in aliquibus locis, prout in Regno Neapolitano, simul cum attestatione Medicorum, vel testium, debet præsentari instrumentum publicū, quod continere debet ipsam attestationem, alias excusatio non admitteretur, vt post Gramm. testatur Iul. Clar. d. quæst. 34. nu. 4. circa finem, & licet requirantur duo medici, tamen de consuetudine in aliquibus locis sufficit attestatio vnius, Iul. Clar. d. q. 34. n. 4. vbi subdit maxime si in loco infirmitatis non adesset, nisi vnus medicus; & quomodo probetur infirmitas docet Mascard. de probat. conclus. 896. vol. 2. & quid facere debeat iudex, quando allegatur infirmitas, vide Foller. in tract. crim. in verb. audiantur excusatores, n. 27. 37. & seq. & Sforz. Odd. in pract. de restit. in integr. q. 11. art. 8. nu. 41. dicit esse etiam credendum infirmo cum eius iuramento, cōcurrēte aliquo signo exteriori, vt puta, si concurrat pallor vultus, seu debilitatio corporis, & si de infirmitate iudex notitiā ha-
24 beat, & procedat ad sententiā, sententia erit ipso iure nulla, vt per Farin. cons. 89. n. 2. in fi. vbi allegat, Paris. cons. 102. numero 1. & 3. lib. 4. Afflict. decis. 29. num. 3.

nu.3.Marsil.in pract.crim.§.sequitur,num.36.Mising. obseru.57. nu.4. & quod, si de infirmitate iudici constaret sententia, esset ipso iure nulla. Baiard.q.34.nu. 24.vbi subdit,alias si iudici non constaret, teneret sẽtentia,sed datur condemnato restitutio in integrum, & latissimè,Sforz.Odd.in tract. de restit. in iotegr. q. 11.art.6.n.12. cum plur.seq.vbi sub n.24. dicit etiam si admittere potuit procuratorem,& non admisit.

25 Sed aduertat Aduocatus, vt oon confidat in leui morbo,vel febri, quæ non præbet iustam causam restitutionis in integrum, cum ad rescindendum actũ, ac ad illum inualidandum requiratur grauis infirmitas,& ideò non sufficeret febris quartana, vel tertiana,Sforz.Odd.in tract.de restit.io integr. q. 11.nu.31. & seq. art.7. vbi concordantes allegat, & testatur de communi,tamen idem Odd.in seq. art.8. dicit esse remittendũ arbitrio iudicis qualis fuerit febris,vel morbus grauis, vel non grauis, seu leuis, sed dubium est,à quo iudex debeat se informare de tali morbo, & variæ fuerunt inter Doct. opiniones, quas refert Sforz. Odd.art.8.nu.38.& seq.

26 Immo nõ solum infirmitas proprij corporis citati, sed etiam infirmitas suorum consanguineorum excusat à comparendo, Foller.in pract.crim. canon.c.10. in verb. non comparentes, nu.51. & est gloss.in cap. communis filius,23.dist.in verb. suorum, quam totus mundus obseruat, quam sequuntur Doctor. adducti per Sforz.Odd.in d.q.11.art.6.num.27. Baiard.q.34. nu.22.io princ.

27 Sed Rebuff.in commentar.const. Franciæ in tract. de excusatioo.nu.31. vol.3.dicit quod generaliter de suis non est verum,sed tantum de patre, & matre, filio,viro,ac vxore, vbi subdit, quod hodie vix excusaretur ob grauem valetudinem, aut mortẽ patris, matris,aut vxoris,& Carauit. rit.269. n.24. in fine dicit, quod,ne dum,vt ait Rebuff.vix excusaretur, imò moueretur risus omnium in tribunali astantiũ,si ex parte citati allegaretur infirmitas prædictorum, cum practica Regni non vtatur talibus excusationibus, immo ob fraudes,quæ quotidiæ fiunt in excusandis citatis, cum magna difficultate admitteretur excusatio propriæ infirmitatis,vt sequitur,Baiar.in q.34.n.22. put verè hic in Curia Romana similes fides venientes ex illo Regno non curantur,& ego dum fui Locutenens criminalis A.C. nunquam,aut raro admisi huiusmodi attestationes,quamuis à Medicis,& Peritis emanauerint,nisi tamen essent coadiuuatæ relatione Episcopi Loci,sed Baiard.in d.q.34.nu.22. in fi.credit, quod attenta qualitate causæ non malè facerent iudices, si aliquam breuem dilationem citatis darent ob grauissimam infirmitatem parentum, filiorum, aut vxoris, quando ex dicta dilatione præiudicium fisco non inferretur; & si non concederetur, sæuitia,potius diceretur,quam iniustitia.

28 Benè verum est, quòd si allegetur infirmitas, & infirmus non reperiatur, iudex noo teoetur admittere dictam excusationem, cum eo casu præsumatur allegatio infirmitatis calumniosa,vt post Foller. in pract. crim.in verb.audiantur excusatores num.37. & seqq. Baiard.q.34.num.22.

29 Tertia causa erit carceratio facta de citato in altero loco,quæ excusat citatum ad comparendum, de qua causa vide latissimè Moder.Rom.in q.34.nu.59. Costa d.q.79.nu.4.& ego latè dixi suprà in Defens... cap... & etiam si fuerit citata vniuersitas alicuius loci ob delictum comissum, quia pro vniuersitate admittitur procurator etiã in crimine capitali, latè Mising. cent.4.obseru.76. vbi tamen subdit,quod in isto procuratore requiratur speciale mandatũ sed quòd non requiratur, vt in ipso mãdato nominẽtur omnes personę particulares,quæ delinquerunt, vbi reddit bonã rationem per doct.per eum ibi cumulatos.

30 Quarta causa est timor insidiarum,& locus non tutus,in quo quis citatur ad comparendum, cum in talibus locis comparere non teneatur cap. accedẽs el 2. vt lit.non cootest.cap.ex parte,vbi Franch.de appell. Fœlyn.in capit.cum R,Canonicus de offic. delegati, vbi ampliat hanc propositionem sex modis. Vant.de nullit.ex defect.iurisdict.nu.165. vbi ponit plura exẽpla loci non tuti. Moder.Rom.q.11.nu.55. vbi alios allegat.Menoch.cons.100.nu.183. lib.1. Mascard.de probat.concl.1104.nu.11.Iul.Clar.q.34.nu.5. versic. allegatur etiam Fulu.Pacian.in tract.de probat. lib.2. c.49.num.1.& sub num.66.exemplificat si Gibellinus citaretur ad locum,in quo Guelphi regnarent. Costa d.q.79.num.4.

31 Et in tantum talis exceptio suffragatur, vt oporteat quòd locus sit tutus,non solum ipsi citato, sed et procuratoribus,aduocatis, & testibus, ne priuetur citatus facultate à lege sibi concessa constituendi procuratorem, quod maximum incõmodum reputatur, latè Fulu.Pacian.in dict.trac.de probat.lib.2.cap.46. nu.2.sequitur,& sub n.68. quãdo nõ esset tutus ratione publicæ inimicitiæ, quia Patria citati habet æmulationem cum Patria citantis.

32 Et in tantum etiam est verum, vt nec etiam teneatur comparere per procuratorem,vt post Ang.io l.2. §.quod diximus ff.si quis caut.Baiard.q.34.num.25.in in princ.Ferret.cons.31.num.22.vbi testatur de communi,Mod.Rom.q.11.sub nu.55. circa princ. & Cæphal.cons.304.nu.8.lib 3. dicit quòd nec etiam tenetur mittere excusatorẽ.Fulu.Pacian.ia d.c.46.nu.28. vbi declarat, quando agitur de causa graui, & ardua, secus si de leui,& non solùm ad totã causam isto casu procuratorem mittere non tenetur, sed nec etiam ad vnum articulum,nisi citãs esset Papa, vel alius supremus Princeps, quia tunc etiam in causis arduis erit mittendus procurator.

33 Sed Aduocatus caueat ne in hoc decipiatur, quia non sufficit vt locus non sit tutus,quia debeat esse notoriè non tutus, vt tunc citatus non teneatur comparere, neque illum allegare, nec probare, imò citatio tali casu est ipso iure nulla Baiard.q.34. num.27. latè Fulu.Pacian.in d.c.46.n.84.& seq. vbi latè, & docet, an isto casu sit mittendus excusator ad allegandã notorietatem loci non tuti; secus si non esset notorie nõ tutus, quia tunc debet de tali exceptione opponi per procuratorem, ac etiã plenè probari,vt tradunt Dec. cons.460.num.29.Herculan.in tract.de proband.neg. nu.26.Mascard.de probat.conclus.17.num.7.lib.1.& concl.18.& ita declarat.Moder.Rom. in q.11.nu.55. sub vers.quæ quidem, vbi dicit quòd ita debent intelligi iura allegata per Ferrett.in dic.cons.31.num.22. An autem possit probari iuramento citati locus non tutus,disputat ad partes istum articulũ,& firmat quid tenendum Fulu.Pacian.io dict.c.46.nu.69. cum plur. seq.ad quem Aduocatus recursum habeat vbi plenè.

34 Et si Aduocatus scire cupiat, quando locus dicatur

non

non tutus notoriè adeat. Decian.respons.18.nu.140. vol.1.vbi latè,& concordantes allegat.

35 Ac etiam deducere Aduocatus potest,quòd iudex; qui commisit citationem, sciebat locum non esse tutum pro citato, & ob id omnia per ipsum iudicem contra eum gesta sint ipso iure nulla,secus si ignorabat impedimentum, quia tunc processus valeret, sed citatus restitueretur in integrum. Afflict.decis.29.n.4. & refert,& sequitur Baiard.q.39.nu.26.

36 Ac etiam Aduocatus deduceat,quòd citatus nō potest in loco residere, neq; comparere propter suam, vel suorum inimicitiam, ideòque nec etiam stare teneatur litteris salui conductus per iudicem oblatis, secus esset, si ob guerram non haberet tutum accessū, & Duces belli offerrent saluum conductum, quia tūc allegans militum metum non excusaretur,vt declarat Afflict.decis.289.nu.28.& seq.qui allegat decis.Rotę Romanae 12.in nou.tit.de dol. & contum. Baiard. q. 34.nu.26. Vant.de nullit. Rubr.vnde, & à quib.mod. nu.165.vbi alios allegat,Boss.tit.de citat.num.37.vbi de communi,quem refert Iul.Clar.q.34. nu.5. vbi de communi,& dicit maximè procedere,si inimicitia esset cū Rectoribus,vel Dominis loci. Ferret. cons.31. n.22.vbi de communi,Mascard. de probat. concl. 19. n.9.& seqq.vol.1. vbi de communi, & ibi declarat dictam cōmunem opinionem duobus modis, & Franc. in cap.ex parte tua num.15.& seqq.de appellat.dicit,

37 † quod tria sunt consideranda ad hoc, vt locus non dicatur tutus,& de hoc vide latissimè. Menoch.cons. 100.lib.1.Cœphal.cons.304.num.104.lib.3.Decian. respons.18.nu 106.& 100.& seq. lib. 1. qui omnes in hac materia in eodem casu cōsuluerunt, & ibi declarant ad plenum istam materiam,Fulu.Pacian.in trac. de probat.lib.2. c.46. nu.23. & seqq. vbi tradit aliam declarationem.

38 Sed ad tollendas omnes difficultates, Aduocatus potest inducere clientem suum citatum ad locum nō tutum, vt mittat aliquem procuratorem, vel excusatorem cum mandato, vel sine ad locum comparitionis, & alleget suum principalem illuc non habere tutum accessum,& exprimat causas, quae locum reddāt non tutum, alias si generaliter de non tuto loco opponeretur, citatus à contumacia non excusaretur, & insuper instet sibi dari terminum ad probandū, quod locus non sit tutus; ita expressè notat additio, ad Pacian.in d.c.46.in litt N, reiecta opinione Menoch.in cons. 100.nu.202.vol.2.inter locum non tutum generaliter, & locum non tutum particulariter, Rum.cōs. 18.nu.c.lib.5.& quomodo probetur locus non tutus vide Mascard.de prob concl.17. cū tribus seq. vol.1. Vant.de nullit.ex defect.iurisd. n.156. Foller.in prac. crim.can.in verb. non comparentes contumaces, & Menoch.de Arb.cas.151.nu.6. lib.2. & Franc.in cap. ex parte tua num.15 & seqq.de appellat. etiam dicit,

39 † quod potest allegari locus non tutus per quemcū que absque alio mandato, & satisdatione, etiam si ex propria culpa citati,latè post alios, quos allegat. Pacian.d.c.46.n.60.& sequitur.Baiard.q.34.n.29.& seq.

40 Quomodo autem probetur locus non tutus accessus, vide latissimè Mascard.de probat. concl.17. cum trib.seq concl.lib.1.& Pacian.de probat.in d.cap.46. nu.63.& seq.lib.2.

41 Et talis exceptio loci non tuti debet probari, & allegari coram iudice,qui ad locum non tutum citauit, si aliquo modo potest tutè ibi comparere,alias si tutè comparere non posset,tunc coram honestis personis potest appellare, inferendo causam,quare non comparet.Fulu.Pacian.d.c.46. nu.4. & si iudex illam non admiserit, debet procurator, vel Reus appellare, & deinde locum non tutum coram iudice appellationis probare,idem Pacian.in d.c.46.num.21.idemque esse dictū,quando iudex est adeò suspectus, & periculosus notoriè,vt non debeat probari coram ipso,sed coram iudice appellationis,vel coram honestis viris, ex sententia.Bald.in l.2.nu.7.vers.sed aduertatis. C. de episcop.audirent.

42 Ac in quacunque iudicis parte etiam post litē contestatam, haec exceptio loci non tuti opponi potest, non obstante,quod sit dilatoria,& quod quis comparuerit, & prima, & secunda vice illam non opposuerit,cum sit grauamen reiterabile, & habeat causam continuam, & ideò potest opponi quandocumque,vt latè post alios,quos allegat, firmat Fulu. Pacian. d. c. 46.nu.6.& seqq.

43 Locus autem non tutus pluribus modis contigere potest,vt per Vant.de nullit.ex defect.iurisd. & vnde, ac à quib. num.156. Foller.in pract.crim.in verb.non comparentes contumaces. Menoch.de arb. cas.153 nu.6.& seqq.Mascard. de prob. concl.17. cum tribus sequentib.lib.1.latissimè Fulu.Pacian.in trac.de prob. lib.2.c.46.per totum,& praecipuè,si in loco, vbi citatur Reus immineat insidia inimicorum, ac etiam adsint amici inimicorum suorum, vt isto casu nō teneatur comparere,etiamsi ei offeratur saluus conductus, latissimè,Mod.Rom.in q.11.nu.56.

44 Quinta causa est, vt bannitus in vno loco pro vno delicto non teneatur in eodem loco comparere pro alio delicto,Vant.vbi suprà n.165.Boss.in tit.de citat. nu.35.vbi firmat,quod aliter dicere impiū esset, Viu. com.opin.31.opin.Soarez.com.opin.in verb.banniti nu.8.Mod.Rom.q.11.nu.58.Pacian.de probat. lib.2. c.46.nu.12.& seq.

Quod intellige verum esse in bannito,qui ex forma statutorum potest impunè offendi, vel si fuerit bannitus cum bonorum confiscatione, vt nō possit conueniri in Ciuitate, in qua bona sunt confiscata, nec potest conueniri in loco,in quo exilij tempore moratur, quasi ibi sit in fuga, vt latissimè tradit post alios, quos allegat Fulu Pacian.in dict.c.46.nu.12.quod quidem nu.13.& seq.& sub n.18.dicit secus esse, si non posset impunè offendi,cum retineat iura suę Ciuitatis,& relegato comparetur, qui in sua Ciuitate conuenitur l. eius,qui §.fin.in fin.& ibi glos.in ff.ad municip. Alber. in l.2.n.3.C.de iurisd.omn.iud. & idem Pacian.in dic. c.46.n.16. dicit; nisi iudicium fuisset inchoatum cum bannito ante bannum, quia ibi poterit citari, vt iudicium coeptum finiatur,& isti banniti, qui possunt impunè offendi, vel sunt banniti cum publicatione bonorum,non possunt constituere procuratorem ad excipiendum de banno. Specul. de procurat. §. ratione quoque nu.1.Additio ad Pacian.in dict.c.46.in litt.C, consuluit Cœphal.cons.304. num.101. lib.3. vbi concordantes cumulauit.

Et nisi etiam iudex, vel princeps offerret bannito saluum conductum ad tollendam suspicionem banni, quia tunc personaliter comparere teneretur.Boss.tit. de citat.nu.35.tit.bann.nullit.nu.9.Clar.q.16.vers.sed numquid,q.32.vers.tu scis,& q.34. in princ.Pacian.d. lib.2.

lib.2.c.46.num.23.qui ſaluus conductus debet inſeri in citatione facienda Reo ad valuas Curię,vt ab omnibus legis poſſit,Roland.conſ.68.num.8.vol.2.& ita vidi in curia pluries obſeruari , prout teſtatur etiam obſeruaſſe.Farinac.in q.11.num.58.circa fin.ad quod defenſor cauſa animaduertere debet, an bannitus ita citatus fuerit , vt poſſit illum iuuare in ſecunda condemnatione ; Et quod ſaluus cõductus debeat per iudicem offerri conſuluit.Aretin.conſ.16.ſub num.4.& ſequitur.Pacian.d.c.46.nu.69. vbi etiam docet quando dictus ſaluus conductus debeat per iudicẽ offerri , vel peti per citatum, & in quauis caſibus , & à quibus concedatur ſaluus conductus dicam infra nu.58.

45 Sexta cauſa eſt vt propter malam aeris temperiẽ , citatus non teneatur comparere , Bart. in l. recuſare §.ſi quis in fin.ff.ad Trebell.Baiard.q.24.num.31. vbi dicit quod illi de prouincia Æprutij, à menſe Iulij, vſque ad menſem Septembris non teneantur cõparere in magna Curia Vicariæ,Scagliol.in rit.163.num.27. Idemque obſeruatur in ſupremo Tribunali A. C. hic in curia,vt omnes Regnicolæ clerici in dicto tempore non compareant, licet fuerint citati, & ſemper ſolet eis talis dilatio concedi, niſi cauſa fuiſſet ardua,vt ſi ageretur de homicidio,& ſimilibus grauibus criminibus,prout ego ſemper etiam obſeruaui, Pacian. de prob.lib.2.c.46. nu.74. & ſeq.dicit,quem excuſari ob aeris intemperiem , & quod ex iſta cauſa Gregorius XII.ſe excuſauit,quia non acceſſit ad Concilium Piſanum, timuit enim cœli illius regionis inſalubritatem , Iodoch.in prac.crim.c.25.nu.17.& quod ob malum, & corruptum aerem quis excuſetur à contumacia , Soccin.in cap. veniens nu. 171. de accuſatio in tract. de citat.artic.18.q.5.col.3.Alex.in l.recuſare §.ſi quis in alio n.16.ad Trebell. & alij relati per Pacian. in d. c.46.nu.25.& ſub nu.76.& ſeq.declarat quomodo,& quando hoc intelligatur , & ſufficiat probare per aſſertionem medicorum aerem eſſe corruptum , morbumque eſſe contagioſum,ſed ceſſante dicto morbo, vel contagio ceſſat huiuſmodi exceptio, vt poſt Hoſtiens,& Tiraquell.Baiard.in q.34.nu.33.

46 Septima cauſa eſt, ſi fuerit captus citatus à piratis, vel Turcis, ſeu infidelibus , vel à bannitis in itinere , quia talis captura præbet iuſtum impedimentũ comparendi in loco citato,& probata cauſa talis impedimenti daretur citato reſtitutio in integrum , vt poſt Innoc.Bald.& Felin.in c.1.de teſtib. Baiard.queſt.94. numero 67.

47 Octauam cauſa eſt , ſi citetur à iudice non competenti, vt poſſit obijci declaratoria fori,ratione cauſæ, & ratione loci.Iul.Clar.q.35.num.1.& ſeqq.vbi ponit
48 multa exempla ; † Quæ exceptio incompetentiæ iudicis poteſt opponi , non obſtantibus ſtatutis prohibentibus aliquam exceptionem obijci, Bald.in l.Reus C.de accuſat.Gram.conſ.1.n.39.& ſeqq. latè Pacian. de probat.lib.2.c.46.num 30.vbi loquitur in illis, qui habent priuilegium perpetuum , vt ſunt Illuſtriores, & illi,qui ſunt impediti officio perpetuo,& ſub n.31. & ſeq.declarat quando hoc procedat,& ſub num.34. loquitur in illis , qui ſunt impediti priuilegio temporali,vt ſunt illi,qui ducunt vxorem,aut exequias mortui faciunt,cum ſic impediti,nec comparere,nec mittere procuratorem teneantur, & ſub nu.35. loquitur de illis qui ſunt impediti aliquo impedimento dignitatis,vel alterius priuilegij,vel agitur de aliquo impedimento breui tempore duraturo,vbi latiſſimè declarat quando,& quibus in caſibus ſupradicta priuilegia ſuffragentur, vt citatus comparere non teneatur , Baiard.q.32.nu.4.& 5.& q.33.nu.7.poſt Vinc.de Frãch.
49 in deciſ.232. p.2. † Prout idem eſt in exceptione innocentiæ, vt poſſit citatus implorare officiũ Iudicis , vt ex eius officio innocentiæ defenſionem ſuſcipiat , Iaſ.conſ.144.nu.2.in fin.vol.4.Marſil.ſing.72.Rolãd. conſ.47.per totum,vol.3. & ob id debet teſtes nominatos ex officio examinare, Flamm. Carthar. de execut.ſent.capt.Bannit.in præfat. num.28. & ſeqq. latè Modern.Roman.conſ.35.nu.2.vbi addentes in litt.B, Maſcard.de probat.concluſ.,..vol.2. Mazol conſ.77. nu.24 & ſeqq. & ſi fuerit citatus clericus à Iudice laico poteſt tertius comparere cum bullis, & illas exhibere , & opponere fori declinatoriam,ne procedatur contra ipſum clericum , quia ſi Bullæ fuerit repertæ validæ,curia ſæcularis debet ſilere in procedendo,latè Vincent. de Franch. deciſ.329. per totam, vbi teſtatur ita fuiſſe per Conſil. Neapolitanum ſeruatum, non obſtante ritu illius Regni diſponente , quod clericus per ſe comparere teneatur ad fori exceptionem declinatoriam opponendam.

50 Et exceptio declinatoria fori, vel alia dilatoria debet opponi ante litem conteſtatam, de qua vide latiſſimè Decian.reſponſ.124.nu.13.& ſeq. vol.3. vbi declarat etiam,quæ dicantur exceptiones dilatoriæ,latè Fulu.Pacian.de probat.lib.2.c.45.nu...

51 Nona cauſa eſt exceptio nullitatis ſententiæ , de qua latè in 2.lib.dicam , dum tangam materiam contumaciæ. Sed interim latiſſimè vide Iul.Clar. queſ.32. num.20.Foller.in pract.crim.in verb.audiantur excuſatores,nu.3.Rub.Alexandrin.in l.penult.§.ad crim. num.94.ff.de public.iudic.Marian.Soccin. in cap.veniens extra de accuſat.nu.288.Ant.Gabriel. concl.9. n.75.& ſeq.lib.7.Hier.Magon.deciſ.Lucen.22.n.19. vbi alios allegat, Theſau.deciſ.265.nu.10.& ſeq.Carthar.in d.tract.capt.bannit.cap.fin.nu.12.& latiſſimè Mod.Rom.in conſ.86.num.69.& ſeq. vbi facit quinque concluſiones pro declaratione iſtius articuli , & latè Addent.ad eumdem Mod. Rom. in conſil.85. in in litt.L, & vbi agitur de pęna pecuniaria etiam quod delictum ſit publicum ſine dubio debet admitti procurator pro abſente, vt bene tuetur , Andr. Fachin. controu.iuris,lib.1.c.25. vbi ad contraria reſpondet, etiam ſi eſſet comminata pœna exilij in citatione,vel monitorio,latè Iul.Clar.q.32.nu.5.& ibi idem dicit in pœna relegationis,& concordantes allegat, & teſtatur de communi,& Fachin.d.lib.1.c.26.

52 Et ſi Aduocatus velit ſcire alia impedimenta , quæ ſufficiant, ne citatus teneatur comparere , videat latiſſimè Fulu.Pacian.de probat.lib.2. c.47. per totum, vbi ad plenum tractat, quid citatus facere debeat , quã habet impedimentũ,an debeat illud allegare,& probare,ac proteſtari,& alia ſimilia facere,ac etiam aliæ excuſationes ponuntur per Rebuff. ſuper conſtitut.in tract.de excuſator.vol.3. vbi poſt Cart. hanc materiã latiſſimè tractauit , & poſuit alias excuſationes non numeratas,arbitrio iudicis illas relinquẽdo, Villagut. in pract.crim.lib.1.c.7.concl.12.& 13.

53 Sed ſolum pro complemento in iſta materia dicã , quod in caſibus , in quibus de iure in criminalibus nõ debet admitti procurator, ſi fuerit admiſſus parte nõ opponente, aliqui volunt , vt adhuc proceſſus fabricatus

catus

catus non valeat, fed fit nullus ipfo iure, Ant. Gomez. titul. de delict. c. 1. n. 16. Iul. Clar. q. 31. n. 24. Menchia. controuerf. vfu frequentium, c. 1. n. 5. lib. 1. vbi latè, & adducit aliqua fundamenta, latè Mod. Rom. in q. 99. nu. 242. & feq. vbi refert Doct. tenentes iftam opinionem, & in ftatu Ecclefiaftico hanc opinionem effe feruatam per conftitutiones Marchiæ, lib. 4. c. 15. & per Pium Quartum conftit. 68. par. 1. fol. 742. & hanc opinionem communem dicit Hier. Hifpan. in tract. comm. contra comm. q. 237. nu. 2. & 3. & Mod. Rom. vbi fuprà ponit nō folum quid in fifco, fed etiam quid in accufatore non opponente.

Contrariam opinionē, quod proceffus valeat, parte non opponente, tradit glof. in l. quàuis, C. de adult. quam commendat Iaf. in l. patre furiofo num. 30. ff. de his, qui funt fui, & in l. certi conditio, §. 1. num. 13. ff. fi cert. pet. quam opinionem approbant omnes canoniftæ, fecundum Bald. in l. feruum, §. publici nu. 6. ff. de procurat. & Mod. Rom. in d. q. 99. nu. 242. & feq. vbi concordantes allegat, & Hier. Hifpan. in tract. com. contra com. q. 237. nu. 4. vbi alios allegat in puncto, & teftatur hanc opinionem effe communiorem.

Quæ tamen exceptio nonnulli voluerunt, vt deberet opponi ante litem conteftatam, ficut opponūtur aliæ exceptiones dilatoriæ, quæ tamen opinio in iure vera non eft, cum poffit opponi etiam poft litem cōteftatam, vt firmat Hier. Hifpan. in d. tract. com. contra com. in q. 237. circa finem.

54 Imò licet etiā dicatur, quod non debeat audiri procurator in caufis criminalibus à relegatione fuprà, Marian. Socc. in cap. veniens, col. 2. de accufat. vbi de communi, Boer. decif. 285. num. 4. Iul. Clar. q. 32. Menoch. latè in q. 80. nu. 2. lib. 1. Moder. Rom. q. 99. nu... Nec quando vigore ftatuti poteft procedi eōtra abfentem, fecundum communem atteftatam per Alex. in conf. 116. nu. 18. lib. 2. & latius dixit Hier. Hifpan. in d. tract. com. contra com. q. 237. & in q. 289. tamen magis communis opinio, eft vt admittatur defenfor, cum expediat Reipublicæ, abfentes a quibufcunque defendi, & fi non admittatur, non valeat proceffus, fecundum communem opinionem atteftatā per Grā. vot. 37. Roland. conf. 47. num. 18. vol. 3. vbi etiam de communi, quam opinionem defendit. Azeued. in l. 3. tit. 10. lib. 8. recept. nu. 51. vbi optimè exclamat contra Iudices non admittentes defenforem, dicens effe terribiles, idiotas, & executores terribiles iuftitiæ, & peruerfores iuftitiæ, & humani fanguinis inimicos, & ita effe tenendum, & practicandum in omnibus tribunalibus Iudicum: hanc eamdem opinionem tuetur, & totis viribus defendit, Hier. Hifpan. in d. tract. comm. contra comm. q. 237. num. 6. & feq. vbi concordantes allegat, & ita femel in facto obtinuiffe, dicit in q. 289.

55 Ac etiam eft poftremò occurrendum malitijs quorumdam iudicum, qui totaliter etiam in caufis, in quibus de iure admittitur procurator, intendunt tollere, vt procurator non audiatur, fub prætextu, quod iudex velit principalem vti magis informatum audire, vt videat quo vultu, colore, frōte, ac qua trepidatione deponat, Iul. Clar. q. 32. nu. 11. verf. & in omnem cafum, vbi Baiard. n. 11. qui teftatur ita in practica obferuari per totam Italiam, prout etiam excelamat. Ant. Scap. in tract. de iure non fcript. lib. 3. cap. 41. & reprobat. Ioan. Butrigar. qui dicebat poffe dari remedium ad conftituendum procuratorem, ad fic præcife refpondendum, cum per refponfionem procuratoris poffit ita veritas percipi, ficut per refponfionē ipfius principalis met, & Additio ad Moder. Rom. in conf. 86. in litt. F, vbi fubdit; eoque magis, cum hodie interrogationes, quæ fiunt à iudice fint diuerfæ, & ideò nō poffit formari mandatum ad fic refpondendum interrogationibus iudicis, cum nemo illas diuinare poffit, & & hanc opinionem multorū auctoritatibus dicta Additio exornat, & dicit maxime procedere, quando adeffent indicia grauia contra abfentem, & monitoriū fuerit relaxatum ad perfonaliter comparendum, Villagut. in pract. crim. lib. 1. c. 7. conclul. 11. Quoniam, fi iftorū opinio vera effet, totaliter deftrueretur illa firmiffima opinio, vt in omnibus caufis à relegatione infra admittatur procurator, quam fequuntur Doct. vt firmant Menoch. de arb. q. 80. nu. 86. & feq. & nu. 97. lib. 1. Iul. Clar. q. 32. num. 5. Ant. Gom. tit. de delict. c. 1. nu. 12. Ant. Gabr. conclul... lib. 7. Mod. Roman. q. 99. n. 67. vbi infinitos concordantes cumulauit, Thefaur. decif. 267. nu. 7.

Nec obftat, quòd Iudex vellet ipfum principalem ex rationibus fupra adductis, quia in caufis pecuniarijs, & in alijs leuibus criminibus nō ita per acerrimam indagationem proceditur, fed iura funt contenta, vt audiatur procurator cum mandato procuræ ad fis inquifitioni contra ipfum formatæ refpondendū, iuxta doctrinam Iacob. Butrigar. Nec obftat q̄ fuerit citatus ad perfonaliter comparēdum, quia ifta forma per iudicem adhibita nō debet alterare fupradictam opinionem, vt audiatur per procuratorem, & ita in Tribunali A. C. paffim obferuatur, licet fuerit Reus citatus ad perfonaliter comparēdum, & fuerit in pœnam pecuniariam, vel aliam leuem condemnatus in contumaciam, femper admittatur procurator cū fatifdatione de ftando iuri, & iudicatum foluendo, ac facta declaratione in actis ante fententiam de habēdo teftes pro ritè, & rectè examinatis cum fpeciali mandato ad fic declarandum.

56 Solet etiam dubitari, an procurator, vel defenfor inquifiti comparens pro eo abfente teneatur fatifdare, in qua difficultate diftinguuntur tres cafus, & primus eft in comparente tāquam procuratore ad plenam decifionem, & defenfionem Rei in cafibus à iure permiffis, fecundus eft in comparente tāquam defenfore, & inftructor innocentiæ, tertius eft in comparente, & allegante caufas abfentiæ. In primo autē cafu omnes conueniunt, quòd ifte procurator teneatur fatifdare per Doctrinam. Alberic. in l. feruū quoq. §. publicè nu. 12. verf. fed numquid. ff. de procur. In fecundo autem cafu, vna fuit opinio, quod admittatur fine fatifdatione. Ant. de Butr. in c. veniens nu. 17. extra de accufat. Bened. de Plomb. in l. pen. §. ad crimē num. 18. in fine. ff. de publ. iud. Altera fuit quòd teneatur fatifdare de iudicio Sifti, & iudicatum folui. Frāc. Marc. decif. 626. nu. 6. p. 6. Iul. Clar. q. 3. nu. 4. Rot. decif. 35. in nouis, alias 420. tit. de procurat. vbi etiā dicit, quid fi defenfor non habeat facultatem fatifdandi, propter eius paupertatem. In tertio cafu omnes admittunt, quod minime teneatur fatifdare, vt de cōmuni teftatur. Alber. in d. l. feruum §. publicè num. 12. Rub. Alex. 113. qui etiam teftatur de communi, Ang. nu. 2. & 6. Caftren. nu. 10. Iul. Clar. q. 33. num. 4. & cæteri cumulati per Addentes ad Mod. Roman. in conf. 86. in litt. C.

57 Et quando eſt admiſſus procurator pro abſente, ad tollendas omnes difficultates, & opiniones cõtrarias, debent citari ad ſententiam procurator, & principalis, vt vterque condemnetur. Iul. Clar. q. 32. n. 24. vbi teſtatur quòd ita alias reſolutum fuit.

Et quoniam ſupra ſub num. 44. diximus, bannitum comparere non debere, niſi fuerit ſibi oblatus ſaluus conductus: ideò videamus in quibus caſibus concedi debeat, & à quibus concedi poſſit, vltra ea, quæ dicit Farinac. in q. 29. per tot. & Magalott. in ſuo tract. de Saluocond. & ſecurit. & ſi offendatur habens ſaluum conductum, quomodo puniatur, latè tradit Menoch. de arbit. caſ. 336. per tot. lib. 2.

58 Ideò, ſi aliquis fuerit accuſatus de aliquo crimine; tunc ei conceditur ſaluus conductus, vt poſſit tutè ſe defendere ſuper noua imputatione, Menoch. de arb. caſ. 337. nu. 2. Iul. Clar. q. 32. verſ. tu ſcis, vbi teſtatur, quod ita practicatur, Decian. reſpõſ. 99. in 1. dub. vol. 3. dicit, quod eſt indubitata concluſio, vt concedi debeat, ſi captura Rei ſit impoſſibilis, vel difficilis, & ſub nu. 4. verſ. & eſt ratio reddit rationem, quare bãnito ſit ſaluus conductus concedendus. Farinac. conſ. 59. nu. 5. Caualc. de Brach. reg. p. 2. nu. 309.

Ac etiam debet concedi bannito, vt cum alio bannito carcerato confrontetur, Menoch. caſ. 337. nu. 2. Ac etiã vt alios transfugas detegat, ac conſpiratores contra Principem, Menoch. d. caſ. 337. nu. 2. vbi concordantes.

Atque etiã conceditur teſti bannito, vt veniat tutè ad ſe examinãdum, vt poſt alios, quos allegat, firmat Baiard. q. 32. num. 36. eoque magis, ſi iſte teſtis non examinaretur, innocẽtia inquiſiti opprimeretur, Menoch. d. caſ. 337. nu. 2. in princ.

Et conceditur bannito ſaluus conductus, non ſolũ quando delicta ſunt penitus ſeparata, vt per Decian. reſponſ. 96. nu. 8. verſ. quia dico, & nu. 9. verſ. quanto ergo, vol. 3. ſed etiamſi non eſſent penitus diuerſa, & ſeparata, vt ſi imputaretur de homicidio appenſato; quia ſi fateatur homicidium, poterit obtinere ſaluum conductum ſuper appenſamento, latè Decian. d. reſponſ. 96. nu. 5. & ſub nu. 10. vbi docet, quando delicta dicantur diuerſa, & ſeparata, vt inſpiciatur inquiſitio; quia ſi in ea fuerint expreſſa, & poſita ſeparata, dicũtur ſeparata, & non confunduntur: tot enim ſunt delicta, quot ſunt inquiſitiones.

Et, ſi fuerit per bannitum petitus ſaluus cõductus, non poteſt ei denegari, Clar. q. 32. nu. 12. in fin. dummodo petatur ad ſe expurgandum ab aliquo delicto, & non ad agendum contra tertium, vt per Baiard. ibi nu. 18. Et quòd de conſuetudine concedi debeat, Boſ. de citat. nu. 39. tit. de remed. ex ſol. clem. Princ. nu. 58. & 60. Decian. reſponſ. 96. num. 6. & nu. 8. dicit, quòd conſuetudo in propoſito inducatur per duas conceſſiones, vol. 3.

Et caueat Aduocatus in obtinendo ſaluum conductum, vt exprimat omnes qualitates concernentes qualitatem criminis, Bertazz. conſ. 104. nu. 2. Baiard. q. 32. num. 37. & latè docet Caualc. de brach. reg. p. 2. nu. 318. in fin. & nu... & ſeq. vbi ponit cautelam, quid ſit exprimendum in dicto ſaluo conductu, & quòd tãtum valeat, quantum ſonat, cum ſit ſtricti iuris, & in ſpecie, quòd exprimi debeat, qua de cauſa, per quantum tempus, & vbi, & quòd abundare in cautela non nocẽt. Et ego condemnaui quemdam ad carceres ciuitatis vetulæ per decẽnium; quia omnes qualitates, & circumſtantias non expræſſerat in ſaluoconductu; licet procurator Fiſcalis inſtaret, vt illum punirem pœna vltimi ſupplicij; quod minime facere volui, quia per iuſtitiam non poterat dicta pœna puniri; prout Summus Pontifex ſuper opinione mea requiſiuit votum cuiuſdam viri prudentis in dignitate conſtituti, & magni criminaliſtæ, & princeps debeat omnino ſaluumconductum, & fidem datam obſeruare. Magalot in tract. de Saluocond. deciſ. 19. Burſ. conſ. 177. nu. 27. lib. 2. conſ. 345. num. 25. lib. 4. Bertazol. conſ. 359. lib. 2. latè Andr. Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 59. vbi in fin. teſtatur de communiori ſententia, & ad contraria reſpondet.

Habens autem ſaluumconductum, ſi deinde committat aliquod delictum graue, amittit eius priuilegium, ſecus ſi leue, Clar. in d. q. 32. nu. 35. Caualcan. de brach. reg. p. 2. num. 322. latè Vinc. de Franch. deciſ. 258. per totam p. 2. deciſ. 717. p. 4. Et ſi fateretur delictum, pro quo illud obtinuit, non ſeruabitur ei ſaluusconductus, nec etiam in alijs, pro quibus habuit ſaluumconductum, Eugen. conſ. 63. nu. 10. conſ. 68. n. 30. vbi cõcordantes allegat Vinc. de Franc. d. deciſ. 258. nu. 2. vbi concordantes etiam allegat par. 2. Et ſi promiſerit extraiudicialiter dicere veritatem, & poſtea eam in iudicio negauerit, non erit ei obſeruandus ſaluusconductus, Caualc. de brach. reg. p. 2. nu. 321.

Bene verum eſt, quod ſecuritas data pro maiorib. delictis compræhendit etiã minora crimina non expræſſa, Boſ. tit. de remed. ex ſol. clement. Princip. ex doctr. Bal. in conſ. 413. num. 3. lib. 5. Farinac. conſ. 93. nu. 8 in fin. Et nihil refert, ſi ſecuritas fuerit conceſſa per litteras parentes, ſeu per epiſtolam, vel aliter, Pet. de Surd. conſ. 381. nu. 4. vol. 2.

Et ſaluusconductus conceſſus incũdo intelligitur etiam conceſſus in redeundo, vt poſt alios Caualc. de brach. reg. fragm. 58. & Baiard. in q. 32. nu. 3. vbi ſubdit, quòd, ad tollendum dubitationem cõmuniter apponitur illa clauſula, accedendi, ſtandi, & recedendi. Et, ſi non habeat tempus inſertum, quod durare debeat, etiam ſi bannitus redeat ad locum extra dominium concedentis, non expirat, vt poſt alios Baiard. dict. q. 32. num. 31. vbi docet, & tàm ſi intelligatur pro vna vice, vel pro pluribus, & ſub nu. 32. dicit, quod extenditur ad res, & perſonas, & ſub nu. 21. dicit, quod, ſi fuerit conceſſa ſecuritas pro ſe, & ſocijs, compræhendat ſocios hebræos, & an expiret per mortẽ concedentis, vel finito officio, vide Grat. conſ. 92. nu. 28. vol. 2. Baiard. d. q. 32. nu. 34. & ſub nu. 38. etiam dicit, vt etiam compræhendatur facultas mittendi nunciũ, Nec non aſſicuratus intelligitur, vt nullam vim patiatur, nec cum armis, nec ſine armis, nec cum auctoritate iudiciali, nec extraiudiciali, vt poſt alios, quos allegat, teſtatur Vinc. de Franch. deciſ. 673. nu. 2. p. 4. & in fine ibi refert, & ob id ſacrum conſ. declarauit, pendente aſſicuratione non potuiſſet citari ad videndum fori iudicari, & ipſam ſententiam fuiſſe nullam, & idem voluit in deciſ. 674.

Sed ſolus Princeps concedit ſaluũconductum, Clar. d. q. 82. verſ. ſed hic quæro, Decian. in d. Reſp. 96. n. 1. vol. 3. Surd. conſ. 281. num. 3. vol. 2. Petr. Cabal. caſ. 50. ſub nu. 1. Caualc. de brach. reg. p. 2. nu. 314. & ſeq. vbi firmat, quia dicatur gratia, vel priuilegium ac etiam poteſt concedi per perſonam repræſentantem ipſum princi-

principem, Clar. dic. q. 32. verf. fed hic quæro; qui loquitur in fenatu Mediolani, Decian. d. refponf. 96. n. 1. verf. attamen, Caualc. de brach. reg. p. 2. num. 315. firmat ad tempus poffe cõcedi per iudicem brachij regij, in perpetuum vero à folo principe. Ac etiam poteft concedi per Gubernatorem, vel locumtenentem repræfentantes vices principis, Surd. conf. 281. nu. 1. & feq. vol. 2. vbi fubdit magis procedere, fi princeps pro tali delicto erat folitus illum concedere: Et maximè etiam, fi concedatur cũ caufæ cognitione, Decian. d. refponf. 96. nu. 1. verf. quæ & fi concedatur ad tempus, Doct. adducti per Petr. Caball. in d. caf. 50. nu. 12. & fi non ad longum tempus, Decian. dicto refpõf. 96. num. 1. verf. & præfertim.

Iudex etiam, fecundum iuris difpofitionem, poteft faluum conductum concedere. Clar. d. q. 32. num. 13. Menoch. q. 81. lib. 1. & caf. 237. n. 2. & Maximè fi non in perpetuum, fed ad tempus, & fi fuerit bannitus ab eodem iudice, Baiard. d. q. 32. nu. 26. & feq. Et in ftatu ecclefiaftico per conftitut. Marchiæ lib. 4. c. 29. iudicibus eft conceffa facultas concedendi fecuritatẽ bànitis, & inquifitis de alijs delictis, vt refert Baiard. dic. q. 32. nu. 29. Sed quid, fi non fuerit condemnatus, neque citatus, vide Boff. tit. de remed. ex fola clementia princip. nu. 60. fed de confuetudine in multis locis nõ folet concedi, nifi à principe, vel eius fenatu, vt de confuetudine Mediolani teftatur, Boff. tit. de captur. nu. 33. Clar. d. q. 32. fub verf. fed hic quæro; & maxime fi petens faluum condẽnatus effet, Boff. tit. de remed. ex fol. clem. princip. nu. 58. Decian. d. refponf. 96. n. 2. & feq. qui videntur firmare, quod à folo principe in ifto cafu concedatur fi vero non fuerit cõdemnatus poffit concedi etiam à fenatu, & quod nifi ex caufa à folo principe tantum concedatur, Petr. Cabal. dic. caf. 50. nu. 2. & 4. Caualc. de brach. reg. p. 2. nu. 510. Et inferior à Principe ex caufa poteft concedere faluum conductum, quando ab ipfo iudice concedente fecuritatem, vel ab alio inferiore ab ipfo effet bannitus: fecus fi à fuperiore, vel de ordine fuperioris, vt poft alios quos allegat declarat, Petr. Caball. dict. caf. 50. num. 3. & feq. vide latiffimè Andr. Fachin. controuerf. Surd. lib. 9. c. 62.

Bene verũ eft, quod fi fuerit conceffus faluus conductus ab inferiore a Principe, ne ille decipiatur fub fide publica, debet in priftinã libertatẽ reponi. Doct. adduct. per Baiard. in q. 32. n. 33. latè Caualc. de brac. reg. p. 2. num. 316. & feq. vbi omninò firmat, quod debeat reponi in priftinã libertatem, licet fuerit ei conceffus à iudice non habente facultatem concedendi, & omnino fit feruandus, quia licèt expediat punire malefactores, tamen id non eft faciendum via iniqua, & iniufta, Decian. in tract. crim. lib. 2. c. 19. tom. 1. Caualc. d. p. 2. nu. 319. & feqq. Menoch. q. 81. nu. 12. caf. 336. num. 27. 33. Farinac. q. 29. num. 95. Andr. Fachin. controuerf. iur. lib. 9. c. 63. Vinc. de Franch. decif. 288. nu. 1. in fin. par. 2. Nifi effet conceffus ob crimen læfæ maieftatis, vt latè poft alios, quos allegat, firmat Petr. Caball. fub d. caf. 50. per tot. & præcipuè fub nu. 6.

Sed caueat Aduocatus, quod, fi fuerit conceffus faluus conductus per quindecim dies, & fuit delinquẽti, feu inquifitio tranfmiffus per quinque dies poft illius datam, tempus illorum quinque dierum computetur in termino dictorum quindecim dierum; cũ incipiat incurrere à die datæ, non autem à die habitę fcientię: tempus enim falui conductus eft continuum, & currit de momento ad momentum, tex. in l. 3. §. minorem. ff. de minor. 25. ann. Barbat. conf. 50. num. 2. verf. & fi dicatur, lib. 2. Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 21. Et eft regulare, quod omne tempus datum à iudice, vel a Principe, dicatur continuum, & latiffimè Petr. Caball. caf. 249. per tot. vbi maximè dicit procedere fi faluus conductus fuiffet conceptus cum illis verbis: per quindecim dies proxime futuros; quia illa dictio (proxime) defignat extremitatem primi temporis, & ibi hanc opinionem auctoritatibus exornat; & ideò erit concipiendus faluus conductus, vt tempus incipiat currere à die fcientiæ, ne forfan Reus ignarus iftius decifionis ponat fe fpõtè in fortijs Curiæ, & fe fubijciat fupplicio, & pœnæ.

Ac etiam faluus conductus bannito conceffus pro pace ineunda, non reftringitur ad vnam vicem tantum, poft Dec. conf. 562. firmat Caualc. de brach. reg. p. 2. num. 318.

Sed caueat bãnitus, quod, fi ei fuit datus terminus ad fe defendendum per menfem, in dicto menfe poterit capi, Caualc. d. p. 2. nu. 318. vbi fubdit: prout erit, fi fuerit ei præfixus terminus ad refpõdendum Inquifitioni; & quod ita quotidie fub ifto termino Rei ducuntur ad carceres; cum Curia non fit tuta, quod ipfe comparere debeat: & ifta ratione poterit idem dici, fi fuiffet ei datus faluus conductus ad fe cõftituendũ, vt poffit capi in dicto termino; cum non fit tuta Curia, vt ille debeat comparere; fed ille faluus conductus operabitur, quod captura non aggrauet Reũ in mentis caufæ, quod equidem non eft obferuandam.

Si vero quis fuerit condemnatus in exilium ad tẽpus, & dictum exilium frangat debet fibi reiterari tẽpus exilij, l. aut damnum. §. quifquis. ff. de pœn. iud. à Peguer. decif. 41. nu. 9. vbi teftatur ita fuiffe refolutum per Senatum. Idemque erit quando quis erat cõdemnatus in relegationem, & adhuc permanebat fub cuftodia, & ipfe euafit ne mitteretur ad locum ad quem erat damnatus, vt dupliciter ei relegatio. l. relegati. ff. de pen. Io. Ant. Lanarius, conf. 38. n. 7. verf. Quinimo.

Sed in propofito contingit dubitari, quia condemnato in Relegationem vel exilium debet concedi dilatio ad componendas res fuas, & mæftos penates nempè rem familiarem l. 1. C. de exhibend. reis, latè de intelligentia illius text. fcribit Io. Anton. Lanarius conf. 38. nu. 3. & feqq. vbi text. voluit dare poffe iudicem dilationem viginti dierum. Immo ex text. in l. ab hoftibus. §. fin. ff. ex quibus cauf. maior. defumitur, vt fit concedendus mens ad corponendum farcinulas, latè Vincent. de Franch. decif. 487. num. 5. & feqq. vbi etiam refert quid feruetur in illa Curia, & ibi etiam ponit, vt concedatur d. mens etiam fi non fuerit petitus quia à lege ei conceditur quod eft notandũ, quia in practica poteft Aduocato afferre honorem. Et in d. dilatione an damnatus poffit ire per Ciuitatem. Lanarius latè in d. conf. 38. per totum, tenet quod fit ei permiffum, cum nõ poffit familiares res vt plurimum componere, nifi eundo per Ciuitatem, fed fi fuerit dilatio data non ad componendum res pænatus, fed ad accedẽdum ad infulam, vel ad locum relegationis an poffit damnatus in d. dilatione ire per Ciuitatem, vel ad nuptias, feu ad nundinas, vel potius dicatur contrauenifse, fi ad eas accedat, vt ei duplicetur tempus relegationis. Idem Lanarius concludit, quod nulla lege reperia-

reperiatur decisum, vt isto casu duplicetur relegatio, sed ista duplicatio solum fiat, quando damnatus relegationi, vel exilio non obtemperat, vel excessit fines relegationis, per tex. in l. relegati. ff. de poen. l. capitalium, §. in exulibus, eod. tit. & l. qui cum vno in insulã. ff. de re militar. vt est latè videre per dictũ Ioan. Ant. Lanar. in dict. consl. 38. nu. 5. 6. & 7. & ibi etiam docet quomodo in casu suo probari posset dilatio concessa accedendi ad relegationem, & vide Vinc. de Franch. in d. decis. 467. per totam.

Nec non auditur procurator, quando agitur de pœna excommunicationis, Zabarell. in cap. veniens, n. 9. de accus. Farinacc. q. 49. nu. 208. Mar. Ant. Macer. dic. resol. 3. num. 2. lib. 3. vbi sub nu. 6. declarat, dummodo non infligeretur etiam pœna corporalis pro eodem delicto.

Ac etiam pater pro filio admittitur, quando agitur de interesse ipsius patris, Thesaur. decis. 265. nu. 7. & 19. Magon. decis. Lucens. 94. nu. 3. Farinacc. q. 99. nu. 154. & seq. sed quando pater admittitur pro filio debet præstare fideiussionem de illum repræsentando in euentum condemnationis, Farinac. d. q. 99. num. 164. Mar. Ant. Macer. d. resol. 3. nu. 7. vbi de communi.

DEFENSIO XIII.

Circa transmissionem Commissarij.

Commissarius quando transmitti debeat pro assumendis informationibus super delicto, & de eius auctoritate.

SVMMARIVM.

1 *Delictum vbi committitur, ibi melius veritas haberi poterit.*

2 *Commissarius debet trãsmitti ad locum delicti pro sumendis informationibus.*

3 *Commissarij facultates dependent ab eius cõmissione.*

4 *Commissarius expediri debet sumptibus accusatoris, instigatoris, vel fisci.*

5 *Commissarius debet superioribus loci, vbi assumere debet informationes, ostendere eius commissionem.*

6 *Commissarius destinatus ad examinandum testes, non potest eos repetere.*

7 *Commissarius destinatus ad recipiendum testes super negotio principali, non potest recipere testes ad repulsam.*

8 *Commissarius non potest examinare testes Clericos, nisi habeat licentiam à superioribus.*

9 *Licentia examinandi Clericos debet in actis constare aliter quàm per assertionem Notarij.*

10 *Commissarius habita licentia examinandi Clericos, nõ potest illos compellere, sed sunt compellendi à suo iudice.*

11 *Clerici si de facto fuerunt examinati sine licentia superiorum, eorum depositiones valẽt, & in quibus casibus deponẽdo in causa criminali non incidant in penam irregularitatis.*

12 *Commissarius an possit in partibus declarare, extare legitima indicia, vt possit consequi salaria, & viatica.*

13 *Appellatio admittitur à decreto soluendi viatica.*

14 *Indicia quæ requirantur, vt commissarius possit habere viatica ab inquisitis.*

15 *Commissarius destinatus ad faciendum processum informatiuum, non potest desumere defensiones pro inquisitis.*

C A P. I.

1 Quia vbi est cõmissum delictum, vbi melius
veritas indagari potest, Gandin. in tract. de
2 malef. per inquisit. num. 2. & seq. † & ob id,
commissio delicto, debet iudex accedere ad locum dicti commissi delicti, vel Notarium transmittere pro assumendis indicijs, & informationibus super eo, argum. tex. in l. 2. C. vbi de crim. agi oportet, l. vnica. C. vt omnes iudices tàm ciuil. quàm crim. vel aliquem Doctorem transmittere, prout facit magna Curia Vic. & testatur Carauit. rit. 156. nu. 7. & A. C. vt etiam testatur. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 58. nu. 17. de iudic. & Mising. cent. 3. obseru. 40. c. 86. n. 1. & seq. vbi admonet iudices, & Notarios, quomodo ibi se habere debeant, & quid præ oculis etiam tenere valeant: quòd vtinam hodie obseruaretur, & seruarentur præcepta longa serie per eum relata, & tradita à bonis Authoribus, & ibi Commissarij possunt dari suspecti. Mysing. cent. 3. obseru. 29. & solet in ista quæstione dubitari, si commissa causa alicui, censeatur eidem commissa cognitio, & executio dictæ causæ, latè ponit Mysing. cent. 4. obseru. 93. per totam.

3 Et facultates istorum Commissariorum dependent à litteris, cum quibus transmittuntur, per quas solet concedi facultas examinandi omnes, & quoscunque testes, & eos compellendi, & mulctandi, ac torquendi pro habenda veritate, alias sine dicta facultate testes non possent cogi ad deponendum, si se subtrahant. Vestr. in pract. lib. 6. c. fin. nu. 10. Mod. Rom. q. 77. nu. 171. & veniunt signatæ manu A. C. Gubernatoris, vel Vicarij, in quorum Tribunalibus causa pendet, vel est introducta: Benè verum est, quòd non solent extra Curiam transmitti isti Commissarij, nisi facto verbo cum Sanctissimo, in Tribunali A. C. non expediuntur similes litteræ, neque Commissarij contra Episcopos, nisi habita expressa commissione à Sanctissimo, & de tali ordine A. C. fiat in ipsis litteris mentio: & hoc est sancitum in facultatibus concessis eidem A. C. Imò vigore reformationis Pauli V. debet cõmissio signari manu ipsius Papæ.

4 Expediũtur autem ipsi Commissarij sumptibus instigatoris, vel accusatoris, vbi adesset, aliàs sumptibus Fisci, cum clausula, animo repetendi ab inquisitis, dũmodò fuerint inditiati, vel inditientur; quæ repetitio de iure minimè fieri deberet, cum expensæ in accusando, & processum fabricando debeant erogari ab accusatore, vel istigatore, latè post alios, quos allegat. Petr. Caball. in quæst. crim. cent. 3. cas. 201. Tholos. decis. 41. si vero sit examinandus principalis quis debeat soluere expensas Commissarij, vide Carauit. rit. 153. per totum, & latè Vincenc. de Franc. decis. 332. nu. 5. p. 2. tenet, quod talis impensa fieri debeat sumptibus ipsius principalis examinandi, nisi ratione infirmitatis, dignitatis, vel sexus non teneatur comparere in iudicio, quia tunc fieret sumptibus petentis, & illæ impensæ, quæ fiunt actuarijs pro expeditione literarum commissionalium, & pro exemplo materiæ, vel articulorũ super quibus testes, vel principalis examinandus est, debent fieri expensis petentis, vt declarat. Franch. in d. decis. 235. nu. 7. & quod ita seruatur

in illa

in illa Curia Neapolis, & quid si in itinere moriatur equus Commissarij, vel cappa spolietur, vel eius familia infirmetur, vide Specul.tit.de salarijs, §.1. nu.1. & seqq.

5 Et iste Commissarius destinatus, debet suam commissionem Superioribus loci, vbi assumere debet informationes ostendere, ac registrari facere, vt dicti Superiores loci cognoscant eius potestatem, & auctoritatem, Ofasch.decis.65. nu.20. Menoch.de præsumpt.lib.2. præsumpt.15. nu.8. Maur.Burg.in tract. de modo procedendi ex abrupto, Centur.1. c.82.nu. 35. eum aliàs de cõmissione sibi concessa à Superiore non credatur, Menoch.q.76.nu.8.lib.1. de arb.Masc. de probat.concl.948.num.4.Menoch.de Arb.lib.1.q. 76.nu.8.& de præsump.lib.2.præsumpt.15.nu.2. Farinac.q.97.num.52. & 54. Laurent. de iudic.suspect. c.12.nu.25.Bertazzol.conf.347.nu.7. Mising.cent.3. decis. 1. vbi tradit, quod etiam reo petenti originale commissionis teneatur exhibere, Cavalc.in tractat.de brach.reg.p.1.nu. 105.Maur.Burg.in dict.tract. q.88. nu.3.& seq.vbi firmat procedere, etiã si talis assertio, dum agitur de præiudicio tertij, fieret per officialem in dignitate constitutum, vel si diceret habuisse facultatem à Principe viuæ vocis oraculo, vbi tamen ponit duas limitationes, prima est, quando princeps delegans esset in loco, a quo facile possit haberi veritas, Farinac.q.97.nu.62.Decian.in tract.crim.lib.4. c.25.n.58.& altera est, quando esset notorium talem habere dictam iurisdictionem delegatam. Muta in c. Regni Reg.Alfos.19.n.1. & seqq. eum notorium non egeat probatione, sed sola assertione. Eugen.consil.4. nu.59.& seq.Menoch.de præsumpt. lib.1. præsumpt. 67.num.5.

6 Et commissarius ita destinatus ad examinandum testes, eos repetere non poterit sine noua commissione, nisi tamen necessariæ interrogationes fuerint omissæ, vel quod primo testes confusè deposuerint, Ant.de Butr.in capit.licèt in fine de offic.delegat.Afflict.in const.Regni in pecuniarijs, nu.3.& post istos, Baiard.q.26.n.12. Nec destinatus ad compulsandum testamentum, potest examinare testes super illius tenere, Farinac.cons.80.nu.43. nec potest attestationes testium publicare, Marant.de ordin.iud. p.6. Act.11. nu.6 Nec notarius, vti commissum est testium examẽ potest cognoscere an articuli, vel testes sint admittẽdi, vel ne Octau.Vestr.in pract.lib.6.c.6 nu.13.

7 Nec etiam commissarius destinatus ad recipiendũ testes super negocio principali, poterit recipere testes ad repulsam, cum non sit de appendicibus primæ commissionis.Speculat in tit.de teste, §. qualiter versic.sed quare, Iason in l.2.ff.de iurisd.omn. iud. Anchar. in cap.præsentium, 6.testes de testibus, lib. 6. & post istos Baiard.in d.q.26. nu.12. vbi tamen subdit, quod iudex, si velit, potest committere receptionem testiũ in causa repulsæ illi, cui fuit commissa repetitio testiũ in causa principali per text.& ibi not. in cap licet extra de testibus, & per Afflict.in constit. Animalia, n.2. qui dicit, quod numquam in Regno Neapolitano cõmittitur audientia testium in causa repulsæ, si causa sit ardua.

8 Nec isti commissarij possunt examinare testes clericos pro informatione curiæ super delicto, nisi habita licentia ab eorum superioribus, Arch. in cap.quãquam, 11. q.2. vide latè Prax.Arch.Neap.cap.36. vbi ponit in quibus casibus debeant clerici coram iudice laico examinari in causa criminali, & in quibus non, & ego alias dum fui Locumtenens Criminalis, A. C. in causa mihi commissa à sacra cõsulta fuerat necessarium pro veritate indaganda in quadam causa graui examinare hic in Curia quosdam fratres sancti Frãcisci de obseruantia, & ipsa sacra consulta, dum ab ea petebam licentiam impartiri pro illis examinandis; cum ab ea esset mihi commissa causa, misit me ad sũmum Pontificem, à quo oretenus dictam licentiam habui, quod est permittendum, hic in curia in faciem summi Pontificis, vt officiali credatur de ordine sibi dato Doct.supra adducti num.5. licet de damno irreparabili agatur, vt post alios, quos allegat tradit Pet. Caball.in quæst.crim.cas.16.num.1.& seqq.cent.3.& in officialibus solitis habere accessum ad eumdem Pontificem in negociorum expeditione, consuluit, Paris.cons.122.nu.21. vol.4. prout ego continuò ha-

9 bebam: † Sed in alijs non erit credendum de tali ordine, nisi de eo appareret in scriptis. Ias.cons.46.nu.1. vol.2.vers.nec dicatur vol.3. Roman. cons.59. nu.6. in fine, & extra Curiam licentia impartitur ab Episcopo, vel alio Superiore, cap.super prudentia. §. potest in fine, & ibi glos.in verb.potest 19. q.2. Campeg.de testib.reg.91.nu.1.Pallent.Carauit. rit.141. sub nu.1. Emmanuel Soarez recept.sent.in verb.testis nu.117. vbi de communi, Mascard. de probat. conclus.1358. num.32.& 61.lib.3.& alij adducti per Modern.Rom. q.61.nu.83.Prax.Arch.Neap.d.c.36.num.4.vbi ponit formam concedendi d.licentiam, Quæ talis est, Conceditur licentia tali clerico deponendi in Curia sæculari in tali causa, dummodo non deponat super articulis continentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulsam, & aliquando Vicarij volunt videre articulos originales, & in eorum calce designare licentiam super quibus articulis deponere debeat, & quod isto modo tutius erit facere, cum magis consultat iudici Ecclesiastico quam laico videre super quibus clericus debeat deponere. Et contra reum talis licentia non est concedenda, vt post Goffred.Innocen. & Io.Andr. firmat Ignat.Lopez ad Diaz.in pract. canon.cap.98.nu.25.

Et de tali licentia aliter apparere debet in actis, etiam quam per assertionẽ Notaris dicentis talis Frater, vel Clericus, & testis citatus, iuratus, & de licentia Superioris examinatus, vt post Io.de Amic. cons.77. nu.18.tradit Curt.in tract.de testib.conclus.49.in fin. Carauit.rit.144.nu.9.& seq.Caualc.de testib. part. 3. nu.54.Mod.Rom.q.61.nu.87.vbi subdit quòd Syluan. cons.16.num.7.verl.plus dico, & num.8. contrarium ibi consulendo, tenuit, sed malè iudicio meo, cum facta non præsumantur, nisi de eis realiter constet per iura vulgaria.

10 Et aduertat Commissarius, quòd etiam obtẽta dicta licentia non cogat Clericum ad examinandũ, sed veniat mulctandus, & cogendus à suo Ecclesiastico superiore. Boss.titul. de oppos. contra testes num.91. Moder.Roman.quæst.61.nu.67.vbi testatur quod ita vidit practicari, & obseruari, & Iuramentum in ciuilibus debeat recepi per iudicem Ecclesiasticum, & postea examinari per iudicem laicum. Cauale. de testib. part.3. num.54. & sub num. 63. vt sit cogendus à iudice Ecclesiastico, & si falsum deponat coram iudice laico puniri debeat à iudice Ecclesiastico, vbi testatur

ſtatur de magis communi opinione,& concordantes allegat.

11 Sed bene verum eſt, quod ſi iſti Clerici examinati eſſent ſine licentia ſui Superioris in caſibus, in quibus cogi non poterant & ſi ſpontè depoſuerunt eorum depoſitiones valent,& tenent Abb. in c. cum nuncius n.3. in fin.verſ.ſed numquid valeat,& nu.4.Felin.n.3. extra de teſtib.& ibi Aretin.nu. 11. vbi de communi, & ita communiter ſeruari teſtatur in practica Syluan. conſ.16.n.6.in fin.& n.8.in fin.cum alijs allegatis per Moder.Rom.q.61.num.84.vbi ponit aliquas declarationes Prax.Arch.Neap.d.c.36.num.4.in fin.vbi poſt Aretin. & Felin. limitat in regulare cum non habeat velle nec nolle, & eſt regula quod tàm in cauſa ciuili, quàm crim.non poſſit clericus cogi deponere coram iudice laico niſi in defectum probationis,Prepoſ.in c. teſtimonium 11.q.1.ſed in probanda negatiua ob timorem falſitatis, niſi ſit coracta non admittitur neq; ad repulſam, quando agitur de infamia teſtium, nec ſuper delicto in genere, vt puta ſuper recognitione hominis, ſed tantum ad defenſam, niſi veniret imponenda pœna talionis; in crim. vbi agitur, vel ad pœnam carcerationis, & ſimilis tempore peſtis,vel quãdo examinaretur idem ſuperior,vel Prȩlatus,qui alijs cõcedit examinandi licentiam, vel ſi clericus inſimul cum ſuo ſuperiore examinaretur, vt poſt alios declarat Prax.Arch.Neap.in d.c.36. per tot.Caualc.de teſtib.p.3.nu.54.in fi.quid ſi deponat in cauſa pro qua non ingeritur pœna ſanguinis,vel ſi deponat ad fauorem rei licet ex aliquo accidenti accuſatori imponatur pœna ſanguinis. Ignat.Lopez.ad Diaz pract.cum c.98.n.22.vel ſi deponat de licentia ſui ſuperioris eccleſiaſtici de conſuetudine non incidit in pœnam irregularitatis,licet imponatur pœna ſanguinis. Franc. Marc.deciſ.777.num.4.& ſuper dictis caſibus ſcribit Moder.Farinac.in fragm.crim.in lit.C,n.403. & ſeq.

12 Sed contingit diſputari an ipſe cõmiſſarius in partibus,debeat ipſemet declarare extare indicia contra inquiſitũ ad effectum,vt ab eo poſſit extorquere ſolutiones ſui viatici,& hoc etiã pendere ſolet a facultate ſibi conceſſa,vt ſi dicat arbitrio ſuo declarari;in hoc etiã eſſet difficultas, cũ etiã in arbitrarijs admittatur appellatio, vel ſaltim recurſus ad latè trad. per Menoch.de arb.q.70.per totam lib.1.ſed ſi non daretur ei talis facultas,ſed ſimpliciter diceretur,animo repetendi ab indiciato, vel indiciatis, ſeu indiciandis,dato & non conceſſo quod tales impenſe ſpectarent ad inquiſitum circumſcripta diſpoſitione iuris communis, tunc credo,quod talis declaratio ſpectet nõ ad ipſum Cõmiſſariũ,ſed ad A.C.vel Gubernatore,cũ cõmiſſio ſit ſtricti iuris,& ſtricte intelligenda,vt lȩdatur minus, quã fieri poſſit auctoritas ſuperioris delegantis, & q expreſsè conceſsũ non reperitur,cenſetur prohibitũ. Vant.de nullit.ex defect.iuriſd.deleg.n.1.& ſeq.& cõceſſa facultate cognoſcendi cauſã nõ dicitur cõceſſa facultas pronunciandi, vt poſt alios, quos allegat,reprobatis cõtrarijs de crebriori ſententia,teſtatur Menoch.q.37. nu.23.lib.1.de arb.latè Mod.Rom.conſ. 89.n.1.vbi in termini dicit,q data facultate inquirendi,procedendi,teſtes examinandi,requirendi,citandi, inhibendi & ad rigoroſum examen procedẽdi,nõ intelligitur data facultas articulũ determinãdi, & decidẽdi,& poſteà tales Cõmiſſarij dicũtur quaſi ſuſpecti, cũ dicantur pronunciare in cauſa propria ad eorum fauorem cum facilius poſſint extorquere ſalaria, & viatica ab inquiſitis,a fiſco,a Curia,& a commiſſario perterritis,occaſione delictorum eis impictorum,quã ab inſtigatore,& iudex in cauſa propria quis eſſe non debeat doct. in l. iuriſdictioni ff. de iuriſd.omn.iudic. Vant. tit. ex defect. iuriſd.ordinar.num.93. vbi concordantes allegat.

13 Et ſi contingerat fieris talis declaratio per ipſos cõmiſſarios,non eſt dubiũ,q admitti debeat appellatio,cum poſsent grauare inquiſitum, quia non adſint legitima indicia ad dicta viatica deſumẽda, cum omnis grauatus poſſit appellare vt mox inferius dicam.

Et ſi fiat hic in Curia,talis declaratio per A.C.Gubernatorem,vel per alios ſuperiores debet admitti et appellatio per rationẽ ſupra adductam: & ego ſemel in facto habui in cauſa Domini Comitis Ludouici de Marſciano in plena ſignatura,quia Ill. Baro D.Marcus Antonius Mareſcotus reperebat viatica per eum ſoluta cuidam commiſsario ad ejus inſtantiam tranſmiſsa contra eumdem Comit. Ludouicum,& replicabatur per aliquos Dominos de eadẽ ſignatura,quod dici ſoleat in Curia,q de viaticis non habeatur quæſtio,cũ illa debeantur pro alimentis,quæ non recipiãt dilationem, & ob Publicam vtilitatẽ,cuius intereſt,vt delicta inueniantur & nõ remaneant impunita per iura vulgaria, ego autem replicabam,quod forſan procedere poſset tale adagium, quãdo ipſemet cõmiſsarius peteret dicta viatica ab Accuſat. vel inſtigatores, vel ſaltem ſuperiori conſtaret apertè inquiſitum eſse legitimè indiciatũ,ſecus verò quando repetuntur ab inſtigatore iam ab eo ſoluta,q de iure tenebatur illa ſoluere, vel quando etiam conſtaret ipſi ſignaturæ,q verè inquiſitus eſset legitimè indiciatus,alias poſſit,& debeat admitti appellatio, cũ potuerit ſuperior grauare inquiſitum, quia nõ adeſsent legitima indicia & ob id ab iſto grauamine eſset admittenda appellatio, cum ſit regula trita, quod omnis grauatus poſſit appellare c.3.2.q.9.cap.vt debitus de appel.Ruginell.de appell.§.2.c.1. ampliat.12. nu.118. Seacc. de appell. q. 5. nu. 1. & quamuis diceretur caſus dubius,cum in dubio ſit admittẽda appellatio,vti minus partib.præiudicialis,vt per gloſ.& omnes in c. vt debitus de appell.Dec.conſ.439.nu.1.conſ.524 n.2.Dec.reſp.45.in fin.latè Rim.iun.conſ.486.in fi.& conſ.793.nu.46.& tandem Signatura reſoluit in d.cauſa,cũ non ageretur de viaticis ſoluendis cõmiſsario, ſed de eis repetendis ab inſtigatore,cãm appellationis, eſse committendã, prout fuit cõmiſsa referente cauſã R.P.D. Bilio nũc Epiſcopo Papię,qua appellatione admiſsa D.Marcus Antonius Mareſcottus nihil aliud in cã fecit, & vterque eorum modo in alio ſæculo requieſcit in pace,& iterũ ſignatura in vna Amerina de mẽſe Nouembris, 1611.admiſit appellationẽ ad fauorem quorumdã de Cerichellis,cõtra quos inſtigator inſtabat pro repetitionẽ viaticorũ cõmiſsario ſolutorũ ſub prætextu,q ipſi rei eſset legitimè indiciati ſuper falſitate contra eoſd.intentata,& iterũ S.D.N.Paulus V. admiſit appellationẽ ad fauorẽ equitis Neuij Canali Reatini cõtra eius inſtigatores, qui inſtabãt reſtitui viatica ſoluta cõmiſsario contra eũ tranſmiſſi, & idẽ erit dicendũ quando cõmiſsarius prætenderet viatica,& ſalaria finita cõmiſſione ab ipſo inquiſito, vt admittatur appellatio tãquã illa debita de præterito per ea,quæ tradit Surd.de alim.tit.8.priuil.60.n.15.vbi alios allegat.

14 Quæ indicia requirantur, vt possit commissarius viatica, seu salaria habere ab inquisitis per illa verba apposita in litteris, ab indiciatis, seu indiciandis; & licet aliquando fuerit dubitatum in plena Signatura, debere indicia esse ad torquendum.

Tamen veritas est, vt sufficiant indicia ad trāsmittendā inquisitionē, vel monitoriū contra inquisitos, cū tunc possit dici eos esse legitimè indiciatos, quando deinde sequi debeat sententia cōtra inquisitos cōtumaciales, & sic informationes per cōmissariū assūptæ sortiantur verum effectum processus fabricati. Flam.Cartar.in tract.de execut.sent.c.fin.n.67.68.94. & 103.Mod.Rom.q.11.n.16.vers.aduerte 2.Bertazz. cons.463. num.6.vers.præterea quatenus lib.2.

Sed in Regno Siciliæ vigore constitutionis illius Regni commissarius non exigit suas mercede, vel salaria, seu viatica, nisi saltim semplenè intētione Fisci probauerit, vt legitur in c.Rex Ferdinandus, nu. 122. Intrigl.sing.168. lib.1.vbi docet quomodo inducatur d.semiplena probatio.Maur.d.q.90.num.22.

15 Sed incidenter sciat commissarius cū fuerit destinatus ad processū informatiuū faciendum, q non poterit, ibi, dare copiam processus, neque accipere defensiones rei inquisiti, vt post alios, quos allegat, firmat Maur.Burg.in d.tract.de mod.proc.ex abrupt.q. 50. n.8.& seq cū nō sit de appēdicibus suæ cōmissionis. Baiar.q.76 n.12.& ego dū fui locūtenens ci im.A. C.valde reprehēdi quēda cōmissarium, qui aliter seruauit, vt diù in ipsa cōmissione morari potuisset, nisi fuisset ei data facultas condemnandi, quia poterit etiam illos, absoluere, vt dicam infra c.12.in fine.

An commissarius possit cognoscere de obreptione vel subreptione contra eius facultates faciente, & quæ inducant inualiditatem, vel subreptionem, & de alijs concernentibus iurisdictionem ipsius commissarij.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius potest cognoscere de exceptione opposita contra suas facultates sup obreptione, subreptione.*
2 *Et interim debet supersedere in exercitio sua Commissionis.*
3 *Commissio dicitur inualida, quandu non fuit seruatus stylus in concessione dictæ commissionis.*
4 *Commissio, quæ requisita habere debeat, vt dicatur valida, & an possit dari de subreptione contra eam.*
5 *Commissarius, si nulliter processerit, an possit iterum valide procedere, & renocare processum inualidum.*
6 *Commissarius, præfixo ei tempore ad assumendum informationes, non poterit dicto termino elapso, in causa amplius se ingerere, neque informationes assumere; sed tanquam vsurpator iurisdictionis puniri poterit.*
7 *Tempus solet computari a die datarū litterarū huiusmodi Cōmissionis, & si non esses dies expressa, tempus erit computandum a die præsentata Commissionis.*
8 *Tempus non præfixum in cummissione ad assumendum informationes, quantum durare dicatur.*
9 *Tempus quatuor mensium præfixum in cummissione non intelligitur pro tertia parte anni, sed debent accipi menses secundum cursum Kalendarij.*
10 *Locus destinatus in Commissione operatur, vt non possit Commissarius extra illum recipere informationes, & si aliter faceret, posset ei impune resisti.*
11 *Sed declara, vt hic per Authorem.*
12 *Commissarius exercens iurisdictionem ante litteras præsentatas facit processum nullum, etiamsi data Commissionis præcessisset processum.*
13 *Quod procedit etiamsi Cōmissarius habuisset notitiam potestatis sibi concessa vigore dicta Commissionis.*
14 *Commissio præsentari debet parte citata, licet de consuetudine non seruetur.*
15 *Exceptio opponi debet contra processum fabricatum per Commissarium ante litteras præsentatas, alias processus valebit.*
16 *Commissarius debet inserere in citatione, & processu copiam sua delegationis, & an teneatur transmittere originales litteras, vel earum copias.*
17 *Commissarius potest sibi notarium, vel actuarium idoneum eligere, ac etiam Porterium, & Nuncium.*
18 *Commissarius, completo processu, debet illum transmittere sigillatum ad suum superiorem.*

CAP. II.

1 Si coram eo, cui est concessa facultas procedendi, & assumendi informationes contra delinquentē, opponatur, de inualiditate, vel subreptione literarum, & ob id dicatur carere iurisdictione, ipsemet Cōmissarius poterit de isto articulo cognoscere, & illū determinare. Petr. de Surd.cons.236. n.6.vol.2.Rauden. cons.21.n.115.vol.1.Crass.in tract.de except.except. 58. n.9.Card. Tusch.concl.414. nu.1.& seq.in lit.I.& concl.549. num.3.eadem lit.I.Maur.Burg.in tract.de mod.proced.ex abrupto in cent.1. q.98.nu.2.vbi

2 subdit, † quod talem cognitionem summariè facere potest, &, si cognoscat aliquid deuiare a tramite iuris, vel quod in literis deficiat aliquod requisitū solitū de consuetudine apponi, debet rescribere Principi, & interim supersedere in executione, & exercitio suæ delegationis, donec veniat responsio, cum pendente cōsultatione cum Principe, officium iudicis cōquiescat Vant.de nullit.ex defect.iurisd.Ord.n.143.& 145.Lāccl.de attent.2. p.c.8.n.6.& seq.Mil.decis.2.n.12.lib. 1.& per consequens interim iudex dicitur penitus incompetens. Maur.Burg.d.cent.1.quæst.98.num.5.& seq & ne partes appellent a declaratione super prædicta exceptione. Prax.Archiep.Neapolit.c.70.nu.9. docet, vt oppositis non obstantibus procedat ad vlteriora, nec requiratur alia expressa declaratoria.

3 Commissio autem, siue eius literæ quomodo possint redargui de inualiditate, vel subreptione, & breuiter tangendo materiam specialem præsentis quæstionis, cum si vellem materiam subreptionis ingredi, oporteret compilare magnum Tractatum: & sic cōmissio inualida præsumeretur, si emanasset cōtra stylum solitum Curię.Thesaur.q.4.n.1.Rebuff.in Tract. de consuetud.art.2. glos.13.num.31.& seq.& in præfat.tract. de rescript.nu.174. in fin.Glos.1. in c.super litteris num. 809.de rescript. cum stylus, sicut lex obseruandus sit Maur.Burg.in tract.de mod.proced.ex abrupto cent.1.quæst.99. num.2.& seq.

4 De stylo autem in Curia solet describi nomen Superioris Tribunalis, vbi causa pendet, vt modo possumus ponere exemplum in Tribunali A. C. vt præponatur eius nomen, Ioannes Dominicus Spinola Prothonotarius Apostolicus, & Sāctiss.D.N. Papę, & Cameræ

Cameræ Apoſtolicę Generalis Auditor; prout in Regno vtriuſque Siciliæ apponitur nomen Inuictiſſimi Regis Philippi, vt legitur in Pragm.4.tit.15. to.1.10. Fran.de Leon.in Prax.Offic.c.5.n.4.Maur.Burg.d q. 99. nu.5. Ac etiam ſolet apponi nomen Principis, in cuius Territorium, vel iuriſdictionem tranſmittuntur huiuſmodi litteræ; & ſi fuerit Dominus talis iuriſdictionis Imperator, Rex, vel alius ſupremus Princeps, diriguntur eis dictæ literæ per modum hortationis: vt in reuerentiam tanti Principis Hiſpaniarum Regis, Auditor Cameræ in principio literarum ponit talem inſcriptionem: Inuictiſſimo, ac Potentiſſimo Hiſpaniarum Regi, Hortamus, &c.

Ac etiam fit ſalutatio perſonæ, cui literæ diriguntur commendando eius legalitatem, ſufficientiam, ac fidelitatem vt ſi dirigantur Mario Auerniæ I. V. D. Piſano, ſiue ſummæ integritatis D. Io. Mariæ Contelorio de Terra Ceſis. Confiſi de tua fidelitate, & ſufficientia: quæ ſalutatio ſolet inducere actus dilectionis, & largitatis. Rebuff.in d.præfat.nu.67. Fab.à Mont. Leo.in Pract. Arb.1. fol.90.n.5. Ac etiam præponitur petitio facta per procuratorem Fiſcalem, vel per inſtigatorem, nec non exprimuntur caſus, ſeu delicta, in quibus conceditur poteſtas: Aliquando etiam ſolet taxari tempus, infra quod ſe expedire debeat; ac etiam debet apponi dies datarum litterarum cũ expreſſione Indictionis, & Anni, ac cum ſubſcriptione eiuſdem A. C. propria manu ſcribendo nomen, cognomen, & dignitatem, & cum viſione Locumtenentis Criminalis, & quod ſint munitæ ſigillo eiuſdem A. C. vt de his omnibus latè ponit Maur. Burg. in d. tract. de mod. proced.ex abrupt.cent.1.q.90.per totam, & ibi latius ponit requiſita, quæ inſeri debent in literis conceſſis ſuper modo procedendi manu Regia, & ex abrupto.

5 Si verò ipſe Commiſſarius nulliter proceſſerit, an poſſit iterũ valide procedere, vel reuocare proceſsũ inualidũ, & denuò proceſsũ validũ fabricare; & breuiter, ac reſolutiuè dicitur poſſe, q̃a ſimiles informationes per Cõmiſſariũ deſumũtur ante litis cõteſtationẽ, & antequam examinetur Reus; & ob id quæcunque prouiſio in p̃ceſſu facta dicitur interlocutoria Card. Tuſc.concl.112. n.9.in lit.S, & ſucceſſiuè poteſt ab eodẽ iudice reuocari, idẽ Card. Tuſch.concl.113.n.6. & concl.115.n.1.lit.S, Maur.Burg.d.cẽt.1.q.99.nu.19. & ſeq. Et per totam dictam quæſtionem diſputat articulum, quid ſi iudex pronunciauerit in cauſa nulliter, an poſſit reiterato procedere, ad quem pro iſto articulo lectorem remitto, quia ibi doctores cumulauit, & abundè nouiſſimè, Scacc.in tract.de appellat.q. 19.remed.1.concluſ.6.num.1.& ſeq.

6 Si verò fuerit præfixũ aliquod tẽpus Commiſſario ad aſſumendum indicia, elapſo dicto termino, vel tẽpore, ſpirat eius iuriſdictio, cũ per aſſignationẽ tẽporis cenſeantur ligatæ manus Commiſſario ad procedendum vlterius, latè Pet.Cabal.in reſol.crim.caſ. 156.n.8.Rim.Iun.conſ.33.n.18.Aldobr.in §.penult. nu.4. inſt.quib.tut.fin.ea potiſſima ratione, quia permiſſa ad tẽpus, cẽſentur denegata poſt tempus. Card. Tuſch.concl.296.n.5.in lit.P, Crott.conſ.71.nu.44. Rol.conſ.94.n.11.& ſeq.vol.3. Bertaz.conſ.226.n.20. vol.1.& ſi vltra d.tempus ad vlteriora proceſſerit, p̃ceſſus dicitur ipſo iure nullus, ſiue verba cõmiſſionis ſint perſonę Cõmiſſarij, ſiue cauſę, vel partib. directa Vant.de null.ex defect.iuriſd.deleg.n.91.& 100. Afin. in Pract.in prin.c.3.n.4.& ſeq.§.3.c.36.n.4.& 15. Bertaz.conſ.crim.97. n.2.vol.1.imò punitur etiã pœna vſurpatę iuriſdictionis. Maur.Burg.in d.tract.de mod. proced.ex abrupt.cent.1.q.76.num.4.cum plur.ſeq.

7 Quod tempus ſolet computari a die datarum literarum, igitur ab ipſa die excluſiuè incipit currere ob literam, & dictionem, a, quæ excluſionẽ, & ſeparationẽ denotat. Afin in pract. §.17.c.6.n.2. Strac.de aſſecur.gl.12. n.2. Cuma.in c.Ritus 40.n.260. Card. Tuſc. concl.1.n.11.& ſeq.in lit.A, Maur.Burg.in d.q.86.nu. 11. & ſeqq. vbi ſubdit, quod ſi in literis non eſſet expreſſa dies, tempus erit computandum à die præſentationis litterarum, vel commiſſionis ex traditis per Fab.à Mont.Leo.in ſua pract.fol 495.num.12.

8 Si verò in commiſſione nõ eſſet præfixum aliquod tempus, durat eius iuriſdictio toto tempore ſui officij, ſi habeat aliquod officium annexum, quia priuilegium conceſſum contemplatione officij, durat quouſq; officium deſinat. Menoch.conſ.912. n.32. Maur. Burg.in d.q.76.num.14. 15. Si verò non haberet talis commiſſio officium annexum, durabit ad beneplacitum Superioris, vel donec perfectè aſſumpſerit informationes, & ita paſſim ſeruatur hic in Curia.

9 Et ſcias q̃ ſi cõmiſſio haberet præfixionẽ termini per quatuor mẽſes, non intelligitur pro tertia parte anni, vt per Card. Tuſc.concl.197.n.7.lit.M, ſed mẽſis accipitur ſecundũ curſum Kalendarij, & q̃ deficit de illo menſe, in quo ſunt datæ literæ, accipiatur de ſequenti menſe, & ſic ſucceſſiuè, iuxta doctrinam Lamber.in Tract.de iur.part.in 14.art.primę quæſt.princ. 2.p.2.lib.fol.703. vnde, ſi literæ dantur die 7. Iunij, tẽpus quatuor menſium durat per totum ſeptimam diẽ menſis Octobris tantum, & non vltra, prout ſequitur etiam Maur.Burg.in d.q.76.num.17.in tract.de mod. proced.ex abrupto cent.1.

10 Ac etiam, ſi in cõmiſſione fuerit deſtinatus certus locus iudici delegato, vbi examinare debeat, extra illũ locũ nullã habet poteſtatẽ examinandi, cum iuriſdictio dicatur ſpecialis, & extraordinaria, & ob id nõ eſt extẽdibilis, ſed potius reſtringibilis infra limites loci deſtinati. Menoch.de Arb.q.99. lib.1. Dec.in tract. crim.lib.4.c.29.in princ. Surd.deciſ.Mantu.197.nu.5. Card. Tuſc.concl.425.n.1.in lit.L, & concl.505.nu.4. lit.S, Petr. Caball.caſ.162.n.3.in reſol.crim.cẽt.2. Maur.Burg.in d.tract.de mod.proced. ex abrupt.q.80.n. 3. vbi infert poſt Fab. à Mont. Leo. quod tali delegato exercenti eius poteſtatẽ extra locũ ei commiſsum poteſt impunè reſiſti, cum extra illũ locũ dicatur procedere tãquã perſona priuata, & nec habitu, nec actu iuriſdictionem habere dicatur. Petr.à Syria in q.foreſ. 24.n.12. & per cõſequẽs p̃ceſſus dicitur nullus ex defectu iuriſdictionis, tanquam factus contra formã ſuæ delegationis. Becc.conſ.21.n.29. Vant.de nullit.ex defect.iuriſd.deleg.n.91. Grauat.ad Veſtr.in Pract.lib.3. c.9. n.19. Magon.deciſ.Lucen.30.n.3. Honded.conſ. 24.n.57.volum.2.maximè parte opponente, Marant. de ordin.iudic.par.4. diſtinct. 16.nu.8. Maur.Burg q. 62.num.20.& ſeq & quæſt.80.nu.3.& ſeq.in ſupradicto Tractatu; vbi ſubdit, ni ſi † locus, ſeu Territorium

11 fuerit auctum in nouas contratas, quia in dictis contractis auctis poterit exercere ſuam iuriſdictionem Tuſch.concl.555. nu.2.in lit.A, cum territorium auctum, ſeu prorogatum dicatur idem Territorium, & idẽ erit in locis connexis, cũ cõnexorũ, & adherentiũ

idem ſit iudicium. Cardin.Tuſch.in concl.549. nu.1. in lit.I.Maur.Burg.in d.q.8.vbi ſubdit, ꝙ dicitur territoriũ vniuerſitas agrorũ infra fines cuiuſcunque Ciuitatis,ex quo magiſtratus intra ipſos tantũ fines eius habet terrendi,& ſubmouendi,Nat.conſ.339.num.1. Caſſan.in conſuetud.Burgund. Des iuſtices §.1. verſ. non territorijs num.1.& ſeq.& quod in territorio dicitur committi delictum , etiam ſi quis exiſtens extra territorium proiciat contra exiſtentem in territorio, eumque percutiat. Tuſch.concluſ.543. num.15.

12 Et ſi procedat ante præſentatas litteras commiſſionis,proceſſus ab eo factus eſt nullus.Coſta in tract. de retrotract.caſ.7.cap.9. nu.17. & ſeq.etiam ſi data cõmiſsionis præceſſiſſet proceſſum, Decian.in tract. crim.lib.4.cap.25.nu.27.& 39.Intrigl.ſing.89.nu.24. & ſeq.lib.3.Scacc.in tract. de iud. lib.1. c.64. nu.23. vbi alios allegat Maur.Burg.in d.tract. de mod. procedent.ex abrupto q.77.nu.4.& ſeq.quia poſt datam literarũ dicatur habere iuriſdictionem habitu,& non acto,cũ actu requiratur iuriſdictio , vel eius exercitiũ a die præſentationis,vel executionis,& illã tũc poteſt exercere,& non prius. Dec. d.cap.25. nu.49. latè vbi alios allegat Claud.Bertazzol.ad patrem conſ.366.in lit.B,in princ.lib.2.Tuſch.cõcl.435.nu.1. in lit.I,vbi, infert quod, ſi ante ipſarum literarũ,vel cõmiſsionis præſentationem procedat,poteſt ſibi impunè reſiſti.

13 Et adeò eſt vera iſta opinio,vt procedat,etiã ſi ipſe iudex delegatus habuiſſet notitia poteſtatis ſibi conceſſæ vigore ipſarum literarũ,vel commiſsionis.Lancel.de attent.part.2.c.4.nu.248. Claud. Bertazzol.ad patrem conſ.366.in lit.B,vbi concordantes allegat,& teſtatur de communi eum non ex cauſa ignorantiæ, nequit exercere iuriſdictionem,ſed ob non pręſentatas literas proceſsus reditur nullus,Marãt.de ord.iud. p.4.diſt.16.nu.8.Maſc.de prob.concl.145.nu.7.Scac. d.cap.64.nu.23.verſ.ante præſentationẽ,& latiſsimè hanc opinionẽ a contrarijs tuetur Claud. Bertazzol. in d.conſ.366.in lit.B,Intrigl.ſing.80.n.24.& ſeq.vbi ſubdit,vt non conualidetur proceſsus iam factus,ẽt ſi ſuperueniat præſentatio litterarum , cum proceſſus ante factus dicatur factas à perſona priuata

14 † quæ præſentatio literarum fieri debet parte citata ſecundũ Regin.in tract.de appell.fol.190.nu.5.Card. Tuſch.concl.435.nu.3. in lit.I, ſed nos non ſeruatur, quia Cõmiſsarij,qui trãſmittũtur ad partes nullo modo in preſentatione dictarum litterarum citant partes , prout nec in Regno Siciliæ ſeruatur, vt teſtatur Maur. Burg. in d.quæſt.90.num.9.

15 Sed defenſor ſciat,ꝙ ſi ſuperueniat cõmiſsio,vel pręſentatio litterarũ ad annullandũ proceſsũ iã fabricatu ꝑ delegatũ,vt excipiat, & opponat de nullitate ꝓceſsus, alias proceſsus valebit,vt admonet Guid.Pap. deciſ.286. & Maur.Burg. in d.q.90.nu.9.Scacc.dict. cap.64. num.23. in fine .

16 Ac vt plures dixi ipſe delegatus in principio proceſsus,& in citatione debet inſerere tenorem cõmiſſionis, & literarum, alias proceſsus,non valeret, neq. citatus comparere tenetur, Dec. in tract.crim. lib.4. c.25.n.12.Menoc.de præſũp.lib.2.pręſũp.15.nu.2.in fi.Bertazz.conſ.401.nu.11.& ſeq.Petr.Iãnin.in tract. de citat.real.lib.1.c.1.n.628.ſed quicquid de iure dici poſsit,vt tranſmittatur originale ipſius commiſsionis , tamen de conſuetudine non ſeruatur penes nos neq.in Regno Siciliæ , prout etiam de iure verior eſt opinio,vt non requiritur inſertio originalis cõmiſſionis, vt de veriori in puncto iuris teſtatur Maur.Burg. in d.q.90.nu.13.& ſeq.& ſub nu.16. magis dicit procedere , quando eſset cauſa delegata alicui poſitio in dignitate,& qui eſset probatæ vitæ Menoc.conſ.100. nu.77.Raud.conſ.17.nu.92.p.1.lib.1.Miſing.cent.3. deciſ.1.vbi firmat nõ teneatur tranſmittere originale cõceſſionis,ſed bene reo petẽti originale teneat cedere,& ita alias fuiſse in illa camera imperiali reſolutũ.

17 Qui Commiſsarius,ſi ſibi non fuerit deputatus notarius,vel actuarius,poterit ipſe aliquẽ idoneũ eligere in Actuariũ,vel Notariũ,Marc.deciſ.137.nu.2.par.1. Gratian.dec.143.n.5. Maur.Burg.in d.tract.de mod. proced.ex abrupt.q.90.nu.18.vbi ſubdit, idẽ eſse dicẽdũ de electione eius porterij cum militet eadem ratio,Ac ẽt ſi non fuerit ſibi deſtinatũ Tribunal,neq. illud habeat,poterit ille eligere in quacunque domo, vbi ius eſset redditurus, ac ẽt poterit eligere quẽcunque locũ ab ſententiã proferendam,Purpur.conſ.48. nu.7.Cumia in tract.Sydic.cap.3.nu.1.Menoch.q.64. num.3.lib.1.de Arb.Decian.d.c.25.n.14.cũ delegata iuriſdictione,cenſeatur omnia eſse delegata,cũ quib. iuriſdictio exerceri poſſit. Hercul.de attent.c.12.n.9. Mandoſ.de inhib.q.18.num.4.Menoch.q.74.n.34.& 38.de Arb.Card.Tuſc.concl.437.n.11.& concl.437. nu.6.& ſeq. in lit.I, Maur.Burg.in d.q.90.num.20.& ſeq.Scac.de iudic.lib.2.cap.9.nu.764. latè Pet.Cabal. in qq.crim. caſ.261. num.1. & ſeqq.

18 Completo autẽ proceſsu ſibi cõmiſso per Cõmiſſarium fabricato , debet illum ſigilatum ad ſuperiorẽ tranſmittere Ioſeph. Ludouiſ.deciſ.Peruſin.73.nu.2. nec dicta teſtium,aliaque acta vitiẽtur,vt per Moder. Rom.q.77.nu.143.& ſeq.vbi ſubdit,ꝙ pars,quę vidit, vel aperuit dictas informationes non poterit amplius opponere de falſitate , vel inhabilitate contra dictos teſtes,& prout per litteras ſuperiores ſibi mandatum fuit,alias incidit in pœnam in eis comminatã . Maur. Burg.in d.q.90.nu.24.& ibi ẽt tradit, quid obſeruare debeant officiales in illo Regno,quibus diriguntur litteræ poteſtatiue procedẽdi ex proceſsu informatiuo ad torturam contra delinquentes , & caueant ẽt iſti Cõmiſsarij, & iudices delegati,ne vltra facultates eis conceſsas procedant, quia poſsent puniri, vt latè per Burg.in d.tract.de mod.proced.ex abrupto,q.86.per totam , & ſi delinquat iſte commiſsarius per quem poſſit puniri, dixi ſupra in 1.Defenſ.

Commiſſio data pluribus , an intelligatur data cumulatiuè , vel deriuatiuè , & ſi fuerit data procedendi cum voto alicuius,quomodo ſit intelligenda .

S V M M A R I V M.

1 *Delegata cauſa pluribus iudicibus vel comiſſarijs intelligitur commiſſa cumulatiuè, & propterea ſi vnus ſine alio procedat, proceſſus erit nullus .*

2 *Cauſſa commiſſa duobus officialibus ordinarij,ambo efficiuntur delegati.*

3 *Cauſa commiſſa cum clauſula,ambobus, vel alteri eorum, dicitur conceſſa vnicuique in ſolidum .*

4 *Cauſa commiſſa cum clauſula ſi ambo non valebunt, alter exequatur , ſi vnus nequit procedere , proceſſus adhuc valebit .*

5 *Cauſa delegata Capitulo,officio,Vniuerſitati, vel pluribus,*

ribus, vt vniuerſis, tunc omnes ſimul procedere debent in cauſa.

6 *Cauſa commiſſa cum voto alicuius tenetur iudex omnino votum illius ſequi, & maximè ſi conſultor ille eſſet electus ab eodem ſuperiore, & debet omnia acta dicto proceſſus facere cum voto talis conſultoris.*

7 *Commiſſarius electus, qui non ſit iuris peritus, licet non fuerit dictum, quod procedat cum voto conſultoris, tamen præſumitur ſibi data facultas, vt exerceat iuriſdictionem cum voto alicuius Iuris conſulti.*

8 *Officialis iuris ignarus non poteſt reum torquere ſine conſilio alicuius Conſultoris.*

9 *Officialis, ſi aliquid faciat iniuſtè cum voto conſultoris, excuſatur.*

10 *Conſultor caueat ne ſe intromittat in iure proprio Commiſſarij, quia nulliter procederet, & vſurpator iuriſdictionis diceretur.*

11 *Commiſſarius procedere habens cum voto duorũ, vel plurium conſultorum, ſi d. conſultores ſint diſpares in electione, in numero, & in procedendo, ac condemnando, quod votum Commiſſarius ſequi debeat.*

CAP. III.

1 DElegata cauſa pluribus cenſetur cumulatiuè, commiſſa, & non priuatiuè, adeò quod ſi vnus ſine alio procedat, proceſſus erit notoriè nullus. Menoch. de præſumpt. lib. 2. prę́ſumpt. 18. n. 34. & 38. vbi alios allegat Bero. conſ. 21. n. 26. & 42. lib. 1. Modern. Rom. conſ. 51. n. 3. latè Pariſ. de confident. q. 79. n. 41. Tuſch. concl. 419. n. 2. in lit. I, Peregr. Iãnin. in tract. de cit. real. lib. 1. c. 1. n. 577. Io. Ant. Lanar. conſ. 66. nu. 1. vbi ſubdit niſi aquiratur per præſcriptionem, quia tũc priuatiuè, per conceſſionem aũt cumulatè. Rim. Iun. conſ. 715. n. 1. vol. 6. vbi alios allegat, & teſtatur de cõi & latius idem in §. 1. n. 466. inſtit. de action. quæ concluſio pluries patitur limitationis, quas recenſet Felin. in c. paſtoralis de offic. ordin. & aliquas ponit idem Rim. Iun. in d. conſ. 715. num. 3. & ſeq.

2 Et ſi cauſa committatur duobus officialibus ordinarijs, ambo efficiũtur delegati, & vnus ſine alio procedere non poterit. Pandulph. in tract. quib. mod. ord. effic. delegat. nu. 55. ob alteratam eorum iuriſdictionẽ, iuxta latè tradita per Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupto q. 74. per totam, & q. 84. nu. 3.

3 Si vero facultas eſſet conceſſa cum clauſula, ambobus, vel alteri eorũ, tunc dicitur cõceſſa in ſolidũ vnicuique delegatorũ. Capr. in ſuis concl. reg. 25. & ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. n. 25. & 35. & Vant. ex defect. iuriſd. Ord. nu. 175. & ſeq. qui infert vt ſit caſus præoccupationi, ita ꝙ primus fuit a partib. aditus, ſolus de cã cognoſcat, & iudicet; idẽ tenet Menoch. d. præſumpt. 18. num. 57. niſi qui occupauit iuriſdictionẽ aliqua iuſta cauſa fuerit impeditus, quia põt alter cauſã cognuſcere, c. cũ plures de offic. delegat. in 6. Prax. Arch. Neap. cap. 70. n. 28. vbi poſt Rotã Rom. ponit cauſas impedimẽti, & inter alias ſi fuerit abſẽs, ſi lẽtè procedat, vel ſi ſit occupatus alijs negocijs, ac etiam ſi primus iudex cõſentiat, & cõcurrat expreſſus conſenſus partiũ, & ſi fuerit ẽt cõmiſſio facta cum clauſula, vel alteri eorũ inſolidũ, intelligatur, vt vnus procedere valeat ſi alij cõdelegati haberi nõ poſſint, habita prius eorũ diſcuſſione. Maur. Burg. in tract. de mod. proceden. ex abrupt. q. 84. nu. 6. & ſeq. ſi verò fuerit comiſſa cauſa ſine clauſula, quod ſi non omnis, & vnus tantam pronunciauerit ſententia erit nulla, vt de commun. teſtatur Curt. Iun. in l. 2. §. 1. nu. 18. ff. de iud. & de veriori, & tenenda in cõſulendo, & iudicando firmat. Cæuall. in tractatu comm. contra com. quæſt. 61. in fine.

4 Ac ſi fuerit commiſſa cũ clauſula, ꝙ ſi ambo nõ valebunt, alter exequatur, tũc ſi vnus nequit, & alteri nõ conſtet de impedimento condelegati, ſi vnus eorum procedat, valebit proceſſus. Menoch. de Arb. lib. 1. q. 75. num. 17. vbi aſſignat duas rationes, quas refert Maur. Burg. in d. q. 84. n. 9. & ſeq. & ſi Aduocatus velit contra iſtam opinionem inſurgere, videat Peregr. Iãnin. in tract. de citat. real. lib. 1. cap. 1. num. 679.

5 Si verò verba delegationis eſſent directa officio; cap. vniuerſitati, vel pluribus perſonis, vti vniuerſis, cũ tunc omnes ſimul repræſentent vnũ corpus, illorum officiũ cenſetur indiuiduum, & ob id vnus ſine altero procedere nõ põt, cũ vni ſoli, neq. iuriſdictio, neq. exercitiũ iuriſdictionis conueniat. Foller. in addit. ad Marant. de ord. iud. diſt. 5. nu. 33. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. nu. 175. & ſeq. & nu. 182. Parid. de ſynd. q. 22. Pereg. Iannin. de citat. real. lib. 1. c. 1. num. 682. Maur Burg. d. q. 84. n. 9. & ſeq. Sed Aduocatus, ſi velit inſurgere contra ſupradictos, videat Card. Tuſch. in concl. 419. n. 11. in lit. I, ſed quoq. iuriſdictio pluribus conceſſa non cenſeatur conceſſa priuatiuè, ſed cumulatiuè, de magis communi teſtatur Iaſ. in l. quod ſi rerũ §. ſi quis n. 9. verſ. pro iſta parte delegati. Fœl. in c. paſtoralis n. 2. de offic. ord. Gram. vot. 28. n. 4. & 6. Decian. reſponſ. 118. n. 21. & ſeq. latiſſimè Surd. reſponſ. 56. n. 19. qui omnes concludunt ſiue iuriſdictio ſit conceſſa generaliter ſiue etiam ſpecialiter de aliqua particulari cauſa. Modern. Rom. conſ. 51. nu. 3. qui etiam teſtatur de magis communi.

6 Si vero fuerit commiſſa cauſa cum voto alicuius, commiſſarius tenetur omnino ſtare illius voto. Card. Tuſch. concl. 490. n. 1. in lit. I, & maxime ſi talis iudex, vel Aſſeſſor ſit creatus ab eodem Principe, quia tunc ille dicitur neceſſarius iudex, vel Aſſeſſor Vãt. de nullit. ex defect. iuriſd. ord nu. 152. verſ. ſi autem, Aſin. in Pract. Iud. §. 15. c. 10. limit. 3. Cagnol. in l. conſilium n. 11. de reg. iur. Balb. in tract. de quæſt. q. 10. num. 39. in fine. Maur. Burg. in d. tract. de mod. proced. ex abrupto quæſt. 81. num. 3. & ſeq.

Et debet iſte commiſſarius omnia acta proceſſus facere cum voto & conſilio illius, alias dicitur proceſſus nullus ex defectu formæ traditæ, & non ſeruatæ. Vant. loco citato num. 152. Aſin. d. cap. 11. §. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 9. num. 8. volum. 1. Maur. Burg. d. quæſt. 81. numero 7. vbi ſubdit hoc procedere; etiam ſi Commiſſarius eſſet iuriſconſultus, & peritus, nam adhuc tenetur ſeruare formam dictæ commiſſionis, & capere conſilium ab eius conſultore. Parid. in tract. de ſindic. q. 28. vbi teſtatur ita fuiſſe ſeruatum Cathaniæ, prout ſequitur Burg. in d. q. 81. nu. 8. & ita hic obſeruatur in Curia Capitolina, quando datur cõſultor Capitaneo Appellationis, qui ſemper eſt iuriſperitus, & iuris conſultus, vt ipſe capitaneus teneatur in omnibus ſequi conſilium conſultoris, quamuis conſultor (vt pluries uidi) non ſit ita peritus, prout eſt dictus Capitaneus Appellationis.

7 Si uerò fuerit electus cõmiſſarius, qui nõ eſſet iuriſperitus, neque fuerit dictum, quod procedat cũ uoto

Consultoris, tunc præsumitur sibi data facultas, vt iurisdictionem exerceat cū cōsilio optimi iurisconsulti, aliàs esset contra ius Diuinū Fab. à Mōt. Leo in Pract. Arb. pag. 523. nu. 44. Io. Ant. de Nigr. in const. Regni
8 Neapol. 147. nu. 16. † vbi tenet, quod officialis iuris ignarus non possit reum torquere, nisi cum consilio Assessoris, Maur. Burg. in d. tract. de mod. proced. ex abrupto quæst. 81. num. 5.

9 Et commissarius, quando secutus fuit votum alicuius periti, excusatur, si aliquid faciat, quod sit iniustum Asin. in pract. §. 25. cap. 10. limit. 4. nu. 1. & seqq. Alex. cons. 65. num. 4. vol. 1. & ibi Adden. Modern. Roman. q. 111. num. 470. & 473. Parid. in Tract. de sindic. q. 29. Maur. Burg. d. q. 81. num. 9. & seq.

10 Et aduertant isti consultores, ne se intromittant in iure proprio Commissarij, neq. vti consultores dictam facultatem alijs committant, quia vltra quod nulliter faciunt, dicuntur etiam vsurpatores dictæ potestatis, Card. Tusch. concl. 771. num. 1. & seq. in litt. C, Maur. Burg. d. q. 81. num. 15.

11 Si verò debet procedere cum voto duorū iudicū, vel consultorum, si sint dispares in voto, cōmissarius poterit sequi votum illius cuius vult. Alex. in l. duo n. 15. ff. de re iud. Asin. in Pract. iud. §. 25. c. 10. limit. 14. n. 4. sed potius debet adhęrere voto antiquioris, quam iunioris, ex traditis per Thesaur. decis. 1. nu. 8. & seq. & potius voto fauorabili reo, quam odioso, ex Caual. in tract. de Brach. reg. p. 4. nu. 287. Petr. Caball. in qq. crim. cas. 119. n. 5. & 8. Maur. Burg. in q. 94. n. 3. & seq. & sub n. 5. dicit, quod dum non fiat electio, cuius voto velit adhærere, processus remanet indecisus per Capic. decis. 75. circa fin. Si verò in iudicando sint dispares, & in electione sint pares, quia fuerunt electi quatuor, & in iudicando sint dispares, quia duo adsunt pro qualibet parte, tunc Commissarius potest agere votum quorum vult, vel alium Consultorem addere. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. Ord. n. 186. Pet. Cabal. cas. 119. nu. 12. Si verò sint dispares etiam in sententiando, tunc debet sequi votum maioris partis. Petr. Caball. d. cas. 119. n. 5. & n. 30. Vant. d. nu. 186. Maur. Burg. d. q. 94. num. 2. & num. 6. & seq.

12 Postremò sciat Iudex, ꝙ si constat ex mente cōcedentis iurisdictionē esse concessam priuatiuè, tunc dicitur cōcessa priuatiuè, & non cumulatiuè. Rom. cōs. 393. & ibi Maud. in add. & Ferret. cons. 242. n. 15. vbi de communi, & Rim. iun. cons. 715. n. 3. lib. 6. & ibi ponit exemplum quando dicatur de mente concedentis constare fuisse priuatiuè concessam.

Item si plures habeant iurisdictionē ordinariam, & vniuersalē, & alteri fiat cōcessio specialis quoad certū genus causarū fauorē personarū, & si fauor sit ꝙ generalis potestas intelligatur adempta, & tunc illi generalem habentes non se intromittunt, vt si Papa visitatorē particularē deputet ille solus visitabit monachos, & nō alius ne a pluribus vexentur monaci post alios, quos allegat Rim. Iun. d. cōs. 715. n. 9. & seq. lib. 9.

Et est finaliter notandum, quod iurisdictio alicui delegata censeatur cumulatiuè, & non priuatiuè quoad iurisdictionem ordinarij loci. Decian. consilio 3. numero 3. cons. 542. num. 7. Rolan. cons. 48. nu. 25. volum. 2. & post alios, quos allegat testatur de magis comun. Flam. Paris. in tract. de confidenti q. 79. num. 41. & seq. vbi plus firmat etiamsi esset cōcessa per dictionē taxatiuā vbi infert, ꝙ ciuitati, quæ pōt cognoscere de damnis datis post deputationē alterius officialis in specie factum non derogetur, & etiam ex speciali deputatione vnius visitatoris quibus d. Religiosis facta non prohibeatur quoque Episcopus visitare. Barbat. c. 2. num. 37. de offic. delegat.

Causa alteri delegata per Superiorem, an præsumatur priuatiuè, vel cumulatiuè concessa quoad ipsum Principem concedentem.

S V M M A R I V M.

1 *Causa commissa per Principem alicui an dicatur priuatiuè, vel cumulatiuè quoad ipsum Principē cōmissa.*

2 *Princeps non dicitur iniuriam facere suo delegato, si velit etiam cognoscere de eadem causa.*

3 *Princeps incipiens cognoscere de causa alteri delegata facit cessare iurisdictionem eius delegati.*

4 *Commissarius destinatus in partibus in aliqua causa, censetur destinatus priuatiuè quoad alios officiales existentes in eodem loco.*

5 *Princeps accedens ad locum, ad quem fuerat destinatus Commissarius, tanquam lumen maius facit cessare iurisdictionem.*

C A P. IV.

1 IN ista quæstione meo solito more procedendo resolutiuè dico, ꝙ cōcessa alicui per Principē potestate procedendi, dicatur concessa cumulatiuè cum ipso Principe, vel superiore cōcedēte, & non priuatiuè Rim. Iun. cons. 533. n. 7. quia concedens non pręsumitur velle potestatē concessā penitus se abdicare, seu eradicare, sed maiorem potestatem penes se retinere illa, quam delegauit, cum Principis loquentis, seu disponentis persona numquā includatur in generali sermone, sed semper intelligatur excepta, ne sibi legē videatur imponere. Gram. cōs. 2. & decis. 30. n. 4. Rim. Iun. cons. 715. n. 1. Mising. obseru. 99. n. 1. cent. 6. & seq. vbi de cōi, & subdit, quòd semper ei salua maneat superioritas, recognitio, ac fides Castal. de Imper. 330. col. 1. circa med. Ioseph. Ludou concl. 20. vers. si igitur, Surd. cons. 152. nu. 17. vol. 2. Pern. in tract. de Princip. n. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. n. 1. & seq. cū alijs adductis per Maur. Burg. in d. tract. de mod. proced. ex abrupt. q. 78. n. 1. & seq. vbi subdit, quia d. facultas sibi competit de plenitudine potestatis absolutæ, & per consequens nō pręsumitur illā à se abdicare, quia in aliū est intransibilis, quāuis sit cōmunicabilis tantū. Prax. Arch. Neap. c. 70. n. 22. vbi dicit i-lē procedere in Episcopo, qui potest in vnaquaque processus parte causā delegatā alteri à se auocare, & ꝙ possit etiā sententiam interlocutoriā delegati reuocare nisi Episcopus deinde efficiatur excōmunicatus, quia nō pōt postea causam auocare, & est regula generalis, vt iudex inferior presēte maiori magistratu ius non dicat. Cauale. de Brac. reg. p. 1. n. 154. & 240.

2 Nec ipse Princeps dicitur iniuriā facere eius delegato, si velit etiā ipse procedere cōtra delinquentes, cum sua iurisdictione vtatur Rol. cons. 80. n. 11. vol. 2. Bursat. cons. 126. n. 20. vol. 2. Gram. decis. 30. n. 4. cum non præsumatur Princeps in eius præiudicium alteri potestatem dare: & inter ipsos Principē, & eius delegatū non est locus præuentioni, & auocationi causæ delegatæ. Maur. Burg. d. q. 78. nu. 8. & seq. vbi concordantes cumulauit.

3 Ideò,

3 Ideò, eo ipſo, quod delegans incipiat cognoſcere de cauſa pendente coram eius delegato, ſpirat iuriſdictio delegati. Afflict. lib. 3. feud. tit. quæ ſint Regal. verſ. Poteſtas n. 16. & ſeq. Menoch. de Arb. lib. 1. q. 67. n. 3. Grauat. ad Veſtr. lib. 3. c. 9. n. 18. Dec. in tract. crim. lib. 4. c. 25. n. 9. & cæteros allegat, & ſequitur Maur. Burg. d. q. 78. n. 11. & ſeq. vbi ſub n. 15. dicit procedere etiam quoad partes, vt cenſeatur facta inhibitio contra ipſum delegantem per auocationem dictæ cauſæ, quemadmodum quando cauſa eſt introducta coram ipſo Principe, vt nullus inferior ab eo poſſit in ea ſe intromittere Afflict. lib. 2. feud. de milita. Vaſſall. qui contum. num. 94. Couarr. pract. quæſt. cap. 9. numero 5. Maſtrill. deciſ. 19. numero 9. cum alijs adductis per Maur. Burg. d. q. 78. nu. 15. & ſeq. & ita per ſupradicta reſpondi cuidam Illuſtriſ. D. meo patrono Colendiſs. in caſu mihi commiſſo quid de iure ſentirem.

4 Sed benè verũ eſt, quod reſpectu aliorum officialium per facultatem vni conceſſam, vel alteri delegatam cẽſetur auocata totaliter ab alijs officialib. & ei conceſſa priuatiuè quoad omnes alios officiales. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 18. n. 19. Rim. Iun. conſ. 589. n. 76. Tuſch. concl. 556. n. 24. in litt. I, & latè Maur. Burg. d. q. 78. num. 17. & ſeqq.

5 Et ſi ſuperior, qui delegauit accedat ad locum, vbi commoratur delegatus, facit ſilere iuriſdictionem in ipſo delegato, cum luminare maius occupet luminare minus, ad latè congeſta per Afflict. in Conſt. Regn. Honorem n. 1. & ſeq. Tuſch. concl. 458. in litt. L, Muta. in c. Regn. Alphonſ. 22. n. 2. vbi docet, quod ſi magna Curia reperitur in loco ſyndicatus, nullius officialis poteſt ſyndicare officiales ibi exiſtentes, niſi ipſa magna. Curia Caualc. de Brach. Reg. p. 1. n. 240. & ſeq. vbi limitat, niſi de licentia Proregis. Maur. Burg. q. 83. num. 6. & ſeq. vbi remouet contraria.

Pluribus conceſſa facultas procedendi in cauſa, an vno deficiente, remaneat in alijs.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio facta pluribus ſub nomine proprio, vno ex eis deficiente, alij condel gati nequeunt poteſtatem*
2 *retinere, † ſecus ſi fiat delegatio ſub nomine appellatiuo.*
3 *Delegatio quando dicatur fieri ſub nomine proprio, & quando ſub nomine appellatiuo.*
4 *Cauſa commiſſa pluribus, quod deciditur per maiorem partem, illud ſubſiſtere debet.*
5 *Si vnus aũt nolit procedere, vel iudicare, & a loco receſſit, quãdo cæteri collegæ poſſint in cauſa procedere.*

CAP. V.

1 PRo reſolutione iſtius articuli eſt dicendum; aut commiſſio eſt facta pluribus ſub nomine proprio, & tunc, vno ex eis deficiẽte, alij condelegati poteſtatem nequeunt retinere. Iacob. Nig. in rubr. ff. de off. eius n. 21. quem ſequitur Menoch. in conſ. 992. n. 3. 4. & 11. Decian. in tract. crim. lib. 4 c. 25. n. 20. Aut fit ſub nomine appellatiuo, & tunc, vno deficiente, nõ extinguitur delegatio, ſed remanet penes ſuperſtites, donec alius ſubrogetur loco deficientis Menoch. d. n. 9. poſt Abb. Fœlin. Barbat. & Bero. Ratio diuerſitatis eſt, quia tunc non conſideratur qualitas perſonarum delegatarum, ſed ſolum officium, vel locus, cui facta eſt delegatio, ſecundum Menoch. d. n. 4. licet in delegato realiter poſſit fieri prorogatio de loco ad locũ, cum iuriſdictio delegati nõ cohæreat, neque terminetur territorio, ſicut iuriſdictio Ordinarij. Marant. de ord. Iud. p. 6. de ſent. n. 77. Maur. Burg. in tract. de modo proceden. ex abrupto q. 79. num. 3. & ſeq.

3 Delegatio autẽ nomine proprio fit, quando exprimũtur perſonę delegatorũ; nomine autẽ appellatiuo, quando commiſſio dirigitur perſonis exiſtentibus, vel exituris in aliquo officio, vel loco, ſecundum Menoc. d. nu. 4. & ſeq. Maur. Burg. d. q. 79. nu. 8. & ſeq.

4 Et quod fit per maiorẽ partẽ delegatorũ ratũ erit, cum plures delegati nõ dicantur habere poteſtatem inſolidũ, ſed tantũ pro parte, Dec. d. c. 25. n. 53. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. Ord. n. 176. Maur. Burg. d. q.
5 79. n. 10. & ſeq. † vbi ſubdit, quid ſi vnus noluerit iudicare, & a loco receſſerit, an cæteri Collegę poſſint validè iudicare, & procedere, Menoc. conſ. 992. Septem diſtinguit caſus. Tuſch. concl. 419. vbi latè in lit. I, & ſi plures exiſtant in pari voto, & alij iudices addantur in ſuperiorem an debeant votare ex his, quæ in proceſſum apparebant tẽpore quo primi iudices votauerunt, vel etiã ex his, quę de nouo ſuperuenerint, vide Vinc. de Franc. deciſ. 513. per totam, c. 3. vbi concludit fuiſſe reſolutum, quod votare deberent ſuper illis tantum, quæ erant in proceſſu tempore quo primi iudices votauerunt, & ibi etiam teſtatur quod ita ſemper in illo conſilio fuit obſeruatum.

Commiſſario an credatur ſine præſentatione litterarum, vel commiſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſario aſſerenti habere facultatem aſſumendi informationes non creditur, ſed debet aliter de eius facultate docere.*
2 *Commiſſarius debet diligenter cuſtodire litteras ſuæ Commiſſionis, tanquam pupillam oculi ſui, nec poterit facultatem ſuam per exempla probare, ſed tenetur oſtendere litteras originales.*
Delegatus an teneatur in prima citatione inſerere copiam ſuæ delegationis, ac alias res.
3 *Et procedit etiamſi talis aſſertio fieret per officialem in dignitate conſtitutum, quia in grauibus, vbi agitur de præiudicio tertij non creditur.*
4 *Limita quando in loco, vel de facili poteſt haberi Princeps, quia tunc creditur.*
5 *Limita quoque quando eſſet notorium in loco Commiſſarium habere talem facultatem, vel commiſſionem, & limita in alijs caſibus hic poſitis per Authorem.*

CAP. VI.

1 IN iſta quæſtione breuiter dicitur, vt Commiſſario non credatur; quia iuriſdictio eſt quid facti, & facta non præſumuntur, & eſt quædam qualitas, quæ a natura non ineſt, ideò eſt probanda, vt dixi ſupra in Defenſione prima, & tenet Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 14. numero 7. & ſeq. Idcircò eſt probanda aliter quam per aſſertionem illius, cum ipſe loco perſonæ priuatæ habeatur Menoch. de Arb. lib. 1. q. 76. & præſumpt. 15. num. 2. lib. 2. Moder. Rom. q. 97. nu. 52. 54. & in fragm. crim. in lit. D, num. 90. Laurent. in tract. de iud. ſuſpect. c. 15. n. 215. Maſc. de prob. concl. 948. n. 4. Miſing. obſeru. 1. cent. 3. vbi reddit rationem,

tionem,& melius Caualc.in tract.de Brag.reg.part.1. nu.105.Bertazzol.conf.347. nu.7. vol.3.& Claud.in consil.ad Patrem,166.lit.B, Maur.Burg.in tractat.de mod.proced.ex abrupt.quæst.86.nu.3.& seqq. Card. Tusch.conclus.154.nu.2 in lit.D, Hier.Hyp.in tract. com.contra com.q.376.de magis opinione, vt notario non credatur de commissione sibi data à iudice quo ad examen testium, vel ad alium actū faciendū.

2 Ideò Commissarius debet diligenter custodire suas litteras,vel commissionem, sicut pupillam occulorū, vt admonet Card.Tusch.d.concl.154.nu.4. conclus. 435.nu.1.& concl.553.in fin.litt.I,& illas præsentare Officialibus,& Sindicis,seu Prioribus,vel Antianis loci,vt ipsi recognoscant an licitè delegatus eius commissionem exequi possit, Chacher.cons.65. num.20. Menoch.de præsumpt.lib.2.præsūpt.15.nu.8.Maur. Burg.q.82.nu.35. nec sufficeret si vellet probare suā iurisdictionem per exempla, sed debet ostendere originale. Tusc.d.concl.154.nu.3. & hoc procedit, etsi assereret habere hanc potestatem à Principe viuę vocis oraculo. Caual.d.part.1.nu.267.Maur.Burg.dict. quæst.88. num.9.

3 Imò procederet,etiā si talis assertio fieret per Officialem in dignitate constitutum, quia in grauibus in præiudicium tertij non creditur,secundum magis cōmunem opinionem per Moder.Rom. q.97. ampliat. 2.& 3. remoto autem præiudicio,officiali in maxima dignitate constituto creditur, secundum magis communem opinionem attestatam per Farinac.vbi supra Vant.Rubr.fin.num.43. Laurent.in d.tract.de iudic. suspect. cap.17.in fin. Maur.Burg.d.q.88.num.10.& seqq.& ob id dixi in 1.defens.cap.1.nu.18. quod delegatus teneatur in prima citatione inserere tenorem delegationis, de quo nouissimè latè ponit Farinac. in fragm.crim.litt.D,num.91. & seq.sed si citatus compareret conualidaretur citatio emanata sine tenore d.delegationis. Vant.de nullit. ex defect.citat.nu.47.

Primo limita quando Princeps esset in loco, & ab eo facilè posset cognosci,vel haberi veritas, quia tūc creditur asserenti haberi allegatam facultatem ab ipso Principe,cum non esset præsumendum,quod sciēs facile posse de mendacio redargui, velit mendacium dicere. Dec.in tract.crim.lib.4.cap.25.n.58. Moder. Rom.q.97.nu.62.& seq.Card.Tusc.concl.154.nu.25. in lit.D,& pena vsurpatæ iurisdictionis puniri,vt latè per Maur.Burg. in tract.de mod.proced. ex abrupt. q.86.per totam,& latè per Pet.Cabal.in quæst.crim. cas.26.num.1.& seq. cent.1.& Paris.cons.151.nu.21. vol.4. dicit etiam esse credendum officiali solito habere aures summi Pontificis.

2 Limita quando esset notorium talem asserentem habere commissionem procedendi a Principe, quia tunc non oportet litteras potestatis exhibere,Mut.in cap.Reg.Regis Alphons.16.nu.1.& seq.cum notoriū nō egeat probatione. Eugen.cons.4.n.59.& seq.Menoch.de præsumpt.67.num.5.Maur.Burg.dict.q.88. num.14. seq.

Tertio limita,& intellige quando citatio non fit in longinquis partibus,sed in Diœcesi seu prouincia delegati citantis, secus si longinquis partibus, quia tunc requiritur, vt inseratur tenor delegationis in citatione. Farinac.in dict.framg.crim.in litt.D, num.93. vbi concordantes allegat.

Quarto limita,in persona Illustrissima, Vant.rubr. qualiter sententiæ nullæ defendi possint, nu. 43. Menoch.consil.100.nu.77.& seq.lib.1. vbi de magis cōmun. Decian.consil.18.num.158. lib. 1. qui inferunt etiam ad Cardinalem,Farinac.q.63.nu.55. & seqq.& in d.fragm.in litt.D, num.94.

Quinto limita, quādo si inferatur tenor delegationis nullū effectum operaretur,vel quādo de stylo talis copia delegationis in ipsa citatione inseri non solet. Menoch.d.consil.109.Decian.d.respons.18. nu.158. & seq.Farin.in dd.fragm.crim.in lit.D, nu.95.& seq.

Commissarius delinquens per quem possit puniri.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius delinquens in loco commissionis, etiamsi fuerit delegatus à Principe puniri poterit per iudicem loci.*

2 *Quod intellige finita delegatione, secus ea durante.*

CAP. VII.

1 DE ista quæstione dixi in 1.defens.latè c.19. nu.5. & seq.ideò modo pauca referā decisiuè, quod licet delegatus à Principe dicatur maior quocunque delegato in causa sibi delegata. Menoc.de præsūtp. lib.2.præsūpt.17.nu.4.& seq.Dec.in tract.crim.lib.4. c.25.nu.30.Laur.de iud.susp.c.4.nu.33. Pet.Cabal.in q.crim.cas.53. n.1.Pereg.Iann.de cit.real. lib.1.c.1. nu.416.418. Marc.Burg.de mod.proced.ex abrupt. q.75.nu.10.& q.97. nu.2. nihilominus iudex ordinarius poterit punire ipsum commissarium,si ipse ordinarius in criminalib. habeat plenam potestatē, & facultatem,& ita remotis cōtrarijs tuetur Cabal. in d. cas.53. quia delinquendo videtur tacitè se submisisse iurisdictioni illius,quia reatus criminis excludit omnē honorē. Laur.in d.tract.de iud.susp.c.4.n.31.33.Tusc.concl.436.nu.4.in fin.litt.I, Cabal.d.cas.53.Maur. Burg.d.q.97.nu.5.& seqq.vbi etiā respondet ad contraria,& Prax.Arch.Neap.c.32.nu.6.dicit, q. si delegatus Papæ delinquat in non parēdo mandatis Papæ quia non obseruat comissionem,& tunc à solo Papa, puniatur si delinquat per se agendo, & tunc possit puniri per ordinarium loci, quia tunc non conuenitur vti delegatus,sed vti criminosus.

2 Quod tamen intellige finita delegatione, secus ea durante, quia dum durat erit supersedendum in punitione. Decian.d.lib.4.cap.15.num.55.Burg.d.q.97. num.7. Prax.Arch.Neapol. d.cap.32. num.6.

Commissarius quando possit destinari, vt procedat ex abrupto.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius quando possit destinari, vt procedat in causa criminali summariè manu Regia, & ex abrupto, & à quibus detestari possit, & quid facere possit vigore dicta facultatis.*

CAP. VIII.

1 AN Cōmissarius possit destinari, vt procedat sūmariè,velo leuato, ac tela iudiciaria nō seruata,& vt dicitur ex abrupto in criminalib.tā quoad modū procedēdi per processum informatiuū,quàm quoad tormenta inferenda, denegatis defensionibus, & quoad

quoad cõdemnationem, & per quos Superiores talis commissio concedi possit, & quibus in casibus concedi soleat, ad manus meas superuenit elegantissimus Tractatus eruditissimi viri D. Mauri Burgi Siculi inscriptus. De modo procedendi ex abruto, vbi conclusiuè procedendo, ac recto ordine, & bona methodo confecit dictum Tractatum, omissis superfluis allegationibus Doctorũ in casibus, in quibus necessaria non est multitudo allegationum, & breuiter, ac succinte dictam materiam ad perfectionem reduxit, & ideò remitto lectorem ad dictum Tractatum de mod. proced. ex abrupt. quia si vellem in ista materia manus apponere, & certe non possem, nisi sua doctissima scripta hic transplanctare, & plenius etiam scripsit de ista facultate procedendi ex abrupto, & manu regia, Caualc. in suo amplo tractatu de Brach. Regio. Qui modus procedendi seruatur in aliquibus arduis causis in Curia Romana in tribunali Gubernatoris Vrbis, & in magna Curia Vicariæ Ciuitatis Neapolis de cuius materia latè dicam in Defensione circa processum informatiuum.

Commissio an spiret morte concedentis commissionem, & ipsius Commissarij destinatis.

SVMMARIVM.

1 *Commissio an expiret morte delegantis, vel per eius mutationem à Magistratu.*

2 *Causa expirata per mortem delegantis, vel per eius recessum, siue mutationem non redit ad iudicem ordinarium, sed deuoluitur ad delegatum.*

3 *Imò procedit, etiamsi causa coram ordinario cognosceretur, vt ipsa etiam redeat ad delegantem.*

4 *Delegatio finitur per mortem delinquentis.*

5 *Causa an per mortem delegantis, vel per eius recessum ab officio spiret, declara vt hic per Authorem.*

6 *Res non integra dicitur quando emanauit citatio licet per nuncium non fuerit producta, neque exequuta, ac etiamsi Commissarius iam elegerit notarium, vel aliquem Nuncium pro commodo causæ.*

7 *Delegatio quando spiret morte iudicis Delegati.*

CAP. IX.

1 IN ista quæstione videtur posse concludi per mortem delegantis, vel per mutationem illius in officio vel Magistratu, quem gerebat, sit extincta delegatio, vel commissio, vt dicit Mastrill. decis. 6. nu. 12. in Prorege Neapolis, vt spiret delegatio per eius mortem, vel recessum a Regno, & per illius mutationem, & cum etiam dicta iurisdictio videatur concessa ad illius beneplacitum, quod morte concedentis finitur. Sebast. Med. in trac. mors omnia soluit p.2. concl. 16. Caroc. in tract. de locat. & conduct. tit. de beneplacit. q.12. Mascard. de probat. concl. 188. nu. 25. Mand. de inhibit. q.76. nu. 2. Bertazz. cons. 21. nu. 2. Menoch. de arb. q.69. nu. 2. lib. 1. Surd. decis. 236. nu. 70.

2 Ac etiam cessat per mortem delegati. Card. Tusc. concl. 555. n. 1. in litt. I, & sua iurisdictio non redit ad Iudicem Ordinarium loci, sed ad Principem delegantem. Martin. Laud. de princip. q. 148. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 25. nu. 50. & 61. Tusch. concl. 76. nu. 4. & seq. in lit. M, Honded. cons. 27. nu. 13. vol. 2. & cœteri allegati per Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex

3 abrupt. q.82. n.6.† Imò si penderet causa coram Ordinario per viam delegationis, adhuc redit ad Principem: Imò si pendente processu dictam causam Ordinario remitteret, ipse Iudex Ordinarius in illa causa efficitur delegatus, quia semel causa effecta delegabilis semper remanet delegabilis. Caualcan. in tract. de brach. reg. p. 1. nu. 250. & nu. 252. Burg. d. q. 82. nu. 7. & seqq. An trãseat delegatio in successorem, vide Farinac. q. 77. nu. 165. si verò fuerit commissa causa Vicario Episcopi, mortuo Vicario secundum communem opinionem nõ transit in successorem, latè Prax. Archiep. Neap. c. 70. n. 1. vbi subdit nisi extet consuetudo tribunalis in contrarium prout viget Neapoli, & ob id. ibi. subdit mandatum de capiendo relaxatum per d. Vicarium primum delegatum transit in successorem.

4 Ac etiam finitur delegatio per mortem delinquẽtis, quia delictum vnà cum pœna extinguitur. Moder. Rom. q. 10. nu. 36. Burg. q. 83. nu. 7. de quo ego dixi in meo tract. de confisc. bonor. concl. 18.

5 Sed doctores in primo capite per mortem delegãtis distinguũt, aut Princeps, vel superior obijt, aut fuit remotus a Magistratu reintegra, & tũc iurisdictio delegata, vel commissio morte, ac mutatione illius expirat, & finitur, etiamsi ipse delegatus mortem, vel recessum, seu mutationem superioris ignoraret Marãt. de ordin. iud. p. 4. distinct. 5. n. 6. Sebast. Medic. in trac. Mors omnia soluit p. 3. concl. 31. nu. 83. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. nu. 103. Decian. in tract. cri. lib. 4. c. 29. nu. 20. Capr. concl. 37. nu. 7. Leon. in Pract. Archiep. c. 17. n. 52. Peregrin. Iannin. in tract. de citat. reali lib. 1. c. 1. nu. 659. & seq. Marc. decis. 780. num. 2. p. 1. Maur. Burg. d. q. 87. nu. 9.

6 Nisi delegatio esset facta sub nomine officij, vel dignitatis, quia tunc non spirat. Marc. d. decis. 780. nu. 2. Iannin. in d. c. 1. lib. 1. num. 665. & Maur. Burg. d. q. 87. num. 9. quod est notandum in tribunali Auditoris Cameræ hic in Vrbe, quia sæpè Auditores Cameræ pro tempore promoueantur ad apicẽ Cardinalatus. Prout nec minus spirat, quando iurisdictio ordinaria est cõcessa ad beneplacitum principis per mortem ipsius Principis. §. super hoc Auth. de quæsto. Vant. de nullit. ex defect. Delegat. nu. 104. Menoch. q. 61. num. 8. de Arb. Mascard. de probat. concl. 188. num. 1. Bertaz. ad patrem cons. 22. in litt. B, lib. 1.

Aut verò re nõ integra Princeps, vel superior obijt, vel recessit, & tunc iurisdictio delegata nõ spirat Lauden. de Princip. q. 558. Zeno in pract. Episcop. versic. delegatus q. 1. & q. 15. p. 1. Leon. in loco supracitato, Peregrin. Iannin. dict. lib. 1. cap. 1. nu. 660. Laurent. in tract. de suspect. iudic. c. 6. nu. 41. Burg. d. q. 87. nu. 10.

Res autem non integra dicitur, quando emanauit citatio, secundum communem opinionem attestatam per Caroc. decis. 79. nu. 12. & seq. Gratian. decis. 108. nu. 11. Maur. Burg. dict. q. 87. num. 11. vbi subdit, quod sufficeret ad istum effectum sola cõmissio citationis, licèt non fuerit executa, neque reproducta per Nuncium ex traditis per Caroc. in dict. decis. 79. nu. 41. & seq. Ac etiam res non diceretur integra, si Commissarius iam elegerat Notarium, aut Actuarium, vel Nuncium in causa Laurent. in dic. tract. de suspect. iud. c. 6. nu. 41. Maur. Burg. d. q. 87. nu. 12.

7 Et è contra quæritur, si spiret morte ipsius iudicis delegati, & dicitur, quod si delegatio fuit facta sub

nomine

nomine dignitatis prouenientiæ a seipso, & nunc ad successorem transit, secus si non proueniat a seipso, vt in Vicario Episcopi. Bartol.in l.fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. quem communiter tractat. sequuntur, vt testatur Dec.in cap.quoniam.nu.19.de offic.delegat. Panciarol.conf.127.libro 1. & de magis com. Gigas. conf.86.& Borgnin. dicens ità fuisse iudicatum in decis.40.sub nu.22.& Fab.Turret.consf.56.n.4.qui alios allegat, & testatur etiam de comm. & magis comm. & de communi testatur etiam Prax.Archiep.Neapolit.c.70.nu.1. vbi tamen limitat, quando extaret consuetudo in contrarium, vel Papa habuerit respectum ad tribunal Episcopi, & quod Rota Romana solet obseruare opinionem contra communem, cum illam habeat pro rigorosa, & tenendo opinionem communem dicitur iurisdictionem spirare per mortem delegantis non ope exceptiones sed ipso iure secundum communem opinionem attestatam per Doct. adductos per Cæuall.in tract.com.contra com. q. 424. qui etiam ipse testatur receptissima opinione, & ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo, & ibi ponit effectus resultantes an ipso iure, vel ope exceptionis spiret d.iurisdictio.

Commissarius, & eius notarius an possint recusari tanquam suspecti.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius debet eligi, vt sit vir probus, & bonæ conditionis, & non suspectus.*

2 *Commissarius, & Notarius destinati ad assumendum informationes possunt allegari suspecti, declara tamen vt hic.*

CAP. X.

1 ADuocatus circa electionem Cōmissarij, & eius Notarij valdè inuigilet, cum in probationibus consistat tota vis causæ criminalis; & ideò curet, vt eligatur aliquis vir probus, & honestæ conditionis, & non suspectus, cum Iudicia grauia non debeant agitari coram iudicibus suspectis, l. apertissimi. C. de iudic. & quatenus deputetur aliquis, qui sit suspectus,
2 † illum non acceptari procuret, neque patiatur, vt discedat, quia tunc nisi superueniat noua causa suspicionis non potest recusari, vt docet Carauit. rit. 157. num.13. & seqq.& ibi subdit quod poterit dari magis suspectus si Commissarius eligatur Notarius, cū examinator facillimè tanquam suspectus recusetur in c. quoniam contra nu. 6.vers.Item Notarius de probat. Io.de Amic.consil.9.nu.9.vers.accedat per gloss.sing. in authent.de trien.& semiss.§.quod sæpè, Carauit.d. rit. 157.nu.15. Ego autem puto aliter esse distinguendum, quòd simplex Commissarius destinatus ad processum informatiuum assumendum, vti examinator, si non fuerit ab initio acceptatus, quia superior illum transmisit, parte non audita, possit dari suspectus quāuis accesserit ad locum examinis, & vlterius affirmo, quòd solum iuramentum sufficiat ad illum remouendum absque alia causa. Cagnol.in l.Librarius nu.7. ff. de reg.iur.latè Moder. Roman.q.78. nu.123. & seqq. vbi alios allegat, vt Commissarius, ac etiam Actuarius deputatus Commissarij possit allegari suspectus, si fuerit nominatus ab vna parte tantum, secus si de cōsensu vtriusque partis, quia non potest dari suspectus, nisi superueniat noua causa, & si post datā suspicionem ad examen deueniat, examen erit nullum. Andr. Gayl.obseruat.96.num.1.lib.1. vbi etiam tradit, quid facere debeat iudex, quādo allegatur suspectus Osasc. consf.65.nu.6. benè verum est, quòd re integra poterit reuocare consensum, vt post alios, quod alibi sequi affirmat Baiard.q.26.nu.11.Imò Commissarius deputatus etiam cum Brachio regio potest recusari tamquā suspectus Caualc.de brach.reg.p.3.num.312.& seqq.& dicit posse in vnaquaque parte Iudicis tamquam suspectus.

Commissarius destinatus ad recipiendum examen super processu informatiuo, an possit alteri dictum examen delegare.

SVMMARIVM.

1 *Cōmissarius destinatus à Principe ad assumendum informationes, poterit talem facultatem alteri committere; etiam si esset concessa cum clausula (per se cognoscat)*

2 *Contraria opinio verior est, vt non possit Commissarius dictam facultatem assumendi informationes alteri delegare.*

3 *Quod magis procedit, si constaret Commissarij industriā fuisse electam per verba confisci de tua scientia, industria, legalitate, aut similia.*

4 *Et in dubio censetur electa industria personæ, & fieri debet omnis interpretatio, vt dicatur electa industria personæ.*

CAP. XI.

1 VIdeatur posse concludi in ista quæstione, quod si fuerit destinatus Commissarius de ordine Principis, ipse possit potestatem assumendi informationem alteri delegare. Decian.in tract.crim.lib.4. c. 25.num.4.Menoch.de præsumpt.lib.2.præsumpt.21. nu.1.Vant.de nullit.ex defect.iurisd.deleg.nu.26.Peregr.Ianin.in tract.de citat.real.lib.1.c.1. n.424. Magon.decis.Lucen.90.num.1. quæ opinio tantò magis procedere videtur consuetudine ferente Cur.de Stat. sect.1.n.23. Ac etiam procedit si delegatio esset concepta cum clausula (per se cognoscat) secundum cōmunem opinionem attestatam per Asin.in prac.iud. §.25.nu.18.Hier.Hispan.in tract.com.contra comm. q.387.vbi alios allegat, & testatur de magis communi, vt delegatus principis in causis crimin. possit alteri subdelegare, sed latius in q. 770. vbi infinitos alios allegat, & testatur de veriori, & receptiori opinione, & magis procedit si partes consentirent expressè, vel tacitè Mising.cent.3.obser.41.vers.fallit.

2 Tamen in contrarium tutior, ac firmior opinio videtur extare, quia in causis criminalibus, in quibus cēsetur electa industria personæ ipsius delegati, non potest ipse delegatus alteri subdelagare. Menoch.de præsumpt lib.2. præsumpt.21.n.3.& seq.& de Arb.q.68. nu.15.Farinac.q.77.nu.150.& seq.Asin.in prac.iudic. §.7.c.5.limit.6.nu.10.Card.Tusch.concl.105.num.2. & concl.106.num.1.in litt.I, Prob.de Iur.Regal.q.78. num.3.Porr.in Schol.ad Ambros.in trac.de mod.formand.process.informat.lib.4.c.9.n.5.Mising.cent.3. obseruat.41.Maur.Burg. in tract.de mod. proceden. ex abrupto q.68.nu.25.cent.1.latè Farinac.q.77.nu. 150.& seq. vbi dicit hoc procedere etiam in Delegato à

gato a Pontifice, & nu. 152. propriè loquitur in cauſis crimin. & in conſ. 83. nu. 8. vbi de veriori, & ſeruata opinione, vide tract. ſup. in d q. 387. vbi refert doct. pro vtraque opinione.

3 Eoque magis eſt dicendum, cum dicta commiſſio ſoleat expediri per verba perſonalitatem reſpiciētia, nempè habito reſpectu ad qualitatem, & induſtriam ſuæ perſonæ, vel per verba confiſi de ſua ſciētia, probitate, & legalitate, vel per alia ſimilia verba etiam geminata: ideò nullo modo poteſt concedi ſubdelegatio. Alex. conſ. 45. nu. 9. vol. 6. Campeg. de teſtib. regul. 430. Menoch. de præſumpt. dicta præſumpt. 21. nu. 6. Modern. Roman. conſ. 83. nu. 8. Cauale. de brac. reg. part. 1. nu. 69. cum tunc dicatur electa induſtria perſonæ. Rim. Iun. conſ. 306. nu. 12. & ſeq. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 25. nu. 38. Card. Tuſch. concl. 105. num. 17. & concl. ... & ſeq. num. 5. Grain. in cap Regn. Neapolitan. ſi cum ſcœleratus num. 2. & ſeq. licet alij dixerint contrarium, niſi Papa dixerit decidas ſic aut ſic, vt per Prax. Archiep. Neap. c. 70. nu. 5. vbi de veriori opinione.

4 Et etiam in dubio cenſetur electa induſtria perſonæ Fab. a Mont. Leon. in pract. Arbitr. fol. 509. nu. 27. Mar. Ant. Macerat. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 16. nu. 5. & reſolut. 89. nu. 5. Moder. Roman. q. 77. num. 150. ac etiam in dubio eſt facienda interpretatio, vt dicatur electa induſtria perſonæ Card. Tuſch. concluſ. 106. in fine, Rodulphin. in Tract. quib. mod. ordin. effic. delegat. nu. 54. Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. q. 68. nu. 16. & ſeqq. vbi ſub num. 18. dicit procedere etiam partibus conſentientibus; Ad quod Auocatus in Curia Romana maximè aduertere debet, quã delegatur ſimile examen in partibus, cum ſit ſolitum committi Epiſcopis loci extra Statum Eccleſiaſticū, in Statu verò Eccleſiaſtico committi Prælatis, vel Gubernatoribus loci, qui ſolent dictum examen alteri delegare, & non per ſe ipſos recipere, ſed pro concordia aliqui diſtinguunt, quod Delegatus principis poſſit fabricationem proceſſus alteri delegare, ſecus deciſionem cauſæ, vt eſt videre per Hieron. Caeual. in tract. com. contra com. q. 770. ſub num. 5. & ſeqq. Sed Mar. Ant. Macerat. lib. 5. reſolut. 89. nu. 4. melius iudicio meo diſtinguit, aut fuit dic. delegato cōmiſſam ſolum examen, & tunc non poſſit illud alteri delegare, aut cognitio totius cauſæ, & tūc poſſit receptionem examinis ſubdelegare.

Sed ſi Aduocatus velit alia ſcire in iſta quæſtione delegationis, & ſubdelegationis cauſæ crimin. adeat Mod. Rom. in q. 77. n. 153. & ſeqq. & latius nouiſſimè in fragm. crim. in litter. D, num. 65. cum plur. ſeqq. vbi ponit aliquas limitationes declarationes, & intelligētias ad iſtum articulum, quas nolui hic tranſplantare, & Veſtr. in pract. lib. 6. c. ſi. num. 10. dicit quod de ſtilo Sacri Palatij in litteris comiſſionalibus ſolet apponi forma recipiendi teſtes per ſe, vel per Notarium, quæ eſt ſeruanda ſi ſtata fuerit à iudice ordinario, ſecus ſi à delegato etiã à Principe, Seuarol. in tract. de remiſſ. c. 32. n. 3. Si verò fuerit delegatus ab inferiore à Principe non poterit alteri ſubdelegare, & maxime ſi cōmiſſio cauſæ requirat cognitionem ſecundum communem opinionem atteſtatam per Hier. Hiſpan. in tract. com. contra com. q. 544. vbi etiam concordantes allegat, nec delegatus Principis poteſt ſubdelegato committere, vt alium ſubdelegatum deputet neres in infinitum trahatur. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. n. 26. vbi alios allegat, & teſtatur de communi, etiam ſi vices ſuas in totum dic. delegato conceſſerit, vt poſſit alteri dictam cauſam ſubdelegare latè, qui alios allegat, Caualc. de brach. reg. p. 1. num. 233. vbi ſubdit, quod talis delegatus non poteſt ratificare proceſſum factum a d. ſubdelegato propter defectum inſanabilem iuriſdictionis. Vant. de Nullit. ex defect. iuriſdict. n. 140. cum in iuriſdictione non habeat locum ratihabitio cap. cum cauſam de appell. & ſolus princeps poſſit ratificare ſententiam nulliter latam ex defectu iuriſdictionis gloſ. in q. 2. cap. 2. de offic. deleg. Vant. tit. Qualiter ſent. n. 7. & 25. vbi dicit verum eſſe quando ſciuit, dictam nullitatem, & in tit. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 26. & ſeq. Caualcan. de brach. reg. par. 1. nu. 274.

Commiſſarij vel iudices delegati an poſſint deputare Notarios, nuncios, executores, & illos punire, & priuare, & alios ſubrogare, ac teſtibus, vel reis torturam inferre.

S V M M A R I V M.

1 *Iudices delegati in cauſis ſibi delegatis poſſunt eligere notarios, nuncios, executores, & locum ad ferendam ſententiam.*

2 *Nuncij, & executores huiuſmodi debent iurare de fideliter exercendo ſuum officium, vt eorum relationes fidem faciant.*

3 *Delegatus à Principe, vel ad vniuerſitatem cauſam poteſt nūcios, & executores aſſumare, & eos in eorum officio delinquentes remouere ab officio, & pecuniali-ter punire, ſecus verò in alijs delegatis.*

4 *Iudices delegati à Principe nō poſſunt remouere executores, & nuncios ab alijs deputatos, etiam quod eſſent priuandi officio, pro delicto commiſſo in cauſa ſibi delegata, ſed tantum punire, vſque ad tres aureos.*

5 *Nuncij, & executores huiuſmodi in eorum officio delinquentes poſſunt à ſuis iudicibus, velo leuato, ac nullo formato proceſſu, priuari, & puniri.*

6 *Delicta coram iudice commiſſa puniuntur ordine iudiciario non ſeruato.*

7 *Iudex de delicto ſemper debet capere informationes, & illas in ſcriptis redigere.*

8 *Iudex poteſt delinquentem coram ſe tela iudiciaria nō ſeruata punire, quando delinquens nullo pacto ſe excuſare valeret.*

9 *Commiſſarij quando teſtes reos torquere poſſint.*

10 *Commiſſarius qui poteſt condemnare poteſt etiam abſoluere.*

11 *Cauſæ criminales meri Imperij, & mixti quando, & à quo delegare poſſint.*

12 *Delegatus à Principe, & ab inferiori an poſſit ſuam ſententiam exequi.*

13 *Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem debet committere cauſam criminalem laicis, & tàm in prima inſtantia, quàm in cauſa appellationis.*

C A P. XII.

1 IVdices delegati in cauſis ſibi commiſſis a Principe, & ab alijs ſuperioribus poſſunt eligere Notarios, ſeu Cancellarios, vt dixi ſupra in hac defenſ. c. 2. num. 17. vbi etiam dixi, quod poſſunt eligere Porterium,

terium,ac locum, & tribunal ad ferendam sententiã,
cum delegata iurisdictione, omnia censeantur dele-
gata,cum quibus iurisdictio exerceri valeat;Nec non
possunt etiam Nũcios,& executores eligere,qui par-
tes citent, & alia in dictis causis necessaria exequãtur
tex.in l.2.C.de sponsal.& ibi notant glos.in verb.sup-
ponere in 1.opin.Bart.in fin.Fulg.etiam in fi. & post
alios,quos allegat Cab.in q.cri.cas.262.n.1.cent.3.

2 Qui Nuncij, & executores ante omnia iurare de-
bent de bene, & regaliter officium suum exercendo,
& dictum iuramentum operatur, vt eorum relationi-
bus stetur absq; & quod posteà in singulis iurent, per
ea,quæ legitur,& notantur in c. cum parati extra de
appell.& in authen.in isto,C.de iur.calum. vbi Salic.
num.1.qui dicit hoc procedere in delegato etiam ad
vnam tantum causam per c.cum pariter extra de ap-
pel.& sicut possint eos eligere, ita etiam male se ge-
rentes in officio remouere,& punire,ac alios in eorũ
locum subrogare valent,l.2.& ibi not.Cin. nu.1. Bal.
nu.2.Bart.in fin.Alber.in 1.& 2.notab.Fulg.in princ.
in 1.2.& 3.notab.Sal.num.1. Castr.nu.3. C. de sport.
Cab.d.cas.261.nu.3.

3 Quod maxime est verum in delegato Principis,vel
ad vniuersitatem causarum, qui sine dubio potest as-
sumere Nuncios,& executores, quos velit, & eos re-
mouere, & pecunialiter punire secus est in alijs dele-
gatis ab alijs,vel non ad vniuersitatem causarum, qui
non possunt Nuncios, & executores eligere nec assu-
mere alios, quam deputatos in Curia ordinarijs; & si
essent dati sibi ab ipso delegante, non posset ipsos
mutare sine illius licentia, secundum Gugliel.de Lun.
relatum per Castr.in l.2. in fin. nu. 3. & sequitur Ca-
ball.in d.cas.261.nu.4.

4 Sed si delegatus Principis, vel ad vnam causam
tantum criminalem,Nuncios, vel executores non de-
putauit,sed citationes, executiones, & alia necessaria
fieri fecit per nuncios,& executores Curiæ iudicis or-
dinarij loci,vbi causa cognoscitur, non potest eos re-
mouere ab officio per alios eis dato, etiam quòd es-
sent priuandis pro delictis commissis in causa sibi de-
legata,Salic.in d.l.2.nu.2.vers.sed ad Nuncius,& latè
hanc opinionem tuetur pluribus Doctorum auctori-
tatib.Petr.Caball.d.cas.261.nu.5.& seqq.vbi sub n.5.
post Cyn.in d.l.2.nu.1.firmat etiam, quòd iudices de-
legati possunt mulctare Nuncios, & executores, sed
non in tantum, quantum faciunt iudices ordinarij, &
Alber.de Ros.in eadem l.2.in fin.& ibi omnes scribẽ-
tes tradũt,quòd possint dicti iudices delegati illos pu-
nire vsque ad tres aureos, & ad suos iudices referant
eorum malitiam,qui pœnis corporalibus eosdem pu-
niant,vt de communi testatur. Caball.in d. cas.261.n.
5.in fin.& num.6. & laici offendentes Nuncios curiæ
Episcopalis possunt puniri per ipsam Curiam Episco-
palem.Franch.decis.147.Prax.Arch.Neap.c.11.post
Alber. & Boer. quos allegat,quia ratione offensæ iu-
risdictionis qui alias non erat iudex efficitur iudex. l.
nullum.C.de testib. Paul.Castr.in l.additos.C.de Epi-
scop.audient, qui loquitur in specie quãdo offenditur
familia iudicis exequẽs suum officium, & ob id iudex
Ecclesiasticus poterit punire offendentes birroarios
iudicis laici, qui in aliquo inseruirent d. iudici Eccle-
siastico si offensio fiat eis in d. actu eisdem commisso
ad iudice Ecclesiastico. & an testes, Aduocatus, vel
scriptor pecantes in testimonio, vel in aduocatione,
vel in conficiendis scripturis possint à d.iudice coram
quo deliquerunt puniri,vide latè Vincen.de Franch.
decis.679. p.4. vbi etiam ostendit quam iurisdictionẽ
habeant in Ciuitat. Neapolit. Consules artis lanæ in
carcerare delinquentes.

5 Imò leuato velo,sine processu,& nulla forma iudi-
cij seruata per suos iudices isti Nuncij, & exequuto-
res puniri debent. Bal.in d.l.2.in fin.nu.7.vers.quæro
hic, vbi quærit an in remorione istorum Nunciorũ,
& executorum requiratur aliquis processus, & dicit,
quòd non, quia delinquunt coram iudicibus, & aures
iudicium offendũt; vbi leuato velo possunt ab officio
remoueri,& puniri,idẽ voluit Alex. in addit.ad Bart.
in l.Diuus.ff.de sicar.in fin.Apostill.in verb. puto ve-
rum,vbi dicit ex Bal.in l.2.nu.7. & seq. C.vt lit.pend.
quòd vbi coram iudice quis producit instrumentum,
quod producenti sit pœnale, statim absque processu
poterit puniri,eamdem opinionẽ probat. Ignat. Lo-
6 pez ad Diaz in pract.crim.canon.cap.93.in verb.falsi
testimonij Rei in fin.Adden.in lit.C.in fin. † & quòd
in delictis commissis coram iudice, ob irreuerẽtiam,
tanquàm in notorijs,procedatur summariè, sine pro-
cessu, & omisso omni ordine iudiciario, est videndus
Paris.de Put.in trac.de sindic. in verb. notorium c.1.
per tot.vbi in proposito plura affert exempla, Gom.
tit.de delic.c.1.nu.48. vers.item adde, & latè Luc. de
Penn. in l. quoties col.4. in verb. seueritatem vers.est
etiam hoc casu C. de dignit. lib.12. Petr.Caball. in q.
cri.cas.261.nu.6.& seq. Ex quibus idem Petr. Caball.
in eodem cas.261.n.8.& seqq. infert ad vnum casum,
qui sibi in contingentia facti euenit, dum fuit Cõmis-
sarius Status Abbatiæ Florentilli iam annis triginta
duobus elapsis,de cuius statu pro Excellentiss. D.Al-
berico Cibo Principe Massæ, & eiusdem Status Flo-
rentilli comite ego per multos annos habui superin-
tendentiam quarumcunque appellationum,grauami-
num, & recursuum, vt possit delinquens coram iudice
pro Tribunali sedente puniri, motu proprio, nullo
quærelante,vel instante, & nulla prorsus seruata for-
ma iudiciorum,in probatione delicti recipienda, vel
in sententia ferenda, & nulla facta citatione, vel data
defensione, etiamsi iste delinquens non fuerit suppo-
situs suæ iurisdictioni, & sub n.13. etiam firmat,quòd
si condemnatus vellet appellare, non esset audiẽdus.
Oldr.cons.18.in 3.dub.per tot. nu.3. Rom.cons.324.
nu.1.in fine,& nu...& seq.Gomez tit.de delict. cap.1.
nu.43.& 47.alij ibi per eum relati.

7 Sed Ant.Gomez.d.tit.1.sub nu.48.vers.item adde,
consuluit iudici, quòd semper de delicto recipiat in-
formationes, ne aliquid sibi possit imputari, maximè
cum talis probatio breui tempore fieri possit,&idem
tenet latè Paris.de Put.in d.c.1.nu.6.& 14.& Boss.tit.
quomod.proced.in crim.nu.1.2.3.5.7.& 15.& de de-
licto præfato commisso corã iudice pro tribunali se-
dente, sunt redigendæ in scriptis informationes, ne
iudex incidat in linguas mendaces,& ne damnum,aut
dedecus patiatur in sindicatu, si ob mortem,vel aliud
impedimentum,vel odium non posset iustificare deli-
ctum,à quibus non dissentit.Iul.Clar.q.9.nu.5.Carrer.
in pract.crim.§.2. erit casus nu.22.& seq. vbi firmat,
8 quod ita facere tutius erit. † Quod ego admitterem,
vt iudex,remota omni tela iudiciaria, & absq; defen-
sione possit delinquentem coram eo punire, quando
prorsus nulla causa, nec etiam colorata, posset delin-
quens

quens fe excufare, ac nullam defenfionem habere, vt po?? alios,quos allegat,idem videtur etiam fentire. Petr.Cabal.in d.caf.261. nu.12. verf.vltra quod ideò cum difficile fit deducere in actis nullam defenfionẽ competere poffe delinquenti,vt dicit Farinacc. q.39. nu. 106. verf.hoc opus,hac labor eft,ideò confulo iudicibus,vt non deueniant ad actus, & pœnas irretractabiles, quia fibi multa mala contigere poffent, & idem voluit,Caualc.de Brach.reg.p.1.nu.204. vt tutius fit femper affumere informationes,ac delinquenti breuem terminum affignare ad faciendas fuas defenfiones.

9 Pro complemento autem iftius Defenfionis circa tranfmiffionem commiffarij, & circa procefsum fabricandum per eumdem Commifsarium,& circa eius facultates, quæritur, an ifti Commifsarij etiã delegati à principe habeant facu'tatem inferendi torturã teftibus,& Reis,& refolutiuè procedendo,dicitur,quod hoc dependet à facultatibus fibi conceffis, & ob id, fi in commiffione fuerit eis data ampla poteftas, & præfertim cum claufula illa,cũ dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac cum alia claufula Dantes, & concedentes vices, & voces noftras, & tunc poffint teftes,& Reos torquere, fecus, fi deficerent fimiles claufulæ, vel aliæ idem importantes,quia per delegatum non poterit deueniri ad aliquam fpeciem torturæ,Caualc.de Brach.reg.p.1.num.272.vbi loquitur in fubdelegato, qui poffit teftibus torturam inferre,& Maur.Burg. in tract. de mod. proceden. ex abrupto q. 100.nu.124.& feq.cent.1.vbi fubdit, dummodo concurrant fupradictæ claufulæ,aliàs fecus:Et ideò ad tollendas omnes difficultates quando hic in Curia,& præcipuè in Tribunali A.C.expediuntur ifti Commifsarij ad conficiendum procefsum informatiuum,fibi tribuatur facultas in fpecie torquẽdi teftes pro habenda refponfione negatiua, vel affirmatiua, vel pro præcifa refponfione, vel etiam pro habenda veritate de delicto,de quo quæritur,& fibi cõmifso.

10 Et fciat commifsarius ꝙ fi fibi fuerit data facultas condẽnandi delinquentes poterit ẽt eos,fi innocentes reperiat,abfoluere, cum abfoluere, & condẽnare cõuertibilia fint, & quamuis videantur inter fe contraria refpectu finis, non tamen funt contraria refpectu iurifdictionis, cum à pari procedant condemnare, & abfoluere,Menoc.q.43.nu.1. & feq. lib.1. Caualc. de brach.reg.p.1.n.10.Cardin.Tufch.in litt.A,concl.40. nu.1. Maur.Burg.de mod.proced.ex abrupt.q.23. nu. 292.& latè vide nouiffimè.Mod.Roman.Farinacc.in fragm.crim.in lit.A,num.6.& feq. vbi ponit tres conclufiones,& prima eft,quod qui abfoluere poteft poffit etiam condemnare, fecunda eft, quod qui poteft condemnare poffit etiam abfoluere, tertia eft, quod qui condemnare non poteft nec etiam poffit abfoluere, & fi quis vellet plura habere circa delegationẽ caufæ factam à Papa latè videat. Prax. Arch.Neap. c.70.per tot.& latius ibi in Annotationibus.

Et an qui condemnare, vel abfoluere non poteft, poffit declarare, & pronunciare aliquem efse abfoluendum,vel condemnandum latè ponit, Farinacc.in dd.fragm.crim.in lit.A,nu.12.& feq.

Sed fi alicui fuifset data facultas condemnandi, & abfoluendi, fi illi deinde auferatur facultas condemnandi an cenfeatur etiam ei ablata facultas abfoluẽdi.Menoch.de Arbitr. quæft.43. num.26. & feqq. arguet pro & contra, & pro folutione ponit, & diftinguit tres cafus.

11 Caufa criminales meri,& mixti Imperij quando, & à quo delegari pofsent, & an delegare cẽfeantur fub generali caufarum cognitione vltra ea, quæ dixi in prima defenfione in c.1. vide nouiffimè latè Moder. Farinac.in fragm.crim.in litt.D, num.65. & feqq. vbi etiã tractat quando delegatus poffit eas fubdelegare.

12 Reftat videre fi Cõmifsarius, vel delegatus ad totalem caufam poffit fuam fententiam exequi, vide latiffimè qui tractat iftum articulum. Cæuall. in tract. com.contra com.q.632. per totam, vbi diftinguit inter Delegatum à Principe,& Delegatum ab inferiore à Principe, & in primo cafu refert doctores tenentes vtroque opinionem, & teftantes pro vtraque parte de com.fed videntur tandem doct. tenere partem affirmatiuam, vt delegatus à Principe poffit dict. fuam fententiam exequi,in Delegato verò ab inferiori,primo videtur diftinguere inter fententiam interlocutoriam,& diffinitiuam,vt interlocutoriam poffit exequi diffinitiuam non, Sed quod poffit etiam exequi fententiam diffinitiuam ibi adducit aliquos doct. etiam teftantes de com.fub nu.9.fed quod non poffit adduci alios fub nu.6. & tandem fub nu.10. & feqq. tradit plures diftinctiones, & opiniones ad quem lectorem remittis.

13 Et fi Epifcopus habeat iurifdictionem temporalẽ, non poteft per fe ipfam caufam cognofcere, fed debet illam alicui laico committere,qui fi deinde delinquentem condemnet in pœnam fanguinis,Epifcopus non efficitur irregularis. Arnal. Albert. de Agnof. affert.cath.q.25.nu.36.& feqq.Couar.in Clem.fi furiofus p.2.§.5.nu.8.de homicid.Ignat.Lopez.ad Diaz.in pract.crim.canon.c.49.in verb.iudicati,& appellationem deinde etiam alteri laico committat glofs. in c. clericis in verb.aut iudicant.in fin.extr.Ne clerici,vel Monac.& ibi Hoftienf.fub nu.3.Butr.num.6.Henric. Boich.num.3.

DEFENSIO XIV.

Circa examen teftium.

Teftes pro informatione Curiæ per quos recipiantur, & quomodo recipiantur.

SVMMARIVM.

1 *Teftes pro informatione Curiæ fecretè,& fine citatione partis recipiuntur de generali confuetudine.*
2 *Teftes pro informatione Curiæ debent recipi per ipfosmet iudices,nec committi Notorio.*
3 *Nifi multitudo negotiorum, vel alia legitima caufa fuaderet.*
4 *Fifcus poteft affiftere examini,fed interrogare.*

CAP. I.

1 Teftes pro tali procefsu fabricando,& reperiendo delinquentes de confuetudine recipiuntur fecretè, & fine partis citatione, quicquid de iure aliter dici pofset, vt plures teftantur,quos refert Iul.Clar.q.11.nu.3. vbi latè, & q.45.nu.13.& eft generalis confuetudo,& practica omnium Curiarum,vt dicit Blanch.in pract.cri. n.34. & feq.Hond. conf.101. nu.21.lib.1. & hoc inductum eft,ne

eſt,ne Rei ad fugam inſtruantur, ſi eitentur, & ne teſtes etiam ſubornati non deponant veritatem, Petr. Cab.caſ.110.nu.36.verſ.tamen cum de generali cēt. 2.& caſ.269.num.4. cent.3. vbi latè & ita ſeruatur in toto ſtatu Eccleſiaſtico, vt teſtatur. Flam. Cartar. de execu.ſent.cap.fin. nu.175. & paſſim hic in Curia, & aliter facere hodie eſſet errare. Imò poſſunt omnes teſtes examinandi ſeparatim retineri donec oēs fuerint examinati,ne ſubornentur,& ne alter alterum inſtruat, & ne ſecreta Curiæ pandantur,nec ſunt cuſtodiendi in locis contiguis, quia vox ſubmiſſa de vno carcere ad alium facilè mittatur.Caualcan.de brachreg.p.2.nu.128.vbi ſubdit,quod ſi recuſent dicere veritatem poſſunt vltra 15.dies retineri l.eos C.de falſ. Pacian.de probat.c.47.nu.56.lib.2. ſed iudex habens brachium regium poteſt etiam vltra dictum tempus eos retinere.Caualc.dicta p.2.nu.129. ſed iudices caueant ne abutantur hoc modo procedendi cōtra teſtes,prout ſolent aliqui imperiti facere.

2 Qui teſtes debent recipi, & examinari per ipſummet iudicē, vt ſcire poſſit quo vultu, qua trepidatione,quo colore deponant iuxta text.in l.3.verſ.tu magis ſcire poteſt ff.de teſtib.Alber.de maleſ.in tract.de teſtib.c.7.nu.52. Ant.Scapp.de iure non ſcript. lib.3. c.51.nu.15. & in cauſis arduis criminalibus nō debet committi teſtium examinatio notarijs,ſed debent ipſi iudices præſentes eſſe.Couar.var.reſol.lib.2.c.13. nu.10.& Baiard.in q.26.nu.13.vbi admonet iudices, quod hoc omnino faciant, ſi velint eſſe tuti in eorum conſcientia,quia ipſe bene ſcit,quid faciant notarij in præiudiciū iuſtitiæ, & quod ita pluries expertus fuit, & refert,quod Carauit.in vltim. rit. dixit tenere conſequentiam, eſt actuarius, ergo latro, vtinā quod Carauit.mētiretur,ſed Iul.Clar.q.26.in princ.dicit,quod de ſtilo illius Prouinciæ,teſtes pro informatione Curiæ examinantur per notarios, abſque iudicis cōmiſſione,& Carauit.ritu 157.num.1.& 2.exclamat,quod iudices debeant per ſe ipſos teſtes examinare,& minime committere notarijs, cum totauis cauſæ criminalis conſiſtat in probationibus,& in omnem caſum nō debeat committi niſi honeſtis viris, & de iſta materia, quando ſit, vel non ſit committendum examen notario cauſæ, latiſſimè vide Modern.Roman. q.77. 3 c.4.nu.175.† Et ſi negociorum, & rerum multitudo non patiatur, examinentur per notarium practicum, ac bonæ, ac timoratæ conſcientiæ, & minimè recipiantur per fiſcalem,vel eius ſubſtitutos,qui non poſſunt deferre iuramenta, & nullam iuriſdictionem habent,vt dixi ſupra in 1. Defenſ. capit. 6. numero 2. & tradit Maur. Burg.in tract. de mod.proced.ex abrupto eentur.1. quæſt. 19.num. 4. & ob id ad hoc procurator cauſæ animaduertat, & maximè hic in Curia, vbi vigore Bullæ Pij IV. procuratores fiſcales non poſſunt interrogare,vt dixi in prima Defenſ. capitulo 6. ſed poterit aſſiſtere examini fiſcalis aliquis ſubſtitutus.Carauit.rit.157. numero 1. & recordetur, quod ipſe debeat eſſe procurator veritatis, vti procurator Cæſaris, & non calumniæ, & iniquitatis. Moder.Senogal.in tract.proceſſ.informat. libro 1. capitulo 2.numero 7.

Teſtes an poſſint audiri per iudicem oretenus abſque eo quod redigantur in ſcriptis eorum depoſitiones.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes poſſunt per iudicem oretenus audiri ne contingat fieri impoſtura.*
2 *Teſtes ſuſpecti de ſubornatione debent diligēter examinari,ac etiam in verbis capi.*
3 *Teſtis dictum, cui fuit delatum iuramentum de veritate dicenda,debet per iudicem in actis redigi.*
4 *Iudex debet dicta teſtium redigi facere in ſcriptis,tàm pro fiſco, quàm contra fiſcum, & qui aliter faciunt damnant animam ſuam.*
5 *Iudices,qui non faciunt ſcribere omnia dicta teſtium, poſſunt etiam de falſo puniri.*
6 *Teſtes debent ſeparatim vnus ab alio examinari, & recipi, & hoc eſt inductum de iure Diuino, & naturali.*
7 *Teſtes in confrontatione debēt etiam ſeparatim vnus ab altero confrontari.*

C A P. II.

1 SEd quia plerumque nominantur teſtes in quærela,ac etiam contracta pace cum offenſo,agentes ſubminiſtrant teſtes, qui affectant defenſionem Rei, & ideò per eorum atteſtationes deſtruunt intentionē fiſci,& faciunt impoſturas in damnum Reipublicæ, vt exclamat,Iul.Clar.in q.23.in princ.verſ.propterea fortè,& ideò dicit ibi forte bonum eſſet, quod iudex, vel Notarius, qui recipiunt teſtes ſuper delicto, prius oretenus à teſtibus intelligant breuiter ſeriem facti, antequam eorum dicta in ſcriptis redigantur, & vbi cognoſcant non dicere veritatem, poſſint eos diligēter interrogare, cum quibus alloquuti fuiſſent antequam deponerēt à quibus fuiſſent vocati, & inſtructi, 2 & ſimilia,† & etiam cogendo eos ad fideiubendum, vbi eſſent ſuſpecti de ſubornatione, & maxime ſi ſuperueniant iſti teſtes poſt fundatam fiſci intētionem, & quod poſſit cauillare dicta teſtium, & ſtudere eos in verbis capere, interrogando illos ſuper circumſtātijs,an eſſet tempus clarū, vel nebuloſum, quibus veſtibus erat indutus ille,de quo deponunt,quid haberet in capite,& ſimilia,& de tali diligentia ferè cauillola tradunt Foller. in pract. crim. in princ. num.30. Ant.Scap.in tract.de iure non ſcript.lib.5.c.82. nu.7. Vrſil.ad Afil.deciſ.113. Alex.conſ.91.num.7.lib.7.& conſ.54.nu.7. lib... Scacc.in tract.crim.lib.1. cap.86. num.15.in fin.

3 Aduerſus iſtam practicam Aduocatus animaduertat,vt ſi teſti fuerit delatum iuramētum per iudicem, vel notarium de veritate dicenda,licet audiuerit oretenus teſtem, tenetur omnino eius depoſitionem in ſcriptis redigere,& ita fore in terminis noſtris tenuit. Rotam Auenionen.116. in fine,vbi teſtatur,quod viſum fuit Dominis de Rota non poſſe compelli producentem ad examinandum teſtes productos, niſi iuraſſent,ſed per nouam reformationem S. D.N. Pauli V.ſub Rub.de crim.verſ. Nec vllo pactum nouiſſimè fuit diſpoſitum nō poſſe extraiudicialiter interrogari aut fuerit, vel non fuerit, delatum iuramentum, vel Notarius examen teſtium inſcriptis redigere niſi adſit ſuſpicio vehemens ſubornationis.

4 Ac

4 Ac etiã caueant iudices,vt scribere faciant ea omnia,quæ deponuntur per ipsos testes, tam contra reũ, quam contra fiscum, & qui scribere faciunt solummodò quæ percutiunt Reum,& non fiscum, parum Deũ timent,& diabolicè faciunt,cum teneatur inuestigare veritatem,tam pro fisco, quam contra fiscum , vt exclamat idem Clar.in dict.q.23. in princ.vers.non autè probo, Ant.Scapp.in trac.de iur.non script.lib.5. cap. 81.nu.8.& in Regno Neapol. per Regiam Pramat.6. tit.de act.ar. scrib. prouisum fuit, quod dicta testium pro, & contra inquisitos integra recipiantur, latè Baiard.q.23.nu.1.vbi subdit,licet male obseruetur.Grauat.ad Vestr.lib 6 c.2.nu.44. Moder.Rom. quæst.74. nu.16.vbi latè,& alios concordantes allegat, Io.Ant. de Nigr.super constit.Regn.c.27.nu.37.

5 Et dum quærunt isto modo veritatem occultare tanquam studiosi veritatis occultatores , non erunt immunes à crimine falsi. Bald.in tract. de testib. 2.p. nu.24.Ias.in l.præscriptionem num.7.C.contra ius vel vtilit.publ.Mar.Ant.Mucerat.var.resol.li.3. resol.36. nu.8.& Modern.Senogalien.in suo tract. process. inform.lib.1.c.2.nu.8.& seq.valde etiam exclamat contra Iudices, & Notarios , qui ita in eorum animarum perniciem faciunt , & ob id nec mihi multum placet , quod in puncto dicit Scacc.in tract.crim. c. 86.nu.9. lib. 1. quod si iudex intendat totam depositionem testis omittere,& possit eum oretenus audire,aut curet partem aliquam scribi,& partem omitti, & ipsum testem non debeat audire oretenus,cum iudex teneatur inquirere veritatem super prætenso crimine,& maxime si adesset statutũ in loco, prout adest hic in Vrbe li.2.c.9. vt teneatur inquirere de innocẽtia Rei,prout nec minus placet.Moder. Rom. in q.74. sub num. 16. vbi subdit,quod hoc tantum fieri possit, quãdo recolligeretur , quod testis esset subornatus ad falsum deponendũ iuxta doctrinã,Iul.Clar.in d.q.23.in princ.

Ac etiam si talis diligentia in fauorem fisci, ne fiat impostura à Doctoribus permittitur , multo magis erit adhibenda in fauorem inquisiti per Iudices , & Notarios,quando vident,quod testes odio, seu inimicitia, præmio, vel precio affectant illaqueare inquisitum,cum causa Rei sit magis fauorabilis,quam causa fisci, Marf.sing.90.Boss.tit.de fauor.defens.nu. . eum fiscus tractet de lucro captando cum alterius iactura, & inquisitus de damno euitando.Ias conf.46.num.5. sub vers.postremò vol.3.Et iuramento circa dicta testium est diligẽtissima indagatio facienda l. testium l. in testib.ss ff.de testib. cum est eis capturæ committantur, tormenta inferantur, sententiæq. condemnatoriæ vitam quandoque, & bona adimentes pronuncientur,vt in terminis etiam tradit Scacc. in tract.cri. lib.1.c.85.nu.9.in fine.

6 Ac etiam animaduertat Aduocatus,si testes fuerint eodem contextu examinati à Iudice,& Notario,quia de iure omnino est prohibitum, ob instructionem , & subornationem,quæ resultare posset,sed debent separatim examinari quia de iure diuino , & naturali, ita examinari , & recipi debere inductum est , vt testatur Bart.in tract.ad reprimendum in verb. figura nu. 15. & tenet glos.in d.l.si quando C.de test. & ita fuit per Danielem obseruatum,vt legitur in eius lib.cap.13.& refert,& sequitur.Baiard.in q.23.n.2.glos.in cap.eum causam in verb. procuratores de testib. & in cap. venerabilis vers.sigillatim de testib. Boss.in tit.de oppos. contra testes num. 88.& latissimè alios concordantes cumulauit,reprobata opinione.Paul.de Castr.in Lunime in fin.ff.de leg.tenet & sequitur, & de communi testatur, Moder. Roman in cons.5.nu.55. & seq.& in tract.de testib.q.80.nu.94. & seq. vbi tamen ad hanc communem opinionem ponit tres declarationes , & ista communis opinio est , vt examen dictorum testiũ insimul examinatorum, & non separatim receptum sit nullum, Pereg.Iannin.in tract. de citat.real.lib. 1. cap.2.num.45.vbi ponit duas limitationes,prima est, quando confrontado esset in contrarium, secũda, quãdo recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, desuper
7 tamen maturius fore cogitandum censet † & idè seruandum est in confrontatione facienda cum Reo, vt non sint plures testes vnico actu confrõtatis , sed separatim.Flam.Cart.in prax.interrog.reor.c.1. nu.69. Scac.in tract.crim.lib.1.c.46.nu.69.

Testes an debeant deponere cum iuramento, vel sine.

S V M M A R I V M.

1 *Testes deponentes sine iuramento non probant.*
2 *Testes debent deponere tactis corporaliter scripturis.*
3 *Socij criminis debent etiam deponere cum iuramento.*
4 *Iuramentum debet fieri ante examen ; quia si defertur post examen,illud non conualidat.*
5 *Testes in confrontatione satis est , quod iurent in præsentia ipsius confrontati.*
6 *Iuramentum,si non constet,an prius,vel posterius fuerit delatum , est præsumendum pro validitate examinis,vt ante examen fuerit delatum.*
7 *Testis si deponat sine iuramento , & iterum idem deponat,si breuiter primum dictum,ac specificè referat, illud conualidatur.*
8 *Testis sine iuramento non probat , etiamsi fuerit Cardinalis.*
9 *Iuramentum non potest remitti nec per Papam , nec per Imperatorem,vt credatur testi sine iuramento.*
10 *Limita in quibusdã casibus relatis hic per Authorẽ.*
11 *Iudæi,io quibus admittuntur in testes, debent iurare, sed non ad sancta Dei Euangelia,sed per Deum,per legem Moysis,vel per alios modos hic relatos.*
12 *Iuramentum non potest remitti in criminalibus , nec etiam ex consensu partium.*
13 *Testes examinati sine iuramento faciunt aliqualem præsumptionem.*

C A P. III.

1 Testes deponentes sine iuramento non probant, & eorum dictum est nullum cap. hortamur 3. q.14.c.item iurisiurandi 4.q.3. Doct.in l.iurisiurandi. C.de testib.Marf.sing.214.sing.434.sing.460.& 606. Iul.Clar.q.21.nu.12.& q.53.nu.5.Viu.opin.96. nu.8. vol.1.Baiard.§.falsum,nu.58. vbi subdit etiam si testis esset rel giosus Episcopus, & Cardinalis Viu. opinio. 931.nu.4.vol.3.& Villagut.in pract.crimi.lib.8. tit.de testib.c.7.concl.8.Mising. cent.3. obseru.80.& cent. 4.decis.77.Blanch.de iudic.nu.384.Bursatt.cons.166. nu.11.& cons.192.num.28.vol.2.Rim.Iun. cons.554. nu.38.& seqq.vol.5.vbi latè,Decian.respons.93.n.29.
2 vol. 2.† sed debent deponere cum iuramento tactis corporaliter scripturis.Ant.Scapp.de iure non script. lib.3.c.51. De ista quæstione latissimè tradit Moder. Roman.

Roman.q.74.per totam,& sub nu.45.post alios,quos allegat etiam dicit precipuum esse in criminalibus, vt testes sine iuramento non probent,& sub n.64.etiam dicit nō probare, etiam quòd plures essent, ibi omnes concordantes allegat, cum etiam dicatur sponte deponere.Petr.Caball.cent.3.cas.287.n.38. Sed Baiard. in §.falsum,num.61. dicit in 4.casibus testes sine iuramento admitti,quos ibi recenset.

3 Et hoc est verum etiam in eo, qui se facit socium criminis, vt debeat deponere cum iuramento, alias eius dictum non afficiat nominatum. Marf. in pract. in §.diligenter nu.61.vbi testatur, quòd ex isto capite liberauit quemdam à pęna mortis,& acquisiuisse maximum honorem, sequitur Ant. Gomez. tit.de delict. c.12.nu.18.circa finem,Iul.Clar.q.21.nu.12. Ludou. à Peguer.decis.5.num.18.circa fin.& 34.Mascard.de probat.concl.817.nu.47.lib.2. Petr.Caball.in quæst. crim.cas.185.n.3.cent.2.qui plures alios concordantes allegat; & ego etiam plures processus, & testium depositiones annullare feci; ad quod Aduocatus in principio examinis præcauere debet,dum processum præ manibus habet,licet Mascard. in dic.concl.817. nu.49.& seq.adducat Doct.contrarium tenentes.

4 Et tale iuramentū debet deferri testibus ante examen per ipsum iudicem. Caualc.de brach.reg.par.3. num.55.vbi subdit, quod in crim.potest deferri etiam in diebus feriatis in honorem Dei latè, quod debeat deferri per ipsum iudicem. Oct. Vestr. in pract.lib.6. c.2.n.11. cum Notarius non possit testi iuramentum deferre sine iudice,vel eius mandato in tantum,vt sola iudicis præsentia nō sufficiat. Vestr. vbi supra, vbi reddit rationē, vbi tamen subdit, quod hodie de consuetudine iudex potest iuramentum testium notario comittere etiam parte non citata,quia,si post factum examen iurarent,non probarent,cum de forma inductum sit,vt iuramentū præcedat, vt timore iuramenti testes dicant veritatem.Crot.in Trac.de testib.n.231. Moder.Roman.in tract.de testib.q.74.nu.31.vbi plures concordantes cumulaut etiam testantes de communi,licet sub nu. 32. referat aliquos contrarium tenentes.Mising.cent.3.obseru. 80. latè Decian. respōs. 93.nu.29.& seqq.vol.2.Marf.in pract.crim.§.2. nu.4. & consil. 12.num.17. vbi plures concordantes etiam

5 adducit, † sed in confrontatione socij criminis cum alio ab eo nominato satis est, quòd iuret in præsentia eiusdem nominati.Boer.decis.319.sub nu.4. Iul.Clar. q.21.n.10.Peguer.decis.5.nu.35. Marsil.in §.diligenter sub n.66.Petr.Caball.in quæst.Crim. cas.185.n.4. cent.1.& cas.269.nu.14.cent.3.

6 Si vero non appareat,an prius, vel posterius fuerit delatum iuramentum, in dubio est præsumēdum pro validitate examinis,vt præcesserit,Crot.in d.tract.de testib.nu.232. post Cyn.& Bal.in l.cum in testamēto. §.hæc verba.ff.de hæred.instituen Mascard.de prob. concl.1362.nu.13. lib.3. Et licèt aliqui velint,quòd si non fuerit iuratum in principio examinis, sed deinde in continenti potest examen perfectum depositio valeat,quos refert,Caualc.de testib.p.3. sub num.56. & Crot.ibi nu.231.in princ.tamen ibi Moncad.in addit. in litt.C,post Fœlin. testatur communem opinionem extare in contrarium, vt omnino iuramentum pręcedere debeat depositionem, & de veriori,ac communiori opinione testatur. Bellamer.in cap.de testib.nu. 34.& seqq.extra de testib.& Moder.Rom. in d.q.74. nu. 41. qui retulit Doctores pro vtraque opinione tenentes,reiecta etiam illa distinctione,si testis iurauerit in continenti ex se, vel ad instantiam iudicis, seu examinatoris, atque testatur de veriori, & communiori opinione, vt omnino præcedere debeat examen,licet verè distinctio præfata non sit spernenda,Quia requiritur iuramentum in principio examinis, vt illius timore testis veritatem dicere debeat, qui timor in toto examine considerari potest, quando incontinenti ex se iurauit, secus quando fuit requisitus à iudice, vt non præsumatur,quod habuerit talem timorem cum nesciret an ad hoc requirendum esset,vt bene iudicio meo per hanc rationem firmat. Mising. cent.4. obseruat.77.in fin.

7 Benè verum est, quod si sequuto iuramento testis iterum idem dictum referat, & breuiter, ac specificè primum dictum recenseat, erit conualidatum eius dictum,prout Doctores hoc tradunt pro cautela, & testantur.lo.Andr.in cap. de testibus nu.2. extra de testib.& ibi Anchar.nu.3.Anan.nu.4.vers.cautius est,& de communi testatur Mod.Rom.dic.q.74.nu.34.latè Baiard.q.45.nu.46.declarando tamen,vt ibi per eūd. Caualc.d.p.3.nu.56.

8 Et in tantum est verum, vt testi sine iuramento nō credatur, etiamsi fuerit Cardinalis, vt post Abb. & Crot.firmat Bursatt.consl.166.nu.29.consl.192. n.28. vol.2.Decian.respons.93.num.29.vol.2. Mascard.de probat.concl.5.nu.78. vers.nec Cardinalis, & concl. 270.nu.4.lib.1. vbi idem dicit esse post alios, quos allegat, etiam in quacunque persona cuiuscunq; auctoritatis,& dignitatis sit.Crot.de testib.nu.227.Vestr.in Pract.lib.2.c.2.nu.6.in fine,vbi Grauat.in add.nu.50. Andr.Gayl.obseru.101.nu.10.in fin.ver.prædicta vera sunt lib.1.Modern. Roman.q.74.nu.68. & seq. Baiard.§.falsum,nu.58.Caualc.de testib.p.3.nu.47.

9 Et iuramentū neque etiam à Papa,vel Imperatore remitti potest,nec fieri, vt credatur testi sine iuramēto.Crot.de testib.num.229.vbi Moncad.litt.B,subdit, etiamsi testis esset magnę fidei,& Religionis Grauat. ad Vestr.lib.6.c.2.nu.39. latè Seysell.in l.vt vim. in 2. lect.nu.5.ff.de iust.& iur.Mascard.de probat.concl.5. n.81.lib.1.& concl.1362.n.4.lib.3. vbi alios allegat, Moder.Roman.q.74. nu.59. qui etiam cœteros allegat,Bursatt.consl.192. nu.29. lib.2. Caualc.de testib. p.3.n.44.vbi concordantes allegat, & testatur de cōmuni,Andr.Gayl.obseruat. 101. num.12.& seq.lib.1.

10 † vbi tamen declarat non procedere in testibus integritate vitæ cōspicuis,Illustribus, & nobilibus,quibus dicit posse per Principem remitti iuramentum;idemque est in iudice habēte liberū arbitrium procedēdi, tam in ciuilibus,quàm in criminalibus,omissa iuris solēnitate,summariè,de plano,& sine strepitu,& figura iudicij, quia talibus testibus sine iuramento poterit fidem adhibere.Crot.de testib.n.227.& seq. Viu.com. opin.931.num. 16.Moder.Rom.d.q.74. nu.61.vbi de communi,& concordantes allegat,& ibi etiam refert contrarium tenentes; qui tamē testatur hanc opinionem esse magis communiter receptam, quam etiam sequuntur.Menoch.de arb.q.26.num.1.& seq. lib.1. Mascard.de prob. conclus.1362. num.5. & seq.lib.2. Caualc.de testib.p.3.num.45.

11 Et quāuis Iudæi non debeant recipi contra Christianos, tamen si examinētur in casibus,in quibus admittuntur, debent etiam ipsi iurare non ad Sancta

Dei

Dei Euangelia, nec per Ieſum Chriſtum, ſed per Deum, per legem Moyſis, per Patrem omnipotentem, & per alios, quos refert Marquard. in Tract. de iud.par.2.cap.5.num.10.

12 Et licet dici ſoleat, quod ex partium conſenſu poſſit remitti iuramentum, tamen non procedit in criminalibus Ægid.de reprob.teſt.nu.11.in fin.Campeg. de teſtib.reg.167. Maſcard.de prob.concluſ.5.num. 107.& ſeq. lib. 1. vbi dicit, & maximè vbi agitur de pœna capitali.Modern.Roman.d.quæſt.74.num.85. latè proſequitur Caualc.d.par.3. num.47.vbi contrarijs etiam reſpondet.

13 Scias tamen, quod teſtes recipi ſine iuramento faciunt aliqualem præſumptionem, quæ ſufficit ad informandum conſcientiam Iudicis.Rip.in l.admonendi n.167.de iureiur.Grauat.ad Veſtr.lib.6.c.2.n.40.& Dec.reſponſ.128.n.10.lib.3.Maſcard.de prob.q.5.n. 84. concl.270.n.6.lib.3.&concl.1362.n.18.vbi alios refert,& talis præſumptio operatur,quod ſi teſtes eſſent pares pro vtraque parte, illa, quæ haberet, vltra illos pares, alium teſtem ſine iuramento, reportabit ſententiam fauorabilem. Crot. de teſtib.235. qui tamen videtur dubitare de veritate iſtius concluſionis. Maſcard.d.concluſ.1362.nu.18.in fine lib.3.de prob. Menoch.quæſt.26.num.5.lib.1.Modern.Rom.q.77. n.109.& ſeq.vbi poſt alios,quos allegat etiam firmat, quod iuramentum in teſtibus non dicitur de forma aut de ſolemnitate ſubſtantiali ipſius teſtimonij,& teſtis deponens falſum ſine iuramento punitur tantum pœna extraordinaria. Bertazz.conſ.8.num.66.& ſeq. vbi impugnat Burſatt.conſ.99. num.50.& dicit hanc eſſe communiorem opinionem,& ſequitur Baiard. §. falſum,num.61.in fin.

Iuramento an requiratur in repetitione teſtium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis pluries deponendo,ſemper iurare debet.*
2 *Si verò in repetitione iurauerit,erit expurgatum primum dictum factum ſine iuramento.*
3 *Teſtis inductus ad declarandum dictum ſuum, non tenetur iurare.*
4 *Teſtis,qui primo iurauit dicere veritatē ſuper tota cāa, non tenetur amplius iurare, ſi iterum examinetur.*

CAP. IV.

1 SI teſtis pluries examinetur, ac repetatur;opus eſt, vt iterato iuret,c.fraternitatis in fin.vbi Doct.& præcipuè Bald.n.1. Butr.n.4.Mar.Socc.n.6.Pariſ.n.5. de teſt.Æmil. in tract.de teſtib.in verb.teſtis ambiguè deponens,nu.12.fol.152.Moder.Rom.q.74.nu.47.& idem procedit ſi confrontetur cum Reo, qui debet iurare iterum in præſentia ipſius Rei, de quo dicam latè infra in materia confrontationis teſtium,& quod toties debeat iurare,quoties repetitur teſtis,Caual.de teſtib.p.3.ſub num.56.verſ.vlterius.

2 Bene verū eſt,qꝫ ſi in primo examine non iurauerit, ſed in repetitione,erit expurgatū vitium primi examinis,cum attendatur ſecundum examen factū ſolemniter parte citata,& nō primū pro informatione curiꝫ.

3 Quod tamen limitatur,quando teſtis iterum inducitur ad declarandum dictum ſuum,quia tunc non tenetur iurare,Bal.in Auth.hoc ſacramentum,n.1.C.de iureiur.propter caluin.& in l.fin.n.6.in ff.C.de teſtib. Viui.opin.931.n.19.And.Gayl.obſeru.191.n.16 lib.1. Baiar.in §.falsū,n.61.vbi ponit quatuor caſus in quib. non requiratur iuramentū,& Æctor.Æmil.in tract.de teſt.in rub.teſtis ambiguè deponens,n. 10. & ſeq.fol. 102. Sed Aduocatus caueat, an ipſe teſtis in ipſa declaratione aliquid addat,vel minuat,quia tunc requiritur iuramentum,Campeg.de teſtib.reg.167.in 6.fall. & Modern.Rom.in q.74.nu.50.verſ.vbi tamen ſecus.

4 Ac etiam, ſi primo iurauerit dicere veritatem ſuper tota cauſa,ſi iterum examinetur,non tenetur amplius iurare,Butr.in c.fraternitatis.num.4. Imol.num. 4.Aretin.num.6.Felin.num.2.de quo tamen dubitant Doctores relati per Modern.Roman.d.q.74.nu.52.& ibi ponit reſolutionem.

Iuramentum in teſtibus an præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt ſolemnitas extrinſeca; ideò non præſumitur.*
2 *Notarius in actis ſcribens,teſtis iuratus,&c. niſi addat corporaliter tactis ſcripturis, non præſumitur ſolemniter examinaſſe,ſecundum aliquos.*
3 *Contrariam opinionem tenent alij.*
4 *Concordantur iſta contraria opiniones.*

CAP. V.

1 IN iſta quæſtione concluſio eſt,vt iuramentum non præſumatur, cum ſit ſolemnitas extrinſeca.Campeg.in tract.de teſtib.reg.167.in fin.Grauat.ad Veſtr. lib.6.c.2.nu.40.Burſatt.conſil.192.num.35.lib.2.Maſcard.de prob.lib.2.q.5.num.82.& num. 113.

2 Immo ſi Notarius in actis ſcripſerit, teſtis iuratus, &c. niſi etiam dixerit, corporaliter tactis ſcripturis, non præſumitur iuramentum ſolemniter præſtitum. Campeg.de teſtib.reg.170.Fallent.4.Maſcar.de prob. d.q.5.n.113.quam opinionem Rota Rom.ſequitur,vt per Caputaquen.deciſ.123. alias 5.nu.1.p.2.& deciſ. 346.alias 4.p.2.vbi teſtatur,quod licet Notarius ſcripſerit,tactis ſcripturis,&c.fuit examen annullatum,ac etiam quando dixit,talis teſtis iuratus tactis,&c. & in deciſ.285. alias 22.p.3.dicit,quod Notarius debet de iuramento, & de tactu ſcripturarum facere mentionem diſpoſitiuè,non autem enunciatiuè.

3 Contrariam opinionem quod ſufficiat ſi Notarius dicat, teſtem iuraſſe, abſque eo,quod dicatur corporaliter tactis ſcripturis. Alc.reg.3. præſump.13. nu.4. Grauat.ad Veſtr.lib.6.c.2.n.40.vbi de communi,Burſat.conſ.35.n.14.lib.1.vbi etiam de communi.Ceſ.de Graſſ.deciſ.82.alias 13. n.6.7.& 15.vbi dicit,quod ſi Notarius dicat iurauit, &c. intelligitur tactis ſcripturis.Theſaur.deciſ.46. n.18.verſ.alia ratione,& cœteri Doct.quos allegat Modern.Rom.q.74.num.74.vbi etiam teſtatur de communi. Caualc. in tract.de teſtib. p.3.nu.53.verſ.An autem.

4 Et pro concordia poſſumus dicere, quod ſi agantur de examine in antiquis facto,tunc,etiamſi de iuramento non appareat in actis,præſumatur,& dicta teſtiū faciant ſemiplenam probationem; ſi verò enunciētur per illa verba, iuratus tactis, &c. faciant plenā probationē,Rip.in l.admonendi,nu.200. de teſtibus.

Crot.de testib.num.239. verf.fallit tamen nu.240. & seq. Viu.opin.431.num.23.vbi testatur, quod ita Doctores communiter tenent. Mascar.c.5.n.83.lib.1.de probat.Moder.Rom. qui cęteros refert in q.74. n.76.

Ac etiāsi fuerit examinatus a iudice tēpore debito, quo potuit legitimè iurare, si Notarius dixerit. Testis iuratus,&c.tūc pręsumatur pro vallliditate iuramenti, secus si fuerit examinatus die feriata, tunc non pręsumatur pro solemnitate iuramenti, vt declarat. Bald. in l.iusiurādum, nu.2. Salicet.nu.4.Io.Sicar.nu.8.ff.de iuriur. Fęl.in c.tuis n.6.verf.si verò constat extra ęod. & Thesaur.in decis.47.n.18.testatur,quid si fuerit dictū per Notarium iuratum fuisse, præsente iudice, & parte,tunc Sacræ Scripturæ præsumantur tactæ,licet expressum hoc non fuerit, & quod ita in contingētia facti cōi voto in illo Senatu fuit resolutū, & hoc euenire poterit propter præsentiam iudicis, & Notarij, & propter partis taciturnitatem,vel quia etiā ex consuetudine Scripturæ tanguntur; ideò propter talē cōsnetudinem præsumatur pro validitate iuramēti, latè cōsuluit Imol.in cons.86.rub.de iureiur.pro eo,qui ex forma Statuti tactis Euāgelijs iurare debebat,& Grat. cōs.47.nu.4. & seq.lib.1.consuluit in terminis Statuti simpliciter iuramentū requirētis: Bene verū est, ꝙ, si Notarius non fecerit mentionē de præsentia partis, vel iudicis,eorum præsentia non præsumatur, vt post Abb.dicit Thesaur.in d.decis 47.nu.18. verf.nō pręsumi. Moder.Rom.qui alios allegat in d.q.74.nu.79. & seq.etiam si Notarius dixerit, Testis iuratus,&c.

De forma præstandi iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in Christiano layco debet præstari corporaliter per tactum Euangelij, & aliarum scripturarum sacrarum.*

2 *De consuetudine autem sufficit, vt testes iurent per tactum cuiuscumq; scripturæ.*

3 *Vbi autem non viget talis consuetudo, erit iurandum ad Sancta Dei Euangelia.*

4 *Consuetudo isto casu qualis esse debeat.*

5 *Iuramentum debet præstari per tactum scripturarum mediantibus manibus: Et ideò qui non habet manus non potest in iudicio testimonium perhibere.*

6 *Iuramentum non potest præstari per interpositam personam.*

7 *Iuramentum an requirat aliquam formalitatem verborum.*

8 *Tactus scripturarū in iuramēto nō requiritur fieri per Clericos,sed ipsi de consuetudine iurant tacto pectore.*

9 *Hebræi non iurant super aliqua scriptura, sed tantum tacto calamo.*

CAP. VI.

1 FOrma iuramenti est, vt præstetur per testem corporaliter ad Sācta Dei Euangelia tactis scripturis.c.hortamur 3.q.9. ibi tactis Sacrosanctis Euāgelijs Bart.in 2. lect.l.iusiurand.n.3. verf.quæro qualiter,& ibi addentes in litt.C,C.de testib.Spec.in tit.de test.§. sequitur n.4.verf.& tactis Euangelij.Lanfranc.de testib.num.6.& ibi Add.in lit.A,Campeg.de testib.reg. 170. 2.fallent. Mascard.de probat.lib.1.q.5.nū.74.& concl.1358.n.42. lib.4.Marchesan.conciuis meus in tract.de commiss. p.1. commis.1.dicit quia iurare super Euangelijs ter ore magis afficit iurātem. Et quod requiratur tactus scripturarum de magis cōmuni testatur Thesaur.decis.47.n.1.& quod in arduis causis requiratur tactus Euangeliorum,idem Thesaur.d.decis. 47. nu.5. vbi in fine dicit,quod licet Doctores loquantur de tactu Euangeliorum in numero plurali, sufficit tamen tactus vnius Euangelij,& hanc opinionem magis veram esse, vt requiratur tactus Euāgelij, ibi affirmat, quādo requireretur ista solemnitas a statuto, quia non sufficeret, quod testes iurarent super imaginibus Sanctorū,vel Crucis,vel super veteri testamento: & ꝙ nō solo verbo testes iurare debeant,sed requiratur tactus scripturarum,tenēt Doct. relati per Moder.Rom.in q.74. n.20. & quod de consuetudine requiratur tactus scripturarum testatur Seraphin. de priuil.iuramen.priuileg.22.nu.104.& de veriori opinione,& in practica tenenda post alios,quos allegat, testatur Cæuall.in tract.com.contra q.410.& de communi testatur Couar.in cap.quamuis pactum 1.p.§.1. in princ.de pactis lib.6.num.1.

2 Sed de ead.cōsuetudine sufficiat iurare per tactum cuiuscuq. scripturę,vt testat de cōsuetudine apud italos,gl.in clem.Porrò de hęret.quā sequūtur Doct.cōiter,vt testatur Imol.in c. tuis n.4. verf.cōmuniter tamen,Abb.n.7.Aret.n.14. verf.si tamē esset cōsuetudo de testib.Schēca in tract.de testib.n.4.vbi testatur de consuetudine Cam.imperialis Thesaur.decis.47.n.6. Viui.op.432.n.1.vbi relatis alijs testatur de cōi stilo, latè scribit Marchesan. conciuis meus in suo tract.de commiss.p.1.commis.1.n.12.& n.14.qui etiā testatur de tali consuetudine. Et nō solum per tactum scripturarum,sed etiam per tactum alterius rei,sacræ Crucis, Reliquiarum, Altaris, & similiū,vt latè tuetur,relatis contrarijs,Aret.in c.tuis n.13.& seq.de testib.Corrad. in Pract.rubr.de testib.n.10.in fi.Moder.Rom.q.74.n. 37.qui etiam relatis contrarijs,ita firmat Thesaur.d. decis.74.n 18.vbi mentionem facit de iuramento super Altare S. Antonij,& quod antiquitus etiam in arduis iurabatur super Aris.Caualc.de testib.p.3.nu.52. testatur etiam de tali generali consuetudine a qua nō sit recedendum.Cæuall. in tract. com.contra com.q. 410.in fin.vbi testatur ita seruari apud Hispanos.

3 Vbi tamen non viget talis consuetudo, erit iurandum ad sancta Dei Euangelia,iuxta dispositionē iuris communis.Abb.in d.c.tuis nu.7. verf.vbi consuetudo nihil disponeret,& ibi Felin.n.5.& Abb.in c.fraternitatis num.13.& Fęlin nu.12.extra de testib.

4 Et in omnē casum,scias,ꝙ cōsuetudo est strictè intelligēda. Fœlin.in d.c.fraternitatis n.12.& ꝙ nō sufficiat quælibet cōsuetudo,sed debet esse specifica, expressa,& seruata super non tactu Euangeliorū,vt etiā refert Mod.Rom.in q.74.sub nu.21.& si instetur per partē,vt iuretur per tactū Euangelij,non obstante d. cōsuetudine,pars teneretur iurare ad dicta sancta Dei Euangelia, vt declarat Thesaur.d.decis.47. n.6.verf. nisi expresè pars contrarium postulet.

5 Et sciat Aduocatus, quod,cum isto casu requiratur tactus scripturarum, necesse est, vt manu scripturæ tangantur, nec tangi possunt ore, pede,vel cubitu,vt post Fœlin.firmat Thesaur.d.decis.47.n.16.& ob id, qui non habet manus non potest testimonium in iudicio perhibere, vt post alios, quos allegat,firmat Modern.Rom. in d.q.74. nu.20. verf.vbi præterea quod non habes manus.

6 Nec

6 Nec poteft iurari per interpofitam perfonam per tactum fcripturarũ, & fic nec per procuratorẽ, Butr. in capit. licet ex quadam nu.3. Imol.nu.6.Anch.nu.3. extra de teftib.Barbat in cap.propofuifti, nu.5. & in cap.in præfentia nu.61. de probat. Thefaur.d.decif. 74.nu.16.Baiard.q.16.num.2. nec poteft conftituere procuratorem teftis ad deponendum pro ipfo.Mõticell.in Repertor.teft.in Rubr. deponere an poffit teftis per fcripturã,vel per procuratorem, fol.158. vbi plus firmat, quod nec poffit conftituere procuratorẽ cum fpeciali mandato ad deponẽdum pro ipfo, Modern.Rom.q.74.num.28. vbi tamen refert, quod, licet teftis per procuratorẽ deponere nõ poffit, poterit tamen iurare per procuratorẽ fpeciali mãdato ad hoc conftitutũ. Viu.opin.429.n.9.& ꝙ ita alias Rota Romana tenuit,& fequuntur alij per eũ relati,& ꝙ debent ifti teftes iurare in iudicio, & non alibi.Doct. adducti per Modern.Rom.in d.q 74. num.29.

7 Sed dubium eft an requiratur in tali iuramento aliqua formalitas verborum hunc articulum poft alios, quos allegat difputat Seraphin.de priuileg.iurament. priuileg.22.nu.104.& feq.vbi relatis contrarijs, tãdẽ num.116.firmat effe cõnem opinionẽ, vt iuramentũ non requirat aliquam verborũ formalitatem,cũ mente,tacitè,& fine verbis iurari poffit,quatenus requirãtur verba erunt ad faciliorem probationem iuramenti,& non ad illius effentiã, vbi etiam difputat,an Notarius, fi apponat verba illa iurarũt tactis,&c.cenfeatur illa appofuiffe de ordine partiũ,adeò,ꝙ Notarius non poffit puniri de falfo, & tandem fub nu.117. cõcludit,quod fi Notarius rogatur à partibus, vt apponat claufulas folitas, intelligitur ipfas partes naturaliter iurare,& velle ꝙ iuramentũ apponatur in fcripturis,ex quo ita fieri confueuit, & ibi ad ibi ad cõtraria refpondet,& fi quis diceret promitto per iuramentum,vel cũ iuramento,fi nõ tangeret fcripturam non dicitur iurare. Nauar.conf.3.de iureiur.num.1.par.1. lib.2.& etiam Cæuall.in tract.commun.contra commun. q.409. etiam latè difputat iftum articulũ an requirantur verba pro formalitate iuramenti vbi refert tres opiniones,fed communem effe dicit,vt nõ requirantur verba,prout etiam de comm.teftantur Aleiat. in Rub.de iureiur.num.21.Tiraquel.poft ll.connubiales,glof.5. num.19. Couar.in cap.quamuis pactum in princ.in 1.parte num.4.de pact.in 6.

8 Quod fupra dictum eft de tactu fcripturarum limita in Cardinalibus, Epifcopis, & Sacerdotibus,qui in teftes recipiantur, non tenentur tangere Euangelia, neq.alias fcripturas,fed præpofitis eis Euangelijs,vel illis infpectis,tàm de iure, quàm de confuetudine iurant tacto pectore. Campeg.de teftibus reg.167.in 2. & 8.fallent.Veftr.in pract.lib. ..c.2.nu.7. vbi Grauat. nu.41. Andr.Gayl.obferuat.101.nu.2.lib.1. Viu.opin. 131.nu.14.Thefaur.decif.47.nu.11.& feq.vbi loquitur in omnibus clericis, & ob id firmat, quod dicitur tacto pectore more Religioforũ.Scacc.in tract.crim. lib.1.cap.86.nu.5.in fine vbi ponit rationem,cur Religiofi iurent tacto pectore, & Marchef.cõciuis meus in tract.de cõmiff.p.1.cõmiff.1.n.13.& de Epifcopis, & alijs clericis,quod iurent tacto pectore.Bart.Vgol. in tract.de auctor.& poteftat.Epifcopi, c.1.§.2.nu.4. verf.5. vbi tamen fubdit, nifi aliter fpeciatim cautum effet, vt fcripturam tangerent per tradita à Couar. in cap.quamuis,de pact.p.1.§.1.n.3.Caual.de teftib.p.3. n.53.& de iure in Arduis Epifcopis,& alij Sacerdotes debẽt iurare tactis Sacris fcripturis,latè Capell.Tholofan.q.161.& ibi latius Aufred.in addit. Et verè hic in Curia Cleric: fimpliciter iurant tacto pectore,quãuis eis non exhibeantur Sacra Euangelia, vel aliæ Sacræ Scripturæ,ita etiam Æquites Sancti Ioannis nuncupati Æquites Hierofolymitani iurãt tacto pectore.

9 Hebræi etiam tanquam infideles non iurant fuper Euãgelijs, vel alia Scriptura Sacra. Marquard. de iudic. p.2. c.5.nu.10.in fin. nec fuper aliqua Scriptura, fed tantũ tacto calamo, & qualiter Saracenus iurare debeat,vide Doctores adductos per Marquard. in d. cap.5.nu.10,in fi. Caual.de teftib.p.2.nu.52.qui dicit, quod iurauit etiã fuper litteris Hæbraicis, & ibi ponit quomodo iurent indi, & quod Milites Nobiles iurant fuper Pomo enfis,& Arnafij quomodo etiam iurent.

Teftes an poffit deponere per fcripturam, vel per procuratorem.

S V M M A R I V M.

1 *Teftes non poffunt deponere per fcripturam, nec per Nuncium.*
2 *Teftes non poffunt deponere per fcripturam, etiamfi fuerit abfentes.*
3 *Limita in muto, & furdo, vel eo, qui habet linguam incifam, qui poffunt deponere per fcripturam, & fi nefciant fcribere, mediantibus interpratibus.*
4 *Teftes nefcientes loqui materna lingua (debent examinari mediantibus interpratibus.*
5 *Deputatio interpratatũ debet fieri præfente ipfo examinando, & eis eft deferendum iuramentum.*
6 *Limita quando factum eft valde implicitum, & confufum, quod poteft explicari per fcripturas.*
7 *Limita nifi opponatur per partem.*
8 *Limita fi extaret confuetudo in contrarium.*
9 *Limita in perfonis nobilibus, & integræ opinionis.*
10 *Limita fi iudici aliter vifum fuerit.*
11 *Limita in pbãda ætate alicuius, quia ftatur fcripturæ.*
12 *Limita in deponente de peritia alicuius Artis, ac de fama alicuius extraiudicialiter.*
13 *Depofitio facta per fcripturam quando probationem faciat, & quam.*

C A P. VII.

1 QVoniam Iudex debet videre quo vultu, vel quo colore,& qua trepidatione teftis deponat,ideò ipfe teftis nõ poteft deponere per fcripturam, nempè dare teftimoniũ fuũ iudici, vel in actis in fcriptis. Fœlyn.in cap.de teftibus,nu.7. extra de teftibus, vbi ponit hoc pro regula cũ quinque fallentijs, latè alios concordantes cumulando tradit Monticell. in fuo repert.teft.rub.deponere an poffit teftes per fcripturã,vel per procuratorem,fol.157.Hier.Magon decif. 39.nu.22.Laurent.decif.Auenionen.91.n.5.verf.feut non valet.Moder.Rom.q.80.n.27. vbi infinitos alios cumulauit etiam teftantes de cõi, licet fub nu.28. referat etiam alios contrarium tenentes, fed tandem in fine dicit primam opinionem effe veriorem,& magis communem,Baiard.q.26.nu.2.vbi de cõi, & alios allegat,latè Dec.refponf.51 nu.4.& feq.vol.2.vbi reddit duas bonas rationes, neque per Nuncium poteft deponere, Afflict.fuper Conftitut.Regni,lib.1.de fide

& Auth.instrum.rub.79.nu.9. Lud.Marot.respõs.69. num.42.vbi de communi,vbi subdit,quod si suam depositionem in scriptis dedit,& denuò examinetur nõ potest se referre ad d.scripturam,sed debet per extẽsum deponere absq.relatione ad d.primã depositionẽ inualidã, nec per procuratorẽ etiã cũ potest speciali mandato , sed tantum potest præstari iuramentum per procuratore.Viui.opin.426.n.9.vol.1.Baiard.§.falsum n.60.& quod iuramentum præstari possit per procuratorem est communis opinio,quam attestatur Caualc.de testib.p.4. sub nu.55.licet illa sibi non placeat per rationem per eum adductam.

Quoniam testibus , & non testimonijs creditur.Alber.de Rosat.Rubr.de testib.num.6. l.testium nu.21. Archid. in cap. testes q.9. num.6. Tindar.in tract.de testib. num.3. Crauet.cons.6. num. 22. Monticell. in Repert. de testib. Rubr.testis an possit deponere per scripturam mihi fol.157.colum.2.

2 Quæ conclusio non solũ procedit in testib.pręsentib.in loco iudicij,sed ẽt in absentibus,qui litteras:vel scripturas transmittendas iudici suã depositionẽ cõponunt c.a nobis extra qui matrim.accus.poss. Alber. de malef.in tract.de test.c.7.n.73.in fi.Crot.de testib. nu.373.vbi de communi,Moder.Rom.q.80.nu.30.& seq. vbi de communi,& testatur hoc magis procedere in criminalibus,vbi post Dec.respons.51.num.1.& seq.lib.12.se refert ad illas cartulas,vel fides factas ab aliquo super aliquo facto, vel delicto,quia tales fides non faciant aliquam fidem , cum pariantur quatuor defectus,primum citationis,secundum iuramenti,tertium præsentiæ, & quartum quod non viua voce deponunt. Caualc.de testib.p.5.n.160.& etiam infertur ad litteras Episcoporum, quæ nec etiam probant,& ibi allegat glos. in c. testes in verb. scripturam tertia q.9.& ibi Archid.num.5. vbi addit in littera A,pręposit.num.8.& Bellam.nu.3.& seq Quibus litteris,& attestationibus Episcoporum tantummodo fides daretur , quando ageretur de aliquo facto extraiudiciali spectante ad officium Episcopi , vel quando ageretur de excommunicatione.Bellam.Archidiac. & Præposit. in locis supra adductis, sicut quis non potest peccata sua fateri per epistolam. Vgolin.de potestat.episcopi c.8 §.2.num.9.& seq.

3 Primo limita d. conclusionem in muto , & surdo a natiuitate, vel ex accidẽti,vel in habente linguam incisam, vt loqui non valeat,neque audire,quia poterit testimonium suum per scripturã ferre , gl. in c. testes in verb.quæ nouerunt vers.si ergo aliquis 3.q.9.Affl. in d.Rub.79. vers.fallit,in muto Laur.Tẽn.caut.282. per totum,vbi latè Cæual.in tract. com.contra com. q.409.n.2.Crot.de testib.n.273.vers.2.fallit,Emanuel Soarez.in suo Thesaur.recept.sent.lit.F,n.113.vbi de communi,Mascard.de probat.lib.3. concl.1358.nu. 26.Moder.Rom.in q.61.n.52.& seq.Moder.Senogal. de mod.forman.process.lib.1. c.9. num.1. & seq.& si nesciat scribere,debet mediantibus interprætibus per nutus, & signa examinari,si notarius illa per se declarare nesciuerit. Ignat.in l.3.§.dignoscitur nu.26.ff.ad Syllan. Laurent. Tenn.d.cautel.282. numero 2.Cartar.in tractatu de execut. sentent. cap. 2. num. 50. & Ignat.vbi supra num.61. vers.tota igitur vis,& num. 63. vbi post alios dicit , quod Notarius debet illa signa, & nutus in actis describere , & deinde super illis adnotare interprætationem testium,qui admittuntur isto casu,etiam si essent domestici, & attinentes.Modern.Roman. quæst.61. numero 51. sed Modern.Senogall. in Tract. de mod.forman.process.inform.lib. 6.cap.3.num.5.& seqq.firmat,quod consanguinei, & alij attinentes, debeant recipi in subsidium,& ibi tradit magis explicitam formam quam Iyrones bene videre possunt , cum ille liberculus transeat per eorum manus.Baiard.q.54.nu.1.in princ.in q.26.num.4.

4 Et interpræetes adhibendi erunt etiam quando testis esset extraneus , & ne sciret latino , vulgari , aut alio sermone loqui,quem iudex,& Notarius percipere valeant,vt post Farinac.q.61.n.52.tradit Modern. Senogall.in tract.de mod.forman.process.lib.1.c.6.n. 6.& Ign.in §.ignoscitur nu.29.35.37.& seq.54.& seq. & n.61.vbi tradit,quod poterit cogi;& surdus,& mutus,& extraneus,si sciat scribere,ad respondendum in scriptis,& ibi etiam tradit formam,sub qua Notarius debeat recipere depositionem supradictorum per scripturam.Cartar.de execut.sent.c.2. n.43.n.seq.vbi etiam firmat, quod si negent respondere,possunt cõpelli etiam per torturam ad respondendum per scripturam,si sciant scribere;& iudex debet in primis capere informationem,quod isti scribere sciant.

5 Et talis deputatio debet fieri præsente ipso examinando, ac debet ipsis interpręti bus dari iuramentum de fideliter interpręetando,& vnus sufficeret,si plures haberi non possent , qui in fine examinis debent se subscribere.Flam.Cartar.in tract.de execut.sent.in d. cap.2. num.55.& seq.Modern.Senogall.d.lib.6.num. 11.& seqq.vbi ponit pro Tyronibus formam Constituti,& sub num. 6. firmat,quod si Notarius intelligat linguam illius extranei , ac nutus, & signa illius muti, vel surdi,poterit per se illa interpręetari.

6 Secundo limita, quando factum esset valdè implicitum, & inuolutum,quia tunc possunt testes tradere illorum depositionem , dummodo prius iudici illam perlegerint. Crot.de testib. num. 373. Couar.var.resolut. lib. 2. cap.13. num.9. Arnald. Albert.de agnoscen.assert.Cathol.& hæret.q.34.n.54.Moder.Rom. q.80. num.36. & seq.iuncto num.43.

7 Tertio limita, si pars non opponat, quia tunc tale testimonium in scriptis promulgatum valebit.Alber. de Malet.in tractatu de testib.cap.7. numero 71.Decian.respos.51.numero 96.& seqq.vbi ampliat,etiam quod pars reseruauerit sibi ius opponendi,dummodo in specie non opposuerit : Sed defensor videat.Aret. in cap.de testib.num.20.extra de testib.qui dubitat de hac limitatione.

8 Quarto limita, si extaret consuetudo in contrariũ, quia tunc talis depositio per scripturam valebit,vt extat Venetijs,vt testatur Alex.Stiat.in Pract.iudic.c.6. num.76.in 2.Fallent.

9 Quinto limita in personis non vilibus, neque idiotis, sed in ijs, qui essent nobiles, integræ opinionis,& omni exceptione maiores,qui possunt per scripturam deponere,vt declarat Dec.respons.51.n.101.lib.2.& exemplificat in Canonicis,Aduocatis,procuratorib. & Notarijs: Quę declaratio Dec.nõ placet,Mod.Rom. in d.q.80. n.51.cum Doctores indistinctè teneant testes nõ recipi ad deponendum per scripturam & quia nunquam vidit tales personas ita deponentes: sed ego quidem non possum ita attestari , quia modo habeo præ manibus processũ in causa cuiusdã Præfecti Domus vnius Cardin.imputati de mala administratione,

contra

contra quem adeſt depoſitio vnius Abbatis Palatini
facta per ſcripturam, contra cuius depoſitionem ad-
ducam atteſtationem dicti Modern. Rom. pro defen-
ſione iſtius carcerati.
10 Sexto limita qñ iudici ita videbitur Præpoſ. in c. te-
ſtes verſ. tamẽ ſi iudici videbitur 3. q. 9. vt refert Mod.
Rom. in d. q. 80. n. 53. intellige tamen, dummodo con-
currat in cõſignatione ſcripturæ iuramentũ, ſine quo
teſtimonium non valet, vt ſuperius latè deduxi.
11 Septimo limita in probãda ętate alicuius, quia ma-
gis creditur ſcripturę parẽtũ, quã eorũ viuę voci. Mar
ſil. in l. de minore §. plurimum n. 9. ff. de qq. Viui. opin.
949. n. 7. reprobato Imol. in loco per eum citato, &
hodie latè habetur per Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 1. tit.
de reform. matr. vbi diſponitur, ꝙ per fidem, ſeu per
librum Parochi plenè probetur ętas alicuius, vt refert
latiſſimè Maſcard. de prob. concl. 674. per totam, &
n. 18. vol. 2. & Aduocatus caueat, quod opinio Marſ.
& Viui. intelligatur de illa ſcriptura facta a patre tẽ-
pore natiuitatis filij, & non de ſcriptura concepta tẽ-
pore teſtimoni ferẽdi, prout videtur declarare, Mod.
Rom. in d. q. 80. n. 47. & ętas quomodo & qualiter ꝓ-
bari poſſit, idem Moder. Rom. latè tradit in fragmen-
tis criminal. in lit. A, n. 137. cum plur. ſeqq. & in ſpecie
an probetur ex libris publicis ex libro parentum, vel
plebani, ſeu parochi ſi ex aſpectu, ſi per ipſos paren-
tes, cõſanguineos, vicinos, vel per alios teſtes, & quo-
modo deponere debeant.
12 Octauo limita in deponentibus de peritia alicuius
artis. Dec. d. conſ. 51. n. 100. lib. 2. Alex. Sriat. in pract.
iudic. c. 16. nu. 77. vbi de communi, & practicata opi-
nione, Ac in probanda fama alicuius extraiudicialiter
13 † & in omnem caſum talis depoſitio per ſcripturam
facit præſumptionem an ſufficiat talis præſumptio
ad condemnationem ad faciendum indicium, vel co-
adiuuandas alias probationes, vide Doctores addu-
ctos per Moder. Rom. in d. q. 80. num. 54.

Teſtis ſine iuramento falſum deponens quomodo puniatur.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis ſine iuramento falſum deponens punitur pœna falſi.*
2 *Teſtes deponens veritatem, quàm ignorabat, punitur pœna falſi.*
3 *Teſtis deponens verum, mediante pecunia, punitur pœna falſi.*
4 *Contrariam opinionem tenent alij, vt in caſibus ſupradictis, teſtis non puniatur pœna falſi, ſed alia extraordinaria.*
5 *Teſtis, qui citatus cõparuit, & iurauit, & deinde ſe abſentauit, vt nõ deponeret, punitur pœna extraordinar.*

C A P. VIII.

1 TEſtis, quamuis abſque iuramẽto deponat, ſi fal-
ſum dicat, pœna falſi puniri poterit, ac ſi iuraſ-
ſet. Bar. in l. ſi quis legaſset n. 3. & ſeq. ff. de falſ. ea ra-
tione motus, quod licet dictum iſtius teſtis ſit inuali-
dum, habet tamen debitam formam, & eſt verè teſti-
monium, & offendit aures iudicis, nec eſt iuramẽtum
de forma, vel ſubſtantia teſtimonij, vt poſſit remitti a
partibus, in quarum fauorem eſt introductum, & Bar.
ſequitur Alex. in l. Argentarijs §. cum autem n. 6. ff. de
eden. vbi de magis communi Clar. in §. falſum ſub nu.
16. Boſſ. in tit. de falſ. ſub n. 163. verſic. quæro quando
teſtis, Petr. Caball. in quæſt. crim. caſ. 69. per totum, &
2 prius caſ. 38. nu. 2. † dicit, quod etiam ſi teſtis depo-
nat verum, quod tamen ipſe ignorabat, debeat etiam
pœna falſi puniri, ac etiam ſi taceat veritatem, licet
non dicatur falſum teſtimonium dicere, tamen pœna
falſi puniri debet. Modern. Roman. quæſt. 67. nu. 232.
3 † & num. 243. idem eſſe inquit in teſte, qui pecuniam
accepit, vt verum deponeret, vt poſſit puniri de falſo,
licet falſum non depoſuerit.
4 Sed cauſæ defenſor animaduertat, quod in ſupradi-
ctis caſibus inſtruat iudicem, vt non poſſit irrogare
pœnam falſi ordinariam, ſed aliam tantum arbitra-
riam, vt de primo caſu in deponente falſum ſine iura-
mento, tradunt Plot. de in lit. iurand. nu. 717. Ioſeph.
Ludou. deciſ. Lucen. 15. n. 75. Intrigl. ſing. 150. lib. 1. &
ibi Conuerſ. in Annot. & in dicto, & alijs caſibus ſu-
pra adductis bene declarat Maur. Burg. in tractatu de
mod. proced. ex abrupt. q. 23. n. 157. & n. 163. cent. 1.
& de communi opinione teſtatur Caualc. de teſtib. p.
3. n. 56. verſ. tandem, vbi tamen limita hanc com. opi-
nionem quando talis depoſitio facta ſine iuramento
eſſet nocibilis, vt tunc puniatur pœna ordinaria falſi
per rationes per eum ibi allegatas.
5 Si verò teſtis citatus cõparuit, & iurauit, & poſteà
ſe abſentauit, ne deponeret, punitur pęna falſi, ſi verò
nõ cõpareat punitur pęna extraordinaria, vt poſt Bal.
in l. Pręsbyteri n. 12. in fi. C. de Epiſc. & Cler. & Ang. in
l. argentarijs §. cum autem ff. de eden. tradit Baiard. in
q. 26. nu. 15. & ſeq. Boſſ. tit. de falſ. n. 163. vbi alios re-
fert, & ponit etiam exemplum in eo, qui ſemel ſe exa-
mini ſubiecit, & poſteà ſe ſubtraxit a repetitione. Mo
der. Rom. q. 78. num. 135. ego autem puto, quod licet
ex ſupradictis puniri poſſit pœna falſi, qui iurauit, &
poſteà ſe abſentauit, non ſit tamen puniendus ordina-
ria, ſed alia mitiori pœna.

Teſtes an poſſint recipi in criminalibus die feriato.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes an poſſint in die feriato in honorem Dei iurare, & recipi.*
2 *Teſtes debent iurare in die non feriata, & poſſunt poſteà recipi in die feriata.*
3 *Limita in criminalibus, quia indiſtinctè recipiuntur, & examinantur teſtes in die etiam feriata.*

C A P. IX.

1 QVicquid ſuper iſta quæſtione dici poſſit in ma-
teria ciuili, vt non probent teſtes, ſi recipiantur
in die feriata, maximè in honorem Dei ob iuramen-
tum, quod die feriata deferri non poteſt, licet poſſit
recipi, & examinari die feriato, ſi die non feriato iu-
rauerint, & de alijs, quæ ſolent dici in dicta mate-
ria Ciuili Aduocatus pro d. cauſa ciuili adeat Doct.
adductos per Modern. Rom. in d. q. 80. nu. 55. & ſeqq.
2 † vbi inter alia dicit, quod poteſt iurare teſtis die
non feriata, & poſtea examinari die feriata eum au-
ctoritas, & fides teſtimonij depẽdeat a iuramento tã-
quam a radice, ſicut mors procedit a volnere, & ideò
tẽpus retrotrahitur Ang. in l. dãni §. Sabini ff. de dãn.
infect. vbi ꝙ ita practicatur in Curia Romana, & in

toto orbe,Campeg.in tractat.de testib.reg.170. in 7. fall.vbi de cōi,Viui.opin.992. n.... vbi q̄ ita seruatur in magna Curia,Menoc.de Arb.lib.1.q.30. n.15.Grauat.ad Vestr.lib.6.c.2.n.40.Masc.de prob.lib.1.cócl. 1. n.92.Petr.Caball.in qq.crim.At in ferijs introductis in honorē hominū posūt ēt in die feriato examinari & iurare testes,& quādo est periculū in mora,& quādo proceditur iuris ordine nō seruato,vt latè exornat

3 Moder.Rom.in d.q.80. n.57.& seq. † In criminalib. autē indistinctè testes recipiuntur, & examinantur,ac eis iuramentū defertur, maximè in causis grauibus in quacunque die feriata etiā in die Dominico,ac etiam torquentur Petr.Caball.in qq.crim.d.cas.227.n.16.& 23.cent.3.Caualc.de testib.p.3.nu.56.vbi etiam testatur,quod ipse ita obseruauit.

Testes qui non possint compelli accedere ad iudicem.

SVMMARIVM.

1 *Personæ egregiæ non sunt adstringendæ ad accedendum ad iudicem.*

2 *Limita in criminalibus.*

3 *Personæ egregiæ si velint possunt renunciare eius priuilegio.*

4 *Personæ egregiæ quæ dicantur in proposito.*

5 *Mulier prægnans etiam non ex proprio marito non potest cogi accedere ad iudicem, nisi fuerit robusta, & onera potest.*

6 *Personæ priuilegiatæ sunt examinandæ per iudicem, vel notarium in earumdem domibus.*

7 *Curia, quæ habet multa negocia solet destinare Commissarium pro examinandis testibus.*

CAP. X.

1 QVamuis per tex.in l.ad egregias ff. de iureiur. sit dispositum egregias personas non esse arctandas accedere ad iudicem,neq.ad Curiā,pro ipsis exa-

2 minandis,† nihilominus Doct.omnes concludunt d.l. nō procedere in criminalib.sed tantūmodo in Ciuilibus,Ias.in l.ad personas n.7.& canonistę in c.si qui testiū extra de testib.vbi in specie Host.n.1.Henr.Boic. n.5. Abb.nu.1.in vlt.notab.Aret.n.2.Căpeg.de testib. reg.307.Garuat.ad Vestr.li.6.c.6.n.11 Iul.Clar.q.26.n. 2.Carau.rit.142.n.2.& rit 157.n.7.Viui.opin.928.n.9. Mod.Rom.q.78.n.235.vbi concord.cumulauit,& testatur de cōi.& q̄ ita practicatur.Baiar.q.26. nu.5.& seq. & qui sint qui in Ciuilius causis non possint cogi, accedere ad iudicem recenset, & Boccac. de remissoriabbus,c.2.num.24.& seq.

Quę cōis declaratio limitatur,& intelligitur,quando d. personę vellent se tueri ex illa qualitate sola,q̄ sint egregiæ,secus autē si essent infirmę,vel senes,valetudinarię, vel ipeditę ex aliqua iusta causa,quia tūc stante iusto impedimēto iudex tenetur mittere notariū,vel ipse accedere ad eas,& nō cōpellere,vt accedāt ad ipsū,vt expresse declarat Viui.op.928.n.9.Seuerol.in tract.delit.remissor.c.5.n.3.Iul.Clar.d.q.26. num.2. qui allegat Carauit.in rit.156.num.2.& Modern.Rom.q.78.num.236.

Si verò iudex sit tātę auctoritatis,vt ipsū nō deceat ire domū testis,& testes sint adeò impediti,& grauati, vt nec etiā ipsi possint accedere ad iudicē, tūc iudex poterit mittere notarium ad eorū domos, licet causa esset criminalis.Abb.in c.si qui testium n.1. Felin.n.2. Aret.n.2.extr.de testib.Aug.ad Ang.de malef.in verb. qui iudex statuat terminū n.33. vers. ité fallit,Moder. Rom.d.q.78. n.237.Vestr.in Prac.lib.6.c.6.n.1.& ibi Grauat.nu.17.Seuerol.in tract.de remis.c.4.nu.3.vbi etiam benè exemplificat huiusmodi declarationem.

3 Benè verū est,q̄ illæ personę egregię,& impeditę, si vellēt eorū priuilegio renunciare possent, ac renunciatio non nocebit eis in perpetuum in omnibus causis,vt per Moder.Rom.d.q.74. n.241.& seq.quia eis nō cōceditur priuilegium ratione personæ sed dignitatis,Pet.Cabal.cēt.3.cas.225.n.21.& seq.in qq.crim.

4 Egregię autē personę in proposito dicūtur Cardinales,Episcopi,sacerdotes,Diaconi,Doct. tā iuris ciuilis,quam canonici,licentiati,dūmodo officiū procuratoris non exerceant,milites, mulieres nobiles,vt latè de his omnibus scribunt Doct.adducti per Moder. Rom.in d.q.74.ferè per totam,& alię ēt dicūtur personæ egregię per Dec.in c.sedes n.7. de rescript.vbi testatur de communi,& vide Doctores allegatos per Baiard.q.26.n.9.Boccac.de remissorialib.c.2.n.26.& seq.latè vide Menoc.cas.70.per totum lib.2.

5 Mulier verò prægnās,quāuis fuerit vilis,& nō prægnans ex proprio viro nō pōt cōpelli accedere ad iudicē,sed erit examināda in eius propria domo,Bar.in l.2.§.si verò ff.si quis caut.Foll.in pract.crim.in verb. capiat informationes n.31. in fi.Bertacchin.in verb. mulier prægnans,Franc.Marc.decis.182. p.2.Capel. Tholos.q.3.n.3.Baiard.q.64.n.15.vbi subdit,nisi mulier prægnans esset rustica , valens & onera portet. Prægnantia autē quomodo probetur,latè docet Mascar.de prob.concl.1208.vol.3.& poterit iudex adhibere peritos, & obstetrices,qui satis erit,si deponant de eorum credulitate,Callan.in tract.de tormēt.c.10. n.6. Bertacch.in verb,femina n.1.dicit,q̄ creditur, si fuerit prægnans per tres menses.Baiard.q.64. nu.78.

6 Et in examine istarum personarū egregiarum , & habētium priuilegium, vt non possint cogi accedere ad iudicem, sed debeat Iudex,vel accedere ad earum domos, vel mittere notarium erit pars citanda.Bald. in c.si qui testium n.9. Abb.n.2.Felin.n.5.extra de testib.Moder.Rom.in d.q.74. n.244.vbi testatur,quod ita practicatur apud nos , eum citetur aduersarius ad videndū iurare testes in eorum , vel notarij domibus & vbi reperti fuerint , intellige istam practicam procedere in repetitione testium secus in primo examine, quod desumitur secreto,& parte non citata,vt latè dixi supra in hac Defens.in princ.

Sed dictæ personę priuilegiatę possunt renunciare eorū priuilegio,& accedere ad iudicē,vt examinētur, Rom.in l.ad personas,vbi Ias.nu.1.ff.de iureiur.& ita videmus passim hic in Curia obseruari,Prælatos,personas nobiles,& alios in dignitate constitutos accedere ad domum iudicis , vel notarij ad subijciendum se examini , sed non quod possint perpetuo renunciare tali beneficio,vide Doct. adductos per Mod.Rom.in d.q.78.n.241.& seq.cū nō cōcedatur personę,sed dignitati,Petr.Caball.in qq.crim.cas.225.n.22.cent.3. post Cyn.prout etiam superius dixi num.3.

7 Sed Carauit.rit.156.nu.7.in fine dicit,quod in magna Curia Vicariæ,vbi sunt plura negocia,ne probationes angustentur, solet obseruari,vt destinetur vnus Doctor cū aliquo scriba,& dict. Doctori sit cōmissio

pro

pro examinandis teſtibus, ne dum infirmis, & alij impeditis, ac priuilegiatis, ſed etiam ſanis, & qui poſſent accedere ad Curiam, & ita etiam in Curia, & præcipuè in Tribunali A. C. obſeruatur, vt etiam teſtatur Scacc. in cap. 58. num. 17. lib. 1. de iudic.

Si verò pars aduerſa vellet oſtendere, quod teſtes examinati non eſſent valetudinarij, neque ſenes, pro quibus fuit conceſſus Cõmiſſarius, non debet audiri, quia cũ ſemel fuerit approbata fides Cõmiſſarij tràmiſſi ad iſtum effectũ, ideò ſtandũ eſt eius fidei, & relationi. Carauit. in d. rit. 156. nu. 6. vbi ſubdit, & ob id ſolent iſti Cõmiſſarij in proceſſu deducere per fidem Medicorũ, quod illi teſtes erant infirmi, & non poterant accedere ad iudicem ſine periculo eorum vitæ ad tollẽdas omnes acclamationes, quando Commiſſarius transmittitur ob impedimentum teſtium.

Teſtes qui non poſſint cogi ad teſtificandum in cauſa criminali.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis officium eſt publicũ, & neceſſarium, ideò vnuſquiſque poteſt cogi ad teſtificandum in cauſa criminali, ne delicta remaneant impunita, tàm in iudice ordinario, quàm delegato.*

2 *Quod magis procedit in delictis occultis, quæ ſine periculo diſſimulari nõ poſſunt, vt in hæreſi, & ſimilibus.*

3 *Teſtes non poſſunt compelli ad teſtificandum, quando ex depoſitione poſſet aliquod detrimentum teſtibus ſuccedere, niſi aliter veritas haberi non poſſet.*

4 *Confeſſarij non poſſunt cogi ad teſtificandum ea, quæ in actu confeſſionis, vti Deus, ſciuerint.*

5 *Nec poſſunt per ſummum Pontificem cogi ad præfata teſtificandum.*

6 *Confeſſarij, ſi reuelent ſibi dicta in actu confeſſionis, debent puniri.*

7 *Sacerdoti ſi aliquid fuit dictum, non in actu Sacramẽti Confeſſionis, ſed extraiudicialiter ſuper ſigillo cõfeſſionis, ſi immineat periculum animæ, poteſt ipſe illud reuelare.*

8 *Confeſſarij ſi videant, quod pœnitens eſt obſtinatus ad committendum delictum, poſſunt reuelare delictũ cõmittendum, vt euitetur periculum, ſed non reuelare delinquentem.*

9 *Perſonæ, quæ non poſſunt cogi ad teſtificandum ſunt filius contra patrem, vitricus cõtra priuignum, frater contra fratres, ſobrini contra ſobrinos, & nati ex eis, Patruus, Amita, Auunculus, & alij, de quibus hic per Authorem.*

10 *Filius contra patrem non tenetur teſtificari etiam de conſenſu patris.*

11 *Aduocatus, & procurator non poſſunt compelli ad reuelandum ſecreta cauſæ ſui clienti, licet aliqui voluerint diſtringuere, aut ſciant tanquam Aduocati, & procuratores, aut tanquam teſtes, ſed datur cautela ipſis, vt in vtroq. caſu non teneantur teſtificari.*

12 *Mulieres prægnantes tenentur teſtificari, nec eſt verũ adagium illud, quod tranſit inter mulieres, vt ipſæ prægnantes non teneantur teſtimonium ferre.*

13 *Perſonæ priuilegiatæ, quando aliter veritas haberi non poteſt coguntur ad teſtificandum.*

14 *Teſtes poſſunt cogi ad teſtificandum multa indicta, capiis p gaortibus, aut per torturam, aut per exilium, aut per excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, ac depoſitionem à Iudice Eccleſiaſtico.*

15 *Teſtes an poſſit cogi ad teſtificandum, eſt attendenda conſuetudo loci.*

16 *Iudices ſe abſtinere debent quãtum fieri poteſt ad cogẽdũ priuilegiatos ad dicendũ teſtimoniũ, niſi veritas aliter haberi non poſſet, & ageretur de delicto atroci.*

17 *Perſonæ priuilegiatæ deponentes contra alios priuilegiatos dicuntur magis dicere veritatem.*

18 *Teſtes priuilegiati, ſi ſpontè deponant, fidem non faciunt, niſi in actis redigatur eos voluntariè depoſuiſſe, quia præſumuntur coacti.*

19 *Teſtes dicuntur coacti deponere, ſi allegauerint corũ priuilegium, alias ſecus.*

20 *Veritas quando aliter haberi non poſſet, incũbit onus probandi fiſco, & allegan i, ſecundum aliquos autem ſufficit iuramentum, quod nulla poſſet aſſignari coniectura in contrarium.*

21 *Sed iſto caſu requiritur quod actu, & habitu veritas aliter haberi non poſſet, licet actu nõ interfuiſſent alij idonei teſtes, & reprobatur Iul. Clar.*

22 *Principales offenſi poſſunt cogi, & compelli ad manifeſtandum offendentes, & delinquentes.*

23 *Teſtes, qui iurarunt in cauſa teſtimonium non ferrè, nihilominus poſſunt compelli ad teſtificandum.*

24 *Sed bene verum eſt, quod eorũ depoſitio propter primum iuramentum debilitatur.*

25 *Clerici in ſacris conſtituti non poſſunt, vbi de cauſa ſanguinis agitur, compelli ad teſtificandum.*

26 *Quod procedit, etiamſi veritas aliter haberi nõ poſſet.*

CAP. XI.

1 QVoniam officium teſtis eſt publicũ, & neceſſariũ, gloſ. in rubr. extra de teſtib. cog. & intereſt Reipublicæ maleficia puniri, & prouinciã malis hominibus expurgari, ideò receptum eſt, vt in criminalibus teſtes cogantur ad ferẽdum teſtimonium. Hoſt. in princ. Rub. de teſt. cog. §. in quibus caſibus, vbi de communi, & in cap. dilectorum, nu. 3. de teſtib. cogen. vbi latè Alberic. de malef. in tract. de teſtibus, cap. 6. num. 37. Ang. de Peruſ. de teſtibus, num. 23. vbi de veriori opinione Foll. in pract. crim. canon. c. 8. num. 11. 16. 17. & ſeq. 26. & 32. Clar. q. 24. in fin. Moder. Rom. q. 78. num. 116. vbi alios concordantes allegat, & teſtat ir de communi, licet ſub nu. 115. retulerit contrarium tenentes Moder. Senogal. de mod. forman. proceſſ. informat. lib. 1. c. 3. num. 1. & ſeq. vt omnino hodie in criminalibus teſtes compelli poſſint ad teſtificãdũ, & ita paſſim ſeruatur in Curia Romana, tàm corã iudice ordinario, quàm corã delegato, quicquid aliter ſentiant Doctores adducti per Modern. Rom. d. q. 78. nu. 120. & corã Iudice Eccleſiaſtico, tàm in ciuili, quã criminali cauſa ſiue clerici, ſiue laici poſsũt cogi per cenſuras ad dicendum teſtimonium corã eo, vt de veriori, & vſu recepta opinione poſt alios, quos allegat, teſtatur Prax. Arch. Neap. cap. 10. num. 1. & ſeqq. vbi ſubdit, quod iudex laicus tenetur teſtes laicos examinendos per iudicem eccleſiaſticum compellere, & ſi requiſitus à iudice eccleſiaſtico de Brachio ſæculari, & recuſet illud præſtare poſſit per eccleſiaſticum excommunicari. d. Prax. Archiep. d. cap. 10. num. 2.

2 Quod magis procedit in delictis occultis, quæ ſine periculo diſſimulari nõ poſsunt, prout eſt hæreſis, dilapidatio, blaſphæmia, & ſimilia, quia tunc teſtes ſunt cogendi, ẽt quod crimẽ ſit occultũ. Innoc. in c. ... 5.

Hostiens.nu.10. Bellam.nu.8. de testib. cogen.& cœ-
teri adducti per Modern.Rom.in d.q.78.nu.122.cum
aliter regula sit , vt testes in criminalibus in occultis
non possint compelli ad testificandum,Doct.adducti
per eumd.Moder.Rom.in d.q.78.num.121.

3 Si verò ex testimonio , vel eius depositione posset
periculum euenire , quia contrahere possent inimici
tiã cum aliquo potenti,non sunt cogendi testes ad fe-
rendum testimonium Menoch.de Arb.cas.487.nu.3.
& seq.vbi reddit rationem,si enim ęquitati conuenit,
ne quis cogatur ferre testimoniũ in perniciẽ attinen-
tiũ multo æquius est,ne quis ferat testimoniũ in per-
niciẽ sui ipsius,cum vnusquisque sapiens cupiat euita
re inimicitiam,& ordinata Charitas incipiat a seipso,
vt latè prosequitur Moder.Rom.in d.q.78.n.123.vbi
tamen sub n.124. firmat,non procedere,quando ali-
ter veritas haberi non posset,& ibi concord.cumula-
uit,latè Villagut.in pract.crim.lib.8. de testib.cap.2.
concl.3.vers.An si testi conclus.3.

4 Sacerdotes autem non possunt cogi ad reuelandũ
ẽa, quę ipsis in Sacramento Confessionis per pœnitẽ-
tes exposita sunt. Petr. Moncad. in addit.ad Crot. in
tract.de testib.p.5.n.198.in lit.A,And.Gayl.obseruat.
100. n.8. & seq.vbi latè Sot.in tract.de ration.tegen.
vel tegen.secret.membr.3. q.4.vsque ad 7.concl.Na-
uarr.in Manual.c.18. n.251.& seq.& c.sacerdos n.1.
& seq.& n.116. vsq.ad n.163.de pœnitent.distinct.6.
Modern.Roman.in q.51. nu.93.Mascard.de probat.
concl.377. nu.2.vol.1.Costa de subsid.remed.remed.
14.nu.4.vers.excipiuntur. Lap.alleg.94.Bertaz.cons.
452.n.8.& seq.vol.2.sed tantum potest reuelare cũ li-
centia in scriptis habita a penitente c. omnis vtriusq;
sexus de penit.& post alios,quos allegat Caualcan.de
5 testib.p.3.n.59.in fin. † nec etiam per summum Pon-
tificem potest sacerdos cogi ad reuelandam cõfessio-
nem,Aug. de Ang.*che hai tradita la mia patria* n.18.
Boer.in q.12.n.2.Baiard.q.87.n.4.in fin.& sicut non
potest reuelare peccatorem , minus potest reuelare
peccatum.Dionys.de Franc.cons.47.nu.6.to.2.crim.
in fol..... vbi etiam tradit,quia pœna puniretur, si re-
6 uelaret, † nisi vellet reuelare peccatum sine peccato-
re pro consilio accipiendo circa dictum peccatum ,
quia poterit,Dionys.d.cons.47. num.6.vide latè Mo-
dern.Rom.in d.q.51. num.93.& seq.

7 Si verò Sacerdoti fuerit dictum ob aliquo peccatũ
suum,vt teneat illud secretum sub sigillo Cõfessionis,
sed non in actu cõfessionis,si pro salute animę d.pec-
catum reuelet,non incidit in pęna.Carauit.rit.3.n.5.
vbi concordantes allegat, ac etiam poterit de cõsen-
su confitentis delictum reuelare.Carauit.d rit.3.n.11.
vers.sicut in simili,latè Masc.de prob.concl.337.n.9.
& seq.vbi de cõi.Costa d.remed.14.n.4.dicit vix cre-
ditur ẽt si dicat se reuelare de licẽtia cõfitẽtis , cũ re-
quiratur licẽtia in scriptis vt supra dixi,super quo me
remitto in omnibus iudicio theologorũ & determina
8 tioni Sanctæ Matris Ecclesiæ : † Si verò ẽt Sacerdos
videat, ꝙ pœnitentes vult cõmittere homicidiũ, nec
põt illius tentationi resistere, ne sequatur delictũ,po-
test annuere delictũ, sed non tamen propalare,& no-
minare persõnã,c. hoc videtur 30. dist. Gig.de crim.
lęs.maiest.tit.quis autem possit q.18.vbi dicit esse cõ-
munẽ opinionẽ Canonistarum,vide de hoc Menoch.
de præsumpt.q.89. n.17.lib.1. Ant.Gabr.concl.vlt.n.
20.de crim.Baiard.q.87. n.4.latè Moder.Rom.q.51.
num.26.cum plur.seqq.& si laico dicatur aliquod de-
lictum in confessione in actu necessitatis,& fiat ei cõ-
fessio sicut Sacerdoti non potest peccatum reuelare,
& si reuelet etiam tamquam testis puniretur. Aufred.
decis.Tholosan.241. num.3.in fin.

9 Nec Priuignus contra Vitricum, nec Vitricus cõ-
tra Priuignũ, nec Frater,nec sobrinus,nec sobrina,&
nati ex eis, nec Patruus,Amita,Auunculus,& Mater-
tera, Gener aduersus Socerum, & è cõtra vxor,cõtra
virũ,& è contra liberti,contra patronos,& eorũ libe-
ri,& è contra agnati affines,& collaterales,vnus cõ-
tra alterum ad testificãdũ cogi possunt,vt de his om-
nibus tradit Foller. in pract. crim. in verb. capiat in-
formationẽ n.29.Ant.Gomez.tit.de delict.c.12.n.24.
circa med.Moder.Rom.latè in q.78. n.82.cum plur.
seq. & vsq;ad quartum gradum in causa crim.attinẽ-
tes non compelluntur.Ant.Gomez.d.c.12. n.24.vers.
quod est verum,Mascard. de probat.concl.74. in fin.
vol.1. & quod filius nõ cogatur contra patrem,Dec.
respons.48. n.17.vol.3.nec frater contra fratem.Iul.
Clar.q.24.num.20.Sim.de Pret.cons.191.nu.5.in fin.
Petr.Caball.in qq.crim.cas.289. num.11. cent.3.Ca-
10 pel.Tholos.q.3. nu.1.& seq. † Imò etiam filius con-
tra patrem non recipitur etiam de consensu ipsius
patris.Dec.d.respons.48. nu.16.Imò nec contra pro-
priam Patriã quis cogi potest ad ferendum testimo-
nium.Decian.d.respons.48.num.12.& seq.vol.3.

11 Nec etiam procurator , & Aduocatus possunt cõ-
pelli ad reuelandum secreta causæ sui clientis.Neuiz.
Silu.nupt.lib.3.n.47.Bertaz.cons.252.n.1.vol.2.Dec.
respons.93.n.121.vol.2.Petr.de Surd.cons.328.n.16.
vol.1. & licet aliqui voluerint distinguere,si Aduoca-
tus requiratur deponere ea, quæ scit tanquam Aduo-
catus;non teneatur,secus si sciat tanquam testis : sed
ad tollendam huiusmodi declaratione , Piccinardus
Senator Mediolanensis dixit in proposito,vt dicat se
vti Aduocatum testimonium ferre non debere, & vti
priuatum nihil scire, prout refert Petr. Caball. in qq.
crim.cent.2.cas.159.n.2.& seq.Cost.de subsid.remed.
remed.14.sub num.4.vers.Nec Aduocatus.

12 Solet etiam inter mulierem transire in adagium, ꝙ
mulier prægnans non teneatur dicere testimoniũ,cu
nõ possit iurare. Foll.in pract.crim.in verb. capiat in-
formationem n.40.Capell.Tholos.q.3.n.2.& seq.Ba-
iard.in q.64.n.75.vbi latè,& q.97.n.5.sed veritas est,
quod huiusmodi adagium non sit verum,quoad testi-
monium dicendũ,& iurandum,sed solum,vt non pos-
sit compelli iter facere pro testimonio ferendo,si ad-
esset periculum partus.Moder.Rom.q.78.num.96.&
seq.Ant.Gomez.c.13.n.37.in fi.Mars.in tit.de quæst.
in princ.n.20.in fi.Capell.Tholos.d.q.3.n.3.latissimè
Petr.Caball.in Tract.crim.cent.1. cas.79.per totum,
prout alias dixi in 1.Defens.c.4.num.6.

13 Primo limita,& intellige quando veritas aliter ha-
beri nõ posset.quia tũc in crim.ẽt personę priuilegia-
tę possunt cõpelli ad testificandum.Doct.in c.2.de te-
stib.& pręcipuè Innoc.nu.1.Host.n.3.Imol.nu.2.An-
char.n.4. in fin.& Abb.n.6. Ang.de Perus.in tract. de
testib.num.23. Foller.in pract.crim.canon.c.8. num.
11. 14.& 15.Soccin.reg.417.Fallent.1.Moder.Rom.
q.78.num.124.vbi alios concordantes allegat,ne ve-
ritas occultetur Iul.Clar.q.24.nu.20.in fine.Modern.
Senogall.in tract.de mod.form.process.inform.lib.1.
cap.3. num.5.& seq.Baiard.q.24.numero 137.& seq.

Marsil.

Marsil.in pract.crim.§.diligenter num.81.Decian.respons.48.nu.1.vol.3.Farinacc.cons.29.num.8. Ant. Gomez tit.de delict.c.12.nu.24.in fin.vbi firmat,hoc contingere,ne occultetur veritas,& pereat probatio; Villag.it.in pract.crim.lib.8.tit.de testib.c.2.concl.2. vbi subdit,quod recusans deponere in causa ciuili cēsetur corruptus secus in causa criminali.

14 Et quando testes in casibus permissi possunt compelli, compellitur multa indicta, captis pignoribus, aut per exilij comminationem, aut per carcerationē, aut per torturam,Caualc. de testib. p.3. nu.47. aut in subsidium à iudice Ecclesiastico per excommunicationem,suspensionem,& interdictum,& depositionē. Ang.de Perus.in d.tract.de testib. nu.23. & seq. Corrad.de offic.Praetor.fol.113.nu.6.Moder.Senogall.in tract.de mod.form.process.inform.lib.1.c.3.nu.7.vbi

15 tamen subdit,† quòd quoad istam compulsionem testium attendi debeat consuetudo, vel stylus loci, & qđ in casibus isti priuilegiati possunt compelli ad testificandum pro habenda veritate,possint torqueri,tradit Amod. Conciuis meus in tract. de sindicat. in glos. in eo,quod potest in fin.quem sequutur Doct. relati per Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem nu.41.Natt.cons.349. num.5. vol.2. & sub nu.1. post Bald.dixit,quòd possint etiam compelli sub poena confiscationis bonorum.

16 Benè verum est,quod iudices quantum fieri potest, debent se abstinere à cogendo priuilegiatos ad testimonium reddendum, & nisi concurrat, quod delictū sit atrox, & aliter veritas haberi non possit, consulto tamen etiam Principe, vt bene admonet. Clar. q.24. nu.10.in fin.& Moder. Senogall in dic.tract. de mod. form.process.inform.lib.1.c.3.nu.6.& quòd in delictis atrocibus personæ priuilegiatæ possint compelli ad testificandum. Decian. respons.93. num.118. vers.& maximè vol.1. vbi concordantes allegat. Sed in casibus non permissis si fuerint examinati nō faciunt indicium ad torturam.Aufred.ad Capell.Tholos.decis. 238.num.2.in fin.

17 Et si pater,filius, frater, & alij consanguinei in casibus permissis deponant contra filium, patrem, matrem, fratres, vel alios consanguineos, præsumuntur dicere veritatem, & magis ipsis, quàm alijs creditur. Decian.cons.342 n.1. Baiard.q.24.nu.138. Farinac. cons.29.nu.8.in fine,vbi alios allegat.

18 Sed testes,qui ad testimonium dicendum non compelluntur,si spontè deponant, fidem non faciunt, nisi in scriptis redigatur eos voluntariè deposuisse, quia præsumeretur,quòd inuiti deposuissent, vt post Bart. in authen. præsbyteros nu.3.C.de Episcop.& Cleric. Ne l.de testib. vers.qualiter nu.96.Brun.in tract.de indic.q.2.p.1.n.14.Laurent. Tenn.caut.269.firmat Baiar.q.24.n.139.ad qđ defensor debet animaduertere.

19 Ac etiam dicetur inuiti deponere,quando fuissent citati,& compulsi per iudicem ad deponendum,si allegauerint eorum priuilegium. Alber.de Ros.in l.lege Iulia de testib.quem sequitur. Foller. in d.verb.capiat informationem nu.29. in fine, secus si non allegarent dictum priuilegium, quia etiam quòd alias fuissent citati, eisque factum mandatum, non dicerentur inuiti deponere.Baiard.q.24.nu.235.Petr.Caball.in qq.cri. cas.247.nu.8.cent.3.vbi alios allegat.

20 Quòd autem si veritas aliter haberi non possit, incumbat onus probandi Fisco,& allegāt.Ant.Gemin. & Abb.in locis relatis per Foller.in d.verb. capiat informationem num.29. vers.& quod veritas, & debet articulari,& probari.Gram.cons.59.nu.13.Rim.Iun. cons.187.num.21.vol.2.Marsil.sing.73.Eug.cons.76. nu.115.Decian.respons.93.nu.65.vol.2. & secundum aliquos sufficeret iuramentum partis, quādo nulla interuenirent in contrarium coniectura. Nauar.in Manual.cap.25. rubr.de peccat.testium, nu.46. & sequitur.Baiard.q.24.nu.137.in fin.

21 Sed Aduocatus sciat in hoc replicare, quod non sufficiat,quod veritas actu haberi non potuisset, quia tempore delicti alij non interfuissent, sed etiam quod habitu interuenire nō potuerint, vt post multos,quos allegat firmat Marsil. in l.infans num.33.ff.de sicar. Foll.in d.verb.capiat informationem,num.65.& latè ita declarat Decian.respons.48.num.21. vol.3.& sub nu. 22.firmat,quod debeat constare, & probari,quod aliæ probationes deficiant, alias priuilegiati numquā possunt compelli,nec alij supra adducti.

Nec Aduocatus faciat se decipere à Iulio Claro in q.24.ver.sciendum est,vt satis sit.quod actu alij testes non interuenerint,licet habitu interuenire potuerint, quia in terminis Clarus reprobatur à Rim.Iun consil. 362.nu.92. vol.6. & à Mod.Rom. in cons.39.nu.3.& denuò idem Rim. Iun. damnat eumdem Iul. Clar.in cons.723.n.85.vol.6. & Hier.Giach.in quodam cons. sindic.quod inseritur in fin.pract.Iul.Clar.

22 Secundo limita, in ipsis principalibus offensis, vel vulneratis recusantibus velle propalare delinquētes, vt cogi possint ad dictos delinquentes manifestandū, Ant.Gomez.tit.de delict.c.12. n.24. Foll.in pract.cri. can.c.8.in verb.testibus diligenter examinatis nu.28. vbi ampliat procedere,siue procedatur ad instantiam partis,siue ex officio iudicis, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & ibi testatur ita seruari de stilo, & consuetudine Rom. Cur. licet alij Doct. per eum ibi adducti faciant differentiam,an iudex procedat ex officio, siue ad instantiam partis, ac etiam possint cogi per torturā,vt tenuit Senatus Pedem.vt testatur Add ad Thes.decis.42.in fin.

23 Tertio limita in eo, qui iurauit nolle in causa ferre testimonium, qui adhuc potest compelli ad testificādum,& tale iuramentum seruare non tenetur, text. in cap.peruenit el primo de test.cogen. Imol.nu.1.& 3. Anch.nu.1. Zabbarell. in summario, tex.in cap.venerabilis eod.tit.vbi Io. Andr.nu. 2. Andr.Gail.obseruat. 100.nu.3.lib.1.Modern.Ro:n.q.78. num.149. vbi de communi,& alios allegat,Capel.Thol.q.241.vbi Aufred.in add. qui etiā dicit, quod si quis promittat amico suo nō reuelare delictum ab eo commissum, si reuelet peccet mortaliter, & crimen proditionis committat, nisi quando veritas tenderet in præiudicium aliorum, & quando obedientia cogit ad reuelandum, Boccac.de delict.remiss.c.2. nu.12.& 17.Mascard.de probat.lib.1.concl.5.nu.47.& seq.& quicquid dicant Doctores, an requiratur in isto casu absolutio à iuramento,quos pro vtraque opinione refert.Mod.Rom. in d.q.78.nu.150.& seq.tamen omnes concurrunt,vt sit magis tuta opinio, quod obtineatur absolutio, idē firmat,Caualc.de testib.p.3.n.56. vers.sed postquam.

24 Sed Aduocatus sciat, quod propter primum iuramentum eius secunda depositio debilitatur adeò, vt non sit sufficiens ad plenam probationem, sed tantū ad semiplenam,& ad iuramenti delationem. Hostien. in summ.

in summ. Rubr. de testib. cogen. §. & quare vers. quid si vnus testis, Specul. in tit. de testib. §. de testium compulsione num. 6. Alber. de Malet. de testib. cap. 6. num. 46. Moder. Roman. d. quæst. 78. nu. 152. qui in eadem, quæst. 78. capit. 3. ponit multas alias limitationes, ad quem lectorem remitto, cum ibi habeat illas ad longum enucleatas.

25 Ac etiã sciat Aduocatus, quod in omnibus casibus, in quibus testes cogi possunt ad ferendum testimonium, non procedat quoad clericos in sacris constitutos, & vbi de causa sanguinis agitur, quia in illis compelli non possunt, siue agatur per iudicem Ecclesiasticum, siue per iudicem secularem. Bellam. in rubr. de testib. cog. num. 3. in fin. & nu. 11. Foller. in pract. crim. canon. cap. 8. in verb. testibus diligenter examinatis, num. 12. 13. & 14. Alber. de Malet. de testib. cap. 8. num. 28. cum alijs adductis per Moder. Roman. d. quæst. 78. num. 199. & prius dixit in quæst. 61. nu. 91. vbi concordantes cumulauit, Prax. Arch. Neap. capit. 36. num. 2. in fin. & ibi ponit in quibus casibus deponere possint coram iudice laico, & quod semper requiratur licentia episcopi, & ibi ponit formam licentiæ concedendæ clericis examinandis per iudicem laicum. Tamen intelligitur, vt clerici non possint cogi deponere in causa crimin. vbi ingeritur pœna sanguinis pro actore; secus in fauorem rei, ita declarat Villag. in pract. crim. lib. 8. titul. de testib. cap. 2. conclus. 4 & testes contra Episcopum non possunt recipi sine licentia Papæ secundum Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. vbi traditur certa forma Mar. Ant. Maceraten. lib. 3. resolut. 36. nu. 8. in fin.

26 Quod proceditur etiamsi aliter veritas haberi non posset, adhuc clerici non possent compelli ad testificandum, Bald. in rubr. de testib. cogen. num. 3. in fine, Alber. de Malet. in tract. de testib. nu. 37. vers. est notandum, & etiam procedit; quando Episcopus haberet iurisdictionem temporalem, vt non possint clerici compelli ad testificandum. Henric. Boic. in cap. dilectorum, num. 7. Bellam. num. 18. Butr. num. 5. Foller. in pract. crim. can. cap. 8. in verb. testibus diligenter examinatis, num. 25. Ac etiam procedit in laicis aspirantibus ad clericatum, vt non possint compelli ferre testimonium, Doct. in dict. cap. dilectorum, & in specie Bellamer. numero 18. 21. & 26. vers. sed quid de laico, Butr. num. 3. Anchar. num. 2. nisi tamen aliter veritas haberi non posset, quia laicus aspitans ad clericatum compelleretur ferre testimonium, Mod. Roman. dict. quæst. 78. nu. 201. vbi concordantes cumulauit, vt dicam infra decens. 21. cap. 9.

Nec minus possunt cogi testes ad deponẽdum super obiectionibus traditis contra testes, capit. dilectorum de testib. cogen. Capell. Tholos. quæst. 412. vbi Aufr. in addit. declarat procedere quando ex ipsa obiectione non resultaret aliqua pœna, vel punitio puta repelli a promotione, & tunc possint compelli, vel nisi resultaret magnum præiudicium ipsi reo, quia ageretur de causa magna, vt de causa status, & simili, quia tunc etiam possent compelli ad probandum exceptiones, & obiectiones oppositas contra testes.

(1)

Testis accipiens aliquid pro testimonio dicendo, vel non dicendo, & etiam dans pecuniam quando puniantur.

S V M M A R I V M.

1 *Testis etiam pro veritate deponenda nihil potest accipere.*
2 *Testis aliquid accipiens pro veritate dicenda punitur pœna falsi.*
3 *Contrariam opinionem tenent Doct. hic.*
4 *Pœna testis accipientis pecuniam pro veritate deponenda arbitrio iudicis inducitur.*
5 *Testis accipiens pecuniam, ne testimonium ferat pœna extraordinaria punitur, etiamsi pecunia sibi spontè data fuisset.*
6 *Quod procedit etiamsi testis precium post testimoniũ recepisset, dummodò promissio, vel conuentio præcesserit.*
7 *Testis, cui aliquid datum, vel promissum fuit pro testimonio prohibendo non probat ad fauorem dantis, vel promittentis.*
8 *Dantes pecuniam testibus, vt veritatem dicant, non puniuntur, licet inducant suspicionem subornationis, & hic datur cautela ad tollendam istam suspicionem.*
9 *Testis si nolit deponere, nisi pecunia sibi detur, licet ei isto casu pecuniam dare.*
10 *Testis in proposito potest pecuniã recipere pro mercede, & expensis.*
11 *Testis aliquid recipiens pro opere amisso, & damno sibi contingẽti sine iudicis scientia dicitur corruptus.*
12 *Contrariam opinionem tenent alij, & tandem remittitur arbitrio iudicis.*
13 *Testis pecunia corruptus pleuè probat contra corrũpentem, dummodò aliunde constet de corruptela.*
14 *Pecunia data testi, vt testimonium perhibeat non facit indicium ad delictum principale contra dantem: quod magis verum est si per consanguineos illius, pro quo ferendum testimonium esset, pecunia daretur.*

C A P. XII.

1 CONclusio est, quod testis aliquid accipere non valeat etiam pro veritate deponenda, vt sentiũt omnes in c. qualiter il primo de accus. c. nolite timere 11. q. 3. & c. intimauit de testibus, & ideo venale testimonium non esse verum testimonium c. non sane 14. q. 15. Cou. in c. peccatum 2. p. §. 3. n. 2. de reg. iur. in 6. D. Thom. & Caiet. in 2. 2. q. 70. art. 1. Menoch. de arb. cas. 310. nu. 1. & seqq. lib. 2. Marsil. in l. 1. nu. 5. de fals. Gramm. cons. 3. nu. 2. Claud. Bertazzol. ad patrem in cons. 157. in litt. B, in princ. Decis. Tholos. 285. vbi firmat, quod eo ipso quod quis accipit pecuniam, vt testimoniũ dicat committat falsum, & ibi Aufred. in add. post alios, quos allegat dicit, quod solo precio recepto, & testimonio secuto testis videatur corruptus.

2 Sed difficultas est, an pœna falsi puniatur, quando aliquid accepit pro veritate dicenda, Menoch. d. cas. 310. num. 5. alios, quos allegat dicit communem opinionem esse, vt puniatur pœna falsi: idem firmant, Ant. Gom. ad l. 80. Tauri nu. 10. sub vers. si verò dixit, vbi de communi, Monticell. in pract. crim. reg. 15. nu. 49. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 138. Claud. Bertazz. in dict. cons. 157. in litt. B, in princ. Aufred. d. decis. 285. nu. 3.

3 Sed

3 Sed ifta communis opinio dubia redditur, vt admonet Dec.in cap.1.nu.2.de teftib. cum falfum tunc dicatur, quando rei veritas immutatur, fed qui pecuniam accepit, non immutat veritatem ergo pœna falfi plecti non debeat, & ibi ad contraria refpondet, & ideò non teneatur hic teftis pœna falfi, fed alia, quam non declarat, fed Menoch.in d.caf.310. poft Couarr.

4 † firmat pœnam effe iudicis arbitrio indicendam, cum ifto cafu de iure certa pœna inducta non fit, & ibi infert ad Statuta, fed non diceretur fubornatus ifto cafu, quãdo datur pecunia tefti ad dicendam veritatem, & eius teftimonium valeret, vt poft Specul. firmat Ant.Thefaur.q.15.num.5. licet ibi fubdat, quod teftis ifto cafu peccet, & quod puniatur tantum pœna extraordinaria.Caualc.de teftib.par.3. nu.65. circa medium, vbi fubdit, quod ftatutum puniens vtentem falfo tefte, procedat etiam in dante pecuniam tefti, vt veritatem dicat.

5 Et ifte teftis pœna extraordinaria etiam puniretur, quando pecuniam accepit, ne teftimonium diceret, tanquam occultator veritatis, cum à iure etiam certa pœna ifto etiam cafu non fit diffinita. Fœlyn.in c.accepimus nu.12.in fin.de fid.inftrum.Dec.in l.1.nu.3. de teftib.latè Menoch.in d.caf.310.nu.11. & feqq.& etiam puniretur, fi pecunia fibi fpontè data fuiffet, vt poft Alex.& Marfil. tradit Monticell.in pract.crimin. reg.15.nu.49.in fine.

6 Immo ifte teftis puniretur, fi preciũ ante teftimonium non acceperit, fed poftea, dummodo præcefferit promiffio, vel conuentio. Marf.in l.1.nu.7.de falf. Menoch.d.caf.310.num.11.in fin.Monticell. in dict. reg.15.nu.150.

7 Et ifte teftis, qui aliquid accepit, vel fibi promiffum fuit, tamquam fufpectus repellitur, & non probat pro eo, à quo fuit datum, vel promiffum, Marf.in l.1.n.13. de falf.Roman.fing.326.Bertazz.conf.311. num.12. Rim.Iun.conf.723.num.46.50.& feq.vol.6.vbi etiam plus dicit, vt nec indicium faciat ad inquirendum, &, ibi, teftatur de communi, & Bertazz.in conf. 451. nu. 3.qui etiam teftatur de communi. Caualc. de teftib. p.3.fub nu.65.verf.fed quid qui allegat glof.in c.licet de probat.licet Ant.Tefaur.contrarium teneat in dic. quæft.15.num.5.

8 Sed Aduocatus fciat in hac quæftione, quòd qui pecuniam dat tefti ad dicendam veritatem, non dicitur corrumpere teftem, & licet fit mali exempli, & refpectu accipientis infligatur pœna, tamen refpectu ipfius dantis nulla pœna applicatur. Caftren.in l.2. §. fed hic quoque.ff.de condit.ob turp.cauf. Bofl. tit.de oppof.contra teft.nu.146. & feq. Dec.conf.189. nu. 15.in fine, Petr.de Surd.conf.132.num.51.vol.1.quòd ego habui in facto in perfona cuiufdam eminentis interpretis legum. Imò Aduocatus pro maiori cautela confulat fuo clienti, vt pecuniam tefti pro dicenda veritate publicè det, vel coram teftibus, cum tũc ceffet omnis fufpicio, Archid.in capit. qui rectè 11. q. 3. fubdit hanc non effe corruptelam, fed cautelam, fequitur.Bal.in cap.fin.nu.11.de appell.Dec.in d.conf. 189.nu.14. Bofl.loco citato nu.147. Aufred.in decif. Tholof.2585.nu.4.Surd.d.conf.132.num.52.Monticell.d.reg.15.nu.51. Mafcard. de prob. conclus.312. nu.14.vol.1. Sed fi falfum teftis deponat præbens pecuniam debet ex magna præfumptione contra eum refultante puniri aliqua pœna.Ant.Thef.q.15.nu.5.

9 Et fi teftis nollet deponere, nifi pecunia fibi tradatur, licet ifto cafu ei pecuniam dare, cum teftis recufans dicere teftimonium cenfeatur corruptus ab aduerfario; ideò cõtraria corruptione poterit induci ad teftificandum, cum permiffum fit fraudem fraude repellere.Rim.Iun.conf.723.nu.47. & feqq.lib.6. Dec. d.conf.189.n.12.Rip.in l.1.n.37. ff.fi cert.pet. Clau. Bertazz.in d.conf.157.in litt.B, in fi. qui omnes præfupponunt, vt teftis verum deponat, & fi palam, vel coram teftibus pecunia ei daretur, vt verum deponeret, vt poft Bal.& Dec.firmat Monticell. in d.reg.15. numero 12.

10 Ac etiam poterit deduci, quòd teftis pecuniam acceperit loco mercedum, & expenfarum, quia iuftiffimè pecuniam recipere potuit cap.ftatutum §.pro ferendo teftimonio de refcript. in 6. Crot. in tract. de teft.q.15. Dec.in d.conf.189. nu.12. Couar.in c.peccatum par.2.§.3.nu.3. de reg.iur. in 6. Menoch.dict. caf.310.nu.10.vbi fubdit, quòd iudex confideret conditionem perfonæ, ac fummam pecuniæ datæ, fi verifimile fit illam loco mercedis, laborum, expenfarum datam fuiffe.Claud.Bertazz.in dict.conf.157. in lit.B, verf.teftis tamen, & Boccac.de remifforial. cap.2.nu. 23. dicit, quod poterit taxare nobili folito equum tenere quahbet die fcutum vnum non retinenti equum iulios quinque, & plus aut minus arbitrio iudicis, cum debeat habere, quod expendit, & vlterius illud, quod poteft lucrari, & quod poffit habere expenfas viatici. Ant.Thefaur.q.15.in fin.

11 Sed in propofito contingit dubitari, an teftis, fi aliquid recipiat pro opere amiffo, & pro damno fibi contingendi dicatur corruptus, & incidat in pęnam; aliqui dicunt, quòd fi folutio fiat fine fcientia iudicis, tunc dicatur corruptus, cũ deponat contra iuris prohibitionem, vt firmant. Hoftien.Butr.& Fœlyn.in c.1. de teftib.vt refert Claud.Bertazz.in d.conf.159.in lit.
12 B, verf.fed licet, vbi † tamen fubdit contrarium tenere. Bal.& Fœlyn.in d.c.1. & Alber.Malet.in tract.de teftib.c. 16. col. 2. & in cœteris damnis tradit etiam Ant.Thefaur.dic.decif.15.in fin.& Petr.Mench.in 2. addit.ad Crot.de teft. q.15. num. 441. vbi etiam pro concordia iftarum opinionum dicit, quòd ipfe defideraret arbitrium boni iudicis.

13 Quæritur etiã in propofito, an teftis pecunia corruptus poffit induci ad plenam fidem contra corrumpentem.Bald.in c.1.nu.7. fi de inceft. inter Domin.& vaffall.tenet quòd fic, vide Ant.Thefaur.q.15.num.4. fed Rimin.Iun.in conf.723.nu.75.& feq.vol.6. declarat, dummodo aliunde cõftaret de corruptela, de quo tamen latiffimè dicam in 3.lib.

14 Sed Aduocatus non ignoret, quòd ex pecunia data tefti ad dicendum teftimonium, non defumatur iudicium ad delictum principale contra dantem, cum fiue iure, fiue iniuria contra aliquem procedatur, femper licitum fit redimere fanguinem fuum, fi credere velimus.Pet.de Surd.in d.conf.132.n.52.verf.nõ omitto: Quod tamẽ fine altercatione verũ effet data pecunia tefti, vt non noceat inquifito ignoranti traditionem iftius pecuniæ, l.non debet alteri de reg.iur.Surd.dic. conf.132.n.52.in fi.licet Sim.de pret.conf.105.n.20. & feq.dicat non licere fraude, fanguinẽ fuum redimere, & ob id pœnam non aufugere, Baiard. q.45. nu.7. ego quidem opinionem Surdi amplector, dummodo non fequatur aliqua fubornatio, vel falfitas.

DEFEN-

DEFENSIO XV.

Circa Remissoriam.

Remissoria pro examinandis testibus in criminalibus quando concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in criminalibus non conceditur Fisco, & adhærenti.*

2 *Remissoria non conceditur in criminalibus, etiamsi extaret consuetudo in contrarium.*

3 *Remissoria eo magis denegatur, quando testes non carent suspicione, & petitur concedi in loco suspecto.*

4 *Remissoria non cõceditur nec etiam pro repetendis testibus in fauorem fisci, & adhærentium.*

5 *Remissoria conceditur pro testibus examinandis extra Prouinciam, vel iurisdictionem etiã, quod adsit timor subornationis, secus in Prouincia.*

6 *Remissoria non conceditur, nisi ex magna causa, & à iudicibus maioribus.*

7 *Remissoria conceditur, si debeãt examinari testes in dignitate constituti, testes senes, & valetudinarij, ac alias impediti, & ob non tutum accessum.*

8 *Appellatio admittitur à denegata remissoria, secus si appelletur à decreto concessa remissoria.*

9 *Remissoriam, re integra, partes possunt reuocare.*

10 *Princeps potest concedere eemissoriam indistinctè in causis criminalibus.*

11 *Remissoria ad defensam conceditur, etiamsi adesset timor subornationis, tàm in Prouincia, quàm extra.*

12 *Sed ad tollendam omnem calumniam, solet dari iuramentum calumniæ, ac solent specificari nomina testiũ examinandorum in Curia.*

13 *Articuli, seu materiæ debent dari, & produci coram iudice delegante.*

14 *Remissoria potest obtineri ad effugiendas expensas commissarij.*

15 *Iudices, tàm ordinarij, quàm delegati concedunt remissoriam.*

16 *Remissoria vt concedi possit, multa requiruntur, quæ hic per Authorem exprimuntur.*

17 *Testes iurati in termino præfixo in remissoria, possunt examinari etiam extra terminum.*

18 *Delegatus, cui committitur remissoria, an possit illam recusare.*

19 *Delegatus an possit recipere instrumẽta, & alias probationes extra articulos, cui fuit commissa remissoria.*

20 *Remissoria postquam fuit per iudicem decreta efficitur communis cum parte aduersa.*

CAP. I.

1 IN ista quæstione, circa ea quæ concernunt criminalitatem, Aduocatus habet regulã pro se, vt in criminalibus concedatur remissoria, vt apertè legitur in Authen. apud eloquentissimum. C. de fid. instrument. vbi Bald. in summ. Cyn. num. 1. Salyeet. in summ. Viui. opin. 628. numero 1. Clar. quæst. 62. vers. sed quæro, vbi de communi, Ant. Gabr. concl. 25. nu. 1. & seq. lib. 7. de crim. Seuerol. in tractat. de remiss. c. 4. nu. 1. Virg. Boccac. de lit. remiss. c. 2. nu. 5. c. 3. nu. 19. & seq. Moder. Rom. q. 77. c. 2. nu. 71. vbi de communi, & 72. vbi de veriori, & magis communi testatur, vide Doct. adductos per Baiard. q. 26. nu. 8. & seq. Sim. de Pret. cons. 14. num. 1. & seq. Andr. Gayl. obseruat. 96. num. 10. lib. 1. Carauit. Rit. 157. nu. 3. & seqq. vbi reddit rationem, Mar. Ant. Maceraten. var. resol. lib. 3. resol. 25. nu. 1. Cauale. decis. 90. nu. 40. p. 5. & nos habemus Bullam Pij Quarti Constit. 74. p. 1. fol. 755. vers. item nõ concedat, Hier. Giach. ad Iul. Clar. q. 29. in litt. D, Card. Tusch. in litt. A, concl. 154. nu. 1. & ista communis opinio est vera, tàm si petatur ad instantiam Fisci, quàm ad instãtiam instigatoris, quicquid voluerit in contrarium. Carauit. Rit. 157. n. 11. & seq. vt si petatur ad instantiam Fisci, cum in eo cesset timor subornationis, cõcedi valeat, vt opinio Carauit. restringatur iuxta terminos iuris communis, quando testes sunt in aliena iurisdictione, ne delicta remaneant impunita, & non in alio casu, quando sunt testes de iurisdictione, qui possunt cogi accedere ad Curiam, ita declarat. Moder. Roman. in d. q. 77. nu. 110. cuius opinionem sequor, nisi aliter de consuetudine in loco obseruaretur, prout in Curia, & præcipuè in Tribunali A. C. in quo semper pro assumendis indicijs dantur litteræ remissoriales, & quod sit seruanda consuetudo loci, testatur Cardin. Tusch. d. conclus. 154. nu. 15. Sed caueant iudices, ne illas dirigant ad iudices petitos per instigatores, & si videãt etiam, quòd petantur à personis suspectis, faciant, vt isti instigatores præstent cautionẽ de reportando indicia, vel examina intra aliquod spacium temporis, iuxta distantiam loci, & qualitatem negocij, prout ego pluries obseruaui, & ab alijs obseruari vidi, cum soleant isti instigatores accipere dictas litteras, & deinde in partibus concutere inquisitos, & ab eis extorquere pecunias; & ideo sagax iudex ad hoc bene animaduertat, & ego nũquam commisi litteras pro capiendis indicijs, nisi Episcopis vel eorum Vicarijs, & non alijs in quauis dignitate constitutis ad euitandas imposturas, & falsitates, & ita etiã obseruatur à practicis, & bonis iudicibus vsque in præsentem diem, vt dicam infra nu. 16. vers. ac regulariter.

2 Et in tantum aliqui audent affirmare, vt in criminalibus non concedatur remissoria, quod admittant, etiamsi allegaretur consuetudo in cõtrarium, vt post gloss. & Fœlin. tenet Seuerol. in tract. de remiss. c. 4. nu. 2. Olasch. cons. 61. nu. 21. vbi concord. alleg. vel si peteretur, non pro probando delicto principali, sed ad probanda adminicula, adhuc non concedatur, vt tenet Moder. Roman. d. q. 77. n. 112. reiecta opinione Viu. opin. 928. num. 5. & seqq. prout verè in Curia d. opinio Viuij vsu non recipitur.

3 Et eo magis denegetur remissoria, quando testes essent suspecti. Capic. decis. 90. nu. 5. Grammat. consil. 41. nu. 12. Mar. Ant. Macerat. d. resol. 25. num. 1. vers. tum quia testes, & quando concederetur remissoria in loco suspecto. Grammat. d. cons. 41. nu. 18.

4 Et minus pro repetendis testibus contra Rei conceditur Remissoria. Mil. in pract. crim. in verb. reuocatus nu. 4. fol. 82. & licèt Carauit. in Rit. 257. nu. 22. dicat, aliter seruari de consuetudine, quando proceditur ad instantiam Fisci, cũ tunc cesset suspicio subornationis in Fisco, tamen duobus concurrentibus eius opinio admittitur, quòd veritas aliter habere nõ possit, & quòd vigeat magna causa, vt declarat Clar. in q. 45. vers. cæterum paulò post princ. & in Tribunali A. C. non dantur litteræ remissoriales pro repetẽdis testibus, nisi sint testes, qui ad Vrbem venire, cogi non

possint,

possint, vt laici, & si commorarentur extra Statũ Ecclesiasticum, vt testatur Moder. Rom. in d. q. 77. n. 75. qui in eodem Tribunali officium Criminale ante me gessit, & certe tempore meo cōcedebantur dictæ litteræ remissoriales, nisi ex vrgenti causa, vel adesset multitudo testium, vel etiam adessent testes valetudinarij, senes, mulieres honestæ, & aliæ similes personę, quæ non possent cogi accedere ad Vrbem; ideoque vidi interdum per practicos defensores ad impediendam remissoriam declarari mulieres honestas, senes, valetudinarios, & illos, qui minus percutiunt factum, pro ritè, & rectè examinatis, saluis exceptionibus cōtra dicta, & personas, vt reducantur testes ad paruum numerum, & ob id cogãtur accedere ad Curiam, quæ non est mala practica, & ex ea multa commoda ab inquisitis reportari vidi.

5 Si verò ageretur de testibus degentibus extra Prouinciam, & in iurisdictione alterius, adeò quod testes non possent compelli ad accedendum, ne delicta remaneãt impunita, & quia necessitas, facit probabile, quod alias non esset, conceditur remissoria. Bal. in d. authen. apud eloquentissimum nu. 1. & 2. vbi testatur ita seruari de consuetudine, tàm in capitalibus, quàm in pecuniarijs causis; & de eadem cōsuetudine testatur. August. ad Ang. in verb. qui iudex statuit terminũ nu. 34. & seq. Carauit. Rit. 157. nu. 7. Gabr. conclus. 25. lib. 7. nu. 4. Clar. q. vers. sed quæro quid agendum. Menoch. de recuper. poss. remed. n. 362. vbi de crebriori, & veriori opinione, Seuerol. in tract. de remiss. cap. 4. nu. 8. vbi testatur ita alias in Vrbe contra Archiepiscopum Ma phitanum, fuisse obseruatum. Boccac. de lit. remiss. c. 2. nu. 9. Andr. Gayl. obseruat. 96. num. 10. & nu. 21. Sim. de Pret. consi. 14. num. 1. & seqq. vbi de magis communi, Moder. Rom. q. 78. nu. 92. vbi concordantes allegat, & quod debeat fieri cōmissio examinis, ac committi alteri iudici quando testes non possunt auocari, & non sit arbitrium iudicis post alios, quos allegat Benintend. decis. Bonon. 74. nu. 4. testatur de communi, & post Vestr. docet, vt petens remissoriam debeat dare aliquem fumen iudici, vt tollatur ne calumniosæ petatur, & sufficit, quod detur per aliã probationem etiam informiter factam, Marc. Anton. Macerat. var. resolut. lib. 3. resolut. 25. nu. 7. vbi firmat talem consuetudinem esse seruandam, cum sit iuris dubij interpretatiua, & quod ita etiam desumitur ex Constit. Marchiæ lib. 3. c. 20. latissimè Laderch. Imol. cons. 202. nu. 1. & seq. vbi totis iuribus hanc opinionẽ tuetur, & testatur de magis communi, & post Fulgos. etiam tradit, vt æquius sit, quod testes in aliena iurisdictione possint falso testari de innocentia alicuius, vt nocens absoluatur, quàm vt innocens damnetur, & idem Moder. Rom. in d. q. 27. nu. 93. refert Doctores contrarium tenentes, & conatur tradere aliquas distinctiones, sed tandem dicit supradictam opinionẽ esse magis receptã, ac veriorem, & in practica apud nos seruatam, & ibi ad contraria respondet, & præcipuè ad dictam Bullam Pij IV. vt illa loquatur generaliter, vt A. C. non concedat remissoriam, vt recipiat interpretationem passiuam à iure communi, quando agitur de testibus degentibus in Prouincia, vel iurisdictione, secus in alijs, quæ interpretatio desumitur etiã ex alia Bulla eiusdem Pij IV. super reformatione omnium Tribunalium Vrbis Constit. 85. fol. 779. parte 1. vbi expressè cauetur, quod nec Fisco, nec Instigatori concedenda sit remissoria, nisi in casibus, in quibus alias de iure concedi debeat, & de iure quando testes sunt sub diuerso Principe conceditur non remissoria, secus quando sub eod. vt cumulauit doct. Card. Tusc. in d. concl. 156. nu. 11. & seq. in litt. R, vbi sub nu. 13. limitat nisi locus valde distaret, quia tunc etiam sub eodem Principe cōceditur remissoria ex traditis per Castrens. & Felyn. in locis per eum allegatis.

6 Benè verum est, quod nullus iudex inferior tales litteras concedit in Ducatu Mediolani, sed tãtum iussu Senatus, qui hoc non permittit, nisi raro, & ex magna causa, nec dissentit Ossasch. cons. 54. nu. 21. lib. 1. & sequitur Modern. Rom. d. q. 77. nu. 99.

7 Si verò deberent examinari testes in dignitate cōstituti, erit concedenda remissoria, Alber. in d. auth. apud eloquentissimum nu. 2. Boss. tit. de oppos. contra testes num. 26. Bertaz. cons. 136. nu. 2. Idemque erit, si deberent examinari senes, valetudinarij, aut alias impediti venire ad locum examinis, Alber. d. num. 2. Bertaz. cons. 136. nu. 2. vers. & tanto magis lib. 1. Moder. Rom. d. q. 77. nu. 100. & seq. Idemque erit, si petatur remissoria ob non tutum accessum ad locũ, vbi causa criminalis intentatur. Aret. in d. auth. apud eloquentissimum versic. sed quid si, vbi loquitur in non audẽtibus venire propter represalias, & ibi Alber. num. 2. vers. item si iusto metu venire non auderent. An remissoria concedatur in crimine confidentiæ latè, & distinctè ponit. Flamin. Paris. in tract. de confident. q. 79. per totum vbi sub n. 16. concludit concedi remissoriam, & ita vidit obseruari in Tribunali d. confidẽtiæ, & maximè quando testes essent examinandi in remotissimis regionibus, & quando veritas aliter haberi non posunt, sed admonet Iudicem, vt sit circumspectus si per calumniam peteretur, & quod proponitur probandum non releuaret.

8 Et à denegata remissoria pars poterit appellare, Benintend. decis. 74. n. 1. circa med. Seuerol. de remiss. c. 18. nu. 3. in fin. & c. 22. nu. 3. Modern. Rom. d. q. 77. nu. 4. Mar. Ant. Macerat. lib. 3. resol. 25. num. 14. sed si appelletur à decreto concessæ remissorię, in ciuilibus non admittatur appellatio, secundum vsum Romanæ Curiæ, in criminalibus verò fuisse quandoque appellationes receptas, post Seueroll. testatur. Mod. Rom. in q. 77. nu. 4. in fin.

9 Si verò partes consenserint remissoriæ re integra, poterit altera earũ reuocare consensum, vt post alios, quos allegat, firmat Baiard. in q. 26. nu. 11.

10 Pontifex autẽ, vel alius Princeps secularis posunt indistinctè in causis criminalibus remissoriam concedere. Alber. in d. Auth. apud eloquentissimum sub n. 1. Clar. q. 26. nu. 4. Gabr. conclus. 25. nu. 5. lib. 7. Seueroll. de remiss. c. 4. nu. 10. & seq. Vestr. in pract. libr. 6. c. fi. nu. 1. Carauit. Rit. 157. nu. 8. Moder. Rom. d. num. 12. Card. Tusch. in d. concl. 154. nu 29. q. 77.

11 Ad defensam autem, si quis vellet probare negatiuam non fuisse in loco commissi delicti, remissoria nō denegatur Salycet. in d. Auth. apud eloquentissimum nu. 3. Foller. in pract. crim. in verb. & facta litis contestatione nu. 7. Gabr. lib. 7. conclus. 25. num. 8. Bertaz. cons. 136. nu. 2. lib. 1. Sim. de Pret. cons. 14. n. 9. & seqq. vbi dicit procedere, etiamsi adesset timor subornationis, & quod ita alias fuit indicatum. Moder. Roman. in d. q. 77. nu. 104. latè Marc. Ant. Macerat. var. resol. resolut. 25. per totam, & latissimè Laderch. Imolens. cons. 202.

conſ.202.per totum,vbi etiam firmat eſſe verum etiã ſi vigeret ſuſpicio,ac timor ſubornationis,& in fi.dicti conſ.teſtatur ita alias obſeruatum vidiſſe,Soccin.iun. conſ.60.num.7.vol.2.Brun.conſ.64.nu.40.p.1.Card. Tuſch.d.concl.154.num.4.vide in defenſ.28.c.10. & ego alias pluries obtinui extra Prouinciam, & præcipuè ad fauorem Archipresbyteri Terræ ſoliti Hydruntinæ Diœceſis in Tribunali A. C. ac etiã in Prouincia aliquando obtinui,& pręcipuè in vna Fulginaten.ad fauorẽ Vincentij Geroſi per acta Vgolini Notarij de anno 1596.& Card.in d. concluſ.154. nu.24. poſt alios,quos allegat videtur firmare, quod ſit arbitrarium iudicis concedere,vel denegare remiſſorium tàm in ciuilibus , quàm in criminalibus quando teſtes poſſunt euocari ſecus ſi non poſſunt euocari,quia tũc omnino tenetur concedere remiſſoriam , ac etiam ſi teſtes fuiſſent examinati in partibus ad inſtantiam fiſci , & deberet repeti ad inſtãtiam rei omnino debeat concedi remiſſoria.Card.Tuſch.d.concl.154.n.5.

12 Sed ad tollendam omnem calumniam, ſolet præſtari iuramentum,quòd petatur dicta remiſſoria, non animo calumniæ, iuxta tradita per Veſtr.in pract.lib. 3.c.fi.n.5. & Mar.Ant.Macerat.var.reſol.lib.3. reſol. 25.num.14. verſ.1. fuiſſe;ſed ſolent in Curia nomina teſtium ſpecificari, vt de eis habeatur cognitio, & cognoſci poſſit an adſit timor falſitatis ex qualitate perſonarum dictorum teſtium examinandorum, vt ſi eſſent perſonæ viles,& ſuſpectę. Boc. de lit. remiſſ.c. 4.nu.12.in fi.mihi fol.42. & ſciat Aduocatus replicare aduerſus fiſcum allegantem timorem,vel ſuſpicionem ſubornationis,quod non omnis præſumptio,vel ſuſpicio calumniæ impediat remiſſoriam,ſed illa tantum,quæ eſſet vehemens,& magna,Mar.Ant.Macer. in d.reſol.25.nu.15.ex traditis per Abb.in c.licet cauſam de probat.Anch.& Io.de Anan. in c. ſuper eo de crim.falſ.Iaſ.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.

13 Et articuli ſeu materiæ, ſuper quibus debent examinari teſtes ſunt producendæ coram iudice remittente,vel delegãte,ad hoc,vt poſſit videre, an ſint releuantes, & admittendę, quod nõ poſſet facere iudex niſi eſſet informatus.Virg.Boc.de lit.remiſs.c.5. n.1. & ſeq.ex traditis per Io.Paul. deciſ.2. & Pereg.deciſ. 221.lib.1. vbi dicit hanc opinionem eſſe limitandam in duobus caſibus, primo, quando articuli continerẽt liquidationem fructuum, ſecũdo in articulis reprobatoris.Mod.Rom.q.77.nu.142.& iudex non poteſt dicere petenti remiſſoriã exhibeat teſtis ſenes examinandos,niſi adſit conſuetudo,vel niſi appareat, quod fraudolenter taceat nomina, & cognomina teſtium, vt poſt Spec.declarat deciſ.Bonon.Benintẽd.74. n.3.

14 Et defenſor cauſæ ita deducendo poterit etiã euitare magnas expenſas, quæ fiunt per tranſmiſſionem Commiſſarij, vel Notarij, quia Curia inclinat magis ad dictam tranſmiſſionem,quam ad conceſſionem litterarum remiſſorialium, quia tunc reputatur ac ſi ipſemet iudex teſtes examinaret, prout videtur ſentire, Zabarel.in c.ſi quis teſtiũ col.1. verſ.hoc non videtur procedere,& extra de teſtib.Gram.conſ.41.nu.19.vbi teſtatur ita fuiſſe ſeruatum,& loquitur in repetitione teſtium,Carau.rit.156. nu.7. in fi. vbi teſtatur ita ſeruari in magna Curia Vicarię,Alex.Stiat in pract.iud. c.6.nu.14. vbi teſtatur ita in pract.obtinuiſſe,Lancel. de attent.p.3.c.26.n.137. vbi teſtatur etiam ita fuiſſe ſeruatum in tribunali A.C.in vna Peruſin.Bertaz.cõſ. 136.in fi.lib.1.vbi teſtatur apud eum ſeruari, etiam ſi teſtes eſſent ſub iuriſdictione illius Principis, ita paſſim in tribunali A.C. ſeruatur,prout etiam de tali obſeruantia teſtatur Mod.Rom.d.q.77.nu.114.

15 Ac omnes iudices,tàm ordinarij, quã delegati etiã ab inferiore à Principe concedunt remiſſoriam.Seuerol.de remiſ.c.21.per tot.Mod.Rom.d.q.77.n.149.

16 Multa requiruntur in conceſſione remiſſoriæ, vt eſt videre apud Specul.titul.de teſt. §. qualiter autem Rub. commiſſio receptionis teſtium nu.16. & nu.23. vbi ponit formulã remiſſoriæ,& declarat ſingula verba ipſius formulæ. Luc.Pet.in pract.c.6.nu.10. Seuerol.de remiſs. c.23. per tot. Boc.de lit.remiſ.q.8. per totam,& primo requiritur citatio l.iudic.in princ. C. de fid. inſtr. & formam citationis ponit Luc. pet. in pract.d.Caputol.c.6.num.4.& Seuerol.in tract. de remiſ.c.21. num.2. & ſeq.debet fieri talis citatio coram iudice concedente remiſſoriam, & citatio debet eſſe ſpecialis ad videndum concedi remiſſoriam, nec ſufficit, ſi in citatione pars citaretur ad dicendum cõtra articulos, videndumque illos ad probandum admitti, tàm in Curia,quàm extra niſi etiam citaretur ad vidẽdum concedi litteras remiſſoriales, vt de ſtilo Curia teſtantur Seuer.in tract.de remiſ.c.21.nu.2. & ſeq. & Boc.in d.tract.c.9.nu.8.ac etiam in d.citatione debet dici, ad concordandum de iudice, & loco, vbi teſtes examinari debeãt,ac de loco loci, Alex.Stiat.in prac. c.6.ſub nu.4.Veſtr.in pract.lib.5. c.10. nu.1. Seuerol. de remiſ.c.20.nu.3.& ſeq.& c.28.per totum,ac etiam pars citari debet ad videndum claudi litteras, & ad dandum interrogatoria, ſi quæ dari vult, claudenda in eiſdem litteris vna cum articulis ex aduerſo productis,alias videndum d.litteras claudi, & tradi ſine illis latori, & eidem iuramentum deferri de illis fideliter portandis, & præſtandis, & alia dici, & fieri neceſſaria,& requiſita. Alex.Stiat.in d.c.6. Veſtr.d.c.10.n.1. Seuerol.c.19.nu.3.Andr.Gayl.obſeru.96.num.5.dicit quod citatio ad dandum interrogatoria fit coram iudice commiſſario, & ego vidi pluries, quod licet hic in curia fiat talis citatio coram iudice delegante ad dandum interrogatoria,tamen hic non dantur,quando timetur, vt interrogatoria propalentur parti, ſed producantur in partibus coram d. Commiſſario,ſine alia citatione.

Imò requiritur etiam citatio coram iudice delegãti ad conſtituendum procuratorem in partibus in loco examinis acceptantem,& reperibilem, & qui citari poſſit, alias procedi per affixionem Eccleſiæ. Luc. Pet.in d.pract.fori Capitol.c.6.nu.7.Veſtr.lib.6.c.fin. nu.7.& ibi Grauat.nu.18.in fin.Seuerol.c.31. per tot. vide de pluribus citationibus faciendis coram iudice. Boccac.de litt.remiſs.cap.6. num.17. Andr.Gayl.obſeruat.97.num.5.

Et poſtquam fuerint examina teſtium remiſſa à iudice delegato ad iudicem delegãtem, citatur pars ad videndum aperiri dicta examina teſtium,& videndum illa in actis produci, & alia fieri, de quibus per Alex. Stiat.in ſua pract. c.6.num.20. & ſeqq.vbi ponit quid agendum ſit poſt factam dictam citationẽ, latè Mod. Roman.q.77.nu.116.cum plurib.ſeqq.

Ac etiam requiritur in conceſſione remiſſoriæ, vt præcedat cauſæ cognitio, quod iuſtè petatur. Alex. Stiat.d.c.6.n.1.Veſtr.d.c.fi.nu.1.lib.6. Seuerol.de lit. remiſs.c.5.n.2.Bocc.de remiſs.c.2.nu.1.& nu.3.

Et conceditur remiſſoria expenſis petentis,& producentis teſtes. Grauat. ad Veſtr. in pract. lib. 6. c. fin. num. 13. Seuerol. de remiſſor. c. 29. nu. 1. & ſeq. & n. 4. Moder. Rom. q. 77. nu. 125.

Ac regulariter remiſſoria non poteſt committi non habenti iuriſdictionem, vel nō exiſtenti in dignitate. Alex. Stiat. d. c. 6. nu. 2. c. 16. nu... c. 2. vbi de magis communi, Luc. Pet. d. c. 6. num. 5. Seuerol. de lit. remiſſ. cap. 20. nu 8. & ſeq. de veriori, & magis recepta opinione teſtatur Oſaſc. deciſ. 64. nu. 21. quod declara,& intellige, vt per Moder. Rom. q. 77. num. 127. & ſeqq. vbi alios allegat,& teſtatur de magis communi, vt non committatur niſi habentibus merum Imperiū ac mixtum, vel alicui in dignitate eccleſiaſtica conſtituto. Seuerol. in tract. de remiſſ. caſ. 20. nu. 8. & ſeq. qui etiam de recepta opinione, & ideò ego numquam conceſſi remiſſoriam, neque illam commiſſi niſi ordinarijs locorum.

Et regulariter in conceſſione remiſſoriæ ſolet præfigi terminus ad inchoandum, & perficiendum examen, Alex. Stiat. d. cap. 9. nu. 6. Bocc. de lit. remiſs. c. 1. nu. 1. & talis terminus currit à die præſentationis litterarum remiſſorialium, & ad præſentandum dictas litteras debet dari alius terminus iudici remittenti. Stiat. d. c. 6. num. 6. Bocc. de lit. remiſs. c. 7. num. 10. qui voluit, quod terminus currat à die conſignatæ remiſſoriæ portitori,& alias, prout iudex ſtatuit: ſed ſi nulla data fuerit dilatio, intelligitur data illa, quæ eſt de iure per l. 1. de dilatio. Sed ille terminus præfixus in remiſſoria ſolet prorogari ſemel, vel pluries probando, & reprobando inſtantiam arbitrio iudicis. Mod. Rom. q. 77. nu. 137. & ſeq.

17 Si verò in termino præfixo in remiſſoria teſtes iurauerint, poſſunt examinari per iudicem delegatum, etiam poſt dilationem,& terminum lapſum. Veſtr. in pract. lib. 6. cap. fin. n. 8. vbi teſtatur, quod ita ſeruatur. Bocc. de litter. remiſs. c. 7. num. 13. & ſi iurauerint die iuridica, poſsūt examinari die feriato in honorē Dei, Petr. Cabal. in qq. crim. caſ. 227. nu. 22. cent. 3.

18 An verò ille, cui dicta remiſſoria dirigitur, teneatur de neceſſitate tale onus ſuſcipere, ſi ſit ſub iuriſdictione iudicis delegantis non poteſt recuſare, ſi verò non ſubdit, non tenetur acceptare, quia tunc ei iudex non iubet, ſed eum hortatur. Modern. Rom. quæſt. 77. numero 166.

19 Et an ille, cui diriguntur litteræ remiſſoriales, poſſit etiam recipere inſtrumentum, & alia iura, & probationes extra articulos, ac etiam cogere ad reſpondendum articulis,& confeſſiones recipere, vide Mod. Roman. d. q. 77. n. 167. & ſeqq. Bene verum eſt, quod quando probatio eſt facienda per inſtrumentum, vel ſcripturas, remiſſoria non conceditur, cū facilè tranſmitti poſſint. Decian. in cap. 1. nu. 74. de appellat. Baiard. q. 26. nu. 10.

20 Remiſſoria autem per vnam partē petita poſt factum decretum ſuper ea concedenda, dicitur facta vtriuſque parti communis,& ſic poſt pars quæ petijt remiſſoriam renūciare quoad ſuum cōmodū, ſed non poteſt præiudicare parti aduerſæ, vt poſt Franch. tradit Seuerol. in tract. de remiſs. c. 22. nu. 4. Mod. Rom. q. 77. nu. 112. ſed Baiard. q. 26. nu... dicit quod ſi pars conſenſerit decreto, reintegra, poteſt renunciare ex traditis per Ferrett. in conſ. 367. n. 4. vol. 2. & per not. in l. error C. de iur. & fact. ignor. & in c. fi. de confeſſ.

DEFENSIO XVI.

Circa Subtractionem probationum.

Qua pœna puniatur ſubtrahens probationes Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Subtrahens teſtes, & probationes Curiæ punitur pœna extraordinaria.*

2 *Quod etiam procedit in ſubtrahere probationes, tàm in cauſa criminali, quàm ciuili.*

3 *Subtrahens examina teſtium, vt nulli propalentur, pœna falſi punitur.*

4 *Subtrahens probationes, & teſtes punitur ratione cōtemptus iudicis, moto tamen iudicio, ſecus ſi iudicium non eſſet motum.*

5 *Subtrahens probationes in cauſa aſſaſſinij punitur eadem pœna, qua punitur delinquens.*

6 *Subtrahēs probationes in cauſa ciuili, an amittat cauſam, diſtingue vt hic per authorem.*

7 *Subtrahens teſtes in cauſa criminali, an ex iſta præſumptiones poſſit puniri.*

8 *Subtrahens probationes, vel impediens teſtes, ne examinetur, tenetur parti ad intereſſe.*

CAP. I.

1 
Voniam ſæpe contingit, quod teſtes, ac aliæ probationes Curiæ occultentur, & ſubtrahantur, ideò videamus qua pœna iſti ſubtrahentes puniantur, & cōcluſio, eſt vt pro motu iudicis pœna extraordinaria plectātur, Henric. Boich. in c. peruenit el 1. n. 3. in fin. Bella. n. 4. Bal. n. 1. Fœl. nu. 3. de teſtib. cogen. Boſs. tit. de falſ. n. 164. Boer. deciſ. 292. n. 1. & nu. 9. vbi dicit, quod, quamuis aliqui dixerint ſubtrahentem pœna falſi puniri, verius tamē eſt extra ordinem eſſe puniendum. Mod. Rom. q. 78. n 138 Menoc. caſ. 311. n. 7. & ſeq lib. 2. de arbitr. Pet.
2 Cabal. in q. crim. caſ. 43 per tot. † vbi dicit procedere in ſubtrahente probationes,& teſtes, tàm in cauſa ci-
3 uili, quàm criminali. † idemque eſt in ſubripiente examen teſtium, qui iam depoſuerunt, ſi occultauerit nō vni, vel duobus perſonis, ſed omnibus, vt occultās tamen puniatur de falſo, Mod. Rom. q. 67. nu. 251. verſ. vbi quod idē Farinac. conſ. 101. n. 30. & ſeqq. & q. 78. nu. 138. ſed latè Petr. Caball. caſ. 273. per tot. vbi alios allegat tradit bonas rationes, vt non puniatur tamquam auxiliator etiā ſi fuerint teſtes ſubtracti, ne probarent in cauſa homicidij, nec teneatur pœna falſi, ſed alia extraordinaria, & ſi ſubtractio fiat pro conſeruatione ſui honoris, ne detegatur delictum, nō punitur. Natt. conſ. 499. nu. 9. prout contingit hic in Curia in quadā muliere, quæ occultauit ſe primum interectum in eius domo, ne detegeretur, quod ille rem carnalem cum ipſe habuiſset.

4 Aduocatus aūt animaduertat, quod prædicta opinio eſt vera, qñ quis ſubtraheret teſtes, & probationes, moto iudicio,& lite pendēte,& tūc puniatur pœna extraordinaria tanquam contēptor Prætoris, quia per ipſam ſubtractionem videtur contemnere iudicē, vt tradunt Bald. in dict. c. peruenit nu. 2. & Abb. nu. 4. & Petr. Caball. in dict. caſ. 43. ideò ſi fieret ſubtractio ante Motum iudicium, non erit inconueniens affirmare, quod nulla pœna puniri valeat, cum non poſſit conſiderari iudicis contemptus.

Teſtis

Teſtis autem ſubtrahens ſe à teſtificando ſi laborẽt indicia, quod precio ſe occultauerit, pęna falſi punitur, alias pęna extraordinaria vide latè Mod. Rom. q.67.n.251.& q.78.nu.134. vbi ponit plures declarationes, & maxime dicit procedere ſi adhuc non aſsũpſit officium teſtificandi, quia non iurauerit, ſecus ſi iuraſset, quia pęna falſi puniretur, prout mihi cõtingit de anno 1608. in quodã Luca Veneto, qui in actu examinis poſt delatum iuramentum fugam arripuit, nec voluit deponere contra imputatum de homicidio.

5 Si verò talis ſubtractio teſtiũ, & probationũ fieret in crimine aſsaſſinij tanq̃ defenſor tanti ſcęleris ſubtrahens puniretur pęna mortis, tex. in c.1. in fi. de homic. in 6. gl. in clem. 1. in verb. defenſabitur verſ. circa quartam, & ibi Zabarell. n.117. & Imol. n.17. de pęn. ſed quod non puniatur vti auxiliator, tradit Petr. Caball. d. caſ.263. n.3. vbi alios allegat, quod eſt notãdũ, quia contingit caſus in Curia in quodam Pręlato, qui fuit imputatus de ſubtractione vnius teſtis, ne deponeret cõtra quoſdã nobiles mulieres Romanas imputatas de homicidio per aſsaſſiniũ in marito, & parte qui licet fuiſset cõdẽnatus in pęnã vltimi ſupplicij in contumaciã, & deinde deuenerit in fortijs Curiæ nõ per hoc fuit ſententia contra ipſum executa, ſed relegatus ad inſulam, & ſic fuit ſententia moderata.

6 Dubitatur etiam, an ſubtrahẽs probationes in cauſa ciuili, pro tali ſubtractione, amittat cauſã, & Doct. in iſto artic. videntur concludere, ꝙ ſi plenè conſtet in actis, ꝙ ſubtrahens teſtes habeat iuſtam cauſam, & tunc non amittat cauſam, ſi verò eſsemus in dubio, & tunc præſumatur ꝙ ſubtrahens iniuſtam foueat cauſam, & propterea illam amittat ex trad. per Henric. Boich. in d.c. peruenit el 1. nu.1. & 3. quam diſtinctionem, vti æquam, ſequitur etiam Boer. decil.292. nu.9. verſ. ſed ſi cum vitio, vide Menoc. caſ.311. n.8. in fi. & per tot. caſum ponit quid in ſubtrahẽtẽ iura tabulas, & alia ſimilia. Bene verum eſt, quod ſi in actis nõ cõſtaret de iuſtitia cauſæ, poſſit nihilominus de illa docere, & ſic ipſa ſubtractio deuoluat onus probãdi bonum ius in ipſum ſubtrahentem, & ſi illud nõ doceat, perdat cauſam, vt videtur eſse de mẽte. Boſs in tit. de falſ. nu.164. verſ. & concl. eſt, vbi dicit ſubtrahentem teſtem non amittere, vbi alias oſtendit ſe bonum ius tenere, & ſequitur. Mod. Rom. in q.78. nu.143. & in q.53. n.64. limit.3. tradit quod affectans inimicitiam cũ teſtibus, vt eis tollatur fides, cũ per indirectum quęrat ſubtrahere probationes, ſuo aduerſario amittat cauſam, & quãdo aliquid dicatur affectatum, remittit arbitrio iudicis, ibi n.65. verſ. An eſset, & ſequitur Porrus in conſ.11. contra Impoſtores in fin.

7 Et eodem modo dicendum eſt in ſubtrahẽte teſtes, in cauſa criminali, vt ex hac præſumptione ſubtrahẽs puniri nõ poſſit, ſi de illius innocẽtia conſtaret, ſecus ſi de d. innocẽtia nõ appareret, quia tunc ex ipſa ſubtractione reſultat præſũptio delicti, & poterit de ipſo delicto puniri. Henric. Boich in d.c. peruenit el 1. n.1. & 3. de teſtib. cogen. quam vti æquam, ſequitur Boer. dicta deciſ.292. verſ. ſed ſi cum vitio, & Mod. Rom. in d.q.78. n.148. dummodo tamen clare conſtet de ipſa ſubtractione, & occultatione. Henric. Boich. dict. cap. peruenit nu.2. vbi Bellam. nu.2. Boer. d. deciſ.292. n.9. Boſs. tit. de falſ. nu.164. verſ. & loquitur. Mod. Roman. d.q.78. nu.145. & ſeq.

8 Ac etiam iſte ſubtrahens, vel impediens teſtem, ne examinetur, & deponat tenetur parti læſæ ad intereſſe, actione de dolo, Bart. in l. ſi falſus num.2. ff. de dol. Mod. Rom. in q.17. n.25. & q.67. nu.251. Petr. Cabal. in q. crim. cent.3. caſ.263. nu.7. Idemque ſi ſubtrahat probationes, vel ſcripturas, vt teneatur ad damna, & interreſſe idem Farinac. conſ.42. n.2. & ibi Tiber. Ceraſ. n.13. in fi. qui alios allegat probata occultatione, vt ipſe occultans habeatur pro conuicto, & poſſit cõdẽnari niſi probet caſum, vel ſuã innocentiam idẽ Farinac. q.78. n.148. & in conſ.42. n.3. & ipſa occultatio ſine dubio grauet occultantẽ ad torturam. Natt cõſ. 499. n.7. in fi. Farinacc. d.q.78. nu.246. ſed Aduocatus deducat, ꝙ ipſa occultatio debeat plene probare, vt poſſit afficere occultantem. Farinac. d.q.78. n.143. & conſ.43. ſub n.1. verſ. ſed procedere, & contra ſub trahentem probationes an poſſit iurari in litem vide latè Farinac. conſ.43. per totum, & ibi Add. in litt. A.

DEFENSIO XVII.

Ne ſumantur arma de domo Rei.

Probationes non ſunt ſumendæ de domo Rei.

SVMMARIVM.

1 *Perquiſitio in domo alicuius pro inueniẽdis rebus furatis, & alijs rebus prohibitis non eſt concedenda fiſco ſecundum vnam opinionem.*

2 *Contrariam opinionẽ, tanquã cõmunem tenent alij.*

3 *Diſtingue, & intellige iſtas contrarias opiniones ſecũdum Authorem hic concordatas.*

4 *Perquiſitio numquam eſt concedenda, vt fiat per ipſas partes intereſſe habentes niſi eum interuentu exequutorum iuſtitiæ.*

5 *Bona, vel res vitioſæ repertæ per birruarios in domo alicuius, debent per Notarium diligenter deſcribi.*

6 *Perquiſitio conceditur, non ſolum in Territorio iudicis, ſed etiam extra illius Territorium.*

CAP. I.

1 SVper hac quæſtione duæ ſunt opiniones, & prima eſt negatiua, & non ſit concedenda perquiſitio in domo alicuius pro inuenẽdis armis ꝓhibitis, famoſis libellis, moneat falſa, rebus furatis, & ſimilibus, cũ probationes, ſit nimis graue, vt ſumantur de domo Rei ad probandam fiſci intentionem l. nimis graue. C. de teſtib. Boſs. in tit. de exam. reor. n.9. Abb. in c. qui cum fure n.9. de Furt. vbi de communi quam refert Corrad. in pract. crim. lib.1. c.9. §.3. tit. de furib. n.14. in princ. Clar. §. furtum n.3. verſ. contrariam tamen. Modern. Senogall. de modo forman. proceſs. inform. lib.1. c.5. nu.1.

2 Contrariam autem opinionem, quod talis perquiſitio ſit concedenda, tãquam communem ſequuntur. Auguſt. ad Angel. de malefic. in verb. & veſtem cœleſtem nu.34. Corrad. in loco proxime citato num.14. circa med. vbi teſtatur de magis cõmuni, vt indiſtinctè ſit concedenda perquiſitio. Boer. deciſ.174. nu.20. vbi teſtatur ita ſeruari de ſtylo, & Clar. in d. §. furtum. n.3. poſt Pap. lib.23. tit.6. arreſt.13. & teſtatur ita quoque iudicatum fuiſse, & quod huiuſmodi opinio eſt à practica obſeruata, & latè Moder. in dicto tractatu de mod. forman. proceſ. informat. lib.1. c.5. n.3. & ſeq. Io. Bapt. Bonifat. in tract. de furt. §. contrectatio num.83. vbi concord. allegat.

3 Sed

3 Sed mihi non displicet, quod talis perquisitio non sit concedenda generaliter contra omnes, sed solum in casu speciali, quando persona potest committere fraudem, puta in seruo, vel vxore se occultando l. requirendi, C. de seru. fugit. vt tradit Corradinus in practica in loco proxime citato, n. 14. vers. quod in rebus; licet ipse subdat, quod Doctores contrariū teneant: Ac etiam mihi valde placet alia opinio, vt non cōcedatur perquisitio specialis cōtra aliquē, nisi quādo adsūt indicia, per quæ oriatur suspicio, q̄ res furtiua sit in domo alicuius suspecti, vt firmat Corrad. vbi supra ex auctoritate Bar. Bal. Ang. Aug. & Fulgos. sed sufficiant leuia indicia, & solum iuramentum partis: & q̄ concedi non debeat talis perquisitio, nisi præcedant indicia, vel saltim iuramentum Domini rei furatæ, latè tradit Io. Bapt. Bonifat. in tract. de furt. §. Cōtrectatio, num. 83. vers. subdens, hāc opinionem, vbi cōcordantes allegat, & sub nu. 84. dicit, quod ipse nunquam dedit talem perquisitionē, nisi existentibus indicijs, & adhibito iuramēto partis, & quod iudex debeat esse circumspectus, ne talis perquisitio petatur propter odium, vt nota infamiæ domino domus irrogetur, & hortatur iudices, ne facile concedant dictas perquisitiones in domibus honestarum personarū, cū sit valde graue, vt pādantur secreta patrisfamilias, quā opinionē Iudices amplectentes non errabunt, & post hęc scripta superuenit. Moder. Farinacc. in tract. de furt. q. 165. nu. 31. vbi subdit concedendam esse talem perquisitionem, etiam suadēte publica vtilitate, dummodo tamen præcedant aliqua leuia indicia contra dominum domus in qua perquęsito erit facienda ex traditis per Corrad. in pract. rubr. de furib. nu. 12. & seq.

4 Sed caueant iudices, ne concedant licentiam perquirendi ipsis dominis rerum amissarum, ne sequātur scandala, sed mittere debent exequutores, ac iustitiæ ministros, & quādoque cum interuentu ipsorum dominorum. Clar. in d. §. furtum, num. 33. in fin. vbi tamen sub d. num. 33. in princ. dicit, dummodo talis perquisitio fiat cum auctoritate iudicis, & quod non debeat talis perquisitio committi dominis, sed ministris iustitiæ, tradit Io. Bapt. Bonif. in d. §. contrectatio, nu. 83. in fin. & sub num. 84. dicit, quòd ipse in Dominio Veneto semper obseruauit concedere talem perquisitionem, executoribus, sine præsentia dominorum, vt pericula euitentur; sed cessante periculo concessit licentiam dominis accedendi cum ministris iustitiæ, cuius opinione ego valdè adhæreo, & quod propria auctoritate talis perquisitio fieri non possit; sed requiratur auctoritas, Petr. Gregor. Iuris Sintagm. lib. 37. c. 1. rubr. de furt. cap. 158. nu. 31. sub vers. Ex quibus.

5 Si verò furata in domo alicuius inueniātur, vel aliæ res vitiosæ, Notarius, seu exequutores debent dictas res, & bona diligenter adnotare cum omnibus eorum qualitatibus, & circumstantijs dilucidè quantum fieri potest, ne postea Rei, cum ad faciem eorum exhibentur, valeant inficiari pœnes ipsos, vel in eorum domibus fuisse reperta, prout plerumque facere solent, vt latè tradit Modern. Senog. in d. lib. 1. num. 6. cum pluribus sequentibus, vbi pro tyronibus ponit formam dictæ annotationis.

6 Et talis perquisitio concedi potest, non solum in Territorio rei furatæ, sed etiam in alieno Territorio. Io. Bapt. Bonif. de furt. dict. §. contrectatio, num. 83. in principio.

Res furatæ, vel vitiosæ pœnes aliquem repertæ quam probationem faciant.

S V M M A R I V M.

1 *Furata res pœnes aliquem reperta facit indicium ad torturam, secundum vnam opinionem.*
2 *Contrariam opinionem tenent alij Doct.*
3 *Istæ opiniones contrariæ concordantur hic per Auctorem.*
4 *Fama bona tollit, vt non resultet indicium contra illum, pœnes quem reperitur res vitiosa.*
5 *Etiamsi non doceret à quo illam habuerit.*
6 *Nisi fuerit Castaldus, officialis Domini rei furatæ, quia hic, etiam data bona fama, poterit torqueri.*
7 *Fama bona operatur, si ille, pœnes quem res furtiua reperitur, dicat non cognouisse venditorem, secus si dicat non recordari de venditore.*
8 *Fama mala operatur, vt ille possit torqueri, pœnes quem res furtiua reperitur.*
9 *Nisi doceret à quibus ipsam rem furtiuam habuerit.*
10 *Fama mala non operatur, vt iste, pœnes quem res furtiua reperitur possit condemnari, etiamsi non doceat de auctore, nisi concurrant alia indicia.*
11 *Furtiuæ rei possessor, si fuerit mercator, vel fœnerator, siue bonæ, siue malæ famæ, etiamsi non dicat auctorem, non torquetur.*
12 *Iudæi ementes res furtiuas, vigore priuilegiorum eis concessorum, non tenentur illas restituere sine prætio.*
13 *Furtiua res pœnes aliquem reperta debet legitimè probari, vt possit haberi, ratio de ipsa inuentione.*

C A P. II.

1 Res furata pœnes aliquem reperta, si ignoretur delinquens, facit indicium contra eum, pœnes quem reperitur ad torturā, l. in ciuilem, & l. ciuile est, C. de furt. Mars. in pract. §. diligenter nu. 61. Ias. cōs. 2. num. 8. vol. 1. Grat. consil. 94. nu. 18. vol. 2. Grammat. cons. 14. nu. 1. Clar. q. 21. num. 30. Marsil. sing. 22. & sing. 392. Ant. Gomez. cap. 13. num. 12. tit. de delict. qui omnes alios allegant, Menoch. de præsumpt. li. 5. præsumpt. 29. nu. 2. Mascard. de probat. conclus. 833. num. 1. lib. 2. Roland. cons. 45. nu. 39. & seq lib. 1. Lud. à Peguer. dec. 73. nu. 1. vbi de recepta Doct. sentētia.

2 Contrariam autem opinionem, quod talis inuentio rei furatæ penes aliquem non inducat indiciū ad torturā, latissimè tuetur tradendo multa exēpla Dec. respons. 93. nu. 85. vol. 2. & Rim. Iun. cons. 705. nu. 13. vol. 6. vbi firmat, quod resultet, tantūmodo leuis coniecturas, & ibi reddit rationem; & quod solummodo leuis coiecturas resultet, tradit etiam Dec. d. resp. 63. num. 87. & Bonif. in tract. de furt. §. est, nu. 68. Menoc. d. præsump. 29. nu. 2. Mascard. d. conclus. 833. num. 2. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 12. nu. 13. Card. Tusch.

3 Pro vera autem declaratione istarū opinionum, est, primo dicendum, quod, si iste, pœnes quem res furata reperitur, doceat, quo habuerit, tollatur indiciū, & suspicio furti, Bar. in l. fin. nu. 5. ff. de quæst. Ant. Gomez, cap. 13. nu. 12. circa fin. Mars. in §. diligenter nu. 91. Boss. tit. de indic. nu. 55. versic. cęterum si ostendat, Blanc. de indit. nu. 416. Boss. tit. de indic. n. 55. vbi ampliat ēt, quod quis sit malæ famæ. Farinacc. de furt. q. 177. nu. 12. Menoc. de præsumpt. lib. 5. præsump. 29. num. 3. vbi subdit, vel si dicat non cognouisse illum, a quo habuerit Aug. ad Ang. de Malefic. in verb. & ve-

ftem cœlestem num.19.& seq.Boer.q.165.nu.4.Bonifat.in tract.de furt.§.est nu.64.in fi.

Quod admittitur et,si adhuc nō constet,ꝙ ille,pęnes quē res furata inuenitur,sit probatę vitę,& famę, vel nō,vt latè Menoc.d.præsūpt.29.n.3.vbi alios allegāt,vt faciat solū modo leuem præsumptionē,vel cōiecturam,& inter alios adducit Alc.de præsump.reg.3.præsump.20. n.1.Dec.respons.93.n.87.lib.2.Bonif. de furt.§.2.n.68.Card.Tusch.in litt.F,concl.560.n.4. Modern.Farinac.de furt.q.177.n.10.sed si alia adminicula concurrant quando non doceat à quo habuerit poterit torqueri Fulgos.in l.in ciuilem,n.2. & 3.C. de furt.nec dissentit Mascard.de prob.concl. 833. n. 9.& Bonifat.de furt.§.2.num.165.in fin.

4 Itē declara, & intellige, ꝙ si res furtiua reperiatur apud virū probū,& bonæ cōditionis,& famę,nullum indiciū,vel suspicio contra eū oriatur,Glos.in l.in ciuilē.C.de furt.Mars.sing.392.& in Prac.§.diligēter n. 96.Nouell.in tract.ad defens.n.149. Crau.cons.95.n. 12.Gram.cons.38.n.15.Dec.d.respons.93.n.81.lib.2. Menoch.d.præsumpt.29.n.4.lib.5.latè Bonif.in tract. de furt.§.est n.64.vbi alios cumulauit,& reddit rationem,ꝙ quantum grauatur ipsius rei furtiuæ intentione, tantum subleuatur, sua bona existimatione, & ibi subdit, ꝙ satis est,vt dicat,& iuret se non cognouisse illū,a quo rem furtiuam emit, & potius,rerū furtiuarum ignorantia præsumatur in homine bonæ famæ, quam dolus.Bonif.d.§.est n.93.vbi concord.allegat.

5 Imò etiamsi non doceret iste vir bonæ famę,à quo habuerit rem furtiuam , adhuc non poterit torqueri Aufred.ad Capel.Tholos.q.151.nu.3.vbi de communi Mascar.de prob.concl.833. n.8.Farinac.de furt.q. 177.n 4.Ant.Gomez.tit.de delict.c.13. nu.12.vbi de communi,Mars.sing.392.Plot.de in lit.iuran.§.54.n.

6 68.† nisi fuerit Castaldus,vel officialis domini rei furatæ, quia tunc,quamuis esset vir probus,nec alia cōcurrerent indicia , præsumitur domino suo illa bona subtraxisse Farinac de furt.q.77.nu.5.in fi.Bonif.d.§. est n.66. & ibi etiam subdit,quod,si contra virum bonæ famæ alia indicia concurrerent,arbitrio iudicis relinquatur an possit,vel non possit torqueri,& Mars.in d.sing.392. horratur Aduocatū,vt statim recurrat ad probandam bonā famam illius pęnes quem reperitur res furata , vel alia res suspecta, quia, ea probata,ille non poterit torqueri,& quod ita ipse liberauit quemdam,pœnes quem fuerant repertę monetæ fallę , & stampę,& latè Dec.respons.93. nu.81.vol.2.vbi concordantes allegat,Petr.Caball.cas.199.nu.14.cent.2.

7 Sed caueat iste vir probus , vt interrogatus de dicta re furtiua pœnes eum reperta dicat non cognouisse venditorem , secus si diceret non recordari de vēditore,quis fuerit,& maximè si factum esset recens, quia bona fama non tolleret hæc duo indicia , nempè quod res fuerit reperta pœnes ipsum , & quod in verisimilia deponat , dicendo non recordari , ita declarat Boss.in tit.de indic.nu.55.vers.aut dicit.

8 Si verò ille pęnes quē res furtiua reperitur sit malę cōditionis,& famę,erit locus torture.Ang.de Malef. in verb.& vestem cœlestem n.28.vbi Mars.sing.392. Rol.cons.45.n.30.lib.1.Menoc.d.lib.5.præsump.29. n.6.qui reprobat Dec.d.respons.93.n.85. lib.2.contrarium tenentē,& verius afferentem,inquiens,ꝙ suo iudicio exempla posita per Dec.non conueniant casui nostro.Card.Tusch.concl.560.n.3.in lit.F,vbi de communi,vt iste possessor rei furatæ si sit malę famę possit torqueri,Aufred.ad Capell.Tholos.q.151. n.3. in fin.vbi subdit,quod poterit solum torqueri,sed non condemnari , sed quod possit solum torqueri , & non condemnari,latè post alios, quos congessit. Modern. Farinac.in tract.de furt.q.177.nu.5.& nu.14.

9 Sed iste vir malę famę euitabit torturā,quando docebit, à quo habuerit rē pęnes ipsum repertā, si verò non doceat à quo habuerit,tunc posset torqueri, Bonif.de furt.in d.§.est n.62. vbi multos cōcordātes cumulauit,& ibi subdit,hoc eo magis procedere,quādo iste esset solitus emere res furatas, Card.Tusc.d.concl.560.n.4. Aufred.d.q.151.n.3.in princ.sed scias,quod non sufficiat sola nominatio auctoris , sed etiam requiratur,quod probet auctorem. Mascard.de prob.d. concl.833.num.13.vbi reddunt illam rationem,quia alias facile fures,& latrones occultarentur si non requireretur etiam probatio,

10 Si verò nō doceat à quo habuerit,quāuis fuerit malę famę,nō tamen poterit condemnari. Alberic.in d.l. in ciuilē,nu.3.C.de furt.Aug.ad Ang.in verb.& vestē cœlestem,Menoch.de præsump.præsumpt.29.n.7.& seq. vbi post alios,quos allegat,subdit,nisi alię coniecturę cōcurrerent, vt si talē rē in loco secretè retinuerit,vel si fuerit solitus emere res furtiuas,vel receptare furta. Aufred.in d.q.151. n.4.vbi subdit,quod si nō esset solitus emere res furatas debeāt attendi alię circūstantiæ, vt si emerit paruo prætio, & clam,& tunc præsumatur contra eum,secus si palam,& iusto prætio, & ꝙ si non doceat à quo habuerit,& alia indicia concurrant possit torqueri, dixi supra,nu.3. in fin.

11 Itē declara , & intellige, si possessor talis rei esset mercator,vel fenerator,quia siue iste fuerit bonę,siue malę famę, & nō daret auctorē a quo emerit,nō grauetur ad torturā,quia ratione officij, vel exercitij excusatur.Mars.in Pract.§.diligenter n.90.& seq.Clar.q. 21.in fi.Boss.de indic.sub n.95.vers.& emptor vestiū, qui ponit exemplum in Stazzarolis,nos autem possumus ponere,exemplū in Ragatterijs.Rol.cons.47. n. 41.vol.1.etiamsi dicant non recordari personas venditorum,eū sint soliti emere ab ignotis,Blanch.de indic.n.417.Bonif.de furt.§.est n.60.in fi.latè post alios, per eum cumulatos,Farinac.in tract.de furt.q.177. n. 8.& seq.vbi subdit,post Bonifat.nisi isti stazzaroli,vel Ragatteri res emptas,& furto subtractas non palam retinerent,sed secretè,vel in abscondito,quia tunc resultaret contra eos indicium ad torturam ex traditis per Roland.in cons.45.nu.25.lib.1.

12 Hinc est,ꝙ ferè per totā Italiā extāt priuilegia,quæ cōcedunt facultatem Iudæis mutuandi sub vsuris pecuniam, etiam super rebus furtiuis, vt non teneantur restituere res,nisi prætio refuso cum vsuris. Bonif. in d.§.est nu.61.de quo dicam infra c.4.

13 Sed benè verum est , vt possit fieri fundamentum super re furata,inuentio pœnes aliquem debet legitimè probari per duos testes,idest dictam rem furatam pęnes illum fuisse inuentam,nec sufficeret vnus testis, vt latè scripsit Decian.in respons.93. num.23. & seq. vol. 2. qui loquitur in casu suo,quamuis ille testis fuerit tortus ad tollendam variationem , vel aliam maculam. Baiard. in §. furtum numero 18. se refert ad Decian.in loco citato.

14 Et si quis emat rem furatam , vel pignori accipiat sciēter de iure actione furti tenetur,secus si ignorāter quia

quia tantum teneretur rem teſtituere non reſtitutio præcio.Capel.Tholoſ.151.& ibi Aufred.nu.1.& ſeq.

Poſſeſſor rei furatæ an teneatur indicare furem.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor rei ſuratæ non poteſt cogi ad indicandum furem: diſtingue tamen, vt hic.*

2 *Videns aliquem ſurari, an teneatur illum propulſare, ne conſumetur delictum.*

3 *Poſſeſſor rei furtiuæ ad inſtantiam iudicis tenetur indicare furem, ſecus ad inſtantiam partis.*

4 *Indicans furẽ, dum illum birruarij inſequuntur, ſi per birruarios fur occidatur, an efficiatur irregularis.*

5 *Furem indicans debet plenè illũ conuincere de furto.*

6 *Indicare quis non tenetur furem, quando rem furtiuã iam reſtituit, vel ſi illam reſtituere non poſſit.*

7 *Tortura, pro minima re furata pœnes aliquem reperta, non debet inferri.*

8 *Reus non tenetur ædere iura fiſco ad fundandam eius intentionem.*

9 *Litteræ remiſſoriales pro inueniendis rebus furatis, quando concedantur, remiſſiuè.*

C A P. III.

1 IMperator in l.in ciuile,C.de furt.dicit indiciare furem rem ciuilem eſſe,& ſic Bar.Ang.Raphael.ibi dicunt ex vrbanitate teneri.Ideò quis cogi nõ poteſt ad indicandũ furem,& apertius dixit tex.in l.qui vas, §.qui furem,ff.de furt.Moder.Rom.q.51.n.12.& ita explicite tenet etiam,Io. Bapt.Bonif.in tract.de furt. n.66.§.eſt;ſed Dec.reſpõſ.93.n.121.vol.2.diſtinguit, inquiens,aut loquimur,ſi teneatur indicare furtum,& tunc teneatur dummodo hoc facere poſſit ſine periculo vitæ; aut teneatur indicare furem, & tunc, aut ſcit vti priuatus,& tunc ſi illud ſciat ſub ſigillo ſecreti,vt euenit in Aduocato, & Procuratore, minus teneatur,idem erit in amico,pœnes quem fuit ſub ſigillo ſecreti res furata abſcondita,vt non teneatur reuelare nec ipſam rem furatam.

2 Hinc dixit Nauarr.in conſ.10.in fi.lib.3.quod ille, qui vidit aliquẽ furantẽ, quem verbo, vel facto potuit impedire,& non impediuit,non ob id teneatur,niſi ratione officij adſtringeretur ad ipſam rem cuſtodiẽdã. Blanch.in tract.de indic.n.33.& ſeq.cum de iure ciuili nemo teneatur obuiare delicto,latè Moder.Rom.q. 51.n.4.de qua materia latiſſimè tradit Bonif. in d. §. eſt,n.72. vbi tradunt etiam quid de iure Canonico,& quid in foro conſcientiæ,vide Modern.Rom.in dicta quæſt.51.num.23.

3 Quæ omnia intellige, vt poſſeſſor rei furatæ,nõ teneatur indicare furem ad inſtantiam partis,ſecus ſi iudex agat,vel eius officio implorato,vel per inquiſitionẽ generalẽ, tunc enim poteſt cogi quicunque ad furem indicãdum,Bar. in l.in ciuile,C.de furt. Abb.in c. qui cum fure,n.5. de furt.Corrad.in pract.iudic.lib.1. c.9. §.3.de furib.nu.12. verſ.qua in re,Neuiz.in Silu. Nupt.lib.3. in verb.regula eſt n.30.vbi de communi, & ratio eſt illa vniuerſalis, quia Reipublicæ intereſt inuenire ſcæleſtos & illos punire, & Prouinciam malis hominibus expurgare.Modern.Rom.d.q.51. n.12. & latè Bonifat.de furt.d.§.eſt num.70.& ſeq.

4 Si autem quis furem indicaret, dum miniſtri illum inſequuntur, & occidãt eum ipſi miniſtri ſi ſciat eum queri ad mortem,efficitur irregularis,ſecus ſi ignorauerit,vel ſuſpicari nõ potuerit illũ ad mortẽ queri.Nicol.Polu.de irreguiar.n.15. Bonif.de furt.§.eſt n.74.

5 Qui autem furem indicare tenetur,debet illum plenè conuicere, & probare ſe ab eo rem furtiuam habuiſſe tex. & ibi gloſſ.in l.indicaſſe Reum de verb.ſignif.Alex.conſ.205.n.4.& ſeq.lib 6.Maſcar.de prob. lib.2.concl.733.nu.12.& ſeq.& ratio eſt,quia res debent intelligi cum effectu, nec iuris remedia debent eſſe cluſoria.Farinac.q.177.n.13.vbi reddit aliam rationem,Bonifat.de furt.d.§.eſt n.75. vbi ſubdit,ſecus eſſe ſi agatur,non de fure indicando,ſed de furto propalando,cum ex taciturnitate delicti inſurgat indiciũ contra tacentem, qui debebat reuelare furtũ per latè tradita per Marſ. in Pract.crim.§.expedita nu. 93.

6 Nec quis tenetur manifeſtare furem,qui rem furtiuam iam reſtituit,vel illam reſtituere non poteſt.Nauar.conſ.75. nu.30. lib.3.Bonif.de furt.d.§.eſt nu.73.

7 Et ſciat etiam Aduocatus,quòd pro minima re reperta pœnes aliquem,boni,& practici Iudices nõ debent inferre torturã,ne maior ſit pœna ꝓ inueſtigando delicto,quam pro puniendo Ioſeph.Ludou.concl. 38.nu.106.nec pro minimo furto quis incidit in peccatum mortale,quamuis fuerit furtum repetitum,vide latè Fernand.Rebell.in Tract.de obligat.iuſtit.lib. 3.q.25. per totam,vbi diſtinguit plures caſus;licèt in crimine furti facilius iudices deuenire poſſint ad torturam,vt per Ludouic.vbi ſupra,& Bonifat.in d.§.eſt num.77. vbi in fin.dicit eſſe totum relinquendum arbitrio iudicis, & iudicem deuenire non debere ad torturam,niſi conſtet plenè de furto.

8 An reus tenetur ædere fiſco iura, inſtrumenta,& probationes ad fundandam illius intentionem, veniret hi diſcutiendum: ſed quia de hoc latè dixi in meo tract.de confiſc.bonor.in concl.26. & nouiſſimè poſt hæc ſcripta latè tradit Modern. Farinacc. in fragm. crim.in litt.R,num.159. cum plurib.ſeqq.ideò remit-
9 to lectorem ad dictam concluſionem. † De materia autem litterarum compulſorialium per quem concedi poſſint, & cõtra quos,& an requiratur citatio partis, vide Coſta in tract. de ſubſidiar. remed. q. 28. per totum, vbi plenè, ac indiſtinctè, cuius ſcripta inutile reputauit hic tranſplantare.

An iſte poſſeſſor rei furtiuæ teneatur rem reſtituere non refuſo ſibi præcio.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor rei ſuratæ tenetur illã reſtituere ſine precio.*

2 *Quod magis procedit, ſi emptor modico præcio illam non emerit.*

3 *Extenditur, etiamſi emerit cum proteſtatione, ſe illam emere pro vero domino.*

4 *Etiamſi talis emptio cum proteſtatione fuerit facta in nundinis.*

5 *Contrariam opinionem, vt proteſtatio huiuſmodi operetur, quod poſſeſſor non teneatur rem furtiuam reſtituere ſine præcio, tenent alij Doctores.*

6 *Author nititur iſtas opiniones contrarias ad concordiam reducere.*

7 *Res furtiua per emptorẽ vendita alteri, a primo emptore nõ amittitur ſine præcio, niſi quando ex ipſa venditione ipſe primus emptor fuerit factus locupletior.*

8 *Mala fides in ista materia emptionis rei furtiua debet probari per aduersarium.*
9 *Mala fides indiciijs, & coniecturis in ista materia probatur, & hic ponuntur aliquae coniecturae.*
10 *Iuramentū emptori deferendū est ad totaliter excludendum delictum, vt bona fide rem furtiuam emerit.*
11 *Emptores rei furtiuae scienter puniuntur, tanquam subministrantes commoditatem furibus.*
12 *Idemque est, si a principio ignoranter emerit, & scientia deinde superuenerit.*
13 *Idē procedit si emptor procurasset habere cessionem.*
14 *Emens equum furtu subtractum a transeunte amittit praecium.*
15 *Equus quomodo probetur, q fuerit furto subtractus.*
16 *Dominus equi an possit propria auctoritate equum furatum auferre.*
17 *Ecclesiae bona furata a nocentius a detinente, non restitutio praecio.*
18 *Emens rem furtiuam a filio familias tenetur patri illam restituere sine praecio.*
19 *Ludens cū filio familias, vel seruo, si eis pecuniā in ludo vicerit, tenetur illam patri, vel domino restituere.*
20 *Nisi talis ludens probauerit alias patrem, vel dominum fecisse filium, vel seruum esse solitos furari, & nullam prouisionem adhibuisse.*
21 *Dominus dicens rem furatam esse suam, tenetur probare ad se dictam rem spectare, & sufficeret quod habere litteras testimoniales sui ordinarij.*
22 *Emptor rei furtiuae cum bona fide si alteri illam reuendiderit non tenetur praecium restituere.*
23 *Redimens rem ab hostibus, vel latrunculis exteris nō tenetur illā restituere sine praecio, & maximè si protestatus fuerit velle illam recuperare pro domino.*
24 *Secus si recuperauerit a latrunculis non extere gentis, & quid in Zingaris.*
25 *Praecium rei furtiuae conuersum in vtilitatem domini, tenetur ipse dominus restituere emptori.*
26 *Dominus furtiuae rei restituens praecium possessori ipsius rei, amplius illud recuperare non potest.*
27 *Possessor rei furtiuae, si extent consuetudo, vel statutum in eius fauorem non tenetur restituere ipsam rem sine praecio.*
28 *Nisi scienter emerit rem furatam, quia tunc non obstante statuto, vel consuetudine praecium emitteret.*
29 *Ac fallit, quando quis emerit rem furtiuam alicuius Clerici, quia possessor omnia tenetur restituere sine praecio, non obstante statuto, & consuetudine.*
30 *Idem est inductum in fauorem scholarium.*

C A P. VI.

1 Videntur Doctores tenere in hac quaestione, quod possessor rei furtiuae teneatur dictam rem restituere domino etiam sine praeci restitutione, cum potuerit iste emptor perecundari conditionem emptoris l. qui cum alio ff. de reg. iur. & ita tradunt omnes in l. in ciuilem C. de furt. Alciat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 29. num. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 5. par. 2. praesumpt. 29. nu. 9. & seq. Mascard. de probat. concl. 831. num. 18. Petr. Gregor. Sintign. Iur. lib. 37. cap. 1. Rubr. de furt. num. 34. Cabal. cas. 292. num. 1. & 5. Sed post haec scripta superuenit Modern. Farinac. quaest. 177. par. 3. numero 29. cum pluribus seq. vbi etiam ad plenum super hac quaest. scribit in materia tract. de furtis.

2 Quae cōclusio multo magis procedit, quādo emptor modico prçcio rē emerit, quia illa preçij tenuitas arguit emptorē esse parteceipē criminis. Sal. in d. l. in ciui lē C. de furt. quē sequit Pet. Peckius in l. 3. in fin. ff. de inced. ruin. & naufrag. quos refert, & sequitur Menoc. d. praesump. 29. n. 12. Sed Io. Bapt. Bonif. in tract. alios quos allegat dicit, q si emptor emit modico praecio recuperat expensas & praeciū, cū gesserit vtile negociū domini, secus si emit magno praecio, vel quanti res valet, tunc nō dicitur fecisse rem vtilem domini, & ideò emptor non recceperat nec praecium, nec expensas.

3 Extenditur etiam talis conclusio, quando emptor emerit rem furtiuam, cū protestatione, q intendit illam emere, quando esset vitiosa, vel furtiua, pro vero domino, q adhuc emptor teneatur dictam rem restituere domino, nullo accepto praecio, ita tradunt Alc. d. praesumpt. 29. n. 9. vers. sed ista opinio, Natt. consil. 436. lib. 2. Iul. Clar. in §. furtum vers. sed hic incidenter nu. 27. Menoch. de praesumpt. p. 2. lib. 5. praesumpt. 29. nu. 13. & seqq. vbi subdit, quod sicut emptor fuit diligens in adhibenda hac protestatione, ita diligens esse debuit in percūtanda qualitate, & conditione venditoris, & sub num. 5. dicit, quod non obstat auctoritas Hostien. Cepoll. & aliorum tenentium similem protestationem iuuare emptorem, quia eorum opinio nec lege, nec ratione substinetur, eamdem opinionem tenent Manuel. cons. 83. per totum, Ben'ntend. decis. 34. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 42. p. 1. Couarr. in c. peccatum p. 3. §. 1. nu. 5. Mozz. in Tract. de empt. & vendit. n. 31. & seq. Baiard. in d. §. furtum n. 104. Granut. Theor. 24. nu. 1. & seq. Bonif. in tract. de furt. §. 3. n. 94. latè Petr. Caball. in qq. crim. cent. 3. cas. 292. n. 5. & seq. vbi respondet ad contraria.

4 Imò talis opinio procedit, etiāsi facta fuerit in foro, vel nundinis. Benint. d. decis. 34. Granut. d. Theor. 24. nu. 3. vbi subdit in Regno Neapolitano fuisse etiā ita per specialem pragmaticam sancitū, latissimè Menoch. de praesumpt. lib. 5. p. 2. praesumpt. 29. num. 22.

5 Contrariam opinionem tenuit, vt nō teneatur rem furtiuā restituere, nisi praetio sibi refuso. Host. in summa de pęnit. & remiss. §. quid deprędamus vers. quid si emit rem deperditam, & latè Cepoll. caut. 10. & Iason in l. si praecium in fin. C. de procur. Sed Hostiensi, & Cepolae respondet Petr. Cabal. d. cas. 292. n. 13. & seq & ibi pro sua opinione concordantes allegat.

6 Aduocatus adeat Menoch. in d. praesumpt. 29. n. 16. & seq. vbi iudicio meo ponit bonā distinctionē, iquiēs, aut sumus in sola protestatione emptoris, nulla alia coiectura bonę fidei cōcurrēte, & tūc sit vera opinio Alciati, & aliorum, aut cū protestatione cōcurrit aliqua coiectura bonę fidei emptoris, & tūc procedat opinio Host. quamuis ipse sentiat hanc bonā fidē causari ex protestatione publicè facta, & si cōcurrat publica & solenis protestatio sit vera Host. tradit Caball. d. cas. 292. n. 13. & seq & ibi dicit, q non sufficeret si fieret coram testibus, & per scripturam, quia non diceretur publicè, sed palam, quod non sufficeret, sed oporteat illas emere perseribas, vel per proclamata.

7 Imò cōcurrēte d. bona fide, emptor excusatur, etsi res deinde pereat, imò eo casu recuperat impensam, quām in ea fecit Host. in d. summ. de pęnit. & remiss. §. quid de furtibus vers. sed in illo casu, & Natt. in d. cons. 436. Menoc. d. pręsump. 29. n. 17. & Iul. Clar. in d. §. furtum n. 27. in fi. dicit, quod si emptor rem acquisiuit bo-

uit bona fide, ipfam reftituit, fi extat, fi verò bona fide cõsũpta eft, tenetur folũ, quatenus eft factus locupletior, & firmat hãc effe omniũ Theologorũ cõclufionem, poft Couarr. in d.c. peccatum, p. 2. §. 12. vbi intelligit de eo, qui vltra pręcium in emptione rei fuperlucratus eft, confiderata quantitate præcij irrogati in emptione rei furatæ: & ob id fi res fuerit per emptorem alteri vendita, vel amiffa, vel res ipfa extincta, & mortua effet, teneatur ad æftimationẽ, ẽt fi pertranfiffet per mille manus, quatenus tamẽ locupletior effet factus ex dicta re empta, vt declarat etiam Menoch. de præfumpt. p. 2. præfumpt. 29. nu. 18. 19. lib. 5. licèt huiufmodi declaratio Theologorum non placeat, Ant. Scapp. de iur. non fcript. lib. 3. c. 44. numero 13. cum plurib. feqq.

8 Et fciat etiã Aduocatus, ꝙ qui afferit bona emiffe, non tenetur bonã fidẽ probare, cum præfumatur, fed aduerfarius tenetur probare mala fide illam emptorẽ emiffe, Rufred. in fuo Tract. de libell. in 1. p. in rubr. de act. publ. n. 6. Io. Bapt. Bonif. in Tract. de furt. §. eft n. 81. Sed quia bona fides non folũ pręfumitur, fed probatur coniecturis l. 3. §. fi feruus, ff. de acquir. poffeff. Alban. conf. 28. n. 3. Rol. conf. 3. n. 94. vol. 1. Affl. decif. 369. num. 8. Bonifat. d. §. eft num. 82. vbi alios allegat.

9 † Ideò Aduocatus fciat proponere illas coniecturas, quæ poffunt inducere bonã fidẽ, & excludere dolum, vel malam fidem, vt fi clam, aut verò palã emerit, quia ea, quæ publicè, & palã fiunt excludũt malam fidem, & quæ fiunt clam habent indicium cõplicitatis. Paul. de Caftr. in l. in ciuilem n. 1. 2. C. de furt. Cæpol. conf. crim. 26. n. 12. Mafcard. de probat. conclu f. 831. n. 16. & latè poft alios, quos allegat Io. Bapt. Conifat. §. eft num. 83. & feqq.

Clã aũt facere dicitur ille, qui celat rẽ aduerfario, neq. ei denunciat, vel poft motam litem id facit, vt fe à negocio eximat, durioremq. actionẽ aduerfario cõftituat, ac etiam quod fit parte non citata, clã fieri dicitur, aut non legitimè citata, vel fraudolenter citata, vel quod fiat, vt non poffit peruenire ad notitiã eius, cuius intereft, vt latè auctoritatibus quodlibet exemplum fuprapofitum exornat, & alia exempla adducit Io. Bapt. Bonifat. in d. §. eft nu. 86. cum plur. feq.

Et clam aliquid factum probatum dicitur contra eum, qui clam fecit. Crau. conf. 129. nu. 11. per l. fin. ff. de rit. nupt. & per alia iura adducta per Ioan. Bapt. Bonifat. de furt d. §. eft num. 85.

Et quę dicuntur de emptore, habent ẽt locũ in eo, qui pro pignore rem furtiuã receperit. Aufred. ad Capel. Tholof. q. 151. n. 1. Ang. de Malef. in verb. & veftẽ cœleftem verf. quid fi quis emerit fcienter. Roland. conf. 45. n. 2. vol. 1. Bonif. de furt. d. §. eft nu. 99. & feq. vbi dicit idem effe in eo, qui in depofitum talem rem reciperet, vel ad eam cuftodiendam, & quocunque modo illam pęnes fe haberet. Baiard. §. furtum n. 114. vbi latè, & n. 116. dicit procedere etiam rem infolutum, quicquid aliter cenferit Por. conf. 206.

Quod aũt emptor rẽ furtiuã emerit fcienter, deducitur ẽt inditijs, & coniecturis, nẽpè per emptionem clãdeftinã per modicitatẽ præcij ex qualitate ipforũ bonorũ, vt fi bona empta fibi non conueniebant, nec ipfe illis egebat, vt fi caupo emeret libros, veftes fericas, & emptor folitus effet emere res furtiuas, vt de his omnibus latè fcribit Bonif. de furt. d. §. eft n. 102. & feq. vbi Doct. fuper quolibet exemplum cumulauit.

10 Aduocatus autem ad excludendum, ꝙ emptor mala fide rẽ emerit, poterit inftare, vt deferatur iuramẽtum emptori, ꝙ emerit bona fide, & ignoranter, iuxta tradita per Mafcard. de prob. concl. 227. Bonifat. de furt. d. §. eft num. 104. in fin. ac etiam poterit probare ꝙ emptor per tres annos laudabiliter vixerit, & ideo præfumitur emendatus, & tollitur illa præfumptio, ꝙ effet folitus res furatas emere. tex. in Auth. Democl. §. hinc autem Mafcard. de probat. conclu f. 100. nu. 38. & feq. Bonifat. d. §. eft, num. 104. verf. quæ regula.

11 Caueãt emptores rerũ furtiuarũ, quia fi deduceretur, ꝙ fcienter rẽ furtiuã emerint, non erunt immunes à pęna, tanquam hoc modo fubminiftrantes commoditatẽ furibus, & incitamentũ ad furandũ. Caftrenf. in d. l. in ciuilem, nu. 2. Alciat. de præfumpt. reg. 3. præfumpt. 19. nu. 2. Rolan. conf. 45. nu. 25. vol. 1. Bonifat. in d. §. eft, nu. 102. & puniuntur pęna extraordinaria. Mari. conf. 32. 34. & cõf. 53. Vrfil. ad Afflict. dec. 369. nu. 5. vbi dicit habuiffe in facto, vt quidam in magna Curia Vicariæ fuerit cõdẽnatus ad triremes per quinquenniũ, licet vigore conftitutionis illius Regni pęna mortis puniri deberet. Baiard. §. furtum, num. 117.

12 Imò procedit etiam, quod emptor ab initio tẽpore emptionis emiffet bona fide, & deinde fuperueniat mala fides, & fcientia, quia tunc tenetur reftituere rẽ fine precio. Hoftienf. in Summ. de pęnit. & remiff. §. qui de præda ementibus, verf. fi verò omnes, Menoc. d. præfumpt. 29. num. 26. lib. 5. parte 2.

13 Ac etiam procedit fi emptor facta reftitutione rei vero domino, curaret ab eo, fibi cedi actiones, nã adhuc ipfi emptori confultũ effet, vt recuperet preciũ à venditore illo, nifi emptor ille curaffet fibi promitti de euictione a venditore, vt poft Hoft. Menoc. de pręfumpt. lib. 5. parte 2. præfumpt. 29. num. 21.

14 Emens etiam æquum furto fubtractũ à tranfeunte, preciũ amittit. Afflict. fuper conftit. Regn. lib. 3. rubr.
15 39. Port. conf. 60. Baiard. §. furtum, num. 107. & † de modo probandi æquum furto fubtractũ fuiffe, & maximè quando duo contendunt æquum effe fuum, docet Mafcard. de probat. in conclu f. 634. volum. 3.

16 Dominus æqui fubtracti furto poterit propria auctoritate eũ habere, fi fur cũ dicto æquo fit in fuga, vel fi adfit fufpicio fugæ, vel furtũ fit factũ in continẽti, & non teneatur prefentare æquũ Iudici. Aug. in l. qui vas, nu. 6. de furt. Alex. conf. 64. per totũ, vol. 5. Bonacof. in tract. ęquorũ. q. 25. Baiar. in §. furtũ. n. 108. & feq. vbi fubdit, tutius effe, fi deinde omnia iudici notificauerit, ac etiam ex Bal. in l. ex argento. ff. de cõdit. furt. tradit, ꝙ Dominus æqui recuperat æquũ à fure, abfque refectione expenfarũ, fed Dominus rei furtiuę non poteft propria auctoritate rẽ ipfam auferre, nifi in cafu, in quo iuris remedio recuperare non poffet. Iaf. in l. 1. nu. 8. C. de teftam. Marfil. fing. 177. Prontan. in tract. de fpol. lib... nu. 124. Baiar. in d. §. furtũ, n. 127.

17 Ecclefię bona furto fubtracta auocantur a detinẽte, non reftituto præcio, fecundum communem opinionem atteftatam, per Burfat. in conf. 43. n. 31. vol. 1. & relatam per Baiard. §. furtum num. 129.

18 Emens rẽ fubtractã a filio familias tenetur actione furti patri, Aret. §. ij, qui nu 2. Inftit. de obligat. quæ
19 ex delict. nafcunt. † Idẽque erit inuicẽte in ludo fciẽter pecuniam feruo, vel filio familias, quę erat domini, vel patris. Rolan. conf. 45. n. 4. lib. 1. & latè vide Viui. opin. 468. num. 19. vbi tradit, quando ludens cum

filijs familias,seruis,Monachis,furiosis,& alijs nō habētibus administrationē liberā rerum in ludo appositarū, vincit, cōmittat furtū,& ludens præsumatur sciuisse pecuniā esse serui,vel filijs familias furto subtractam,Alciat.de præsumpt.reg.3. præsumpt.25.nu.6. vbi subdit, talem lusorē non posse puniri pœna corporali,cū dicatur solummodò in culpa, & si posset adaptari ignorantia,poterit solummodo conueniri ciuiliter , & sequitur Baiard. in dicto §. furtum numero 121.& seqq.

20 Aduocatus autem , ad totaliter defendendum dictum lusorem ab omni pœna , poterit probare, quod pater , vel dominus sciuerit filium , vel seruum furari in domo , & nullam prouisionem fecerit, & ob id vicēs, seu retinens rem furto subtractam a filio familias non teneatur de furto , vt latè consuluit Rimin. Iun. cons.106.cons.crim.diuers.in parua impress.lib.2. & sequitur Baiard.in d.§.furtum num.120.

21 Ac etiā poterit deducere, q̄ ille, qui se facit dominū non probauit rem furto sibi fuisse subtractā,prout requiritur Bald.cons.42.vol.1.Baiard.§.furtum n.105. vbi subdit, quod de huiusmodi probatione , sufficit quod habeat litteras testimoniales sui Ordinarij indicis,ac etiam potest deducere,quod equus,qui prætenditur furto subtractus, non fuit recognitus a testibus, neque fuit facta recognitio formiter , & inter plures æquos, sed ad oculū, quia fuit exhibitus ille solus æquus testibus; & ideò non valet,vt dixi supra in Defens.IV. circa corpus delicti.

22 Primo limita, & intellige,quod emptor rei furtiuę bona fide,si deinde rē ipsā alteri reuendiderit, nō tenetur restituere precium domino rei furtiuæ , q̄ percepit ab emptore, vt post Ang cōs.36.cons.crim.diuersor. tomo 2. in magna impress. Baiard. §. furtum numero 128.

23 Secundo limita in emptore,qui redimit rē ab hostibus,vel latrūculis exteris l.mulier in opus. ff.de capt. & postlimin.reuers.Lup.in Rub.de donat.inter vir.& vxor.§.65. n.57.Alciat.d.præsumpt.29.vers.2.declarat,quam sequuntur Theologi,vt testantur Claud. in Summ.in verb.restitutio il primo nu.5.Couarr.& alij relati per Menoch. de præsumption. p.2. lib.5. præsumpt.29. num.26. vbi latè tuetur hanc opinionem, & ad contraria respondet,& sub nu. 28. firmat recuperationem istorum bonorum debere consequi à domino impensam,& damnum a se passum; Eoq. magis est ista opinio vera si protestatus fuerit velle recuperare pro vero domino , vt etiam in foro conscientiæ teneatur dominus restituere precium,vt de magis cōi

24 testatur Couar.in c. peccatum p.3.§.1.n.5.de reg.iur. & sequitur Baiard.§.furtum n.110.vbi tamen subdit, dummodo vtiliter egerit pro domino , vt quia emit paruo precio, & si publicè protestatus fuisset, vt latè Summ.Syluestr.in verb.restitutio 3.n.7.vers.quartum si verò emit.Bonifat.in tract.de furt.§.contrectatio,n. 96.Petr.Cabal in qq.crim.cas.292. n.20.vbi alios cōcordantes allegat,& ibi contra Sim. de Pret. in tract. de interpret.vltim.volunt.lib.3.dubio 1.solut. 3.nu.4. tenet,idem esse quando quis emit rem a Turchis,vel Piratis in actu proximo illam abducēdi ad Turchas, vel infideles,& idem si quis emerit a Piratis,vel Turchis,vel fœdere propè littera maris facto cum Christianis vulgariter nūcupato *la Bandiera di riscatto*,& ibi respondet ad rationes Sim. de Pret. Idemque erit quando emit à latrūculis,vt recuperet preciū Cępoll. caut.10.vbi addentes licet Granut. Theorem.24.n.4. hanc cautelam Cępollę reprobat,& illā declarat procedere in latrunculis exterę gētis hoc est in hostibus, & eamd. opinionē sequitur Stracc. de Mercator. tit. de Nauib.nu.18.& Bertaz.cons.43.n.5. consuluit ad quid teneatur emens æquum furtiuum a Zingaris.

25 Tertio declara,quādo præciū rei furtiuæ esset cōcessum vtilitatē domini ipsius rei,quia debet dominus emptori dictum pręcium reddere.Alciat.de præsump. reg. 3. præsumpt. 29. vers.3. declaratur,Menoch.de præsumpt.lib.5.præsumpt.79.num.29.

26 Quarto declaratur, quādo dominus rei restituisset pręcium emptori bonę fidei,quia non poterit amplius illud repetere.Alciat.d.præsumpt.29.Menoch.d.pręsumpt.29.n.31.& seq.vbi infert,quod si seruus pignorauit Iudęo vestes domini,& dominus soluat dicto Iudæo præcium numeratum seruo , illud amplius recuperare non possit.Mozz.in tract.de empt.& vendit.n. 32.Baiard.d.§.furtum,num.113.

27 Quinto declarat procedere,quādo ex cōsuetudine,statuto,vel priuilegio aliter permisū fuit,vt cōtingit in Iudęis fęneratorib. q̄a nō tenētur restituere res furtiuas pignoratas,nisi eis refusa precio. Marsil.sing. 13.Alciat.d.pręsump.29.vers.5.declaratur,Cremens. sing.84.Petr.Rebuff.in tract.de priuil.Scholar.priuil. 115.Menoc.d.præsump.29. n.35.Baiard.§.furtum n. 112.& n.114. circa princ.sed Capell.Tholos.q.151. resoluit non tenere consuetudinem Tholosæ, vt emptor rei furatæ in loco publico non teneatur illā domino restituere nisi restituatur pręcium emptori.

28 Quę priuilegia nō habent locū, quādo Iudæi scirēt rē esse alienā, quia cōmittunt furtum,& tenentur restituere pignus domino,sine precio,&,si dominus isto casu præcium soluisset illud recuperabit , tanquā indebitè solutum.Marsil.sing.13.vbi latè,& testat ita practicasse. Alc. de præsum.n.7. Cremens.d.sing.81.latè Dec.in tract.crim.lib.5. c.12. n.19.Marquard.de Iudæ.p.1. c.11.n.18.Baiard.in §.furtum n.114.vers.vbi tamen,& n.115.Menoch.de præsump.29.n.36.& ob id in Curia hæbrei recipientes, vel ementes res furtiuas cum insignis, vel armis veri domini teneantur dictas res restituere absque recuperent præcium , cum tunc ob dicta insigna , vel arma præsumantur esse in dolo,& participes criminis,vel furti.

29 Nec minus dicta priuilegia habent locum contra Clericos.Marsil.sing.13. Abb.in c.quod Clericis n.9. de for. compet.Marquard.in d.c.11.n.18.Menoch.d. præsumpt.29.nu.33.Ac contra forenses,quia Statuta non potuerunt obligare eos, qui non erant suppositi iurisdictioni statuentiū, latè Mars.d.sing.13.vers.limita secundo, vbi concordantes allegat.

30 Et minus habent locum dicta priuilegia contra Scholares,quorum famuli si libros,& vestes vendant, vel pignori dent Iudæis, ipsi Iudæi tenentur restituere nullo recepto præcio.Cremens.sing.81.Rebuff.in tract. de priuil. Scholar.d.priuil.115.Marquard.d.c. 11.in fin. Quæ declaratio etiam procedit , si Statutum haberet Scolares pro Ciuibus , quia intelligitur, vt pro Ciuibus habeantur quoad sibi vtilia. Rebuff.in dicto tract. priuil. 126. Horat.Lut.in tract. de priuil. Scholar. priuil. 9. Menoch.d.præsumpt.29. num.38. & seqq. Laus Deo.

DEFEN-

DEFENSIO XVIII.

Circa monitoria de reuelando.

SVMMARIVM.

1 *Edicta, ſeu monitoria ad reuelandum delicta, & delinquentes poſſunt proponi tàm per iudicem Eccleſiaſticum, quàm ſecularem.*

2 *Et poſſunt edi, vt quis teneatur reuelare, non ſolum rem furatam, ſed etiam furem.*

3 *Et etiam poſſunt ſub pœna excommunicationis dictas litteras monitoriales promulgare.*

4 *Monitoria prædicta valent, ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita.*

5 *Teſtes, qui non reuelarunt vigore dictarum litterarum monitorialium, poſſunt ad defenſam inquiſiti deponere, ſine incurſu alicuius pœna.*

6 *Monitoria præfata edita à Præſidibus locorum ſub pœna confiſcationis bonorum, & mortis, non valent, neque afficiunt non reuelantes.*

7 *Monitoria huiuſmodi nō afficiūt ſcientes, vel notitiam habentes de delinquente poſt eorum publicationem.*

8 *Monitoria prædicta non conceduntur, niſi in ſubſidiū, deficientibus alijs remedijs, pro habenda veritate.*

9 *Sciens delictum a delinquente ſub ſigillo ſecreti non tenetur reuelare, neque incidit in pœnam dicti Edicti.*

10 *Reuelare quis tenetur in foro conſcientiæ, ac etiam delicto quandocunque obuiare.*

11 *Quod intellige de futuro delicto, vt euitetur ſcandalum, ſecus quoad delictum commiſſum.*

12 *Reuelare delictum, eiq; obuiare licet quis in foro conſcientiæ teneatur, tamen, ſi deficeret, non tenetur ad damna, & intereſſe paſſa ob delictum ſecutum.*

13 *Niſi ſit talis qui de iure reuelare teneretur, vt famulus, & ſimiles.*

14 *Monitoria, ſeu Edicta huiuſmodi non ligant principalem reū delinquentem, ad ſe ipſum reuelandum, nec Confeſſarium.*

15 *Aduocatus, & procurator non tenentur pœnæ dicti Edicti, ſi ipſi non reuelent.*

16 *Monitorium prædictum non ligat non reuelantes rem furtiuam, vel furem, quando res furtiua fuit reſtituta, vel fur illum reſtituere nequit.*

17 *Retinens rem, ſeu bona cum voluntate defuncti non tenetur illam reuelare.*

CAP. I.

1 IN hac quæſtione Doct. conſtituunt regulā, quod tam iudex laycus, quàm Eccleſiaſticus poſſit ad inſtātiam partis proponere Edictū, vt quicunq. ſciuerit apud quā perſonā, & in quo loco reperiatur res, quę dicitur furto ſubtracta, debeat eā Curię reuelare, vt pro regula infallibili, & ab omnibus approbata, tradit Foll. in Pract. crim. can. foll. 119. n. 27. & ſequitur Clar. q. 27. n. 3. latiſſimè Bar. Vgol. in tract. de offic. & auctor. Epiſcopi. p. 2. §. 1. c. 45. vbi etiā dicit, ſi Epiſcopi incidant in irregularitatē
2 ſi vigore d. monitorijs ſequatur mors. † imò quod etiam quis teneatur reuelare, non ſolum rem furatam, ſed etiam furem, & ita in Romana Curia, & alibi ſeruari, teſtatur Clar. d. q. 27. nu. 4 & ſeq. Neuizz. in Syl. nupt. lib. 3. num. 28. & ſeq. ponit quinque ampliationes, & ſeptem limitationes ad hāc regulam, Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 15. n. 27. latè Vgol. in loco proxime citato §. 5. vbi etiam plures limitationes ponit, & cap. 45.
3 per totum, † Et Epiſcopi ſolent excommunicare nō indicantes fures, vel non propalantes furta, c. qui cum fures de furt. Bonifat. de furt. §. eſt n. 72. vbi alios concordantes allegat, latè Coſt. de ſubſid. remed. remed. 14. n. 1. per totum, vbi latè, & alios allegat, Vgol. in d. 2. p. De monitor. cum pœna excommunicationis, vbi latiſſimè, d. c. 45. & etiam latiſſimè Prax. Arch. Neap. c. 1. per totum, & quod talia monitoria in cauſa ciuili ſub pœna excommunicationis non compræhendant principales litigantes, nec Aduocatos, neque procuratores dixi etiam in 1. defenſ. c. 3. num. 9. & ſeq.

4 Et talia Edicta, ſeu bannimenta valent ob publicā vtilitatem, ne delicta remaneant impunita, Neuiz. in Syl. nupt. lib. 3. in verb. monito n. 3. & ſeq & iſta eſt cōmunis practica, quæ in Vrbe obſeruatur, ſiue ad inſtantiam partis, ſiue ex officio procedatur. Iul. Clar. q. 21. verſ. aliquando etiam, Brun. à Sol. in ſuo vnico Cōſil. crim. n. 123. & ſeq. Rim. Iun. conſ. 327. nu. 6. & per totum conſil. vol. 3. Moder. Rom. q. 51. num. 19. vbi de communi, & alios allegat, ſed ſub pœna excommunicationis non conceduntur niſi in magnis cauſis, latè Vgolin. vbi ſupra. §. 3. per totum d. cap. 45. vbi reddit rationem.

5 Licet Baiard. in q. 27. n. 8. & ſeq. poſt Foll. in Commentar. ad Conſtit. Sabaud. in verb. vt nemo inuictus accuſare num. 6. & ſeq. fol. 171. teneat talia edicta non valere, neque impedire, deinde teſtes, ne examinentur ad defenſionem Rei, ſine incurſu alicuius pœnę, & Farinac. conſ. 58. num. 9. dicit non tenere talia edicta emiſſa a Prætoribus locorum.

6 Eoq; magis dicta Edicta emanata à Præſidibus locorum non valere, quando in eis inflicta eſſet contra non reuelantes pœna cōfiſcationis bonorum, & mortis conſuluerunt. Rim. Iun. conſ. 327. n. 6. & per totum conſ. vol. 3. & Bertaz. conſ. 107. & conſ. 343. vbi etiam
17 firmant; talia † edicta, vel bannimenta non compræhendere illos, qui habent notitiam de delinquentibus poſt eorum publicationem, vt refert etiam Modern. Rom. q 51. n. 20. ſed Baiard. in d. q. 27. n. 6. dicit, quod valde dubitat de conſultationibus. Rim. Iun. & Bertaz. quando edictum emanauit ab habente authorita-
8 tem: † Sed ſcias quod talia monitoria, ſeu litterę monitoriales tantummodò conceduntur in ſubſidiu, maximè ſi concedantur per Epiſcopos, vel ordinarios loci in pœnam excommunicationis. Rip. in Tract. de peſte tit. de priuil. ad curan. peſt. n. 122. & ſeq. Nauar. de pact. conſ. 2. num. 6. lib. 1. & de Cenſ. conſ. 3. num. 3. lib. 3. Franc. Leo. Theſaur. for. Eccleſ. lib. 3. cap. 38. Mar. Ant. reſolut. vlt. caſ. 36. & 75. lib. 1. Coſt. in tract. de fact. Scien. & ignor. diſtinct. 15. cent. 2. tomo 1. & in tract. de ſubſidiar. remed. remed. 14. numero 1. vbi etiam ponit quinque requiſita, vt dictæ litteræ monitoriales concedi poſſint, ad quem lectorem remitto, vbi longa; & bona ſerie illa explicat, & latius Vgolin. in tract. de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 2. Rub. de monitorijs. §. 3. cap. 45.

9 Si verò quis fuerit ab ipſo malefactore delictū ſub ſecreto, non tenetur reuelare, & nō reuelando, nō incideret in pęna. Socc. conſ. 102. n. 3. vol. 4. vbi latè Iul. Clar. q. 27. n. 3. in fin. Rim. iun. d. conſ. 327. n. 23. lib. 3. Bertaz. conſil. 107. num. 13. & conſ. 343 nu. 6 lib. 2. &

facit generalis regula, vt nemo teneatur reuelare delictum, si tendat in preiudicium alicuius, vt firmat post alios, quos allegat, Moder. Rom. q. 51. n. 21. vbi tamen subdit, quod in practica quis non obtineret, & allegat Capell. Tholos. & Aret. in locis relatis per Menoch. de Arb. conf. 355. nu. 3. vers. his accedit, lib. 2.

10 In foro autem cõscientię, quis tenetur reuelare delictum, & ili etiam quãdocunq. obuiare, si posset c. delicto de sent. excom. in 6. & c. qui potest 23. q. 3. & c. 1. dist. 83. Ant. Gomez. tit. de delict. c. de homicid. n. 4. in fi. vbi de cõi, Viui. com. opin. in verb. defẽdere n. 2. & seq. Menoch. de Arb. cas. 355. nu. 2. & n. 4. lib. 2. Moder. Rom. q. 51. n. 23. vbi de communi, & alios allegat.

11 Quod intelligitur, quoad delictum committendũ, vt euitetur futurũ, secus quoad delictũ iã cõmissum. Dec. in c. nouit. nu. 22. de iudic. Alber. de statut. p. 2. q.
12 175. Menoch. d. cas. 355. n. 2. in fin. † ac ẽt licet teneatur reuelare delictũ in foro conscientię, nõ reuelãdo, neq. obuiãdo, nõ tenetur ad dãna, & interesse passa ob delictũ sequutũ, secundum cõmunẽ opinionẽ Theologorũ, de qua testatur Io. Modin. de rest. q. 9. & post
13 Couar. Iul. Clar. q. 78. vers. dictũ est in fi. † nisi sit talis, qui de iure reuelare teneatur, vt famulus, & similes, Scot. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 3. quem sequitur Menoch. d. cas. 355. n. 3. Moder. Rom. q. 51. nu. 24. & seq.

14 Et minus edictũ obligat ad Pęnã ipsũ delinquẽtẽ, si nõ reuelet se ipsũ. Rebuf. super const. tom. 2. in tract. de famil. Salariat. glos. 10. n. 10. Afil. in constit. si dãna clandestina n. 70. & n. 50. vbi loquitur etiam de socio criminalis. Baiar. q. 27. n. 7. & n. 10. nec etiam confessarius sciens, vt minister Dei tenetur reuelare, cum vix ei credatur, etiam quod dicat se reuelare de licentia confitentis. Lap. alleg. 94. Bertaz. cons. 452. n. 8. & seq. vol. 2. Cost. d. remed. 14. n. 4. vers. excipiuntur vbi etiã refert alios, qui non tenentur reuelare, etiam si dictę literę monitoriales emanauerint sub pœna excommunicationis, Vgol. in d. tract. de offic. & potest. episcopi p. 2. Rubr. de monitor. §. 4. vbi subdit procedere etiam si in monitorio disponeretur, vt reus se pate facere vt tãquã iniusto nõ esset parendũ d. c. 145. & c. 46. §. 3. & §. .. c. 5. ponit illos, qui nõ ligantur reuelare etiã pręsuposita pęna cõminata in monitorio ad quã lectorẽ remitto, vbi excepit septem genera personarum & latissimè vide Prax. Archiep. Neapolit. c. 1. & 2. & Cauale. de Brac. reg. in fragmentis fragm. 110.

15 Nec Aduocatus, vel procurator tenetur reuelare delinquentem etiam si edictum emanauerit sub pęna excommunicationis. Dec. respons. 93. nu. 121. vol. 2. Franc. Marc. decis. 8 3. p. 2. Cost. d. remed. 14. n. 4. vers. nec Aduocatus, & quæ alię personę non teneatur reuelare, vide latissimè Farinac. q. 51. num. 12. cum plur. seqq. vbi plenè de materia ista.

16 Et minus metu pœnę, vel excommunicationis quis tenetur manifestare rem furtiuam, vel furem, quando iam fur rem furtiuam restituit, vel restituerem non possit Nauar. consil. 75. num. 30. lib. 3. Bonifat. de furt. §. est num. 73.

17 Minusque retinens bona cum voluntate defuncti tenetur reuelare, Baiard. in q. 27. nu. 4. in fin. latissimè Vgolin. in d. §. 4. vbi post alios, quos allegat, dicit talia monitoria solum ligare iniustè detinentes, & non illos, qui aliquo titulo, vel causa iusta rem retinent, & ibi ponit multa exempla, & multa alia scribit de ista materia Monitorij d. cap. 45. & 46.

Talea, seu præmium concessum a statuto reuelantibus, vel capientibus malefactores quibus concedatur.

S V M M A R I V M.

1 *Præmium, vel talea solet concedi reuelantibus, vt delicta facilius detegantur.*

2 *Præmium non conceditur denuncianti delinquẽtẽ, nisi etiam ipse denuncians probauerit delictum.*

3 *Præmium non conceditur inuenienti bannitum, nisi etiam illum capiat.*

4 *Præmiũ concessum a Statuto capienti bannitum traditur etiam ei, qui cepit bannitum ante emanatum bannum, sed illum præsentauit post aditum bannum.*

5 *Præmium pluries conceditur illi, qui pluries cepit eundem delinquentem.*

6 *Capiens bannitum, non modo consequitur præmium, vel taleam, sed etiam recuperat expensas factas in dictum bannitum capiendo.*

7 *Capiens bannitum vigore edicti emanati à non habente authoritatem, licèt non consequatur præmium, recuperat tamen expensas.*

8 *Socius criminis in crimine læsæ Maiestatis, vigore dicti Edicti, reuelans delictum, & delinquentem, consequitur taleam.*

9 *Primo limita, & intellige, quod, vt præmium ab Edicto concessum quis consequi possit, debet concedi per iudicem auctoritatem habentem.*

10 *Secundo limita in officialibus, & Ministris iustitiæ, qui non consequuntur præmium, nisi alias fuerit expressum in Edicto.*

11 *Tertio limita, vt socij criminis non gaudeant priuilegio d. Edicti, neque præmium consequantur.*

12 *Principales delinquentes non gaudent priuilegio dicti Edicti.*

13 *Socij criminis, quando eis conceditur impunitas, vel præmium, debent reuelare, ante eorum carcerationem.*

14 *Si duo capiant malefactorem, præmium primo capienti debetur.*

15 *Mandans occidi bannitũ non consequitur præmium, si verba edicti sunt deducta in personam occidentis.*

16 *Occidens bannitum, quem esse bannitum ignorabat, non cõsequitur præmiũ, nec si eũ fortuito casu interficiat.*

17 *Contrariam opinionem tenent alij Doctores hic.*

18 *Præmium conceditur capienti delinquentem, vel occidenti, etiam quod capiens, vel occidens ignoraret adesse tale Statutum præmium concedens.*

19 *Præmium, si non sit in Statuto expressum à quo solui debeat, in dubio censetur solui debere de pecunijs delinquentis, & si non sufficiant, de bonis Fisci.*

20 *Occidens Clericũ bannitum, an consequatur præmium.*

21 *Mulier bannita occisa, an occidens gaudeat beneficio Statuti circa præmium, & impunitatem.*

C A P. II.

1 AD magis expurgandam à facinorosis hominibus Prouinciam, solet per Superiores concedi præmium reuelantibus maleficium, & delinquentes: Petr. Caball. in qq. crim. cas. 279. n. 1. cent. 3. quæ pro-
2 uisiones † intelliguntur, si vltra denunciationem, reuelantes probent delictum, quia intelligi debent cum effectu Bal. in l. ex varia. C. de delator. lib. 10. Iul. Clar.
3 q. 27. n. 6. † Prout, etiamsi Statutum dictaret, quod detur præ-

tur præmium inuenienti bannitum, intelligitur de eo, qui bannitum cepit. Alber. Ang. & Doct. in l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iuris; Baiard. q. 27. n. 17. latiſſimè Hier. Hyſpan. in tract. com. contra com. q. 651. vbi concordantes cumulauit, & teſtatur de veriori, & practicata opinione vbi infert ad plura.

4 Ac etiam, ſi Statutum concedat præmium capienti bannitum, & illum Curiæ præſentanti habet locũ in eo, qui cepit ante dictum Statutum, & poſteà præſentauit, vt de communi teſtatur Ruin. conſil. 49. vol. 3. Roland. in tract. de lucr. dot. q. 93. Decian. reſponſ. 2. nu. 104. vol. 2. & fuit poſt iſtos traditum per Baiard. in quæſt. 39. num. 23.

5 Item ſi quis eundem delinquẽtem pluries ceperit, quia fortè primo fuit captus, & poſteà aufugit à carceribus, plura præmia habere debet. Cuman. conſ. 14. nu... Brun. in tract. de Statut. conſtit. & decret. in verb. præmium vol. 3. Baiard. q. 29. nu. 26.

6 Ac etiam capiens bannitum, & Curiæ tradens, non ſolum conſequitur præmium à Statuto cõceſſum, ſed etiam recuperat expenſas factas in capiendo delinquentem, ſecundum Nell. in tract. Bannit. 2. p. temp. q. 29. Adden. ad Modern. Rom. in conſ. 53. in litt. E, qui tamen in fin. referunt, quòd Petr. ſing. 14. num. 13. pluribus fundamentis cõtrarium teneat, ac etiam ad contraria reſpondeat, idem Farinac. q. 103. num. 174. Petr. Cabal. d. caſ. 273. n. 6. & ſeqq. vbi refert quamdã diſtinctionem, ſed tandem videtur concludere, vna cum d. Petr. ſing. 14. n. 13. & cum Farinac. in d. q. 103. nu. 175. vt non recuperet expenſas, etiam quod præmium excedant dictæ expenſæ.

7 Benè verum eſt, quod ſi fuerit conſtitutum prẽmiũ à Poteſtate non habente talem auctoritatem, licet capiens malefactorem non poſſit conſequi dictum præmium, recuperat tamen expenſas factas in capiendo, ne remaneat ſub fide Poteſtatis in aliquo dãno. Bart. in l. 1. in princ. nu. 4. ff. de iuſt. & iur. Moder. Roman. in d. conſ. 53. nu. 9. Iul. Clar. q. 29. n. 7. Pet. Cabal. d. caſ. 279. nu. 9. cent. 3.

8 In crimine læſæ Maieſtatis particeps criminis reuelans delictum, præmium cõſequitur in tract. de cri. læſ. Maieſt. lib. 2 q. 16. n. 2. & ſeq tit. qui accuſ. poſs. in crim. læſ. maieſt. Baiard. q. 27. nu. 12. Et quid in venenante bannitum an gaudeat beneficio Statuti, & quid in vxore venenante maritum bannitũ, nouiſſimè tractat iſtas duas quæſtiones Petr. Caball. cent. 3. caſ. 278. per totum, vbi in vxore tenet partem negatiuam, ac etiam in auxiliantibus ipſam vxorem, in alijs autẽ tenet partem affirmatiuam, & ibi cõcordantes allegat, & Vinc. de Franch. deciſ. 276. p. 2. idem firmat, & latè tuetur, vt nec vxor, nec filius poſſint mandare occidi maritum, vel patrem.

9 Primo limita, & intellige, vt quis poſſit conſequi præmium à Statuto, vel à bannimentis conceſsum, vt debeat promitti, & concedi à iudice habente auctoritatem concedendi, quod fieri poteſt per Poteſtatẽ, de communi teſtatur Alber. in 4 par. Statut. q 48. quẽ refert Aug. de Ang. de malefic. in verb. fama publica nu. 75. & Clar. in q. 29. nu. 6. vbi ſubdit hoc poſſe fieri per iudicẽ ordinariũ in aliquo caſu particulari atroci, & non per edictũ generale contra quoſcunque malefactores, quia hoc eſſet condere leges, quod nõ permittitur, niſi ſupremis Magiſtratibus, ſed tantum, vt dixi, iſto caſu capiẽs recuperabit expenſas factas pro captura. Farinac. conſ. 53. nu. 9. ſed an poſſit dict. præmium ſolui capienti ſine auctoritate ſuperioris, vide Boſs. tit. de ſententi. nu. 40. & ſeq. vbi videtur negatiuè, niſi tamen conſiſteret in modica impenſa, & quod d. portionem capiat de manu Fiſci.

10 Secundo limita, quòd huiuſmodi præmiũ non debeatur officialibus capientibus malefactorem, qui ex eorum debito hoc facere tenentur. Bal in l. ex varia nu. 1. C. de delator. lib. 10. Clar. q. 29. n. 8. Baiard. in q. 27. nu. 14. Boſs. tit. de captur. nu. 76. Peguer. deciſ. 67. per tot. Farinacc. q. 103. nu. 356. Petr. Cabal. in qq. cri. caſ. 279. nu. 1. & ſeqq. cent. 3. vbi alios allegat. Et ſimiliter homines Terrarum conuocati in auxilium Curię in perſecutionem malefactorum non debent habere præmium, vt poſt Pariſ. in tract. de Syndic. §. familiaris q. 29. nu. 19. Petr. Cabal. d. caſ. 279. nu. 5. Farinacc. d. q. 103. nu. 358. ſed ſolum recuperant expenſas factas in capiendo malefactorem. Pariſ. in dic. tract. in verb. familiarum §. ſi officialis nu. 7. Io. Ant. de Nigr. in cap. 7. §. frequens nu. 106. Baiard. d. q. 29. num. 20. vbi ſubdit, quòd, quando viget in Prouincia magna copia bannitorum, ſolent Principes concedere præmium etiam ipſis officialibus, prout fecit Sixtus V. in primo ſui Pontificatus anno; ac etiam fecit Paulus V. & obſeruatur in magno Ducatu Hetruriæ propter publicam vtilitatem, vt latè teſtatur Petr. Cabal. in dict. caſ. 279. num. 11. & ſeqq.

11 Tertio limita in complicibus, & participibus criminis, vt non gaudeant priuilegio dicti edicti, nec præmium conſequantur latè Clar. in q. 27. num. 5. vbi de communi, & dicit ita fuiſſe executum contra quemdam famulum ſocium criminis, qui fuit ſuſpenſus, cum reuelauerit ſub ſpe prẽmij; homicidium factum in nocte Veneris Sancti in perſona vnius hebræi, & filiorũ. Brun. in tract. de ſtatut. conſtitut. & decret. in verb. præmium, vol. 3. Boller. in pract. crim. in verb. & ſi cõfitebuntur, n. 112. poſt Marſ. in ſing. 177. Malitijs hominum. Baiard. q. 27. nu. 10. & q. 29. num. 24. niſi in eodem edicto fuiſſet etiam conceſſum præmium, & impunitas ipſis ſocijs. Petr. Caball. in quæſt. crim. caſ. 29.

12 nu. 1. † & multo minus conſequitur præmium vigore edicti ipſe principalis delinquens, qui ſe ipſum reuelat, vt poſt Bart. in l. 1. §. ſi tibi, ff. de con lit. ob turp. cauſ. Bald. in l. 3. C. eod. Afflic. in conſtit. ſi damna clã-

13 deſtina, nu. 70. Baiard. q. 17. nu. 10. † Sed quando conceditur impunitas, vel præmium complicibus, intelligitur ſi reuelent antequam carcerentur. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 15. nu. 73. & de iure permittitur, vt vni ex complicibus concedatur impunitas, vt alios cõplices propalet, quia in occultis melius eſt vni parcere, vt cæteri complices puniantur quam ignorare delinquentes, Caualc. de brach. reg. p. 3. nu. 251.

14 Quarto limita, & intellige quòd ſi duo capiãt malefactorem, & præmiũ debeatur primo capienti, vide Bart. & Brun. in locis relatis per Baiard. in q. 29. n. 5.

15 Quinto limita, & intellige, quòd ſi per ſtatutum diſponatur per verba directa in perſonam occidentis, mandans occidi delinquentem non conſequitur præmium, vt tenet. Mod. Rom. q. 103. nu. 28.

16 Sexto limita, vt occidens bannitum, vel delinquentem ignoranter, vel odio proprio non conſequatur præmium à ſtatuto conceſſum. Bar. in l. genero, ff. de his, qui not. infam. Ang. in l. inter omnes nu. 2. de furt. vbi quod ita vidit ſeruare in Ciuitate Peruſij, Afflict.

ſuper

super constit.Regn.p.2.rubr.3.nu.53.vbi de cōmuni, Foller.in pragm.Regn.de exulibus num.19.Clar.in §. homicidium nu.58.vbi Baiard.nu.209. & nu.212. vbi etiam loquitur de occidente bannitum casu fortuito, & allegat Stephan.de Feder. in tract. de interpraetat. p.1.nu 45.Baiard.vbi sup.num.270.Doct.adducti per Petr.Cabbal.cent.3.cas.274.nu.3.& seqq.in q.crim.

17 Contrarium autem in puncto iuris verius dixerunt Ang de malef.in verb. fama publica num.74. & Bald. Rom.& Alex.quos referendo sequitur.Carauit.super pragm.1.de exulibus num.141.& seqq. & loquitur in capiente, seu occidente ignoranter, & casualiter, vt consequatur praemium, & remissionem suorum delictorum, & hanc opinionem veriorem dicit, & ad cōtraria respondet, & eam apud nos seruari affirmat. Mod.Rom.q.103. nu.34. vbi firmat hoc esse inductū ob publicam vtilitatem pro faciliori delinqnentium extirpatione, & ideò conceditur etiam praemium occidenti bannitum pro sua defensione, & latè Baiard. in §.homicidium num.210. vbi testatur ita obseruari vidisse, vt detur praemium in quibuscumque casibus, latè Petr.Caball.cas.274.nu.16.& seqq.vbi alios allegat, vbi firmat, siue occidat proprio odio, siue se defendendo consequatur praemium, & allegat Vulpell. respons.59.n.9. testantem de communi opinione, vbi etiam dicit vidisse dare praemia procuranti inimico dari bannum delinquenti,licet ipse teneat cōtrarium ibi in occidente bannitum per ignorantiam nescientes illum esse bannitum,secus si ignorauerit bannum, qui adhuc tenet,vt praemium sibi debeatur.

18 Imò capiens,vel occidens bannitum, etiā si ignoret adesse tale statutum debet consequi praemium. Nell. in tract.de bannit.2.p.2.temp.q.24.Menoch. de arb. lib.2.cas.181.nu 44.& 50.Baiard. §.homicidium nu. 180.Mod.Rom.q 103.nu.35.

19 Et si in statuto non esset expressum,cuius pecunijs praemium sit soluendum, in dubio intelligitur de pecunijs offensi, & si eius bona non sufficiant de bonis fisci.Ang.de malef.in verb.quod fama publica n. 72. & seq.& post Rom.in consilio 409. Baiard.quaest.27. numero 13.

20 Occidens clericum bannitum an consequatur praemium,vel impunitatē à statuto concessum.vide Mars. cons.12.nu.14. Baiard.in d. §.homicidium num.212. latissimè Farinac.q.103.nu.30. & seqq. vbi alios allegat, & quid in occidente mulierem bannitam an occidens consequatur impunitatem; & praemium à statuto cōcessum, latè post alios,quos allegat,nouissimè tractat Petr.Caball.in qq.cri.cent.3. cas.276. per tot. vbi concludit de iure in partem negatiuam, licèt aliter obseruari viderit, testetur.

DEFENSIO XIX.

Circa torturam testium.

Testes quando non possint torqueri pro habenda veritate contra delinquentes.

SVMMARIVM.

1 *Testes non possunt torqueri, nisi prius constet de corpore delicti.*
2 *Testes, qui non possunt compelli ad testificandum, nec etiam possunt torqueri.*
3 *Testes qui patiuntur defectus non debent torqueri, ne frustra tortura inferratur.*
4 *Quòd intellige quando iudex vellet fundare intentionem super illo teste tantum.*
5 *Testes non torquentur, nisi praecedant aliqua indicia contra Reum.*
6 *Testes non torquentur, nisi praecedant aliqua indicia contra ipsos testes.*
7 *Depositio testium emanata sine indicijs non nocet, neque testem, neque principalem, nec substinebitur tortura, si deinde indicia superueniant.*
8 *Indicia, quae requirantur, vt testis torqueri possit.*
9 *Testes nō possunt torqueri antequā reus examinetur.*
10 *Doctores tanquam testes, & alia persona in dignitate constituta, etiāsi essent varij, non possunt torqueri.*
11 *Testes allegantes aliquam rationabilem causam circa ignorantiam facti non torquentur.*
12 *Testes, si sint plures, non debent omnes torqueri, sed duo, vel tres tantum.*
13 *Testis semel tortus amplius non torquetur, neque repetitur tortura, nisi variauerit, & noua indicia superuenerint.*
14 *Testis torquetur, quando veritas aliunde haberi non potest, alias secus.*
15 *Testes minores xiiij. annis non possunt torqueri, sed tantum ferula cadi: quod fallit in crimine laesae maiestatis.*
16 *Sacerdotes tanquam testes non possunt torqueri, etiāsi vacillent, secundum vnam opinionem; contrariam autem tenent alij Doct. sed non possunt torqueri nisi à iudice Ecclesiastico, etiam quod causa vertatur coram iudice saeculari, & eo magis possunt torqueri sacerdotes, si essent alias infames.*
17 *Testes varij in causa ciuili, quando possint torqueri.*
18 *Testis recusans respondere quomodo cogi possit.*

C A P. I.



Vm,vt plurimū iudices,sub praetextu,quod testes recusent propalare delinquentes, & delicta, deueniant ad torturam contra testes, ideò videamus, quae iudices considerare debeant,ne testes indebitè torqueantur,& multa sunt consideranda, &c.

1 Primò, quod constet de corpore delicti, antequam testes torqueantur pro habenda veritate in alios. Foller.in pract.crim.in verb. capiat informationē nu.24. vers.est etiam notandum,Brun de indic.q.4.2.par. q. 11.circa finem, quia si nō potest torqueri principalis delinquens,non constito de corpore delicti,vt dixi supra suo loco,multò minus debet torqueri testis, Boss. tit.de tortur.test.nu.43.Mod.Rom.q.79.n.70. Maur. Burgen.de mod.proced.ex abrupt.q.100.nu.130.

2 Secundo, quod testes torqueri non possint in alios, quando ex aliquo priuilegio nō possunt compelli inuiti ad ferendum testimoniū,tex.in l.1. §.si seruus bona fide.ff.de quaest.Foller. in d. verb. capiat informatio nu.24.Brun.de indic.q.4.p.2. num.9. Mod.Rom. q.79.num.28.

3 Tertio, quando testis tales pateretur exceptiones, vt ex eis infringeretur, eius depositio, non debet torqueri,ne frustra subijciatur tormētis.Foller.in d.verb. capiat informationem nu.24. vers.item est aduertendum,Brun.in d.q.4.num.10.& seq.vbi latè,Boss.tit.de indic.& cōsiderat.ante tortur.n.133.vbi subdit,quod

multi

multi sunt, qui inaduertenter seruant contrarium. Bursatt. cons. 216. nu. 113. vol. 2. Addent. ad Clar. in q. 25. in lit. A, Moder. Rom. q. 79. nu. 52. vbi de communi: Et ob id quaerelans si exculparet accusatum non debet torqueri, cum per torturam eius assertio vires nō acquirat. Tusch. in litt. T, concl. 353. nu. 14.

4 Quod intelligitur, quando iudex vellet fundare intentionem solum in dicto teste patiente exceptiones, vt non torqueatur, secus si haberet alia indicia, quia tunc poterit dictum testem non integrum, pro dictis indicijs corroborandis, & adminiculandis, torquere Foller. in d. verb. capiat informationem n. 24. vers. sed hoc puto, & sequitur Mod. Rom. d. q. 79. nu. 53.

5 Quarto limita, & intellige, dummodo indicia, seu aliqua signa laborent super delicto contra Reū principalem. Brun. de indic. p. 2. q. 4. n. 13. in princ. Baiard. in q. 25. nu. 39. vbi caeteros adducit, & aliter tortus nō facit, contra Reum, indicium, latè Brun. cons. 61. n. 3. p. 1. Baiard. q. 25. nu. 39. Bertazzol. cons. 549. num. 3. vol. 2. Moder. Rom. cons. 22. nu. 1. vbi videtur tenere, quòd indicia contra Reum debeant esse sufficientia ad ipsum Reum torquēdum, vt testes possint torqueri in caput ipsius Rei, & in q. 79. n. 71. dicit, quòd in hoc iudices Ecclesiastici, qui solent aliter seruare, non bene faciunt, & dicit procedere in inquisitione speciali, secus in generali, quando constat delictum esse commissum, sed ignoratur delinquens.

6 Quinto limita, & intellige, dummodo etiam praecedant indicia contra testem, vt praesumptiuè censeatur informatus, & nolit dicere, veritatem, quia aliter tortus non noceret principali, vel nominato. Decia. cōs. 151. n. 17. vol. 4. Baiard. q. 25. nu. 32. Farinac. cons. 22. nu. 23. & in q. 79. num. 73. Bertazzol. cons. 154. num. 6. Bursatt. cons. 216. nu. 113. vol. 2.

7 Quia Confessio sine indicijs, vel alio modo illicito emanata non afficit neque ipsum confitentem, neque nominatum. Gram. cons. 21. nu. 28. & seq. vot. 6. n. 15. & seq. Paris. d. cons. 151. nu. 17. vol. 4. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. nu. 25. Bursatt. cons. 216. nu. 116. vol. 2. Baiard. q. 25. nu. 32. & 35. in fin. & sub nu. 37. etiam dicit, quòd non substinebitur tortura illata testi sine indicijs, si iudex diceret illam intulisse de conscientia Principis, nisi de ea in actis appareat, & sub num. 36. post Ruyn. etiam firmat, quòd tortura non iustificabitur, etiamsi indicia posteà superuenerint.

8 Benè verū est, quòd in testibus non requirantur indicia ita stricta, quae in Reis requiruntur. Baiard. in d. q. 25. nu. 9. vbi caeteros allegat, & quae indicia requirantur ad torquendos testes arbitrio iudicis relinquitur, Claud. Bertaz. ad Patrem in cons. 153. in 1. addit. in fine, Mod. Rom. q. 79. nu. 75. vbi dicit, quòd indicia contra testes erunt variationes, vacillationes, & verisimilitudo, quòd fuerit informatus, & si necet facto interuenisse, & de hoc conuincatur de mendacio, & sub n. 74. dicit esse verum quando torquetur pro habenda veritate, quia tunc debent procedere indicia, secus si torqueatur ad tollendam maculam, vel infamiam, quia torqueri potest sine alijs indicijs, & sufficit vnus testis qui sit dignior, ac maior altero ad conuincendum testem ad torturam. Caualc. de testib. p. 4. n. 166. vbi subdit post Boss. tit. de indic. aut n. 37. secus si essent in numero & conditione pares.

9 Sexto limita, & intellige, quod testes non debent torqueri, antequam Reus deposuerit, & sic ante litē contestatam, quia, si fateretur, non esset opus aliqua tortura contra testes Baiard. in q. 25. n. 2. & nu. 9.

10 Septimo limita, quòd, quando Doctores examinātur vti testes, non possunt torqueri. Marsil. in l. ex libero nu. 4. ff. de quaest. Caphal. cons. 164. nu. 8. vol. 4. Baiard. q. 25. nu. 19. Et idem est in omnibus alijs in dignitate constitutis, vt non possint torqueri examinati tanquam testes, etiam si essent varij, vt de communi post Boss. testatur. Iul. Clar. q. 25. nu. 5. qui ponit casus exceptos, latè Mod. Rom. q. 79. n. 54. vbi concordātes allegat, & n. 62. vbi testatur de communi, & praecipuè si essent positi in Magistratu Baiard. q. 25. nu. 19. qui loquitur in Doctoribus, & in clericis quatenus torquendi essent debent torqueri à iudice ecclesiastico. Villagut in pract. crim. lib. 8. tit. de testib. c. 7. concl. 3. vbi etiam firmat, quod non possint torqueri tamque varij, nisi in crim. exceptis.

11 Octauo intellige, si testes allegantes aliquam rationabilem causām negent scire delictum, ita vt ex illa causae allegatione reddatur turbida intentio iudicis, quòd testes sciant, vel non sciant factum, quia tūc nō torquetur. Foller in d. verb. capiat informationem, n. 19. circa fin. Boss. de public. process. nu. 29. in fin. & n. 31. Mod. Rom. q. 79. nu. 19. Sed aliqui tenent, vt testis non solum teneatur causam allegare, sed etiam illam probare. Mod. Rom. in d. q. 66. nu. 24. & alij per eum adducti.

12 Nono limita, & intellige, quòd non omnes examinati ad informationem Curiae torqueri debeant, sed tantū duo, vel tres, vt post Bart. & Brun. firmat Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem, nu. 24. vers. Item est aduertendum, Ang. de malefic. in verb. fama publica nu. 49. Brun. de indic. q. 4. p. 2. nu. 8. Cla. q. 25. vers. penult. Bursatt. cons. 226. nu. 112. volum. 2. Farinac. cons. 83. nu. 1. vbi dicit fuisse originalem doctrinam Bal. in l. data opera n. 26. C. de his, qui accus. non poss. Maur. Burg. de mod. proc. ex abrupt. q. 100. n. 135. vbi testatur ita seruari à bonis iudicibus Franc. Personal. de ind. & tortur. nu. 40. Card. Tusch. in litt. T, concl. 333. nu. 8. Caualc. de brach. reg. p. 3. num. 37. vbi plus firmat, quod multitudo testium sit refrenāda in tortura testium, Villagut. in pract. crim. lib. 8. tit. de testib. c. 7. concl. 6. sed Clar. in d. q. 25. in vers. quia aliquando multo plures torquentur, & maximè quando omnes sunt suspecti, vbi tandem concludit esse totum remittendum arbitrio iudicis. Mod. Rom. q. 79. n. 77. Personal. vbi supra num. 40. vbi subdit, quod si omnes essent male famae omnes debeant torqueri, si vnus esset malae famae ille solus esset torquendus.

13 Decimò limita, & intellige, quod testis semel tortus amplius non torquetur, Farinac. cons. 83. nu. 5. vbi alios allegat, & Ang. post Cyn. in l. fin. C. de quaest. dicit, quod iudices repetentes torturam non habent, nec Deum, nec legem prae oculis. Gram. cons. 21. nu. 18. & seq. vot. 6. nu. 9. & seqq Bursatt. cons. 216. n. 115. vol. 2. Franc. Personal. in tract. de indic. & tortur. n. 42. & tortura non repetitur, nisi testis variauerit, vel nisi noua, & grauiora primis interuenirent indicia, vel nō omnia priora purgasset. Cāpeg. de test. reg. 440. Suar. recept. sent. verb. tortura nu. 281. & de communi. Baiard. q. 25. nu. 33. Ant. Gom. tit. de delict. c. 13. num. 26. Bursat. d. cons. 216. nu. 115. vol. 2. Mod. Rom. q. 79. n. 81. vbi alios allegat, nec vltra tertiam vicem testis potest torqueri. Caualc. de testib. p. 4. nu. 156. & in Curia

serua-

seruatur, quòd si testes torqueantur ad tollẽdam maculam, vel ad faciẽ Rei, ad plus torqueantur per spacium vnius Credo, nisi forsan esset testis taliter suspectus, & infamis, vt iudex arbitratus fuerit eum esse vlterius detinendum, prout ego pluries obseruaui non obstantibus exclamationibus, & protestationibus factis per procuratorem fiscalem, vt testes non essent torquendi per tam notabile spacium ne forsam deponerent contra intentionem fisci.

14 Vndecimo limita, vt testes tantummodo torqueãtur, quando aliunde veritas haberi nõ posset, Bertaz. cons. 153. nu. 8. lib. 1. Mod. Rom. q. 79. nu. 77. & latè in cons. 44. nu. 4. Maur. d. q. 110. num. 135. in fin. de mod. proced. ex abrupt.

15 Duodecimo limita in minoribus quatuordecim annis, qui non possunt torqueri, sed tantum ferula, vel habena cædi. Mars. in l. ex libero, §. ex minore num. 2. Brun. de indic. p. 2. q. 4. num. 16. & seq. Cyrill. in summ. crim. Rub. 29. tit. de q. 53. nu. 2. Mod. Rom. q. 79. n. 50. & sub num. 51. dicit minores tanquam testes posse in crimine læsæ maiestatis torqueri.

16 Tertiodecimo limita in Sacerdotibus, qui pro testimonio non possunt torqueri, etiam quod vacillent. Bart. in l. ex libero nu. 1. & Marsil. n. 2. de quæst. & alij relati per Mod. Rom. in q. 79. nu. 54. & sub n. 55. dixit extare communem opinionẽ de iure Canonico Clericos etiam præsbyteros posse torqueri, si vacillent, dummodo tamen contra eos præcedant magna indicia, & de communi opinione testatur Abb. in cap. cũ in contemplatione n. 6. de reg. iur. Boss. tit. de tortur. test. nu. 5. & seqq. Foller. in pract. crim. canon. fol. 127. nu. 47. Clar. q. 25. nu. 4. Baiard. q. 161. nu 8.

Sed isti Sacerdotes torqueri debent à suo iudice ecclesiastico, & non a iudice laico, etiam quod coram eo vacillent, & ita fuisse alias decisum post Capic. decis. 142 testatur Clar. q 25. n. 4. in fi. Mod. Rom. q 66. nu. 103. & in q. 79. num. 58. Card. Tusch. in litt. T, conclus. 333. num. 6.

Et si tales Sacerdotes essẽt ex aliquo accidenti infames, & alias inhabiles, retenta etiam opinione illorum, qui voluerunt, Sacerdotes nõ posse torqueri, torquerentur ad tollendam omnem maculam, & expurgandam infamiam. Bald. in l. præsbyteri, n. 1. q. 5. & 6. Zabarell. in cap. cum in contemplatione nu. 8. de reg. iur. Moder. Rom. d. q. 79. nu. 59. & laici ad tollendam maculam, vt afficiant clericum debent torqueri per iudicem ecclesiasticum. Praxi Archiep. Neap. cap. 10. nu. 5. quod est notandum.

17 Quartodecimo limita in testibus varijs, & contrarijs in causa ciuili, vt non torqueantur. Cyrill. in sum. crim. rubr. 29. tit. de quæst. §. 3. n. 4. Marches. sing. 188. Ant. Gomez tit. de delict. cap. 13. nu. 29. in fine, vbi de communi, & facit palpabilis ratio, quod, si in ea principales non possunt torqueri, multo minus testes torqueri debent, & hoc procedit, non solum in testibus nobilibus, sed etiam in vilibus, secundum veriorẽ opinionem attestatam, per Moder. Rom. in q. 79. nu. 34. 63. 6. & nec etiam torquentur ad purgandam maculam, vel inhabilitatem, sed solum obijcitur cõtra eos, quòd non probent; In Curia autem depositiones desumptæ in causa ciuili continentes contrarietates solent per viam querelæ reproduci coram iudice criminali, & contra testes procedi ad pęnam pro periurio, & falsitate, sed hoc non debet fieri, nisi in aperta falsitate, vel contrarietate, & quãdo adesset falsitas, vel contrarietate, & quando adesset falsitas, vel contrarietas circa substantiam negocij, & non in re modica, cum omnis facienda sit interpretatio, vt dictum testis saluetur, & euitetur poena falsi. Rimin. Iun. cons. 344. nu. 26. & seqq. vol. 3. & prius sub n. 5. dixit, quod sicut in pluribus testibus fit interpretatio, vt reducantur ad concordiam, ita etiam est facienda in vno teste tantũ Bursatt. cons. 400. nu. 13. in princ. vol. 4.

18 Quintodecimo limita quando testis recusaret respondere, vel iurare quia potest, & publicè, ac in secretis torqueri, latè Caualc. de brach. reg. p. 3. nu. 62. & seqq. vbi alios allegat, & ponit optimam practicã, nisi interrogaretur de rebus tangentibus turpitudinẽ suam, quia illis non tenetur respondere, sed exceptiones turpitudinis sunt probandæ apertè. Caualcan. in pract. de testib. p. 1. n. 5. & p. 5. sub nu. 175. in litt. C, & in tract. de brach. reg. p. 3. nu. 72. vbi etiam dicit idem esse quãdo iuris ordine non seruato interrogaretur.

Testes, qui reuelarunt, & variarunt quando torqueri possunt.

SVMMARIVM.

1 *Vacillatio, contrarietas, & variatio sunt termini synonimi.*

2 *Testes ex variatione, contrarietate, & vacillatione possunt torqueri.*

3 *Testes aliquã rationabilem causam adducentes à primo dicto recedere possunt.*

4 *Testes dicentes vno modo in iudicio, & alio modo extra iudicium, possunt torqueri.*

5 *Testis non potest torqueri ex variatione, nisi constet in actis, quod verisimiliter facto interfuerit.*

6 *Testes non torquentur pro variatione, nisi fuerint varij circa factum principale, vel illius substantiales circumstantias.*

7 *Testes non possunt torqueri pro modica variatione in facto principali, nisi agatur de formalitate verborũ.*

8 *Rustici ex variatione, tãquam testes, possunt torqueri.*

9 *Variatio, & vacillatio quando dicatur circa factum principale, & circa illius circumstantias, vel circa remota.*

10 *Testis, quando constat de veritate vnius depositionis, etiam quod fuerit varius, non potest torqueri.*

11 *Cautela pro testibus, vt saluentur ex variatione, & tortura.*

12 *Testis non potest torqueri, nisi constet in actis de variatione, & vacillatione, quæ adnotari debeat per notarium iuxta formam positam hic per Authorem.*

13 *Variatio, vel vacillatio debet praecedere torturam, & non sequi.*

14 *Forma autem decreti circa torturam testi vario inferendam qualis sit, remissiuè.*

15 *Testes recedentes à primo dicto, si potuerint loqui cũ parte, non debent torqueri ad videndum in quo dicto persistant, sed vt dicant à quo fuerint subornati.*

CAP. II.

SEd quia criminalistæ quotidiæ vtuntur in foro, quod testes varij, vacillantes, & qui negant interfuisse facto, vel, si fuerint præsentes, non vidisse, vel quia sunt verisimiliter informati, vel quia spontè accesserunt ad deponendum, tàm inquisitioni speciali,

quàm

quàm generali.Bart.in l.qui sine nu.4.ff de quæst.Baiard.q.5.nu.7. debeant torqueri, vt est videre latè per Fariuac.q 33.limit.7. q.79. & conf.22. Ball.de indic. q.4.num.21.25.Card.Tusch.concl.333. in litt.T, Genuens.in pract.Archiep.Neapol ta.c.10. nu.3. & seq. Maur.Burg.de mod.proced.ex abrupt.q.100.nu.121. & seqq latè add.ad Peguer.decis.16.nu.8.in princ.vbi firmat posse in duobus tãtum casibus torqueri si negent interfuisse facto, & si dicant interfuisse recusẽt dicere veritatem, vel in ea dicenda vacillent, ideò in specie videamus, quomodo isti testes saluari possint à tortura.

1 Et in hoc Doctores cõueniunt, quòd vacillatio, variatio, & contrarietas sint termini, qui confundantur. Boss.tit.de tortur.test.nu.19. & seqq. & nu.21. in fin. dicit, quòd ita practicatur, & ita etiam generaliter loquuntur.Cyrill.in summ.crim rubr.29. tit. de quæst.§.3.nu.2.Bertazzol.conf.153.nu.1. lib.1. Mod.Rom.q.66.nu.98.& q.79.n.10. Testes autem an incontinẽti, vel ex interuallo quando possint se corrigere, latissimè Fariñac. q.66.nu.227.& seqq. vbi ponit suas ampliationes, & limitationes ad quem lectorem remitto, Caualc.de testib.p.4.nu.155.

2 Ac licèt etiam Doctores conueniant, quod ex variatione, vel vacillatione, seu contrarietate testes possint torqueri.Tind. de testib. p.2.c.12.nu.3. Boss.tit. de tortur.test.n.2.& seq.Ant.Gom.tit.de delict.c.13. nu.29.Moder.Rom.q.79.nu.6.& prius q.66.num. 8. & seq.vbi ponit quinque ampliationes, & quatuor limitationes, & in conf.44.n.2.& seq.Bursat.conf.216. nu.108 vol.2.Iul.Clar.q 25.nu.3.Bertazz.consil.153. n.1.lib.1.Maur.Burg.d q.100.n.121. Add.ad Peguer. in d.decis.16.n.8.vers.alterum vbi reddit ratione, imò quando testis est inter duo iuramenta torquetur ad videndum in quo dicto persistat, absque eo quod pars citetur, & stabitur dicto facto, & confirmato in tortura, ita post Boss.tit.de oppos.contra test.num.1 testatur seruari de consuetudine.Caualc.de testib p.3.sub nu.
3 77.vers.nec citatur pars, & p.4. num.149 † Tamen, quando testis in secundo dicto allegat verisimilẽ causam, vel rationabilem, quare a primo dicto recedat, nõ potest torqueri, ad latè dicta per me supra in præcedenti cap.in 8.limit.& tradit in specie Bertaz. dict. conf.153.nu.5.& 7.lib.1.vbi alios allegat.

4 Si verò testis dicat vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, potest torqueri.Foller.in dict.verb. capiat informationem nu.23.in fin.Clar.q.21.nu.6. in fin. vbi de communi, Bertaz.conf.2.nu.10. vol.1. Ant.Gabr. concl.30.nu.7.lib.7. de crim.Cardin.Tusch. in litt.T, concl.333.nu.7.vbi de communi, & sub num.12.dicit, quod testis varius potest torqueri etiam per Delegatum Principis.

5 Item sciat iudex, quòd, vt ex variatione, vacillatione, vel contrarietate testis torqueatur, debet in actis constare, quòd interfuerit facto, alias enim torqueri non poterit per text.in l.vnius §. in ea causa in fin. ff. de quæst.Alber.in rubr.ff.de quæst.nu.7.& in l. ex libero nu.1.ff.eod.Cyn.in l.fin.num.5. C.eod.Hond.in tract.de quæstio.& tortur. nu.8. Boss.tit.de tort.test. num.13. vbi de communi, Claud.Bertaz. ad Patrem, conf.153.nu.1.in litt.A, Moder.Rom.d.q.86.nu.103. & q.79.nu.12. ad quod etiam Aduocatus diligentiam adhibeat, quia poterit annullare multas depositiones testium extortas per torturam, licèt Thesaur. in decis.42.nu.3.vers.verum, dicat sufficere variationem quamuis non concurrat, quòd testis fuerit verisimiliter informatus, & quod Senatus Pedemõtanus ita resoluit, sed non recedas a prima opinione.

6 Atque etiam iudex caueat, ne testibus torturam inferrat, nisi fuerint varij circa factum principale, vel illius circumstancias substantiales, secus si circa alias demonstrationes, & circũstantias non substantiales, ita declarant Cyrill. in summ.crim. Rubr.29. titul.de quæst.§.3.nu.1.Boss.tit.de tortur.test.nu.27.Bursatt. conf.216.nu.510.vbi de communi. Mod.Rom. q.79. nu.14. quia per variationes illas in non substãtialibus depositio testis non infringitur, & similes variationes non attenduntur.Bursat.consil.400.nu.11.vol.4. latè qui alios cumulauit.Petr.Caball.in quæs.crim.cas.34. nu.5.Iul.Clar.q.53. nu.3. Mascard.de prob. conclus.
7 743.num.11.vers.secus autem; † Ac etiam si variatio in modico consisteret non attenditur. Bursatt.d.consil.400.num.11.vol.4.Alex.conf.24. nu.43. volum.2. Gram.decis.43.nu.6.conf.40.nu.15.consil.20.num.7. conf.47.nu.9.Franc.Curt.in Tract.de testibus concl. 6.nu.19.Rim.Iun.conf.186.nu.15.vol.3.Baiard.q.25. nu.16.vbi sub nu.17. post Alban.in conf.56. num.29. dicit, nisi ageretur de formalitate verborum, quia tũc quælibet varietas noceret, vt testes varij dicerentur, & eorũ depositiones infringerentur, Decian.respons. 4.nu.44.vol.3.

8 Rustici etiã ex capite variationis torqueri possunt, secundum veriorem opinionem attestatam per Rip. in tract.de remed.pract.seruat.contra pest.nu.234.& relatã per Baiard.q.25.nu.18.vbi tamen dicunt, quod prudens, & circumspectus iudex considerare debeat naturam ipsius testis, & qualitatem facti, idem tradit Menoch.de Arbit.conf.194.n.57.lib.2. Sed Rusticus an propter variã depositionẽ puniri possit vide Magon.decis.Lucen.42.Bursatt.conf.404. nu.47. & seq. vol.4.Rim.Iun.conf.683.nu.5.vol.6.doct.adducti per add ad Magon. decis.Lucen.43. in litt.E, latè Rip.in tract.de priuileg.contra pestem, nu.249. Menoch.de Arb.cas.194.Mascard.de prob.concl.745.n.13.vol.1.

9 Varietas, vel vacillatio in facto principali, vel circa eius circumstantias substantiales dicitur, quãdo esset circa tempus, & locum, secus si circa pronomen, cognomen, & patriam, vt Mod.Rom. exemplificat in d.q.79.nu.14.vel si negauerit affinitatem, vel consanguinitatem.Innocent.in cap.fraternitatis, nu.1.de heret.Magon. decis.Lucen.50. nu.14. Laderch.Imolen. conf.188.num.1.vbi de communi, & vide latè Rimin. Iun.conf.113.nu.18.& conf.286.nu.8.& seqq.vbi latè, Claud.Bertaz.conf.90.in lit.A, vol.1.

Nec etiam Sacerdotes, & alij in dignitate positi, etiamsi fuerint varij possent torqueri, vt dixi in præcedenti cap.in 7.limit.

10 Ac etiam non torquebitur testis, quando de veritate suæ depositionis aliunde apparebit, vt dixi in præced.cap.num.14.

11 Sed cautela erit pro testibus ad se saluandum, ne debeat torqueri propter variationem, vt in principio examinis protestentur, quod si variauerint ab his, quę primo loco dixerint, quod poterit contingere per errorem, & ideò semper se referrãt ad illud, quod prius deposuerint.Gram.conf.23.num.10. Foller. in pract. crim.in verb. capiat informationem nu.40. vbi etiam dicit, quod iudex tenetur admittere talem protestationem,

tionē,& post Mar.& Boer.Menoch.de Arb.caſ.109. n.13. Sed an ſi teſtis ad effugiendam variationem inſtet ſibi legi primam depoſitionem,iudex teneatur illam legere.Menoch.d.caſ.109.nu.12. tradit,quod iudex videat,an rationabiliter hoc à teſte petatur,puta ſi ageretur de facto perplexo,vel antiquo,ſecus ſi calumniosè hoc petat, quia de eo eſſet plenè inſtructus, & ob id in hoc valdè arbitrium iudicis attendendum erit,qui ſēper debet inclinare, vt euitetur falſitas, ſeu variatio,vel detur occaſio periurādi, & ſic, vt teſti legatur eius depoſitio prior, & idem in principali tradit.Seacc.lib.1. c.86. nu.48. de iudic.& in teſte quod legatur eius depoſitio.Caualc.de teſtib.p.4.n.171.

12 Et ſciat iudex quod debet facere apparere per notariū in actis de tali variatione, & vacillatione in teſte præſente, vel abſente, & ſub qua forma Notarius ſcribere debeat variationem, an ſicut ſibi explicat iudex, vel qualiter videndi ſunt Doct. in cap. quoniam contra de probat.& præcipuè Pariſ.in repet.nu. 157. & ſeq.Baiard.q.25.nu.13. Io.Ant.de Nigr.ſuper cap. Regni,c.147.nu.9.vbi docet quomodo iudex,& Notarius ſe habere circa hoc debeant.

13 Ac etiam faciat iudex, vt variatio præcedat torturam, & non ſubſequatur torturam, vt poſt Ruyn. in conſ.7.in princ.vol.5.Baiard.q.25.nu.20. & quod iudex non poterit ſe iuuare, ſi affirmaret illum torturæ ſubieciſſe de mandato Principis,niſi de tali mandato in actis appareret,poſt Ruyn. d.conſ.7. in princ. Baiard.d.q.25.nu.36.& ſeq.

14 Forma autem decreti circa torturam inferendam contra teſtem varium, & vacillantem, vel quia aliud extra iudicium depoſuit, quàm fecit in iudicio, ponitur à Modern.in tract.de mod.form.proceſſ. inform. lib.1.c.4.nu.6.

15 Ac etiam iſti teſtes, qui recedunt à primo dicto, ſi potuerint loqui cum parte,cum cenſeantur ſubornati, torquentur pro habendo à quo fuerint ſubornati, vt dicit Moder.in d.c.4.n.8. vbi ponit etiam formam decreti, & non debent torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtant, quia ob timorem ſubornationis omninò ſtandum eſt primo dicto,ſecundum veriorem,& receptiorem ſententiam,a qua in conſulendo, & iudicando recedendum non eſt, vt latè tuetur. Hier. Hiſpan.in tract.com.contra com.q.88.quia cum ex primo d.ſit parti ius acquiſitum non ei auferri ſine eius culpa,vel facto poteſt. Alc.de præſumpt. reg.2.præſumpt.29.n.7.vbi de communi Tenn.caut.264.n.22. & eo magis eſt verum quando eſſet teſtis famulus familiaris,& amicus,per ea quæ latè dicam infra in hac defenſ.c.16.nu.5.& Caualc.de Brach.reg.p.3.n.209. vt primum dictum per teſtem,non poſſit reuocari, & data ſuſpicione ſubornationis, vt ſi teſtis potuerit loqui cum parte ſtetur primæ depoſitioni, tuetur Andr. Fachin.controuerſ.iur.lib 9.c.84.in fi.vbi ſubdit alias in arbitrio iudicis ſtare ſit ſuæ depoſitioni maluerit, & contrarium facere eſt errare, prout vidi de facto hic in Curia per quendam iudicē parū eruditū fieri, & ob id deſtrui totū proceſſum in cauſa homicidij.

An teſtis negans interfuiſſe facto, vel delicto torqueatur.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis negans interfuiſſe delicto torquetur.*

2 *Teſtis conuincitur de mendacio per vnum teſtem tantum, dummodo teſtis conuincens ſit dignior, ſecus ſi ambo eſſent in pari qualitate,& dignitate.*

3 *Teſtis,qui dicit facto non interfuiſſe, ſi conuincatur de confeſſione extraiudiciali,torquetur.*

4 *Quod intellige, quando per alios teſtes haberi nō poſſet veritas,cum tortura ſit remedium ſubſidiarium.*

C A P. III.

1 QVi autem negat interfuiſſe facto, vel delicto poteſt torqueri tanquam teſtis. Mod.Rom. q.79. nu.20.vbi ferè alios infinitos cumulauit.Ant.Gomez. tit.de delict.c.13.nu.24.Brun.de iudic.q.4.p.2.nu.13. & ſeq.Burſatt.conſ.216.nu.108.vbi de cōmuni vol.2. Iul.Clar.q.25.n...& ibi Baiar.n.27. Theſaur.deciſ.41. nu.1.Baiard.q.64.nu.20.vbi ponit exemplum.

2 Et iſto caſu conuincitur de mēdacio teſtis per vnū teſtem tātum, dummodo ſit omni exceptione maior, ſeu maior ipſo teſte,qui facto interuenerit.Boſſ.tit.de tortur.teſta.nu.10.Brun.de indic.d.q.4.2.p.nu.5. Foller.in pract.cri.in verb.capiat informationem nu.38. Moder.Rom.q.79.nu.21.Burſat.conſ.216.num.109. vol.2. vbi alios allegat, Baiard.q.25.nu.30. vbi etiam alios adducit Prax.Arch.Neap.c.10.nu.4.Caualc.de teſtib.p.4.nu.166.Maſtril.deciſ.92.nu.6.vbi declarat, dummodo agatur de indicio proximo, ſecus ſi de remoto,quia tunc requiruntur duo teſtes,& ibi alios allegat,& in ſpecie Cumia.de ſyndicat.c.6.nu.4.qui teſtatur quod ita ſeruauit, & Maſtril.vbi ſuprà quod ita ſemel iudicauit: Ideò ſi teſtes eſsēt in dignitate pares, nemo eorum torquetur, & vtrumque dictum non valet.Bertazzol.conſ.210.nu.3.& conſ.60.num.7.in fin.

3 Burſatt.d.conſ.216 nu.108.in fine,& ſeq.† Et caueat etiam iſte teſtis, qui negat facto interfuiſſe, ne conuincatur de cōfeſſione extraiudiciali facta ab eo circa dictum interuentum, quia poterit pro habēda veritate torqueri.Mod.Rom.in d.q.79.nu.22.

4 Quod intellige verum, quando nō adeſſent alij teſtes,qui facto interfuerunt, & deponerent, ac propalarent factum, & delinquentes, vt teſtis qui negat interfuiſſe, ſi conuincatur de mendacio poſſit torqueri, cum torturæ remedium dicatur inuentum in ſubſidium,& in defectum aliarum probationum, & quādo aliter veritas haberi non poſſet.Bart.in l.diuus per illum text ff.de queſt.Grammat.vot.2.nu.20.Boer.deciſ.163.nu.1.Boſſ.tit.de indic.nu.29. Menoch.de Arbitr.q.84.n.2.lib.1.Vulpell.reſponſ.4.nu.13. Iul.Clar. q.64.n.5.Coſt.in tract.de ſubſidiar.remed.remed.26. nu.1.& Marſil.in tract. de quæſt.in princ.nu.12.dicit, quod ille, qui petit deueniri ad torturam, debet iurare, quod non habeat alias probationes,licèt dicat nō vidiſſe ſeruari in practica. Coſta d. remed.26.num.2. in fine.

An teſtis, qui facto interfuit, & negat aliquid vidiſſe torqueatur.

S. V M M A R I V M.

1 *Teſtis,qui fatetur interueniſſe facto,ſi neget nihil vidiſſe,poteſt torqueri, ſine alia variatione, vel vacillatione.*

2 *Teſtis, qui dixit non recordari de facto recenti, in quo interfuit,poteſt torqueri.*

3 *Aſſiſtentia ſola facto ſecundum aliquos non ſufficit, vt* teſtis

teftis torqueatur,fed requiritur etiam vacillatio, vel variatio.

4 *Teftis,qui facto interfuit,fi alleget aliquam probabilem caufam, per quam poffit excufari,non torquetur.*

5 *Principalis offenfus,fi neget non cognouiffe delinquentes,poteft torqueri pro illis manifeftandis.*

C A P. IV.

1 TEftis, qui fatetur facto interueniffe, fed dicit nihil vidiffe, & nollet propalare delinquentes, nec factum recenfere, poterit torqueri pro habenda facti veritate,vt delinquentes manifeftentur l. vnus, §. teftes,& ibi gloff.in verb.eum facto, ff. de quæft. cum præfumatur fcire veritatem,& ipfam velle occultare, Brun.de Indic.p.2.q.4.num.13 in fin.Foller. in Pract. Crimin.in verb.capiat informationem, n.35. & n.38. Ofafc.decif.42.nu.3. vbi,quod fola affiftentia facit teftem torquere, & quod ita alias in Senatu fuit refolutum,Clar.q.25.ver. torquetur etiam, Moder.Rom.q. 79.nu.17. Cepoll.conf.60.nu.17. Baiard.q.25 nu.29. Add ad Peguer.decif.16.nu.8.Claud.Bertazz. ad Patrem conf.153.nu 1. in lit.A,vbi dicit,quod iudex ifto cafu poteft pluries, atque pluries teftes examinare,ac in verbis capere, & decipere, & fi viles fuerint, illos torquere pro habēda veritate,& ifto cafu poteft torqueri fine alia variatione, vel vacillatione, fed propter folam affiftentiam in loco, vel facto Bertazzoll. dicto conf.153.nu. 11.Thefaur. decif.42.nu.2. vbi teftatur ita fuiffe refolutum in contingentia facti, Scac. in tract.crim.lib.1.cap.86. num.14. verf.contrarium.

2 Idemque dicit procedere,quando teftis dicit nō recordari de facto de recenti,in quo interuenit.

3 Sed Aduocatus contra iftam conclufionem infurgere poteft, quia fupra in c.2. iam firmaui, quod fola variatio,vel vacillatio non fufficiat,fine præfentia,vel intereffentia in facto, ita pari modo erit dicendum, quod fola affiftentia, vel præfentia non fufficiat, fed etiam requiratur vna cū affiftentia dicta variatio, vel vacillatio,prout etiam videtur tenere Mod. Roman. q.79.nu.18.in fine.

4 Ac etiam poterit videre,fi teftis adduxerit aliquam rationabilem caufam feu ignorantiam, quod licet facto interuenerit, tamen videre non potuit, quid in eo geftum fuerit,quia tunc non poterit torqueri, cum,vt poffit torqueri, iudices debeant effe certi ex qualitate facti illum fuiffe præfentem, & verifimiliter vidiffe factum, fed calumniofe illud occultant, alias debent fe abftinere à tortura.Foller.in pract.crim.in verb.capiat informationem,nu.35. in fine,& nu.38. in princ. Boff.de tortur.teft.num 42. quod euenire potuit,fi factum fucceſſerit in multitudine gentium,vt in foro,in nundinis,in choreis, vel quia vnico inftanti fuit commiffum delictum, & teftis erat intentus ad alia, vel cū aliquibus loquebatur, vt fuit commiffum extra eius confpectum,& à tergo, & multa alia confiderari poffunt,iuxta qualitatem facti,loci,& temporis,& ob id, fi probetur,quod teftis fuerit præfens, fi dicat tamen, nihil fcire,non erit torquendus, nifi Curia, vltra præfentiam,contineat ipfum tefte,quod verifimiliter potuerit percipere,fcire,& videre quid factum fuerit,cū non teneat confequentia, quis fuit præfens tali actui, ergo vidit,& intellexit, cum potuerit effe, quod vnus effet feparatus ab alio,ita quod non intellexerit, Abb. in cap.peruenit,col.2.nu.2. de teftib.cogend. Marfil. fing.408. Alexand.conf.180.nu.1.vol.3. Viui.opinio. 830.nu.2.Baiard.q.25.nu.34.& latè Maftril.decif.ij. ferè per totam,& præcipuè fub nu.5.

5 Si verò principalis offenfus, vel iniuriatus recufet manifeftare iniuriantem, vel offendentem, poterit per torturam ad talem delinquentem manifeftandum compelli,prout in contingentia facta fuit per Senatū Pedemontanum reuolutum,vt teftatur. Add. ad Thefau. decif.42.in verb. Vercellen.Card.Tufch. in lit.T, conclu. 333.in fine,quod erit intelligendum, quando iudices de delinquente funt certi, vt in cafu dictæ decifionis, fecus fi delictum fuiffet commiffum de nocte, vel in nundinis, in multitudine gētium, & in fimilibus cafibus, in quibus poffet verifimilis ignorantia adaptari, & quod principalis poffit cogi ad reuelandum delinquentes tradunt Doctor. adducti per Modern. Roman.in q.39.nu.197.

Teftis verifimiliter formatus an poffit torqueri.

S V M M A R I V M.

1 *Teftis verifimiliter informatus,fi recufet dicere veritatem,poteft torqueri.*

2 *Sed debet leuiter torqueri, fi fuerit vilis, at fi fuerit nobilis,non torquetur.*

3 *Teftis, qui torquetur ad fciendum, fi aliquis interuenerit in tractatu,vel colloquio debet torqueri cum expreſſa proteftatione pro habenda veritate an N. interuenerit in tractatu.*

C A P. V.

1 PEr Doctores concluditur, quod teftis, qui dicitur verifimiliter informatus, fi recufet dicere veritatem, poffit torqueri, Foller.in pract.Crim. in verb. capiat informationem,num.25.& infra Summ.Crim. Rubr.19 tit.de quæft.§.3.nu.2. Boff.t.de tortur.teft. nu.2.Franc.Perfonal.de indic.& torturis.101.Claud. Bertazz.ad Patrem conf.166.in litt.A, verf.vel fit informatus de veritate,Moder.Rom.q.79.n.16.& Foller.in d.verb.capiat informationem, num.22.& feq. ponit exemplum, fi delictum fuiffet commiffum ante domum, apothecam, vel ftationem ipfius teftis,vel fi fuerit in loco commiffi delicti, dicitur verifimiliter informatus,Moder.in tract.de mod.formān. proceſſ. informlib.1.c.4.nu.10.& ibi ponit alia exempla.

2 Sed debet iudex ifto cafu teftem leuiter torquere, Franc.Perfonal.in d.Tract.de indic.& tortur. n.101. verf.fed leuiter,ac etiā iudex confideret, fi teftis fuerit vilis perfona,poft Gramm.conf.40.nu.21.vot.30. nu.2.Baiard.q.25.nu.27.Mod.Rom.d.q.79.fub n.16. in fin.Modern.Senogall.dicto Tract.de mod.formān. proceſſ.informat.lib.1.c.4. nu.16.17.& 18. vbi etiam ponit decretum inferendæ torturæ ifto cafu,& de dicta verifimilitudine debet in actis cōftare per ea, quæ dixi in c.2.n.5.& in terminis tradit. Moder. in d.lib.1. c.4.fub nu.15.

3 Et iudex, quando infert teftibus torturam ad fciendum fi aliquis interuenerit in tractato, vel colloquio, debet illos torquere cū expreſſa proteftatione, quod eos torquet pro habenda veritate, an talis interuenerit in tractatu, alias enim fi effent fimpliciter torti, cenferentur torti fuper eorum facto,vt puta,fi ipfi interuenerint nec ne, & non in caput alterius, vt docet Decian.refponf.117.nu.3.vol.6.

Teftes

Testes qui dicantur spontè accedere ad testificandum, & quando torqueantur.

SVMMARIVM.

1 *Testes in tribus casibus torquentur, quando vacillant, quando conuincuntur de mendacio, & quando spontè accedunt ad deponendum.*

2 *Testis spontè accedēs ad deponendū dicitur suspectus.*

3 *Testis deponens sine interrogatione iudicis dicitur suspectus.*

4 *Spontè dicitur testis deponere, quando nulla citatione praecedente accessit ad deponendum, itē quando fuisset citatus, & non opposuerit priuilegium, vel exceptionem, quòd non poterat compelli ad testificandum, nec iste diceretur coactè deposuisse si medio iuramento deposuisset.*

5 *Testis spontè deponere dicitur; quando aliquid deponit, quod ab alijs verisimiliter sciri non poterat, & quando deponeret absq. aliqua interrogatione iudicis.*

CAP. VI.

1 Concludunt Doctores, quod specialiter in tribus casibus testes torquentur pro habēda veritate, primo, quando vacillant, secundo, quando conuincūtur de mendacio, tertio, quando spontè accedunt ad deponendum. Tob. Non. cons. 99. nu. 11. Busatt. cons. 116. nu. 108. vol. 2. vbi concordantes allegat, & testatur de communi, Add. ad Iul. Clar. q. 25. in litt. E, Capoll. cons. 60. nu. 7. Ruyn. cons. 147. nu. 5. vol. 5. Paris. cons. 151. n. 17. vol. 4. Baiard. q. 25. nu. 22. & nu. 31.

2 Ratio est, quia spontè deponens dicitur suspectus, Marsil. sing. 140. Gram. cons. 21. nu. 6. Decian. respons. 97. nu. 25. vol. 2. & respons. 48. num. 19. & respons. 96. nu. 37. vol. 3. Boss. de tortur. test. nu. 9. Rim. Iun. cons. 924. n. 21. vol. 5. Mascard. de probat. concl. 817. n. 43. & seq. vol. 2. Sim. de Pret. cons. 15. nu. 43. Petr. de Surd. cons. 132. nu. 3. vol. 1. Petr. Caball. in quaest. crim. cas. 247. nu. 9. Cent. 3.

3 Quod idem erit in deponente sine interrogatione iudicis, vt dicatur suspectus, Rim. Iun. cons. 723. n. 43. lib. 3. Decian. resp. 65. n. 14. & respons. 96. n. 37. vol. 3. Gramm. cons. 21. nu. 5. Marsil. sing. 140. Foller. consil. 138. nu. 3. to. 1. Crimin.

4 Spontè autem dicitur testis deponere, quando Curiae se praesentauit, nulla praecedente citatione, vel requisitione sibi facta, latè Dec. respōs. 48. nu. 26. & seq. vol. 3. Imò diceretur etiam spontè deposuisse, si fuerit citatus, & non se opposuerit, neque exceptionē suam allegauerit, quia non poterat compelli ad testificādū, vel neque expectauit contra se iudici poenas, latè Decian. in d. respons. 48. n. 16. cū plurib. seq. vbi concordantes allegat, & praecipuè Castren. in l. 2. in princ. de iud. Bald. in l. parentes sub nu. 2. C. de testib. Petr. Caball. in quaest. crim. cas. 247. nu. 8. Cent. 3. Decian. cōs. 48. n. 2. in fin. & nu. 3. vbi subdit, quod nec etiam diceretur coactus deposuisse per iuramentum sibi delatū, quia debebat prius recusare, & opponere, ne sibi iuramentum deferatur; Immo Petr. de Surd. cons. 132. nu. 38. vol. 1. dicit, quòd spontè diceretur testis deposuisse, quamuis Notarius assereret in depositione, Testis

5 iuratus, monitus, &c. † Ac etiam diceretur spontè deposuisse, quando aliquid dixisset, quòd ab alijs verisimiliter sciri non poterat, vt in casu Decia. respon. 93. nu. 125. vers. nec dicatur, vol. 2. Ac etiam spontè diceretur deposuisse, quando sine aliqua iudicis interrogatione super aliquo particulari deposuit. Decian. respons. 96. nu. 37. vol. 3. Riminald. Iun. cons. 723. numero 43. vol. 6.

Testes dicentes non recordari quando torqueri possint.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicens non recordari de eo, de quo verisimiliter recordari pōt, torquetur, & maximè si recordetur de alijs, de quib. minus, vel saltē aequè meminisse deberet.*

2 *Quod procedit etiam, non solum si dicat non recordari de facto principali, sed etiam de alijs circumstantijs, & hic ponitur exemplum.*

3 *Nisi dicat nō recordari de qualitatibus, & circumstātijs accidentalibus, quia tunc testis nō potest torqueri.*

4 *Et si dicat, nō recordari de eo, de quo verisimiliter recordari non poterat, & hic ponuntur exempla.*

5 *Obliuio in teste inducitur per biennium, ac etiam per lapsum vnius anni, mensis, vel diei.*

6 *Obliuio eo magis inducitur in actu momentaneo non habente tractum successiuum.*

7 *Testis potest torqueri, quando non vult respondere affirmatiuè, vel negatiuè.*

8 *Testis semel examinatus an in secūdo examine possit se referre ad primū, vel teneatur per extensū deponere.*

CAP. VII.

1 Testes interrogati, si dicant se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordari debent, tanquam suspecti possunt torqueri, Crauett. cons. 7. nu. 9. Olasc. cons. 64. nu. 41. & praesertim si recordaretur de alijs, de quib. minus, vel saltem aeque meminisse deberent. Boss. tit. de oppos. cōtra test. n. 95. in fi. Corrad. tit. de testib. rubr. de non recordantib. nu. 55. qui loquitur in teste, qui dicit se non recordari de his, quae eodē contextu gesta sunt. Crauet. d. cons. 7. n. 9. Olasc. d. cōs. 64. n. 4. Masc. de prob. lib. 2. cōcl. 1122. n. 27. Scac. in trac.

2 cri. lib. 1. c. 86. n. 14. vers. sed testis. † Et dicit hoc procedere, etiamsi non interrogetur de delicto, vel facto principali, sed de circumstantijs, vt si diceret non recordari vbi fuerit illo die, quo fuit cōmissum delictū, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 136. vbi alios allegat, nisi tamen testis fuerit stolidus, siue immemor, vel nisi interrogetur de circustantijs penitus remotis, & ibi Scac. latè respondet ad contraria.

3 Quod tamen declaratur, quando testis dicit se non recordari de facto principali, vel qualitatibus, & circumstantijs substantialibus, secus si de qualitatibus, & circūstantijs accidentalibus, quia tunc non potest torqueri, latè Mascard. de prob. concl. 1122. n. 31. & seq. vbi concordantes allegat; Mod. Rom. q. 79. nu. 45. vbi videtur hoc remittere arbitrio iudicis, quod mihi nō placet, sed existimo, quòd omnino sit tenenda supradicta distinctio.

4 Ac etiam limita, si testis dicat se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordari non poterat, vt si tempus esset antiquum, Boss. in tit. de respons. a Reo facien. num. 5. vbi etiam dicit, quòd facilis est obliuio, quae potest etiam induci per annū, & mensem Gram. cons. 41. n. 5. & regulariter in testib. obliuio inducitur per quinquennium, quandoque per triennium, & aliquādo

minori

minori tẽpore. Mod. Rom. q. 79. nu. 44. & ꝙ per biennium tradit Gram. cons. 23. n. 3. vers. præsertim cum a prima depositione. Rim. Iun. cons. 113. n. 12. vol. 2. vbi dicit maximè procedere in muliere, & Gram. in cons. 47. nu. 3. dicit in teste induci obliuionem cursu trium annorum, latè Cephal. cons. 77. n. 28. Alex. Stiat. cons. 117. n. 36. to. 1. crim. diuers. & Rim. Iun. d. cons. 113. n. 11. dicit induci obliuionem in teste per longum tem-
5 pus, & in ista materia,† longũ tempus dicitur per biẽ-
niũ. Magon. decis. Lucen. 43. n. 6. vel per trienniũ, vel per septennium, Moder. Rom. cons. 88. sub num. 6. & in cons. 41. nu. 5. vers. Imò, dicit obliuionem induci ex lapsu vnius anni, mensis, vel diei.

6 Eoq. magis obliuio cadit in actu momẽtaneo, qui nõ habet tractũ successiuũ, vt post Menoch. Magon. decis. Lucen. 43. n. 17. & qñ agitur de die ꝑcisa, in qua facile cadit obliuio, vt post Bal. firmat Boss. in tit. de respons. a Reo facien. n. 5. vbi in fi. secus quoad mẽsẽ, & annũ, quorũ nõ est facilis obliuio, & qñ ẽt ageret, vt testis deponeret de aliqua re nõ gesta quia nũquã in ea considerari reminiscentia potest. Rim. Iun. cons. 113. n. 11. lib. 2. qui dicit, ꝙ ita omnes Doct. loquuntur, prout refert, & sequitur additio ad Magon. in decis. Lucen. 42. in lit. B, in fi. cum super non ente nõ cadat sensus reminiscentiæ, & ex facto etiam inuoluto præsumitur obliuio, Menoch. de arb. cas. 308. nu. fin.

7 Idemq. erit dicendũ, quando testis recusat dare responsionẽ negatiuam, vel affirmatiuam, & aliquid respondere, quia poterit torqueri. Iul. Clar. q. 45. n. 6. & ibi Baiard. q. 5. Brun. de indic. p. 2. q. 5. n. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 142. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 12. nu. 15. Flam. Cartar. in Prax. interrog. reor. lib. 3. c. 3. n. 17. qui licèt loquantur in Reo principali, tamen idem erit dicendum in teste, prout in teste loquitur Scacc. d. q. 86. num. 14. vers. moueor secundo.

8 Sed poterit testis se referre ad primũ examẽ, si iudex semel examinatũ vellet iterũ examinare, vel poterit petere, quod sibi legatur dictũ primũ examẽ, vel protestari, ꝙ si aliquid dicat, quod non sit conforme cum primo examine, eueniat per errorem, & latè de his omnibus dicit Flam. Cartar. in prax. interrog. reor. lib. 3. c. 2. nu. 83. & seq. vbi declarat, quando hæc testi permittatur, & quid facere possit aduersus istum testem procurator Fiscalis, de quo dicam latè infra in Defensione, circa repetitionem testium.

Vicini quando possint torqueri.

S V M M A R I V M.

1 *Vicini præsumuntur scire facta alterius vicini, & ob id possunt torqueri.*
2 *Sed hoc non procedit in vicino bonæ famæ.*
3 *Neque in facto momentaneo.*
4 *Ista præsumptio tollitur per contrarias coniecturas.*
5 *Vicinus dicitur ille, qui a vicino exaudiri potest.*

C A P. VIII.

1 CVm vicini præsumptionem habeant contra se, quod sciant factum in sua contrada, ideò, si recusent dicere veritatem, possunt torqueri. Brun. de indic. p. 2. q. 4. nu. 14. Marsil. in pract. crim. §. diligenter, nu. 97. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem, num. 53. Moder. Roman. q. 79. num. 40. Modern. Senogall. de mod. form. process. inform. lib. 1. c. 14. n. 12. Io. Bapt. Bonifac. in tract. de furt. §. est nu. 40. vbi alios infinitos allegat Angel. de malefic. in verb. fama publica, nu. 49. vbi Aug. in addit.

2 Primò limita, & intellige hoc nõ ꝓcedere in vicino bonę famę, Foll. in d. verb. capiat informationem nu. 19. Boss. de indic. nu. 52. Aug. ad Ang. in d. verb. fama publica nu. 45. in fine. Marsil. in §. diligenter n. 97. Bonifac. in tract. de furt. §. est num. 40. sub versic. sed quid, vbi concordantes allegat.

3 Secundo limita, & intellige, vt ꝓcedat in facto habente tractum successiuum, secus si momentaneum, Natt. cons. 635. n. 10. vol. 3. Decian. respons. 93. num. 103. vol. 2. Ant. Gab. concl. 6. n. 15. & seq. tit. de præsumpt. Hond. cons. 96. nu. 37. & cons. 97. n. 26. vol. 2. Vel intellige in his, quæ a communiter accidentibus sunt nota vicinis, secus in alijs, secudum communem opinionem attestatam per Sim. de Pret. in cons. 8. n. 29. & seqq. Decian. d. respons. 93. nu. 100. & seq. vol. 2.

4 Ac etiam tollitur ista præsumptio resultans ex loco vicino per contrarias coniecturas. Dec. d. respons. 93. n. 103. in fi. vbi post Paris. cõs. 47. n. 43. & seq lib. 1. dicit in specie, quod ignorantia ex coniecturis præsumatur, latè Hond. cons. 97. nu..... vol. 2. ad quod iudex bene animaduertere debet, si agatur de facto, vel delicto, quod possit ex coniecturis iudici vicinum verisimiliter de eo non potuisse habere notitiam.

5 Vicinus autem dicitur ille, quia vicino exaudiri potest, l. 1. § hoc autem ad Syllan. Signorol. cons. 32. n. 1. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. glos. 9. n. 21. plura de hoc scribit Menoch. de arb. lib. 1. cas. 222. & vicinus ille est, qui est ex eodẽ vicino, siue ex eadem vicinia, Io. Bapt. Bonifat. in d. §. est, num. 40. circa fin. & sub vers. ex quibus depræhenditur dixit malum vicinum esse magnum malum: bonum autem esse rem optimam, cum sit quædam species coniunctionis inter vicinos, & ideò sciat iudex, quod non omnes vicini essent torquendi, sed tantum illi, qui verisimiliter possunt habere notitiam de delicto, quod contingere potest in his, qui sunt magis vicini.

Domestici, & familiares quando tanquam testes possint torqueri

S V M M A R I V M.

1 *Domestici, & familiares pro delicto in domo patrato possunt torqueri.*
2 *Dominus domus pro delicto in domo commisso potest torqueri.*
3 *Et magis procedit, quando Dominus, vel familiares statim Curiæ delictum non denunciauerint, vel tardè denunciauerint.*
4 *Sed quid si non sint malæ famæ, nonnulli Doctores affirmatiuam, nonnulli verò negatiuam opinionem tenent, & Author hic conatur istas contrarias opiniones conciliare.*
5 *Dominus, & familiares, si tempore delicti fuerint extra domum, non debent torqueri, nec tanquam principales, nec tanquam testes.*
6 *Dominus, & domestici ob delictum commissum in domo, licèt possint torqueri, nõ possunt tamen cõdemnari.*

C A P. IX.

1 DElicto, vel furto cõmisso in domo alicuius possunt domestici, & familiares torqueri ad habendam veritatem super dicto furto, & delicto,

quia præsumitur, quod ipsi illud commiserint, aut saltim sciant delinquentes, Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationes, nu. 36. & seq. Boss. tit. de tortur. test. n. 11. Blanc. de indic. in l. fin. n. 299. & n. 412. ff. de quæst. Moder. Rom. q. 52. nu. 98. & seq. & q. 79. nu. 39. Io. Bapt. Bonif. in tract. de furt. §. est, n. 40. vbi infinitos
2 alios cumulauit; † Qui omnes concludunt, quod si reperiatur aliquis mortuus in domo, omnes de domo possunt torqueri. Nouel. in pract. crim. in princ. n. 102. & n. 108. & ita fuisse seruatũ apud eum testatur Foll. vbi supra nu. 37. Et idem est in domino domus, vt cõmisso homicidio in eius domo possit torqueri, Guid. de Suzar. in tract. de indic. & tort. n. 39. Blanc. in d. l. fi. n. 299. Foll. in verb. item quod suffocauit vxorem n. 9. & 10. & in verb. capiat informationẽ n. 36. & seq. Menoch. de arb. cas. 394. n. 55. lib. 2. Moder. Rom. d. q. 52. nu. 98. vbi de communi. Personal. de Indic. num. 35. & seq. vbi dicit quid in hospite, vel eius familiaribus pro furto facto in hospitio.

3 Quod magis procedit, quando dominus domus, & isti familiares, & domestici reperto aliquo occiso in domo, statim Curiæ non denunciarunt, cũ illa taciturnitas ex se sola faciat indiciũ ad torturam, Blanch. de indic. in d. l. fi. n. 275. Nouell. in pract. in Rub de mod. & form. citan. reos n. 24. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. n. 9. & n. 107. Mars. in pract. crim. §. expedita in fin. vbi loquitur non solum in non denunciante, sed etiam in tarde denunciante, & permittente, quod cadauer marcescat, & incipiat male olere, vbi refert duo exẽpla ex Historijs desumpta.

4 Sed inter Doctores solet dubitari in proposito, an isti dominus domus, & familiares, & domestici, vt torqueri possint, requiratur, quod sint soliti similia delicta patrare, ac sint malæ famæ, & existimationis, & Natt. cons. 362. n. 3. juncto n. 6. lib. 2. quẽ refert, & sequitur Franc. Personal. in tract. de indic. n. 35. tenent, quod absque alio adminiculo possint torqueri, Sed Natt. ibi bene dicit, quod si adsint, qui sint malæ famæ, illi prius torqueantur, si verò hi subsistant, torqueantur etiam alij, qui non essent malæ famæ.

Sed iudex, ac Aduocatus animaduertant, ne decipiãtur ab istis, Natt. & Frãc. Personal. quia in cõtrariũ tenẽt Doct. Blanc. de indic. in 4. p. Defens. num. 13. Io. Mar. Mõticell. in pract. crim. reg. 9. n. 2. Boss. tit. de indic. ante tortur. n. 50. Ludou. Bologn. ad Guid. de Suz. in tract. de indic. n. 39. Nouell. in pract. ad defensam in Rub. an indicia pro Reo nu. 35. & 39. Ang. de malefic. in verb. quod fama n. 51. Add. ad Roman. in l. 1. §. hoc autem, & in §. si quis in Villa, ff. ad Syllan. qui omnes alios concordantes allegat; ex quibus videtur colligi, quod ista sit communis opinio.

Sed pro resolutione, non mihi displicet pro nunc opinio, ac distinctio facta a Moder. Rom. in q. 52. nu. 107. & seq. vt si Dominus domus torqueri prætendatur, tãquam principalis, vt nõ possit torqueri, nisi alia indicia concurrant, vel quod sit solitus similia facere: si verò tanquam testis, & verisimiliter informatus, tũc iudex ex suo arbitrio, & religione consideret, si dictũ homicidium potuerit committi ab alio, quã a Domino domus, vel domesticis, & tunc non possint torqueri tanquam testes, nisi concurrat mala eorum fama; si verò consideret ex aliqua circumstantia, quod non potuit committi, nisi a Domino domus, vel a familiarib. & domesticis, tunc ipsi possint torqueri, & ibi refert casum sub nu. 111. latè considerandum a iudicibus, quod fuerit tortus quidam Dominus domus ob vulnera illata in quemdam mercatorem, & ob furtum commissum, & cũ fassus fuerit dicta vulnera intulisse, ac furtũ commisisse, fuit vltimo supplicio punitus, & illinc ad plures an nos, cum deuenisset in fortijs Curiæ, quidam famosissimus latro nuncupatus *il Pretino di Lucca*, detectum fuit, istum latronem dicta vulnera intulisse, ac præfatum furtum fecisse, non autem hæc ab illo commissa fuisse, qui talia fassus vltimo supplicio punitus fuit, & ideò caueant iudices, ne torqueãt Dominos domus, familiares, ac domesticos, nisi fuerint malæ famæ, ac alia cõtra eos militẽt indicia, & ego possẽ plura exẽpla afferre, & præcipuè de furto facto in domo R. P. D. Iusti, cuius occasione fuerũt oẽs sui domestici carcerati, & aliqui ipsorũ torti, & tand. fuit detectũ furtũ factũ fuisse ab alijs, quã ab ipsis domesticis, prout ẽt mẽsib. elapsis vidimus ferè oẽs familiares R. P. D. Oricellarij fuisse carceratos, & contra eos deuẽtũ fuisse ad rigorosum examen, & tamen fuit detectũ, quod furtum factum fuit ab alijs extra domũ, & præcipuè a quodã suo stafferio iã ab eo licentiato, qui de nocte ingressi fuerũt dictam domum, & furtũ commiserunt, prout quidam eorũ fassi fuerunt, & pena cõdigna etiã puniti fuerunt, & alij in contumaciam fuerunt condemnati, iuxta qualitatẽ delicti, prout ẽt admonet Io. Bapt. Bonif. in tract. de furt §. est, n. 40. in fin. quod similes personæ habentes practicam domus solent ædes conscendere, & ad loca clausa suis instrumentis ad tum facere, & multa furta committere.

5 Si verò constet, quod Dominus domus, ac familiares tempore patrati delicti erant extra domum, tunc non possent torqueri, nec tanquam principales, nec tanquam testes, cum, data absentia, dicatur probata negatiua in exclusionem delicti, Grum. de indic. 2. q. 4. num. 41. circa med. Foller. in Pract. in verb. capiat informationes, num. 36. vers. nisi probetur, & sequitur Moder. Rom. d. q. 52. num. 118.

6 Sed caueãt iudices, quod, licet Dominus domus, & alij domestici possint torqueri, nõ possunt tamen cõdemnari, vt omnes conueniunt in hoc, vt testantur Ang. de malef. in verb. quod fama publica n. 55. Bolognet. in add. ad Suzar. in tract. de indic. & tort. nu. 39. Blanc. in l. fin. de quæst. num. 299. Foller. in verb. quod suffocauit vxorem num. 10. in pract. crim.

Testes inhabiles, vel patientes defectus quando torqueantur.

S V M M A R I V M.

1 *Testes inhabiles in causa criminali non admittuntur sine tortura.*

2 *Quod est verum siue tortura inferatur pro supplendo defectu alterius, siue alio quocumque casu.*

3 *Nisi agatur pro instructione iudicis ad assumendũ informationes, quia tũc testes ẽt inhabiles nõ torquẽtur.*

4 *Testes inhabiles non debet frustra torqueri, quando nõ adessent alia indicia & probationes.*

5 *Socius criminis non admittitur contra alios socios, sine tortura, etiamsi essent plures.*

6 *Et hoc verum est etiam in crimine læsæ maiestatis.*

7 *Tortura in testibus, vt afficiat nominatos, requirit, vt fuerit legitimè illata, & quãdo dicatur legitimè illata, sed ipsa tortura debet esse moderata.*

8 *Tortura*

8 Tortura in crimine Sodomiæ non infertur puero ſtuprato, ſi dicat per vim ſubagitatum fuiſſe.

9 Tortura mulieri ſtupratæ non infertur.

10 Teſtes inhabiles ratione delicti ab eis commiſſi, quia criminoſi ſocij criminis, & infames, & ſimiles torquẽtur, ſecus ſi defectus proueniat ex alia cauſa, vt qa ſint mulieres, birruarij, viles, & ſimiles, qa nõ torquentur.

11 Viles ſecundum aliquos torquentur, ſed verior eſt contraria opinio, & Author hic conatur iſtas contrarias opiniones ad concordiam reducere.

CAP. X.

1 IN iſta quæſtione Doctores videntur concludere, quod teſtes inhabiles in cauſa criminali contra aliquem non admittantur ſine tortura, Marſ. conſ. 109. n. 15. Boſſ. tit. de tortur. teſt. n. 3. Iul. Clar. q. 25. in princ. Marſ. in pract. crim. §. diligenter, n. 88. Roland. conſ. 98. nu. 53. vol. 1. Burſ. conſ. 201. nu. 58. vol. 2. Gramm. conſ. 70. num. 1. Maſcard. de prob. concluſ. 895. lib. 1. Gram. ſuper Conſt. Regn. lib. 1. Rubr. de Paterenorum recept. n. 2. Rim. Iun. conſ. 532. n. 29. volum. 6. & prius in conſ. 360. num. 4. volum. 4.

2 Quod Doctores admittunt, ſiue agatur de tortura alicui inferenda, ſiue de ſupplendo defectu alterius, vt in omni caſu debeant teſtes inhabiles torqueri, Boſſ. tit. de tortur. teſt. no. 3. vbi de communi, Maſcard. de prob. concl. 463. n. 28. & ſeq. vol. 7. vbi reddit rationẽ, Petr. de Surd. conſ. 132. nu. 69. vol. 1. vbi dicit hoc eſſe generale, ſiue agatur de tortura, ſiue de cõdemnatione, ſiue etiam de inquirendo, Honded. conſ. 100. num. 16. volum. 1.

3 Licet quoad inſtructionem iudicis, & inquiſitionẽ alij teneãt, vt iſti teſtes inhabiles admittãtur ſine tortura, Cyrill. in Sum. n. Crim lib. 29. tit. de quęſt. §. 3. n. 2. Sed vide Farinac. q. 56. n. 61. & ſeq. & ſi fuerint infames infamia facti, vel iuris, ꝙ nõ admittãtur ſine tortura, tradunt Doct. cumulati per d. Moder. Roman. q. 79. n. 24. & ſeq. & ſub n. 29. vbi dicit procedere multo magis in condemnatis de publico crimine, & ſub nu. 32. dicit procedere in quolibet teſte a iure reprobato, & ſub n. 36. idem dicit procedere in teſte deportato, & in quolibet caſu ex ſupradictis auctoritates adducit; imò procedit etiam in clericis infamibus. Gramm. ſuper conſt. Regn. Rubr. de Pateren. recept. nu. 2. col. 2. mihi fol. 4. & eſt verum, etiamſi iſti teſtes non eſſent viles perſonæ, Boſſ. tit. de tortur. teſt. nu. 3. Clar. quæſt. 25. in fine.

4 Sed benè aduertendũ eſt, ꝙ iſti teſtes criminoſi, ac inhabiles fruſtra non torqueantur, nempè ſi non adeſſẽt alia adminicula, vel indicia, ſeu probationes cõtra reum, Boſſ. tit. de indic. nu. 152. vbi ſubdit, quod, licet exceptio reſeruetur poſt examen, tamen, ſi teſtis ſit examinandus cum tormentis, talis exceptio diſputabitur ante torturam, & ibi etiam dicit, quod multi inaduertenter contrarium ſeruant. & quidem malè.

5 Et in ſpecie, vt ſocius criminis vti teſtis non admittatur contra alios, abſque tortura tenent Iul. Clar. q. 25. verſ. ſcias etiam, Grat. conſ. 57. n. 20. vol. 2. Rolãd. conſ. 51. n. 29. & ſeq. conſ. 73. n. 22. vol. 2. Maſcard. de prob. concl. 817. n. 38. vol. 2. Sim. de Pret. conſ. 191. n. 7. Ludou. a Peguer. deciſ. 5. n. 36. Hond. conſ. 100. nu. 16. vol. 1. Petr. Caball. in quæſt. crim. caſ. 29. n. 19. vbi teſtatur, quod ita de iure, & de conſuetudine ſeruatur, & in caſ. 84. num. 11. & caſ. 85. num. 5. vbi tamen refert, quod in quibuſdam curijs non ſeruatur, vt iſte ſocius criminis torqueatur; ſed vbi non adeſt talis conſuetudo ſocij criminis debent torqueri etiamſi plures ſint, vt poſt alios, quos allegat, dicit Baiard. q. 21. numero 45. Villagut. in pract. crimin. lib. 8. tit. de teſtib. cap. 8. concluſ. 2.

6 Quod Doctores admittunt, etiamſi agatur de crimine læſæ maieſtatis. Io. Ant. de Arn. ſoliloq. 60. Io. de Amic. conſ. 27. num. 3. Eugen. conſ. 27. n. 46. Farinac. conſ. 79. nu. 9. vbi alios allegat.

7 Et, vt iſta tortura afficiat nominatũ, requiritur, vt fuerit legitimè illata. Burſ. conſ. 201. n. 139. vol. 2. vbi alios allegat, & vbi eſt certus iudex, quod teſtis ſciat principalem delinquentem. Farinac. conſ. 10. n. 20. & vt tortura dicatur legitimè illata, & afficiat nominatum, requiritur, vt teſtis in faciem nominati torqueatur. Boer. deciſ. 319. n. 4. Iul. Clar. q. 21. verſ. quæro nũquid in fin. Vulpell. conſ. 30. n. 7. & conſ. 83. n. 8. & ponit formam, Flam. Cart. in Prax. interrog. reor. c. 2. nu. 14. & Moder. Senogall. in tract. de mod. form. proceſſ. inform. lib. 4. c. 4. vel ſatis eſt, quod iſte ſocius criminis deponat ſtatim dimiſſa tortura. Blanc. de indic. num. 380. Baiard. q. 21. num. 52. Petr. Caball. in qq. crim. caſ. 185. in fi. Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. cent. 1. q. 100. n. 81. vbi alios allegat, & Farinac. conſ. 79. n. 9. in fin. dicit, quod non ſufficit illa tortura, in qua ſocius criminis eſt cõfeſſus, ſed requiritur ſpecialis pro confirmatione depoſitionis: Benè verũ eſt, ꝙ tortura debet eſſe moderata, & leuis quando infertur pro habendis cõplicibus, Farin. conſ. 10. n. 21. conſ. 55. n. 13. vbi dicit, ꝙ ſi fuerit immoderata non nocet, neque confitenti, neque tertio nominato: moderata autem in propoſito dicitur ſi fuerit illata per ſpaciũ mediæ horæ ad ſummum, Intrigl. ſing. 180. n. 18. lib. 2. Cartar. de exec. ſent. c. 2. nu. 68. Maur. Burg. vbi ſupra q 42. n. 17. vt dixi pluries, & formam decreti circa torturam inferendam ad tollendam infamiam, vel maculam, ponit Modern. Senogall. in tract. de modo formand. proceſſ. inform. lib. 1. c. 4. num. 5.

8 In crimine autem Sodomiæ, ſi puer dicat fuiſſe a Titio ſtupratũ per vim, non requiritur tortura, Plot. conſ. 50. n. 24. in fi. lib. 1. cum iſto caſu non dicatur infamis. Farinac. conſ. 25. n. 52. Sed Hond. conſ. 100. nu. 5. & ſeqq. vol. 1. dicit, quod non debeat ille, qui aſſerit fuiſſe ſodomitatũ per vim, torqueri, vt afficere poſſit nominatum, at alio caſu, quãdo non aſſereret fuiſſe ſubagitatum per vim, debeat torqueri, cum iſto caſu dicatur ſocius criminis, & infamis l. fœdiſſimam l. cum vir, C. de adulter. Farinac. conſ. 80. nu. 22. Hond. conſ. 100. n. 16. vol. 1. & poſt alios, quos allegat Petr. Caball. in q. crim. caſ. 84. n. 11. vbi ſubdit, niſi puer fuiſſet ſubductus, aut deceptus a ſtuprãte, & citra animũ, & conſenſũ peccãdi paſſus fuit ſtuprari, dũmodo tñ ꝓbetur metus, cũ alias nõ ꝓſumatur, Prax. Arch. Neap. c. 68. n. 2. in fi. poſt Plot. conſ. 132. & Farinac. in q. 54.

9 Idẽ eſt dicendũ in puella dicente ab aliquo ſtupratam fuiſſe, vt non debeat confirmare dictum ſuum in tortura ad afficiendum nominatum ſtupratorẽ ſecundum aliquos, ſed Moder. Rom. conſ. 38. nu. 1. Marſ. in Pract. crim. §. diligenter num. 61. Blanc. de indic. n. 38. Boer. deciſ. 319. n. 4. Iul. Clar. q. 21. verſ. quæro nũquid q. 45. verſ. cæterum ſi reus, Vulpell. reſponſ. 30. n. 7. & reſponſ. 83. n. 8. tenent contrariũ, vt debeat torqueri, idem ſeruari, teſtatur Prax. Arch. Neap. c. 68. in fi.

10 Sed pro vera declaratione sciat iudex, quod si teste essent inhabiles ratione delicti ab eis commissi, quia criminosi, socij criminis, infames, & similes, tunc torqueantur, secus si ex alia causa non proueniente ab eorum criminibus, quia essent pauperes, viles, exercerent vile officium birruarij, tabernarij, mulieres, & alij similes, & tunc non torqueantur. Boss. tit. de indic. nu. 151. circa fin. Plot. cons. 50. num. 24. vers. sed vbi, lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 463. num. 30. 39. vol. 2. Moder. Rom. cons. 38. num. 12. latè Granut. Theor. 29. num. 15. vbi etiam concordantes adducit, & an testis infamis infamia facti admittatur in crimin. vide latè Hyeron. Hispan. in tract. com. contra com. quęst. 396. per totum.

11 Et licet aliqui voluerint, quod viles personæ, & ignobiles non admittãtur sine tortura. Iul. Clar. q. 25. vers. sed quæro, vbi testatur extare communem opinionem pro vtraque sententia. Decian. respons. 4. nu. 36. vol. 3. Doct. cumulati per Moder. Rom. in q. 79. n. 33. Tamen verior est opinio, vt non torqueantur, de qua testatur ibi Moder. Rom. d. q. 79. n. 35. & ab ea in iudicando non esse recedendum, & de communi vltra eum testatur Roland. cons. 24. num. 64. & seq. volumine primo.

Pro concordia autem possumus dicere iuxta opinionem Iul. Clar. in d. q. 25. vers. sed quæro; quod resideat in arbitrio iudicis, iuxta facti, & personarum qualitatem torquere, & non torquere testem vilem, ignobilem, & pauperem, ac alium defectum patientem aliter quam ex eius delicto: Villagut. in pract. crim. lib. 8. tit. de testib. c. 7. conclus. 5. & puto, quod ista sit bona declaratio, licet raro hic in Curia obseruetur, cum attendatur magis communis opinio supra firmata, vt tales testes non torqueantur, qui non sunt infames occasiones criminis.

Vel potest melius deduci, vt si cum vtilitate, paupertate, vel alia simili causa cõcurrat aliqua variatio, vacillatio, vel contrarietas in eorum dicto, & tunc possint torqueri, vt bene declarat Decian. respons. 4. num. 36. volum. 3. vel si spontè accederent ad testificandum, vel in aliquo mendacio reperiantur Bar. in l. ex libero colum. 1. vers. quidam sunt. ff. de quæst. vbi Mars. num. 3. 4. 8. Barbat. in Tract. de Testib. p. 2. num. 18. Boss. tit. de tort. test. num. 2. & 8. cum alijs adductis per Modern. Roman. d. q. 79. num. 34.

Testes quomodo sint interrogandi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet admonere testes, vt caueant a periurio, & puram veritatem dicant, & quid etiam in principio examinis facere debeat, & quomodo examen concludere.*

2 *Testis quomodo sit interrogandus, vt euitetur suggestiuo.*

3 *Suggestiuo cõmittitur, quando in specie interrogatur de aliqua persona: & hic ponitur modus interrogandi.*

4 *Testis non potest in specie interrogari de modo, & circumstantys delicti, sed in genere: videlicet, quo annorum genere, quomodo, quando, & in qua parte corporis Titius vulnerauerit Caium.*

5 *Iudex nõ potest interrogare testẽ, an sciat, vel credat.*

6 *Testis non potest deponere, ita est, si bene recordor.*

CAP. XI.

1 QVoniam est testium depositionibus, capturæ cõmittantur, & inferuntur tormenta, & sententię condemnatoriæ vitam, & bona adimentes pronunciantur: ideo cautus esse iudex debet, ne in illo tremẽdissimo Dei iudicio cõdemnetur, & ob id circa dicta testium fieri debet legalis, & diligens indagatio l. testiũ, l. in testibus. ff. de test. & valde admonet Modern. Senogall. in tract. de mod. form. process. inform. lib. 1. cap. 2. nu. 23. & antequam d. testium, in scriptis redigantur, bonum erit, vt iudex admoneat ipsos testes, ut uerum dicant, prætermissis præce, odio, uel amore, & solum Deũ præ oculis habeant. Foller. in pract. crim. in uerb. capiat informationem, nu. 33. uers. debet etiã, Nell. in tract. de test. nu. 102. prout ego pluries in practica, & maximè in causis arduis obseruaui, non attẽtis clamorib. Procuratoris Fiscalis, & quicquid dicant medio iuramento tactis corporaliter scripturis deponere iudex faciat, l. iusiurand. C. de test. Ant. Scapp. in tract. de iur. non script. lib. 3. cap. 51. & de dicta præstatione, erit in principio examinis mentio facienda in processu, & etiam fieri debet mentio de nomine cognomine, parentibus, patria, exercitio, seu professione ipsorum testium. Foller. in d. verb. capiat informationẽ n. 33. in fin. ac de nomine, & facultate iudicis examinantis, & notarij scribentis, de assistentia Fiscalis de die, mense, anno, & loco, in quo testes examinantur, declarando, an pro informatione Curiæ, an ad perpetuam rei memoriam, vel ad defensam, & tradit formulam. Moder. Senogall. in d. lib. 1. c. 2. num. 40. & seq. & latius Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 86. num. 13. & quando interrogatur de socijs, & complicibus quomodo sit testis interrogandus, docet Beluis. in pract. crim. tit. de quæst. num. 50. & latius Cartar. in tract. interrog. Reor. lib. 2. c. 1. nu. 7.

Et iudex debet concludere examen testis, ac illũ licẽtiare, iniucto sibi iuramẽto silẽtij, si iudici videbitur vel data cautione de se represẽtãdo pro cõfrõtatione, vel repetitione faciẽdis, & vt manu propria se subscribat per hęc verba. *Io Titio ho detto per la verità quãto di sopra*, &, si nesciat scribere, accepto calamo manu propria signum Crucis faciat, vt dicit d. Mod. Senogall. de mod. form. process. inform. lib. 1. c. 2. nu. 40. & seq. & ita passim a practicis iudicibus obseruatur, ad quę iudices animaduertere debẽt, ne in his errent, quæ sunt prima elementa iudicis criminalis.

2 Si verò testis sit interrogandus pro habenda veritate contra delinquentes, non est in specie interrogandus, sed generaliter, alias potius diceretur suggestio, quam interrogatio per tex. apertum in l. 1. §. quęstionem. ff. de quæst. vbi gl. in verb. suggerentis, & Alber. n. 1. & seq. Aug. ad Ang. in verb. quod fama publica nu. 118. vbi propterea dicit, quod testis non debet in specie interrogari, an Caius occiderit Seium, sed in genere, quis fuit ille, qui Seium occidit. Ant. Gomez. de delict. de tortur. reor. num. 23. in fin. Franc. Personal. in tract. de indic. & tortur. reor. num. 43. Modern. Rom. q. 79. nu. 78. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 86. n. 7. vers. & ad hunc casum: & idem dicit procedere, quando testis esset carceratus, vt non sit specificè interrogandus, cum per carcerem dicatur valdè turbatus, & ideò respõsio, quæ sequeretur ad talem interrogationem specialem, diceretur nulla, vt latè docet Scacc. in d. cap.

d.c.85.nu.7.verf.& maxime,& verf.fed qui manet,& verf.extenfionẽ,idem dicit effe, fi teftis examinaretur ad locum tormentorum, & forfan à latrunculatore, qui effet rigidus, & haberet terribilem afpectum, & fequitur Moder.Roman.in d.quæft.79.nu.78.in fine.

Et licet aliqui voluerint,quod huiufmodi generalis interrogatio fiat,quando nefcitur actor delicti, fecus fi effent fpecialia indicia contra aliquem, quia tunc de illo teftis in fpecie interrogetur. Bart. in l.1. §. qui quæftionem,nu.1.ff.de quæft.Brun.de indic.p.2. q.5. nu.56.Caffan in tract.de torment.cap.15. fub num.1. Perfonal.de indic.nu.43. tamen Scac.in d.c.86.nu.7. in fin.admonet,quod cautius erit fi femper in genere teftis interrogetur,& maxime,quando effet in dubio, an effet aperta via ad inquirendum generaliter, vel fpecialiter,cũ in dubijs cautior via eligenda fit, cuius opinio mihi multum placet.

4 Et in omnem cafum,data fpeciali inquifitione cõtra aliquẽ, teftis nõ põt in fpecie interrogari de modo,& circũftantijs delicti: nempè, nonne Titius percuffit, vel hoc, vel ifto alio modo, quia hæc erit fuggeftio, fed tantum põt interrogare generaliter, quo genere armorum,quando, quomodo, & in qua parte corporis percufferat. Brun.de indic.d.q 5.nu.56.Caffon.in d.cap.15.in fin. Cyrill.in Summ.Crim.rubr.29. tit.de quæft.§.3.nu.5. latè Curt. in pract. interrogat. reorum lib.3.cap.1.nu.67. & feq. vbi alios allegat,& ibi fubdit a tali fuggeftione cauendum, non folũ quãdo quis interrogatur contra focios,& complices.

5 Minus iudex poterit poftquã teftẽ interrogauit, ac examinauit illũ interrogare,an fciat,vel credat, quia hæc interrogatio diceretur captiofa. Boff.in titul.de exam. reor. in fin. vbi cæteros allegat Scacc.in dicto cap 86. num.10.

6 Et minus iudex debet admittere refponfionẽ teftis per hæc verba, ita eft, fi bene recordor, cũ iuramentum ei delatum fit de veritate dicenda in fuo examine. Specul.p.6.art.9.n.25. nifi verifimiliter recordari non poffet,alias erit cogendus ẽt per torturã. Scacc. d.cap.86.nu.12.lib.1. de quo ego dixi fupra cap....

Suggeftio in teftibus quotuplex fit,& quomodo cognofcatur.

SVMMARIVM.

1 *Suggeftio duplex eft in tefte,vna aperta, altera palliata, & vtriufque fuggeftionis ponitur hic definitio.*

2 *Suggeftio non permittitur, nec etiam fub prætextu procedendi ex abrupto, & manu Regia.*

3 *Suggeftio fit etiam, quando in carceribus Reus ponitur vna cum teftibus,qui poffint ad inuicem loqui.*

4 *Iudex non poteft interrogare Reum per illa verba, & ad aliam interrogationem refpondit, vel, opportunè interrogatus refpondit, nifi quando teftis non declaraffet perfectè fuam antecedentem refponfionem, feu fi eius refponfio effet defectuofa.*

CAP. XII.

1 SVggeftio in teftibus duplex eft,vna aperta,& altera palliata; aperta dicitur quando de ea apertè patet ex interrogatione,nempè, quia fuit teftis interrogatus, an Caius occiderit pugione Sempronium tali die,& in tali loco,iuxta text.in dict.l.1.§.qui quæftionem,ff.de quæft. Scacc.in d.tract. Crim.lib.1. cap.86.num.8.in princ. Aug.ad Ang. in verbo quod fama publica num.118. Moder.Rom.in q.76.nu.78. verf.vbi propterea. Perfonal.in tract. de indic.& tortur.num 43.

Palliata autem fit per oppofitum,quando de ea ex Iudicis interrogatione non apparet, & hæc, duobus modis,fieri dicitur,primo,quando nullo modo apparet de qua re teftis fuerit interrogatus, quia fcriptum fit, ad opportunas Domini interrogationes, vel ad aliã interrogationẽ, qui modus interrogandi dicitur leno fuggeftionis, latè Cartar.de exec.fent.capt.bãnit. c.2.nu.76.& feq. Modern.Senogall.de mod.forman. procefs.inform.lib.2.c.6.n.24.fecũdo modo fit, quãdo extẽfo interrogatorio peruenit Iudex in refpõfione,indicando viam refpondẽdi tefti;quod genus fuggeftionis eft valdè periculofum,a quib. interrogandi modis eft abftinẽdum; & Aduncatus in hoc oculatus effe dẽt pro defenfione inquifiti,cum huiufmodi examen fuggeftiuum fit prohibitum, tàm quando iudex interrogat Reum in eius proprium,quàm in caput alterius. Cartar.in pract.interrog.reor.lib.2.c.1.nu.54. & 69.& in tract.de execut.fent.c.2.nu.83.& feq. Moder.Senogall.de mod.form.proceff.inform.lib.2.c.5. nu.18.& feq.& in lib.4.c.2.nu.8.& feq.Moder.Rom. q.43.nu.130.Intrig.fing.177.nu.20.lib.2.Maur.Burg. in tract.de mod.proced.ex abrupto cent.1.q.100.nu.
2 83.& prius fub nu.82. admonet Iudices,† vt non interrogẽt per fuggeftionem fuper inquifitione delicti, freti forfan vigore modi procedẽdi ex abrupto, cum modus ille remoueat tantum folemnia ordinis iudiciarij, inter quæ non includitur fuggeftio ex traditis per Burfat.conf.201.nu.123.vol.4.Cartar.in d.Pract. interrog.reor.lib.4.cap.1.nu.93. quod deferuire põt contra officiales Gubernatoris Vrbis.

3 Ac etiam fuggeftio fit per iudices extra examen, quando ponit plures teftes,vel teftẽ cum Reo in eod. carcere,& vnus fuggerit alteri qualitates, & circumftantias facti,vel delicti,vt in cafu Moder.Rom.conf. 83.nu.6, ac etiam fit per interpofitam perfonam de mandato Iudicis,fi ponatur aliquis in fecretis,& fupponat, ac fuggerat carceratu factum cum fuis qualitatibus, qui fi poftea tortus, & dolore oppreffus fateatur delictum, talis confeffio fibi non noceret, latè addentes ad Farinac.in d.conf.83.in littera A.

4 Vno autem tantum cafu poteft iudex interrogare, vel vti illis verbis in tefte; & ad aliam interrogationem,&c.quando fcilicet teftis non declarafset perfectè fuam refponfionem præcedenti interrogatio factam, vel quouis alio modo eius refponfio effet manca, vt poft Flam. Cartar.in d.pract.interrog.reor.lib. 3.c.3.nu.22.in fin Scacc.d.c.86.nu 8.verf.vno tamen cafu Moder.Senog.in d.lib.2.c.6.nu.25. de mod.forman.procefs.informat. Addent.ad Farinac.conf.83. in litt.B, verf.vbi in propofito.

Tortura in teftibus qualis effe debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tortura in teftibus debet effe moderata, & maxime quando infertur ad tollendam maculam, vel ad conualidandum dictum.*

2 *Nifi teftis effet alias fufpectus,quia tunc poffet vltra fpacium vnius Credo torqueri.*

1 *Tortura in socio criminis in caput aliorum debet esse etiam moderata.*
4 *Testis, quando est varius, vel vacillans, torquetur sine aliis defensionibus.*
5 *Clericus, qui vacillat coram iudice saeculari, non potest ab eo torqueri, sed erit torquendus ab Ecclesiastico iudice.*
6 *Testis saepius varius, saepius quoque torqueri potest, usque ad tertiam vicem.*
7 *Tortura in testibus nō est repetēda, nisi grauia indicia adsint contra ipsos, vel nisi noua superueniant indicia.*
8 *Socius criminis debet torqueri in faciem nominati per eum.*
9 *Testes plures an omnes sint torquēdi, vel aliqui tantū.*
10 *Socius criminis si nominat aliquem in tortura, an sit repetenda tortura.*
11 *Testis debet repeti, vel confrontari cum socio criminis, cum eisdem qualitatibus, cum quibus fuit examinatus.*

C A P. XIII.

1 OMnes Doctores exclamant, quod tortura in testibus non debeat esse nimis aspera, nec nimis leuis, sed moderata. Innoc. in c. cum in contemplatione vers. pro crimine de reg. iur. Bal. in l. fin. nu. 1. C. de quest. Boss. in tit. de mand. ad homicid. n. 31. & seq. Cyrill. in Summ. crim. rub. 26. tit. de quaest. §. 3. n. 5. Burs. cons. 216. n. 111. & 115 vol. 2. Moder. Rom. cons. 83. nu. 5. & in q 79. n. 81. Villagut. in pract. crim. lib. 7. tit. de Tortur. c. 13. conclus. 1.

Maximè quando tortura testi infertur ad conualidandū eius dictū, vel ad tollendā maculam, vel ad faciem Rei, contra quē deponit, debet testis leuiter torqueri. Boss. in tit. de mand. ad homicid. nu. 31. & seq. Moder. Rom. q 79. nu. 82. vbi firmat, ꝙ apud nos isto casu testes leuiter torqueantur ad plus per spatium
2 vnius Credo, † nisi forsan testis esset taliter infamis, & suspectus, vt iudex illū vlterius detinere arbitratus fuerit, Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. q. 160. n. 127. & seq. vbi testatur, ꝙ ita seruatur in illo Regno Siciliae, vt possit torqueri per quartam partē horae, & aliquādo per mediam partem horae inspecta qualitate facti, & personarum. Farinac. cons. 83. n. 5. si verò torqueatur pro habenda veritate delicti, tanquā veri similiter informatus, tunc torqueatur per quartā partem vnius horae, & quandoque etiam per mediā horā, iuxta facti, & personarum qualitatem, & Clar. in q. 25. vers. torquentur etiā testes in fine dicit, quod, an grauis, vel leuis tortura testi sit inferenda, arbitrio iudicis remittatur, dummodo tamen non sit ita grauis in testibus, sicut in Reis. Modern. de mod. form. process. inform lib. 1. c. 4. nu. 2. & 3.

3 Si verò torqueatur socius criminis, ad propalādum complices, & participes criminis, & in caput alienū, leuiter, vel moderate torqueri etiam debet Cartar. de exec sent. c. 2. n. 68. Moder. Senogall. in tract. de mod. form. process. inform. lib. 6 c. 4. n. 5. Boss. tit. de mand. ad homicid. n. 31. Iul. Clar. q. 64. vers. veritas est, Moder. Rom. cons. 10. n. 21. & consil. 55. nu. 13. & ad plus solet torqueri per spacium vnius mediae horę, vt pluries superius dixi, & etiam nouissimè Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 42. num. 17. vbi alios allegat, vbi subdit, quod si fuerit excessiua dicitur purgare indicia negocij principalis.

Sed Rimin. Iun. in cons. 360. n. 74. & seq. exclamat, quod, quando testis torquetur ad cōnualidandum eius dictum, & ad tollendam maculam, ac inhabilitatem, debeat detineri in tortura per aliquod notabile temporis spacium, & non sufficiat, quod detineatur per spacium vnius Aue Maria, vel Pater noster, quia ista non dicitur moderata tortura, sed leuis, quę non sufficit Burs. cons. 216. n. 111. & 115. & ita etiam exclamat Io. Ant. de Nigr. super c. Regn. c. frequens. n. 51. vbi subdit, quod si fuisset leuiter tortus testis nō diceretur tortus, nec reo noceret, & ego pluries allegaui d. consil. Rim. Iun. & in specie in fauorem Episcopi Adrien. apud Clementē Octauū contra torturā illatā, quibusdam testibus per dictum spacium vnius Pater noster, & aequidem, vt verum fatear, licet hodie in Curia talem torturam adhibeant iudices, prout ego quoque aliquando obseruaui, mihi videtur esse quędam tortura palliata, & dum eam inferebam, in corde meo cogitabam esse inuentam à meris latrunculatoribus ad illaqueandos pauperes carceratos, & inquisitos, &. non quòd de iure possit ita inferri: vt dicam infra in c. 18. n. 5. ideò vbi talis consuetudo non vigeret, iudex ab ea se abstineat sed testem sufficiēter torqueat iuxta qualitatem criminis, & indiciorum.

4 Quādo verò torquetur testis, quia fuerit varius, cōtrarius, vel vacillauerit, ad videdū in quo dicto persistat, proceditur denegatis defensionib. & omissa disputatione eū procuratorib. & Aduocatis, vt per Bal. in l. Presbyteri n. 2. C. de Episc. & Cler. Clar. q. 25. vers. item testis varius. Boss. tit. de tort. test. n. 4. 12. 19. 21. & seq. vbi testatur, quod ita practicatur, Ant. Gomez de delict. tit. de tort. reor. nu. 29. & torquetur nōn solum laycus, sed etiam Clericus. Boss. d. tit. de tort. reor. n. 4. Foll. in prac. Canon. in loco allegato per Clar. in q. 25.
5 vers. sed numquid, vbi subdit, † quod tamen non debeat torqueri Clericus a iudice saeculari, etiam quod coram eo vacillauerit, seu variauerit, sed a iudice Ecclesiastico, & quod ita fuit alias resolutum per Cons. Regni Siciliae Capic. decis. 142. Moder. Rom. q. 66. n. 98. cum pluribus seqq.

6 Et si testis sępius sit varius, sępius ēt torquetur, & si testis tortus ob variationē firmet vnum dictum, & repetitus, vel in ratificatione recedat ab illo dicto firmato in tortura, poterit sine dubio iterū torqueri, vt cōtingit illi Notario, de quo post glos. Bar. Aret. & alios tradit Boss in tit. de tort. test. n. 21. Cępoll. cons. 60. n. 19. Mars. in pract. §. quoniam n. 17. & in l. repeti n. 16. de quaest. sed non debet in infinitum torqueri, sed vsque ad tertiam vicem. Moder. Rom. q. 66. n. 105. de quo dicam latè in tortura repetenda principali, & cui dicto magis standum sit, an primo, medio, vel vltimo, latè tradit idem Moder. Rom. in d. q. 66. nu. 172. & seq.

7 Nec tortura in testibus est repetēda, nisi laborent grauia indicia cōtra ipsū, vel alia indicia superueniāt. Burs. cons. 216. n. 115. vol. 2. vbi de magis cōi opinione, & alios allegat Baiard. q. 25. n. 33. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. num. 57. vbi alios allegat.

8 Quando autem testis torquetur in caput alienum, quia se faceret socium criminis, erit torquēdus ad faciem nominati per eum, secundum opinionem practicatam, & attestatam per Boer. decis. 319. n. 4. Vulpell. respons. 30. n. 7. respons. 83. nu. 8. & formulam ponit Cartar. in pract. interrog. reor. c. 2. nu. 14. de quo dixi superius in c. 10. num. 7.

9 Si

9 Si verò ſint plures teſtes,an omnes ſint torquendi, vel aliqui,ſolummodo,relinquitur arbitrio iudicis,ſecundum qualitatem factorum,& perſonarum.Clar.q. 25.verſ.torqueantur etiam dicit an grauius,vel leuius ſint torquendi arbitrio iudicis remittatur, & ſequitur Moder.in tract.de mod.form.proceſſ.inform.lib.1.c. 4.num.17.& ſeq.Baiard.q.25.nu.6.& ego alias ſuperius dixi.

10 Sed dubiū eſt,ꝙ ſi ſocius nominauerit aliquē in tortura,ſufficiat illū repetere cū iuramento,vel eum ad faciem nominati etiā præuio iuramēto inducere abſq;
11 aliqua reiteratione torturæ : † ſed ſi ſocium ſponte ſine tormentis nominauerit,tunc erit torquendus ad purgandā infamiam,vt tradit Baiard.in q.45.nu.18.in fi. vbi tamē nihil firmat,& inquit me remitto;ſed veritas eſt, ꝙ erit facienda repetitio cum eiſdem qualitatibus,cum quibus factam fuit primum examen,cum omnibus ſuis qualitatibus ; & ideò debet iterum torqueri in faciem nominati.Clar.d.q.45.verſ.cœterum; ꝙ dicit eſſe notandum, quia ad hoc aliqui iudices nō aduertunt,Farin.conſ.55. n.4.latè Petr.Caball.in qq. crim.caſ.33.n.11.vbi firmat,ꝙ ſpecialiter torqueatur denuò , & idem eſt in confrontatione, vt ſit torquendus ad faciem Rei.Clar.d.q.45.verſ.cœterum.Hond. conſ.101.nu.30.vol.1.Farinac.d.conſ.54.nu.4.in fin. vbi firmat procedere,etiamſi eſſet tortus teſtis in primo examine .

Ratificatio in teſtibus,an requiratur poſt illatam torturam.

S V M M A R I V M.

1 *Ratificatio in teſtibus an requiratur poſt torturam ſunt opiniones contrariæ.*

2 *Author autem conatur dictas opiniones contrarias conciliare .*

3 *Ratificatio requiritur in eo , qui fuit tortus, & in ſe, & in alios .*

C A P. XIV.

1 IN hac quæſtione duę fuerunt opiniones,& prima, vt omnino requiratur,quod teſtes perſeuerent in confeſſione poſt illatam torturam,& illam ratificent, gl.in l.fin.in verb.præſtando.C.de quæſtion.vbi Cyn. n.6.Salyc.n.4.Boſſ.in tit.de confeſſ.per tortur.n.7. Simanch.de cath.inſtit.tit.65. rubr.de teſtam.n.73.vbi reprobatis contrarijs hanc opinionem vti veriorem, & probabiliorem tuetur Ant. Gomez. tit. de delict.c. 13. nu.29. in fi.vbi de communi,& reddit rationem. Bertazz.conſ.153. num.2.in fin.Modern.Rom.q.79. nu.83.vbi in fine teſtatur de veriori,& tutiori opinione.Baiard.q.25.num.4.in princ.

Quod autem etiam in teſte torto requiratur ſpontanea ratificatio,tradit Bal.in l.fin. C.de quæſt.Tindar. de teſtib.p.1.c.34.nu.4 & ſeq.& p.2.c.7.nu.4. Auguſt.ad Ang.in verb.quod fama nu.117. Cyrill.in Summ.crim.n.29.tit.de quæſt.§.3.n.5.Bertazz.conſ. 150.num.2.in fin.& num.3.

Contrariam opinionem , vt non requiratur ratificatio,tenent Bal.in l.final.n.2.C.de quæſt.Auguſt.ad Ang.de malefic.in verb.Quod fama public.num.117. cum teſtis non poſſit dictum ſuum reuocare. Pet.Caball.in qq.crim.caſ.33.nu.1. vbi alios allegat,& dicit, quod eſt notabilis deciſio , ſed paucis nota , licet ab omnibus communiter practicata.

2 Ego autem in hac Doctorum varietate,ac contrarietate eſſe diſtinguendum cenſeo; aut agitur de tortura, quæ infertur ad conualidandum dictum,vel ad tollēdam maculam, vel ad videndū,in quo dicto perſiſtat,cum iſta tortura ſaltim de conſuetudine inferatur per breue ſpaciū temporis, vt puta vnius,Credo, vnius Pater noſter,vel vnius Aue Maria, Maur.Burg. de mod.proced.ex abrupt.q.100.n.177.& ſeq.& tunc non requiratur alia ratificatio, cum per ipſam torturam dicatur ſublatus defectus , vt bene exprimitur in ipſo decreto torturæ,& ſic iudex habeat examē perfectum,& maximè quando fit in confrontatione Rei, & ita paſſim hic in Curia obſeruatur,& ita bene declarat Petr.Cabal.in qq.crim.cent.1. caſ.33.nu.6.& ſeq. vbi firmat,quod ita vidit obſeruari,vt ſufficiat prima confeſſio cū eius confirmatione in tormentis ad purgandum defectū infamiæ abſque eo ꝙ vlterius interrogetur,niſi vellet iudex eū ponere ad faciē nominatorū, & cū illis eū cōfrontare ſi negent prout ſibi facere licet Iul.Clar.q.45.ſub nu.14.Aut verò ſumus in tortura illata teſti, quia negauit ſcire delinquētes, vel interfuiſſe facto,vel nō eſſe informatū,& fuerit illata per notabile ſpaciū tēporis, ego amplector omnino opinionē affirmatiuā, vt requiratur ratificatio,prout requiritur in ipſo Reo cōfeſſo ; & ego in cōtingentia facti ita obſeruaui , & puto hanc opinionē eſſe tutiorē , cū verè iſta cōfeſſio fuerit extorta per cruciatum corporis ; & ideò poſſet dubitari an verè teſtis depoſuerit,prout in ipſo Reo;& ob id requiratur ratificatio,ſecus in illa tortura leui,& vt ita dicā ferè per locū illata per ſpaciū vnius Aue Maria,cum verè tanquam leuis tortura non poſſit dici tortura , vt latè ſuo loco inferius dicam,& ob id ratificatio non requiratur.

3 Si verò fuerit tortus tanquā ſocius criminis in ſe,& in alios principalis,& teſtis reſpectiuè,tūc oīno requiratur ratificatio,vt afficiat nominatū,ſtā ad torturam, quā ad ſpecialē inquiſitionē.Marſ.in l.repeti n.31. ff. de qq.& in pract.crim.§.diligēter n.154.in quibus firmat,ꝙ cōfeſſio ſocij crim.facta in tormētis nō facit aliquod indiciū contra nominatū,niſi veſtiatur cū ratificatione,& perſeuerātia.Scacc.in tract.crim.lib.1.c. 81.n.9.vbi dicit ſine ratificatione facere ſolummodo indicium ad generalē inquiſitionem,ſed Petr.Caball. d.caſ.33.n.10.& ſeq.dicit,quod reſpectu nominati nō ſufficiat ratificatio extra torturam , vt illum afficiat, immo nec ſufficiat illa prima nominatio facta in tormentis , & ſi illam ratificet extra tormenta , ſed eſt opus , quod ſpecialiter torqueatur denuò ad tollendā maculam, & confirmet dictum ſuum in tortura,vt facere poſſit indicium contra nominatum,& ita tortus, non requiratur alia ratificatio , ſed ſufficiat nominatio facta in tortura , nec viderit, quod aliter reſpectu nominati ſequatur alia ratificatio extra tormenta , & ita dicit eſſe intelligendum. Marſil. in d. l. repeti per Scacc.allegatum,ſed vbi ſupra Caball.fatetur,quod ſi iudex vellet habere ratificationem extra tormenta , vt etiam magis afficeret nominatum non male faceret,nec hoc improbaret,licet hoc non viderit in practica ſeruari , prout hic in Curia aliter quidem non obſeruetur , vt reus tortus in faciem nominati extra tormenta ſuam depoſitionem , ratificet, ſed Burg. q. 100.nu.30.tenet,quod requiratur ratificatio.

Testibus an copia indiciorum sit danda antequam torqueantur.

SVMMARIVM.

1 *Testibus an copia indiciorum sit danda, antequam torqueantur, sunt opiniones pro vtraque parte.*
2 *Author hic conatur istas contrarias opiniones ad concordiam reducere.*
3 *Fauor defensionis debet praualere timori subornationis.*
4 *Socio criminis est danda copia indiciorum antequam torqueatur.*
5 *Reus, & socius criminis, si examinetur tanquam testis, non per hoc est sibi deneganda copia indiciorum.*
6 *Testis, qui diceretur vilis, infamis, criminosus, seruus, & similis nō potest torqueri, nisi data copia indiciorū.*

CAP. XV.

1 IN ista quæstione Doctores valdè etiam certant inter ipsos, vt est videre apud Moder. Rom. in q. 39. n. 116. cum plur. seq. vbi posuit per extensum allegationes eruditissimi viri olim Francisci Cutelli Bononiensis, qui per efficacissimas rationes tuetur, vt non sit testi torquendo deneganda defensio, & sub n. 129. refert tres insignes, & notabiles casus, in quibus fuit data copia indiciorum, antequam testes torquerentur; Et versa vice, idem Moder. Rom. in d. q. 39. sub n. 130. & seqq. ponit aliam informationem Honuphrij Camiani Aduocati Fisci, quod omnino sit deneganda defensio Reo torquendo, & sub n. 140. in fin. testatur ita fuisse obseruatum in vna Toletana prætensæ falsitatis, in qua fuerunt iudices Gubernator Vrbis Locumtenens criminalis A. C. Locumtenens eiusdem Gubernatoris, qui Farinac. ibi sub n. 147. testatur magis in practica esse seruatam opinionem, vt denegata defensione, & copia indiciorum, testis sit torquēdus, & ita videtur sentire. Boss. tit. de indic. & considerant. tortur. n. 81. ex doctrina Bar. in l. vnicus §. iudex. ff. de quæst. vbi testatur, quod ita in practica seruatur: & adeò est communis opinio, vt nemo illi contradicat, & sequitur Iul. Clar. q. 25. vers. solet dubitari, & allegat Ant. de Canar. in tract. de quæstion. in 2. memb. n. 52. & de eadem consuetudine testatur Ioseph. Lud. concl. 38. vers. secundus casus, & vers. primus casus, vbi dicit esse verum, quando torquetur pro habenda præcisa responsione, nec esse seruandam formam l. custodias. ff. de publ. iudic. Ang. de malefic. in verb. ꝙ fama publica n. 49. Boss. tit. de tortur. test. nu. 8. 10. & 20. vbi de communi. Claud. Bertazz. ad Patrem cons. 153. in 1. Addit. Baiard. q. 25. n. 6. qui tandē post alios, quos allegat, dicit esse totum remittendum arbitrio iudicis, Scacc. in tract. de iudic. c. 100. num. 16. vbi de communi theorica, vsu, & praxi recepta lib. 1.

2 Tamen, vt iudices sciant quid in proposito seruandum sit, ne offendant iustitiam, neq. lædant pauperes carceratos, istas opiniones contrarias ad fœdera facillimè reducendas esse arbitror, vt, quando ageretur de variatione, vel vacillatione resultante ex proprio ore ipsiusmet testis, quæ apertè ex ipso processu colligeretur, tunc contra ipsum deueniri possit ad torturam, non data copia indiciorum, neque discussa causa cū Aduocatis, & Procuratoribus; secus verò, si de testis mendacio aliunde constare diceretur, nēpè si ipse negaret interfuisse rixę, vel facto, vel alicui delicto, & prætendatur per Curiam illum cōuinci per testes, ac etiam si diceret fuisse in tali loco, vbi cōmissum fuit tale factum, vel delictum, sed tamen ex qualitate rei gestæ, vel loci non potuerit videre, nec cognoscere delinquentes, & Curia prætendat illū conuincere per alios testes, vel per loci inspectionē, in testis isto casu petat defensionē, non video quomodo sit ei deneganda copia indiciorum, cum in specie ex sola assistentia, vel præsentia facto, non possit torqueri. Baiard. q. 25. num. 34. & cum hac declaratione transeunt Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem n. 38. vers. item est aduertendum, & magis in terminis Franc. Personal. in tract. de indic. nu. 33. & seq. vbi reprobat Boss. contrarium tenentem in tit. de tortur. test. n. 39. & eamd. distinctionem sequitur Moder. Rom. q. 39. n. 148. quam refert Add. ad Peguer. in decis. 16. n. 8. vers. declarat hoc dictum, & vide Scacc. in tract. de ind. lib. 1. c. 100. n. 16. vers. si sigillat, sed add. ad Peguer. in d. decis. 26. nu. 8. vers. secus verò, firmat, ac tuetur, quod de consuetudine illius regni non torqueantur testes nisi fuerint socij criminis, & in criminibus exceptis, & Prax. Archiep. Neap. c. 68. nu. 11. in fin. dicit ob variationem, contrarietatem, vel ob mendacium, aut quādo torquetur testis ad validandum dictum contra socios criminis sibi non detur copia indiciorum. Sed quia pauperes carcerati, vt plurimum, nesciunt defensiones petere: ideò ꝓcurator statim post carcerationē debet in actis facere suā protestationē, vt nō deueniatur contra illum ad torturam, nec in caput ipsius, nec alterius, nisi data copia indiciorum.

3 Et aduertat iudex, ne decipiatur in denegando defensiones testi in casibus prædictis, sub prætextu futuri timoris subornationis, vt dicit Boss. in loco proximè citato, & Villagut. in pract. lib. 8. tit. de testib. c. 7. concl. 7. quoniam in proposito consideratur etiam fauor defensionis, qui omnino præualere debet timori subornationis, cum tutius sit nocentem absoluere, quàm condemnare: & ob id non attenditur timor subornationis, vbi agitur de fauore defensionis. Fœlyn. in cap. cum clamor n. 5. vers. & scias eo casu, quo agitur de defensa, de testibus Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. num 33. vers. secundo poterit, vbi de communi, Petr. de Surd. cons. 118. nu. 4. & seqq. vol. 1. Thesaur. decis. 262. num. 3. sed solum d. testi traditur copia testium in casibus, in quibus de iure potest torqueri, qui percutiunt ipsum testem, & non totum processum, Scacc. d. c. 100. num. 16. vers. Datis solum.

4 Ac etiam si aliquis, testis esset quoad alios, & principalis quod se, vt si prætenderetur socius criminis, & cum alijs deliquisse; isto casu omnino ei debet dari terminus, ac etiam copia processus ad faciendum suas defensiones, & non erit torquendus denegata copia indiciorum. Foller. in d. verb. capiat informationem n. 38. Flam. Cartar. in tract. de execut. sent. nu. 16. & seq. Baiard. q. 20. n. 150. latè Moder. Rom. in q. 39. n. 150. vers. sublimita quarto, vbi testatur hac opinionem esse verissimam, & à bonis iudicibus practicatam, quicquid in contrarium sentire videatur Ludouic. concl. 38. vers. secundus casus, & latissimè Bursatt. cons. 124. per totum volum. 1. & cons. 235. per totum vol. 2. vbi concludit testem habentem interesse in causa ob variationem, & mendacium non posse torqueri. Baiard. q. 25. n. 38. sed Scacc. in d. c. 100. sub nu. 16.

nu.16.verf.fi eft teftis,tradit bonam diftinctionem,vt fi debeat torqueri ad fciendum complices delicti iam confeffati, poffit denegatis defenfionibus,cũ ifto eafu inferratur in caput alterius, fi vero fit reus torquẽdus ad aggrauandum delictum, vel ad fciendam aliquam qualitatem aggrauantem, & tunc fit teftis audiendus in fuis defenfionibus, quod ita in contingẽtia facti ipfe iudicauit, & eo magis procedat quãdo reus non poffet torqueri in caput aliorum quin etiam redundaret in caput fuum,& ibi ponit exemplũ, vt omnino ei fit danda copia proceffus, vel teftium antequam torqueatur.

5 Et caueant iudices,ne examinent delinquentes,vti teftes ad effectum, vt poffint illos torquere denegatis defenfionibus, prout vidi aliquando obferuari per prauos iudices, quia ex malitia iudicis non poteft inferri damnum iuftitiæ, & fubditis,cum modus examinandi adhibitus per iudicem non faciat quem teftem fimpliciter reputari, qui verè fit Reus, & latè tradita per Mod.Rom.in q 43.nu.5.& feqq.Scacc. d. c. 100. nu. 16.in fin.lib.1.de iudic.

6 Si vero iudex vellet teftẽ torquere, quia effet vilis, criminofus, feruus, feu alias infamis, tunc fine dubio erit prius difcutiendum cum Aduocatis, & procuratoribus de huiufmodi conditionibus, & qualitatibus, an refultet talis nota, vel infamia, vt poffit tormentis fubijci per tex.in l.1.§.fi quis dicatur,& in l.fi quis ne quæftio.ff.de quæft. Boff.in tit.de tortur. teft. nu.38. 40.& in tit.de mand.ab homicid.num.30.Franc.Perfonal.in tract.de indic. & tortur. nu.32. vbi poft Doctores fupra adductos hanc opinionem tuetur, licèt Clar.in q.25.verf.folet dubitari, in fine, dicat fe nunquam vidiffe in practica hanc fublimitationem feruari,& Modern.Rom.in q.39.num.150.etiam firmat, quod nec etiam ipfe viderit eandem opinionẽ fuiffe in practica feruatam, non quia opinio non fit vera in iure,fed quia nũquam iudices torquent teftes feruos, viles,infames,& criminofos, nifi coftaret de tali qualitate ex eorum propria confeffione, vel notorie; fed in propofito iudices fciant, quod teftis non tenetur propalare fimiles defectus, & turpitudinem fuam detegere, vt dicã infra in materia repetitionis teftium; & dum dicit, nifi conftet notoriè de dicta qualitate, caueat etiam iudex, vt de ifta qualitate notorietatis apparere debeat fibi ex actis, vt poffit teftis denegatis defenfionibus torqueri, cum femper ad iftum effectum torquendi, requiratur, vt conftet iudici per acta de qualitatibus,& circumftantijs, ex quibus moueatur ad torturam inferendam, vt dixi fupra,& Scacc. dicto cap.100.fub nu.16.verf.fi notoria,lib.1. de iudicijs,vt tunc poffit teftis torqueri denegatis defenfionibus, cũ tunc videatur petita calumniosè copia indiciorũ.

Quibus teftium depofitionibus ftandum fit, an factis in tortura, vel extra.

S V M M A R I V M.

1 *Primũ dictũ attenditur in depofitionibus contrarijs.*
2 *Primum dictum non attenditur, quando fecũdum fuit factum in tortura.*
3 *Quod procedit, fiue fecundum dictum in tortura fiat incontinenti, fiue ex internallo.*
4 *Contrariam opinionem,vt primum dictum fine tortura attendatur,tradunt hic Doctores.*
5 *Alij autem tradunt quamdam diftinctionem pofitam hic per Authorem.*
6 *Secundum dictum attenditur, etiamfi emanauit metu tormentorum.*
7 *Secundum dictum attenditur, quãdo in eo fuit adhibita grauior tortura,quã fuerit adhibita in primo dicto.*
8 *Dictum vltimum factum in tortura femper eft attendendum, quamuis etiam priora dicta emanauerint in tortura.*
9 *Secundum dictum in tortura attenditur, tàm fi primũ dictum emanauerit in tortura,quàm extra.*
10 *Dictum primum attenditur, & non fecundum in tortura factum,quando primum eft magis verifimile.*
11 *Dictum magis verifimile quando dicatur, eft iudicis arbitrarium.*
12 *Primum dictum fine tortura attenditur quoad alios, quando Reus interrogatur de fe,& de alijs.*
13 *Contrariam opinionem tenent hic Doct.*
14 *Author autem conatur has contrarias opiniones concordare.*
15 *Periurij vitium in criminalibus per torturã non purgatur,fed folum in ciuilibus.*
16 *Dictum factum in tortura in Criminalibus attẽditur, fed non grauat nominatum fine alijs adminiculis ad torturam.*
17 *Dictum factum in articulo mortis magis attenditur, quàm factum in tortura.*
18 *Teftis patiens defectũ variationis,& alias exceptiones, magis probat in primo dicto, fine tortura, quàm in fecundo cum tortura.*
19 *Dictum factum in tortura, fi ex eo periurium committitur,non attenditur: quod declara vt hic per Authorem.*
20 *Dictum factum in tortura attenditur quando tortura fuit illata propter exceptiones vilitatis, infamiæ, & fimilium.*
21 *Tortura non tollit defectum inimicitiæ.*
22 *Dictum folemne, vt fi pars fuerit citata, factum fine tortura,magis attenditur,quàm aliud minus folemne.*
23 *Primum dictum fine tortura pluriès geminatum attenditur,& non fecundum factum in tortura.*
24 *Teftis non debet torqueri,quando aliunde habetur veritas vnius depofitionis.*

C A P. XVI.

1 Licet regula fit,vt in depofitionibus contrarijs attendatur primum dictum, cum fecundum cenfeatur emanatum per fubornationem. Innoc. in cap. propterea nu.2.de teftib.cogen. Becc.conf.86.nu.14. Clar.q 53.verf.prædicta etiam,vbi de communi,Decian.refponf.93.nu.46. volum.2. etiam de communi, Petr.de Surd.conf.132.nu.37.vol.1. Andr.Fach.controuerf.iur.lib.9.cap.74.in princ.qui teftatur de communiori fententia, Sforz.Odd.conf.76.num.11.vol.1.

2 † tamen non procedit quando fecundum dictũ emanauit in tortura,quia illud attenditur,& non primum fine tortura. Bart.in l.eos n.2.& 4.ff.de fall.vbi Marf. n.8.Menoch.de Arb.caf.108.nu.14. lib.2. Clar.q.53. verf.quartus cafus,Mod.Rom.q.66.n.166. & feq.vbi de recepta, & magis com.opin.teftatur. Gabr.concl. 26.nu.1.lib.7.Rim.Iun.conf.145. nu.19. vol.2. Hier. Gabr.conf.169.nu.74.& feqq.vol.1.Hond.conf.102. nu.34.vol.1.Caualc.de teftib.p.4.nu.148.Alex.Trentacinq.conf.20.nu.18.in fin.lib.2.

3 Quod

3 Quod procedit,ſiue incontinenti, ſiue etiam ex interuallo ſecundum dictum in tortura emanauit. Roman.conſ. 105.ſub num.3.Moder.Roman. conſil.79. nu.11.in fin.& q.66.nu.166.Ant.Gabr.concl.26.n.2. lib.7.de crimin.

4 Contrariam opinionem, vt ſtãdum ſit primo dicto extra torturam emanato, cum non detur ratio diuerſitatis,in contrarium tenet Crauett.conſ.6.num.48.& poſt alios,quos allegat Burſatt.conſ.201. num.67.vbi de communi,& eamdem opinionem tuetur in conſil. 226.nu.103.vol.2.ac Brun.conſ.62.nu.17.& ſeq.latè Cœphal.conſ.132.nu.14.& conſ...& ſeq. ferè per totum, lib.2. & quod ſit attendendum tandem illud dictum,quod magis adhæret veritati, pro qua inueniẽda,iudex debet plurimum elaborare, latè Laurent. de Pinu.conſ.169.nu.2.& ſeqq.vbi ſubdit ſiue fuerit primum,ſiue ſecundum & ibi concordantes allegat.

5 Alij autem diſtinguunt, vt ſi ſecundum dictũ emanauerit in tortura ante publicationem proceſſus, & antequam teſtis loquatur cum parte,tunc attendatur ſecundum dictum factum in tortura, ſecus ſi teſtis loquutus fuerit cum parte, quia attendi debet primum dictum ſine tortura, & non ſecundum dictum in tortura,vt poſt Ang.tenet.Ant.Gabr. in concl.26. lib.7. Boſſ.tit.de oppoſ.contr.teſt.nu.1. in fine,& latè conſuluit.Cœphal.in dictis conſil.132.& conſ.133. lib.2. vbi latiſſimè,& ad contraria reſpondet, Baiard.q.53. num.33.& Mod.Rom.in q.66.num.171.vbi ait,quòd Ang.forſan verius dicit,& conſ.39.num.8. Caualc.de teſtib.p.4.n.154.litt.V, Andr.Fachin.controuerſ.iur. libr.9. c.84. Ego autem admoneo iudicem,vt in propoſito cõſideret qualitatem teſtis,& torturæ, vt ſi teſtis fuerit famulus,amicus,ſubditus,vel vaſſallus, & ſimilis,& tunc cenſeatur ſubornatus, & attendatur primum dictum, tanquam magis veriſimile, ac etiam ſi fuerit leuiter tortus ad videndum in quo dicto perſiſtat,quod de iure minimè fieri poterat, quãdo loquutus fuerit cum parte,ſed debebat torqueri ad ſciendũ à quo fuerit ſubornatus,vt ſuperius dixi c 2. in fin. cũ non ſit in arbitrio teſtis, ius quæſitum parti, ea inuita ſibi auferre, eum in iudicijs celebretur quaſi contractus l.3. §.idem ſcribit.ff.de pecul. & quemadmodum in contractibus, altera parte renuente, non eſt locus pœnitentiæ,l.ſicut ab initio.ff.de action.l.ab emptione. ff. de pact. ita nec liceat teſti pœnitere, cum per dictum iudiciale quaſi cõtraxiſſe videatur, latè Hier. Hyſpan.in tract.comm.contra comm.q.803.per tot. vbi Alciat. & alios concordantes allegat, & quod dictum factum extra torturam non poſſit reuocari per teſtem.Caualc.de Brach.reg.p.2.nu.209.ſed benè fateor, quòd per ſecundum dictum factum in tortura, primum dictum debilitetur.

6 Ac etiam tenendo primam opinionem magis cõmunem Doctores dicunt procedere,quando ſecundũ dictum etiam emanauit metu tormentorum. Hieron. Gabr.conſ.169.nu.74.vol.1.Cõtrarium autem tenet. Decian.in reſpon.63.n.49.vol.2. vbi expreſsè firmat, quòd non debeat attendi ſecundum dictum, quando teſtis fuit eleuatus tantum in tortura,ſed primum dictum ſit attendendum.

7 Ac etiam procedit,ſi vtrumque dictum fuerit factũ in tortura, ſed in ſecũdo dicto fuerit grauior tortura adhibita, quia erit attendendum ſecundum, & non primum dictum,vt declarat. Decian.d.reſponſ.63.n. 47.vol.1. poſt alios, quos ad hoc allegat, & Caualc. de teſtib.p.4.n.135. in fin.dicit, quod teſtis qui in tertia depoſitione eſt varius à primo dicto, etiam facto in tortura neutri ſtandũ ſit,ſed ſi tertia vice torquendus,& erit attendenda depoſitio, quam faciet in iſta tertia tortura, vt vlterius torqueri non poſſit tamquam teſtis.

8 Et ſic,ſi fuerit pluries tortus,ſemper attenditur vltimum dictum factum in tortura. Cępoll.conſ.60. nu. 19.& ſeq.Marſ.in l.repeti nu.16. ff.de quæſt.in pract. crim.§.quoniam nu.7.Vulpell.reſponſ.104. num.10. Sed quia firmabant aliqui, quod neutro dicto ſtandũ eſſet,ideò Modern.Rom.q.66. n.174. pro concordia videtur per Decian.reſponſ.62.n.46. in fin.volum.2. diſtinguere,vt ſtetur vltimæ torturę, ſi grauior prima fuerit, alias ſecus, quia leuis tortura non operatur, vt attendatur dictum factum in ipſa tortura. Laurent.de Pinu.conſ.166.nu.9.& dicam,in c.18.nu.5.

9 Imò attenditur ſecundum dictum in tortura, non ſolum ſi ambo dicta ſint iudicialia, verum etiã multo magis, ſi primum dictum fuerit extraiudiciale, quamuis iuratum.Cępoll.d.conſ.60. nu.16.& ſeqq. Anton. Gabr.concl.317.lib.7. de crim. Si vero primum dictũ extraiudiciale fuit ſine iuramento,tunc etiã,& multo magis attendatur ſecundum dictum in tortura, etiãſi primum dictum extraiudiciale eſſet magis veriſimile, vt poſt Tindar.in tract.de teſtib.lib.2.p.1.c.5. num.1. firmat Moder.Rom.q.66.nu.175.& ſeq.

10 Primo limita,& intellige,vt non attendatur ſecundum dictum factum in tortura, quando primum ſine tortura magis veriſimile eſſet.Cępoll.d.conſ.60.n.19. & ſeq.Roland.conſ.40.n.14.lib.1.Decian.reſponſ.93. nu.42.vol.2.vbi dicit multo magis procedere quando appareret de falſitate ſecundi dicti in tortura. Mod. Rom.q.66. nu.178. vbi teſtatur de communi,& vltra alios per eũ adductos tenet Menoch.de Arb.caſ.108. nu.2.Burſatt.conſ.201.nu.68. & conſ.216. num.118. vol.2.Ant.Gabr.concl.26.num.3.lib.7. Petr.de Surd. conſ.173.nu.92.vol.2.Caualc.de teſtib.p.4.nu.150.in fin.& nu.151.reddit rationem quia tortura eſt inſtrumentum pro eruenda veritate, & non pro mendacio ſubſtinendo contra veritatem, Honded.conſ.93. nu.
11 24.vol.2. † vbi ponit exempla,quando dicatur magis veriſimile, & quod ſit in arbitrio iudicis declarare, quæ veriſimilia dicantur.Baiard.q.53.nu.31.33. Farinac.conſ.38.nu.15. dicit, quòd non poteſt dari certa regula,niſi quod attendatur dictum magis veriſimile, & adminiculatum, & dicatur magis veriſimilis depoſitio,quando eſt conformis, & cõſona iuri communi. Corſett.ſing.7.in verb.teſtis,Parıſ.conſ.67. num.113. vol.4.Baiard.q.53.ſub nu.33. & de teſtibus deponentibus veriſimilia,vel in veriſimilia tradunt. Tiraquell. in l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat. Menoc. de arb.caſ. 83.lib.1. Et ideò mala eſt illa cautela tradita per Cępoll.in conſ.60.nu.18. per quam voluit, vt ſi quis vult complacere amico ſuo,perſuadeat teſtibus, vt dicant contraria primo dicto,quia poſteà iudex illos repetẽdo,eos aliquo timore in tormentis afficiet,& ſtabitur ſecũdo dicto ex interuallo facto, nam niſi teſtes in ſecundam depoſitione veriſimilia dicant, nõ erit bona, nec vera ſupradicta cautela, nec teſtes poſſunt repeti ſine cauſa, & ſi repetantur ſine cauſa nihil probent. Burſat.conſ.216.nu.106.vol.2.vbi alios allegat.

12 Secundo limita, & intellige, quando teſtis interrogatur

gatur de se,& de aliis, quia quoad alios attēditur primum dictum sine tortura,& non secundum factum in tortura,Crauett.conf.6.n.45.Cæphal.conf.233.n.50. & seq.Menoch.d.cas.108.nu.15. Couar.var.resolut. c.13.nu.8. Alciat.de præsumpt.regul.2. præsump.29. nu.13.Moder.Rom.q.69.nu.181. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, & vltra adductos per eū tenent,Ant.Gabr.d.concl.26.nu.4.Bursatt.conf.201. nu.66.vol.2.vbi de communi,& latè conf.216.n.105. vol.2.& de communi.Math.Brun.conf.62.n.3. & 19. p.1.Sim.de Pret.conf.178.n.26. vers.præterea, Hōd. conf.93.nu.23.vol.2.idem Farinacc.conf.20. num.5. conf.39.nu.7.Fab.Turret.conf.9.nu.18.vbi etiā alios allegat,& testatur de com.& in conf.12.nu.70. etiam plures alios allegat, & iterum testatur de communi, idemque est quando agitur de præiudicio, Fœlyn.in cap.cum in sua, num.4. vers. & si diceretur, de testib. Crau.conf.6.nu.16.Cæphal.conf.134.n.3.lib.2. Fab. Turret.d.conf.12.nu.71.

13 Sed contra istam magis veram opinionem insurgunt multi Doctores,vt attendi debeat secundum dictum in tortura,quamuis torqueatur in se, & in alios, quos Doctores refert, licèt eos non sequatur, Alciat. d.præsumpt.29.n.11.& 14.Marsil.in l.1.§.quæstioni, nu.1. vers. vellem tamen de quæstion.vbi dicit,quòd nescit cognoscere rationem diuersitatis, cur cōfessio cum tormētis sit validior in eo, qui torquetur simpliciter tanquā principalis quoad se & testis quoad alios, & contra illam magis communem opinionem etiam sentit Vulpellus respons.102. nu.12. & respons.103. nu.9.& seqq.& respons.104.nu.1.2.6.& seqq.

14 Sed ad conciliandum istas contrarias opiniones, Ant.Gabr.cōcl.26.n.5.post Tindar. distinguit, quod, si testis deponat de facto proprio: ideo si quis de se ipso,& de facto suo fateatur, tunc non erit attendendum secundum dictum factum in tortura, sed primū, cum reuocatio quamuis in tortura in facto proprio præsumatur facta ad sui exonerationem, si vero vtrūque cū tortura deposuit neutro credatur,vt declarat. Caualc.de Brach.Reg.p.3.nu.304.

Vel possumus dicere, & forsan melius, quòd tunc isto casu attendatur secundum dictum factum in tortura,quando aliquas haberet pro se coniecturas, præsumptiones,& adminicula,prout fuit in casu,Vulpel. d.respons.104.n.3.alias secus,vt etiam declarat Mod. Rom.q.66.nu.183.

15 Tertio limita,& intellige, vt procedat in ciuilibus, cum in eis expurgetur vitium periurij, secus in criminalibus, in quibus non expurgatur dictum vitium periurij,Crauett.conf.6.nu.16. Decian.conf.189. nu.11. vbi de communi,Gabr.lib.7.concl.26.num.10.vbi tamen dubitat de ista limitatione, Bursatt. consil. 201. n.67.vers.vltra quod vol.2.Fab.Turret.conf.9. n.24. vbi alios cumulauit,& conf.12.nu.73. Hier.Giach.ad

16 Iul. Clar.q.53.num...in litt.H,† Sed veritas est, quod etiam in criminalibus attendatur secūdum dictum in tortura,sed bene verum est,quod sine aliis adminiculis non grauaret nominatum ad torturam, sed solum ad inquirendum,Iul.Clar.q.53. vers.sic.quartus est casus post med.ibi: In hoc tamen Ducatu, & ibi; Benè verum est,& ita etiam tenet Mod.Rom.d.q.66.num. 186.vbi post Iul.Clar.testatur de communi.

17 Quarto limita, quando testis esset in articulo mortis, quia statur assertioni factæ minus solemni, & absque tortura, & sic secundum dictum factum in tortura non tollit primum dictum iam factum in ipso articulo mortis,latè Crauett.conf.6.num.51.& seq.& 5 nu.56.dicit, quod mortis periculum nō minus debeat operari,quam faciat ipsa tortura, & quo magis testis est morbo grauatus, eo magis ei fides adhibetur, & augetur,Ant.Gabr.concl.26.nu.11.lib.7.de crimin.

18 Quinto limita, & intellige, quòd, si testis patiatur vitium, non solum variationis, sed etiam alias exceptiones, aliosque defectus, tunc attendatur primum dictum sine tortura, & non secundum dictū cū tortura,Crauett.conf.6.nu.54.Ant.Gabr.d.concl.26.nu. 12.Mod.Rom.q.66.nu.188. Eugen.conf.27.num.56. vel neutri credatur,Crauett.conf.6.n.15.Io.Bott.cōs. 2.n.63.Bursat.cōs.35.n.35.lib.1.Turret.cōs.12.n.74.

19 Sexto limita,& intellige, vt vitium periurij expurgetur per torturam in ciuilibus,secus in criminalibus, vbi non expurgatur infamia periurij per torturam,& ob id, si ex secūda depositione testis periurus efficiatur,non attenditur secundum dictum, sed primum factum sine tortura,Crauett.consil.6.nu.47. & seq.post Bart.& Dec.Ant.Gabr.d.conclus.26.n.10.lib.7. Menoch.de Arb.cas.108.n.6.lib.2.Osasc.decis.65. n.32. & seq.Bursatt.conf.201.nu.67. vers.vltra quod vol.2. Matth.Brun.conf.62.nu.12.& seqq.& n.18.Honded. conf.93.nu.33.vol.2. & prius in consil.100, num.38. vol.1.latè Rim.Iun.conf.704 nu.30. & seq.vol.6. Eugen.conf.27.nu.54. vbi alios allegat, & idem Hond. conf.102.nu.36 vol.1.Add.ad Iul.Clar.q.53. in lit.H, Gratian.in Discept.Forens.lib.c.192.n.15. & seq.Fab. Turret.conf.9.nu.20. vbi alios allegat, & testatur de com.ex illa ratione, quia iuramentum fit indiuiduum, Becc.conf.45.nu.10.lib.1. & quod fides testimonij diuidi non possit, Caualc.de testib.p.3.num.70.& quod periurium non expurgetur per torturam. Idem Turret.conf.12.num.72. vbi de communi, & alios etiam concordantes allegat.Sed Mod.Rom. in q.66.n.190. dicit, iudicio suo, non posse talem limitationem adaptari, cum semper vitium periurij præsupponatur ex diuersis,& contrariis depositionibus, & ob id per istā limitationem, aut destruitur regula supra posita, aut intelligi debet, quando primum dictum fuit extra iudiciale,& sine iuramento; Et nihilominus Doctores communiter præsupponunt dictum esse iudiciale, & cum iuramento:& ideo super ista limitatione esse cogitandum; Poterit tamen saluari ista limitatio ex quadam consuetudine,quæ est, quod vitiū periurij in criminalibus expurgetur saltim, vt testi credatur, & faciat indicium ad torturam contra nominatum, secūdum Clar.q.21.vers.scias tamen,& de eadem consuetudine testatur,idem Farinac.conf.10. nu.10. vers.de consuetudine tamen, licet verè nō totaliter ei credatur,quoad indicium ad torturā, sed debilitetur secundum dictum factum in tortura per primum dictum in iudicio cum iuramento, vt non possit grauare nominatum ad torturam,vt post Bald.& Crauett.in terminis declarat. Thob.Non.conf.99.nu.6.Roland.conf. 98.nu.20.& 53.in fine,& idem Moder.Rom. in consil.39.nu.8. in princ.dixit post alios, quos allegat, vt non credatur neque primo, neque secundo dicto in tortura facto, Caualc.de testib.p.4.nu.155.in fi.

20 Si vero testis pateretur defectus infamiæ, vtilitatis, & similium, & non defectum variationis, & tunc attendatur dictum factum in tortura, & non primum, quod

quod nihil valet, Aretin.in cap. per tuas nu.35. extra de test. Alciat.de præsumpt.reg.2.præsumpt.29.n.12. & seqq.Iul.Clar.q.53. vers.tertius est casus, Modern. Rom.q.66.nu.179.Vulpell.respon.104.nu.9. vbi tradunt, secus esse in alio homine libero, quia, si indebitè torqueatur, attenditur primum dictum sine tortura, Turret.cons.9.nu.23.

21 Septimo limita, quando testis pateretur vitium inimicitiæ, quia per torturam iste defectus non tollitur, nec purgatur talis exceptio inimicitiæ, Crauet.cōs.6. nu.53.& seq.Ant.Gabr.d.conclus.26. nu.12. Bursatt. cons.201.nu.69.vol.2.& cons.216.num.204. & 217. eodem vol.2.vt latius dicam infra in c.18.nu.8.

22 Octauo limita, & intellige, vt, si secundum dictum factum in tortura non esset solemne, parte citata, & cum iuramento, sine dubio non tolleret primum dictum solemne,& cum iuramento,Ant.Gabr. d.concl. 26.num.9. & sic requiritur,vt tortura fuerit legitimè illata, & tunc attendatur depositio facta in tortura, alias secus,Boss.tit.de oppos.contra test.num.1. circa med.Menoch.de arb.cas.104. nu.14. in fin. Modern. Rom.q.66.nu.177. & quod requiratur citatio partis, vt dictum factum in tortura magis attendatur. Laurent.de Pinu.cons.169.n.10. & seq. Marcabr.ab Anguill.cons.50.nu.153.

23 Nono limita, quando primum dictum sine tortura esset pluries geminatum, & confirmatum, quia illud attenditur, & non secundum dictum in tortura, Decian.cons.175.nu.8.Roland.cons.73.n.33. lib.1. Menoch cas.108.nu.1.Hond.cons.102.nu.38. in princ. volum.1.Eugen.cons.27.nu.55.etsi cantaret in fauorem rei inquisiti, quia semper attenditur primum dictum,vt considerat,Bursatt.consil.216.nu.102. vol.2. Caualc.de testibus p.4.nu.154.

24 Postremò sciat iudex,quòd si aliunde cōstet de veritate vnius depositionis,testis non debet torqueri ad videndum in quo dicto persistat, cum tunc in eo non vigeat aliquis timor subornationis latè Farinac. cons. 44.nu.3.& seq vbi alios allegat.Maur.Burg. de mod. proced.ex abrupt.q 100.num.135.in fin.Bertaz.consilio 153. numero 8. libro 1. ad quod pauci iudices animaduertunt hac nostra tēpestate malo facto carceratorum.

Testis quando in foro conscientiæ possit celare veritatem,& quando teneatur ad damna, & interesse.

S V M M A R I V M.

1 *Testis,cui fuit aliquid promissum, vt taceret veritatem,si ipse tacere non promiserit,& deinde examinatus deposuit veritatem, non tenetur pecuniam acceptam restituere.*

2 *Testis, qui promisit nihil reuelare in damnum dantis pecuniam,si deinde examinatus veritatem dicat,tenetur pecuniam restituere.*

3 *Testis,qui promisit non reuelare,& non deposuit veritatem, non tenetur acceptam pecuniam restituere, sed tenetur ad damna,& interesse,quæ euenerint parti damnificatæ.*

4 *Reddens securum furem,si fur alias furatus non fuisset, & non restitueret furtum, tenetur ipse restituere bona furata.*

5 *Testis an possit in foro conscientiæ pro conseruatione vitæ alicuius delinquentis veritatem celare.*

6 *Aliqui distinguunt inter celare, & occultare veritatem,vt in primo casu,si fiat sine dolo, permittatur, in secundo autem casu,minimè permittatur.*

7 *Iuramentum refertur ad intentionem dantis iuramentum,non autem ad intentionem iurantis.*

8 *Testis quando valeat mendacium dicere pro saluanda vita alicuius in causa capitali.*

C A P. XVII.

1 IN hac quæstione breuiter dico,quòd si quis promiserit, vel dederit pecuniam testi, vt taceret, si ipse nihil promiserit, & deinde examinatus deposuit veri-
2 tatem,non tenetur receptum restituere; † Si verò testis promisit nihil reuelare, vel dicere in damnū dantis pecuniam, si postea deponat veritatem, tenetur danti pecuniam reddere, & contractum rescindere
3 antequam adimpleatur; † Si verò seruauerit promissionem,quia non deposuit veritatē, non tenetur precium restituere, cum contractum adimpleuerit, sed tenetur ad restituendum damnum, quod euenit parti damnificatæ per eius depositionem, vt explicat nouissimè,Fernand.Rebell.in Tract.de obligat. Iustitiæ lib.2.q.14.num.64.& potest iurari in litem contra testem, qui dolo falsum deposuit, vel si dolo deponere recusauit,& pars damnum recepit. Ploc.in l. si quando.nu.114.& seqq.& nu.715.ff.de iureiur. Caualc.de testib.p.3.nu.63.vers.& poterit iurari.

4 Si verò quis securum redderet,per munera furem, qui sine dicta assicuratione non esset furatus,si fur nō restituat furtum, tenetur ipse assicurans ad damni, & furti restitutionem,& multò magis,si eumdem furem animasset,Fernard.Rebell.d.lib.2.q.14.nu.64.in fi.

5 Solet etiam dubitari, an in causa capitali criminali liceat testibus celare, ac occultare veritatem pro cō-
6 seruanda vita delinquentis, siue homicidæ, & † Doctores videntur distinguere inter veritatem celare, & mendacium dicere, quia multi Sancti celarunt veritatem,& tamen non fuerunt mentiti, vt Abraham, qui vxorem suam celauit, dicendo esse sororem suam, ne occideretur, & de multis alijs Sanctis refert D. Thomas in 2.2.in q.110. art.4. Et Seraphicus Diuus Frāciscus interrogatus, si vidisset malefactorem transeuntem,quem verè viderat,annuens per clamydem, seu maniconem suum,dixit isthac non transiuit,& tamen non peccauit occultando veritatem, Afflict. super Constit.Regni lib.1.rubr.21. sub verb.inquisitio-
7 nibus,nu.7.mihi fol.108.† vbi subdit hoc procedere, quando sine dolo quis assereret, si vero cum dolo,& medio iuramēto ad interrogationem alicuius ita responderet, peccaret, cum iuramentum debeat interpætari secundum mentem dantis iuramentum,& nō secundum mentem, vel intentionem iurantis, & allegat D.Thomam 2.2.q 20.art... quod est notandum, quia audiui multos testes falsum deponentes in iudicio, qui putabant esse tutos, quia asserebant, quod quando iurarunt in iudicio,ipsi iurarunt dicere,prout deposuerunt, & non prout interrogare volebat eos iudex; Bene verum est, quod pro Innocentia Rei detegenda quilibet tenetur sub vinculo charitatis etiam non requisitus deponere veritatem.Villagut.in prac. crim.lib.8.tit.de testib.c.3.concl.3. vbi latè,sed vt cōdemnetur reus nemo tenetur spontè deponere, etiā si accusatori immineret periculum, vt firmat idem Villagut.

lagut.in concluſ.ſeq. quod eſt notandam quia ſæpè in practica contingit,quod teſtes recuſant ſe examinare ad defenſam inquiſiti, prout vidi cum mea admiratione contingere in perſonis,quæ charitatem pro ore ſemper habebant.

8 In cauſa autem, quando teſtis dicit mẽdacium pro ſaluanda vita alicui in cauſa capitali, videntur etiam Doctores diſtinguere inter viros perfectos, & ſãctos, & alios non ita perfectos, & ſanctos, vt perfectis, & ſanctis non liceat celare veritatẽ, ſed alijs minus perfectis liceat pro tuenda vita Rei capitalis,per text. & gloſ.in cap.ne quis arbitretur,22. q.2. Aſten.in ſum. in lib.1.tit.26.art.5.circa finem,quando nulli noceat, vt in viris perfectis ſit peccatum mortale, in alijs non ita perfectis ſit peccatum veniale, & Specul.in tit.de teſte, §.qualiter autem verſ. & nota etiam dicit, quod in criminalibus non eſt peccatum celare veritatem, ſed Diuus Thom.in 2.2.in q.110. art.4. reprobat ſupra dictam diſtinctionem, inquiens, quòd nullum peccatum,quod laicis eſt veniale, viris perfectis eſt mortale ,niſi propter ſcandalum; idem firmat Ant. Arch. Florent.in 4.p. ſuæ ſummæ,tit.11.c.13. §.quartus,& Abb.in c.ſuper eo de vſur. ex illo text. dicit, quod nõ debeat quis mentiri , vt liberet quem à morte , dicens etiam, quod quis non debet committere peccatum veniale, vt alius euitet mortale, cum verè celare veritatem ſit peccatum,11.q.3.quiſquis metu de crimine falſi cap.1. & ſi nolit deponere veritatem,poſſit cogi cap.peruenit el 2. de teſtib. cogen. prout hæc omnia refert Afflict.ſuper Conſtit.Regn.d.lib.1. Rubr.21.in verb.inquiſitionibus,num.6. & ſeq. & plenius de hoc ſcribit Hoſtien.in ſumm.de pœn.& remiſ. §.quæ interrogationes,verſ.dixiſti vnquam mẽdacium ? ad cuius ſcripta omninò me remitto,& ad ea,quæ per Sanctam Matrem Eccleſiam determinatur.

Tortura in teſtibus quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Tortura operatur,vt Reus perſiſtens in negatiua cenſeatur dixiſſe puram veritatem , & hoc procedit etiã in tortura teſtibus illata.*

2 *Tortura operatur , vt teſtes inhabiles efficiantur habiles.*

3 *Tortura operatur , vt vnus teſtis tortus ſecundũ aliquos plenè probet , quando deponit de facto proprio ; contrarium autem tenent alij Doct.*

4 *Tortura dicitur ſpecies probationis , licèt fallax probatio.*

5 *Tortura auget fidem teſtibus,quãdo fuit illata eo modo , quo poſſit cruciatum corporis inferre , & non per ſpacium vnius Pater noſter, ſiue vnius Miſerere.*

6 *Tortura tunc auget fidem teſtibus,quando fuit illata, legitimis præcedentibus indicijs.*

7 *Tortura expurgat vitium variationis , & non plures defectus.*

8 *Tortura non expurgat vitium inimicitiæ.*

9 *Tortura an expurget vitium periurij.*

10 *Tortura illata in ſe, & in alios, quoad tertios dicitur debilior confeſſio in tormentis facta, quàm alia facta ſine tormentis.*

11 *Tortura in teſtibus non purgat defectum citationis.*

12 *Tortura Notario illata ſuper falſitate inſtrumenti, ſi Notarius ſubſiſtat non corroborat inſtrumẽtum, imò operatur , vt ipſum inſtrumentum in cauſa ciuili non probet.*

13 *Tortura non eſt inferenda teſti ,qui alias nihil probaret,niſi in quibuſdam criminibus.*

14 *Tortura non ſupplet defectum numeri teſtium.*

CAP. XVIII.

1 IVdex circa torturam teſtibus inferendã debet multum inuigilare,quia eſt regula ſatis trita, vt tortura operetur , quod ſi tortus perſiſtat in aliqua depoſitione,cenſeatur puram veritatem dixiſſe, iuxta vulgarem doctrinam Alber.in rubr. de quæſt. nu.9. & in l.Edictum nu.2. C.eodem,quam opinionẽ omnes obſeruant in Italia,& verã dicunt, vt eſt videre per Doctores adductos per Mod.Rom. in conſ.25. num.45. Iul.Clar.q.64.nu.34. Magon.deciſ.Lucen.89. nu.12. Decian.reſponſ.93.nu.132.vol.2. Rim.Iun. conſ.84. nu.1.tom.2.crim.diuerſ.Quæ opinio Alber.& ſequaciũ præcipuè vera eſt in teſte torto , vt declarat Sim. de Pret.conſ.104.n.42.& ſeq. & Decian.in d.reſpon. 93.nu.117. dicit,quod tortura illata principali ſuffragetur etiam alijs imputatis de auxilio,ope,vel fauore præſtito.

2 Ac etiam operatur tortura in teſtibus,vt, qui alias erant inhabiles, efficiantur,habiles, & idonei,cũ tortura expurget defectus,& exceptiones teſtium. Alex. conſ.11.nu.5.vol.1.Marſ.in prac. crim. §. diligenter nu.62.& Iul.Clar.q.25.n.1. vbi de communi. Decian. d.reſponſ.193.nu.3.vol.2.Honded.conſ.102. nu.26. vol.1.Farinac.conſ.29.num.10. qui omnes alios allegant,Villagut.in prac.crim. lib.8. tit.de teſtib.cap.7. concluſione 1.

3 Imò aliqui volunt , quod vnus teſtis tortus plenè probet, quãdo deponit de facto proprio, quos refert Decian.in d.reſponſ.93.nu...vol.2.Qui tamen ſub nu. 60. contrarium tuetur, vt minimè probet plenè teſtis tortus,quamuis deponat de facto proprio, & ibi ſubdit, quod iura , & Doctores qui in contrarium adducuntur,vtuntur numero plurali,& ſic, quod requirantur plures teſtes torti ad plenam probationem , cum tortura ſolum tollat defectum infamiæ , & non ſuppleat defectum numeri.

4 Ac etiam tortura dicitur ſpecies probationis,adeò quod vbi fuit illata tortura teſtibus , ibi, dicatur facta probatio ad incluſionem, vel excluſionẽ delicti. Crauett.conſ.35.nu.20.vol.1.Decian.in tract.crim.lib.5. cap.36.nu.1. vbi ſubdit, licèt dicatur fallax probatio. Boſſ.tit.de confeſs.nu.56. Farinacc. conſ.6. num.28. conſ.60.nu.26.Maur.Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupto Cent.1.q.100.nu.53.& ſeqq.

5 Primo limita, & intellige, vt tortura augeat fidem teſtibus,eſſe verum, quando fuit illata eo modo, quo poſſit cruciatum corporis inferre,& non quando ferè infertur per locum, vt per ſpaciũ vnius Pater noſter, ſiue vnius Miſerere,vt bene declarat Rim. Iun.conſ. 360.nu.74.& ſeqq.vol.4.Brun.conſ.61.num.6. & ſeq. p.1.Decian.reſponſ.93.nu.46.vol.2.Baiard.q.21.nu. 53.& ſeq. & q.24. nu.96. & melius Laurent. de Pinu. conſ.169.nu.9.

6 Secundo limita,& intellige, quando fuit illata teſti legitimè,& præcedentibus indicijs,vt dixi ſuprà.

7 Tertio limita, & intellige , vt expurget in teſte vitium variationis, & non alios plures defectus , & ſic vnum defectum,& non plures.Crauett.conſ.6.nu.34. & ſeq.

& ſeq. Burſat.conſ.192. lib.2. Roland.conſ.3.nu.48. & ſeq.lib.3.latè Rim.Iun.conſ.113.nu.33. conſ.120. num.29.vol.2.& conſ.360.nu.82.volu.4.Hond.conſ. 100.nu.37.volum.1.& conſ.93.num.52.vol.2.Farin. conſ.11.nu.12.& cõſ.22.ſub nu.16.& conſ.79.n.10. Quod Doctores admittunt etiã in criminæ læſæ Maieſtatis, & in caſu difficilis probationis, & vbi aliter veritas haberi non poſſet. Farin. d.conſ.10.num.12. Burſat.conſ.418.nu.7.verſ.etiam quod vol.4.licet Baiard.cuius fuerit in addit.ad Iul.Clar.in q.24. nu.128. in fin.atteſtari,quòd de conſuetudine nõ obſeruetur, quæ atteſtatio Baiardi debet forſan verificari pœnes latrunculatores iuris ignaros, & parum Deum timẽtes,ac ad inanẽ gloriam anhelantes in populo ſuper ſanguine pauperum carceratorum,quibus omnia sũt plena, & ꝙ non expurget plures defectus. Fab. Turret.conſ.9.nu.35. conſ.15.nu.75. conſ.24.num.30.& ſufficiunt duo defectus, vt teſtes dicantur penitus inhabilis. Menoch.caſ.99.nu.7.Burſat.conſ.135. nu.2. vol.2.vbi de com.Eman.Suarez.recept.ſent. in verb. teſtis,n.216.vbi etiam de cõmuni, & etiam vbi aliter veritas haberi non poſſet,vt habeantur pro non examinatis. Turret.d.conſ.9.nu.33.vbi alios allegat.

8 Quarto limita in teſte odioſo, & inimico, in quo tortura non expurgat defectum, ac exceptionem inimicitiæ. Gram.conſ.8. nu.11.conſ.38. nu.11. & ſeq. vbi loquitur in inimico,ob verba minatoria.Roland. conſil 24.nu.38.vol.1.& conſil.37.num.13.vol.3.vbi loquitur in inimico iniuriato. Boſſ. tit.de Inquiſit.nu. 52.Rim.Iun.conſ.524.nu.30.& ſeq.vol.5. Bertazzol. conſ.251.nu.14.vol.2.Baiard.q.24.num.18.imò nec etiam facit indicium ad inquirendum. Rim.Iun. in d. conſ.524. nu.30. & ſeq. quod magis procedit in mulieribus,quæ faciliores ſunt ad vindictam.Burſat.conſ. 234.num.36.volum 2. Maſeard.concluſ.85.num.12. de probat. vol. . . .

Quinto limita, vt in criminalibus tortura non expurget vitium periurij,vt dixi in præcedenti cap.licet Modern. Roman. in conſil.10.num.10.dicat contrarium ſeruari de conſuetudine.

10 Sexto limita,& intellige, vt ſi quis tanquam ſocius criminis torqueatur in ſe,& in alios,& ſi fateatur delictum,confeſſio facta in tormentis,quoad alios debilior ſit,quam illa,quæ fuit facta extra tormẽta. Brun. conſ.62.nu.1.p.1.Dec.conſ.175.nu.8. Gram.vot.34. num.11.conſ.35.in fin.Foller.in pract.crim.3.part.3. part.princip.in verb & ſi confitebuntur nu.90. Baiar. q.65. num.2. in fin. vbi poſt Bart.in l.1.§.quæſt.ff.de quæſt.diſtinguit tres caſus, primus eſt quando quis in ſe tantum interrogatur, & tunc validior ſit confeſſio ſpõtanea,quàm facta in tormentis; ſecũdus eſt,quando quis de alio interrogetur,& tunc ſit validior, quæ fit cum tormentis;Tertius eſt quando quis torquetur in ſe,& in alium,& tunc ſit validior confeſſio, quæ fit in tortura. Et ſcias in hac materia, quod ſocius criminis licet fuerit de delicto aggratiatus, tamen poterit torqueri ad eruendam veritatem contra ſocios,cũ gratia non amplectatur torturam in caput aliorum. Bertazz.conſ.341. 556. 559. Hond.conſ.100. vol.1. Coſta de ſubſid.remed.remed.26.nu.9.de quo tamen vide in defenſ.31.c.6. per totum.

11 Septimo limita,vt tortura teſtibus illata non tollat defectum citationis,Brun.conſ.61.nu.2.& n.8.& poſt Felyn. & alios, Baiard. in q. 11.num.4. cum tortura teſti ſit inferenda in præſentia Rei, vel ipſo citato, vt afficere poſſit eumdem Reum. Boer.deciſ.319.nu.4. Vulpell.reſponſ.76.in fi.Baiard.q.25. nu.10. ad quod deſenſor cauſæ benè aduertat,licet Caualc. de teſtib. part.3.ſub nu.77.in fin.& part.4.nu.149.dicat torturam non requirere citationem partis, qui poteſt intelligi,quando torquetur teſtis prima vice pro habenda veritate,ſecus erit dicendum ſi confrontetur cum reo,quia debet torqueri in faciem ipſius rei,vel repeti in tortura parte citata.

12 Octauo limita, vt tortura Notario illata ſuper falſitate inſtrumenti,ſi ſubſtinuerit,non operetur,vt maior fides inſtrumento adhibeatur, imò ex ea tollatur de fide,& non probet,vt latè conſuluit Ludouic. Maroz.conſ.17.n.3.& ſeq.lib.1.ad quod Aduocatus valdè inuigilet defendẽdo Notarium a tortura, ne fides poſteà inſtrumento tollatur in cauſa ciuili, prout ego multum inſudaui ad eruendum quemdam Notarium è manibus iudicis, ne torqueretur pro habenda veritate ſuper falſitate cuius d. inſtrumenti, ne poſteà d. inſtrumentum in vna ciuili cauſa Bononienſi ſubuerteretur, licet opinio Marozi non recipiatur totaliter, vt dicit Ant.Theſaur.in qq.forenſ.q.47. nu.19.

13 Nono limita,vt teſtis inhabilis,qui alias non faceret indicium non debeat torqueri,Burſatt. conſ. 216. n.11.vol.2.Bertazz.conſ.549.n.5.Card.Tuſch.in litt. T,concluſ.333.n.14.in fin.Baiard.q.25.n.11.& ſub n. 12. etiam firmat, quod ſi teſtis eſſet falſus, non deberet, nec etiam contra falſarium torqueri, cum nihil operetur, niſi in crimine læſæ maieſtatis,falſæ monetæ,vel in falſitate ſigilli Principis,& in iſtis etiam debent concurrere aliquæ aliæ coniecturæ,vel præſumptiones, vt torqueri poſſit, & aliquid tortura operetur,de quo dixi alias ſuperius.

14 Decimo limita, vt tortura non ſuppleat defectum numeri teſtium, vt ſi vigore legis, vel alicuius conſtitutionis ad aliquem conuincendum duo teſtes requirantur,vnus non ſufficiat,quamuis eius dictum in tortura forſan eſſet confirmatum, cum tortura ſuppleat defectum infamiæ, & non numeri, Decian. reſponſ. 93.num.6.volum.2.

DEFENSIO XX.

Circa Reorum examina.

Inquiſito an ſit deferendum iuramentum de veritate dicenda.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de veritatem dicenda non eſt per iudicem Reo deferendum.*
2 *Contraria opinio de iure, & de conſuetudine ſeruatur.*
3 *Reus negans delictum peccat mortaliter, & Aduocatus conſulens negari delictum etiam peccat mortaliter, & poteſt puniri.*

CAP. I.

1 AN iudex in cauſa criminali deferre debeat iuramentum de veritate dicenda inquiſito, Marſil. in l.penult.n.72. ff.de quæſt.aſſerit non eſſe inquiſito præſatum iuramentum deferendum,& idem firmat in Pract.§.poſtquam nu. 4. quam opinionem communem dicit,Salyc.in principalis, §. quod obſeruari ſub num. 21. C. de iureiur. propt.ca-

propt.calum. Decian.in Tract.crim.lib.2.c.21.nu.23. qui adducit cap.tàm literis de test.vbi glos.& hoc de iure est omnino verum, Ant.Scapp. de iur.non script. lib.5. c.65.num.7.Scacc.lib.1.c.86.nu.27.de crim.& prius in c.12.sub n.8.dicit cautum lege non reperiri,vt sit reo deferendum d.iuramentum,cum non cogatur propriam turpitudinem detegere,vide latè Villagut. in pract.crim.lib.1.c.5.conel.2.& seq.

2 Contrariam opinionem, vt tale iuramentū de veritate dicenda deferendum sit inquisito, originaliter tenet Bart. in l. Marcellus,ff de reor.amot.quam cōmunem fatetur,Mars.in d.l.penult.num. 72. quamuis practicandam non esse,firmet Diaz.in Pract. Crim. c. 126. Clar q.45. Gomez.tit.de delict.c.12.nu.15.Couar.var.resol.lib.1.c.2.num 2.Cordica in suo quæstionario lib.1. q.43. dub.3. Soc.de ratio.tegen.secret.2. membr.q.7.& lib.5.q.6.art.2.de iust.& iur.Nauarr.in Tract.de restit.lib.2. c.4. num.138. vbi de communi, Hier.Hispan.in Tract.comm.contra commun.q.301. num.1.& 2.qui alios allegat,& testatur de communi, Scacc.in d.c.12.num.9.vbi dicit hoc esse introductum a practica, qui habet annexam occasionem periurij, prout etiam animaduertit, Iul. Clar. q. 45. vers. sed quæro numquid: Rationes autem, & fundamenta quis videre poterit apud Jallez. in addit. ad Diaz. in loco citato in litt. A,colum.4. vt refert Hier.Hispan.in d. q. 301. num. 3. & quod ita seruetur de consuetudine per totam Italiam testatur, icapp.vbi supra Cartar. in Pract.interrog.reor.lib.3. c.3.nu.15.Scacc.d.c.86. n.27.& de eadem consuetudine testatur, Ant.Gomez

3 tit.de delict.c.12 num.15.vbi subdit, † & ob id Reus negat veritatem, peccat mortaliter, licet incurrat in pœnam mortis, Villagut.in pract.crim.lib.1 c.5.conclus. 4. in princ.& quod Aduocatus etiam incurrat in peccatum mortale, si consulat Reum negare veritatem,latè Peregr.conf.2.num 153.& seq.lib.2.vbi adducit Theologos, & Canonistas,imò subdit,quod teneatur consulere clientem restituere, quod indebitè tenet,& Battand.in pract.crim.reg.12.num 17.dicit, quod Aduocatus, & Procurator possunt puniri,si instruant Reum ad ita dicendum.Et de forma præstandi iuramentum dixi supra in defens.14. c.6.Et si recuset iurare. Specul.in tit. de iuram.cal.§.superest vers. quoniam per l. si confessus,ff.de cust.reor.dicit,quod debeat haberi pro confesso,sed Baiard.q. 45. num.5. dicit, quod illa lex hoc non disponit,& ideò quod sit cogendus ad deponendum etiam per torturam, Caualc.de Brach.reg.p.3.num.69.vbi subdit esse sanum remedium maximè quoad testes,& sub num.62. dicit, quod si recuset respondere poterit etiam torqueri tam publicè, & quàm in secretis carceribus, quando sumus circa substantialia negocij, secus si circa alias circumstantias licet dicat in practica aliter obseruari in vtroque casu, sed quod in leuibus leuiter in grauibus grauiter torquatur.

Iuramentum calumniæ an in criminalibus sit deferendum,tàm Reo,quàm actori.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum calumniæ in criminalibus deferendū est, tàm Reo,quàm actori,licet alij contrarium teneant.

2 Author conatur istas contrarias opiniones concordare.

3 Limita in quibusdam criminibus hic per Authorem expressis, nempè in criminibus exceptis, vt non iuretur de calumnia.

4 Fisci procurator non tenetur iurare de calumnia.

C A P. II.

1 Qvod in criminalibus iurari debeat de calumnia, tàm a Reo, quàm ab Actore,tenet Soc. in cap. litteras,num.7. vbi firmat hoc pro regula de iureiur. Clar.q.18. num.3. circa fin. vbi de communi, & in q. 62. num.7.& in d.q 18.num.3.testatur ita seruari per totam Italiam, ac in Hispania, & etiam de generali consuetudine, vbi tamen firmat non seruari in statu Mediolani, & etiam simpliciter testatur post Foller. quod numquam viderit obseruari, & ibi etiam Baiar. num. 2. testatur de non obseruantia,& quod debeat accusator iurare de calumnia tempore quo porrigit accusationem. Bart. in l.1. num.6. C.de iur.calumn. Aug. de Ang.in verb.& ad quærelam,n 4. Mantua in l.transigere num.23. C.de transact.Galganet in glos. ad statu. Vrb. lib. 2. cap.2. vers.teneatur suam accusationem.

2 Quæ contrariæ opiniones possunt reduci faciliter ad cōcordiam,vt secunda opinio negatiua procedat, quando a parte nō petitur, & prima opinio quando pars instat pro delatione dicti iuramenti, vt omnino sit iurandum,Clar.d.q.18. num.3.in fin.Soc.in d.cap. litteras num. 7. latè Ant.del Rè in tract.de iuram.calum.c.19.num.13.cum plur.seq.vbi sub num.15.postquam confutauit aliqua contraria testatur de communi obseruantia,& de communi etiam testatur,Bursatt conf.106.num.15.vbi etiam alios allegat,& dicit, quod si omittatur, quando fuit petitum, nullitas facile potest remitti, & ita in facto obseruatum fuit in causa Gulielmi Berue in Tribunali A.C.tempore Farinacij Locumtenentis Criminalis, qui iurauit de calumnia in productione articulorum ad defensam, cum fuerit per actorem instatum, quod ipse Gulielmus iuraret, & talis opinio procedit etiam in causis mixtis. Soc.in d.c.literas,nu.6.vers.6.procedit, Spec.in tit.de iuram.calum.§.2. nu.1. Ant.del Rè in d.c.19. nu.20.

3 Sed limita in criminibus læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, simoniæ, sodomiæ, falsitatis,assassinij,aliisque criminibus exceptis, in quibus ob eorum immanitatem receditur a regulis iuris communis, & ob id etiamsi in his fuerit petitum † & omissum iuramentum,non vitiaretur processus,secus in alijs, prout est videre per Anton. del Rè in d.tract. de iuram.calum. cap.19.num.19.& 28.

4 Ac etiam fallit in procuratore fiscali,qui non tenetur iurare de calumnia,Franc.Luca.in tract.de fisc.& eius priuileg.cas.79.Mising.cent.1.obseru.74.vbi testatur ita in illa Camera Imperiali obseruatum fuisse.

Inquisitus an possit puniri de periurio.

S V M M A R I V M.

1 Reus principalis non punitur de periurio, sed solum Deum habet vltorem.

2 Iuramentum calumniæ non punitur in hoc sæculo.

3 Contrariam opinionem, vt iuramentum calumniæ puniatur,tenent alij Doctores.

4 Reus quomodo possit excusari à pæna calumniæ, remissiuè.

5 Negans positiones,nec etiam punitur.

6 Reus committens periurium in respondendo inquisitioni non punitur.

7 Reus examinatus tanquam principalis in se, & testis in alios non punitur de periurio.

8 Periurium in hoc sæculo non punitur in eo, qui aliquo modo interesse habere potest in depositione.

9 Periurium non punitur in foro contentioso, secus in foro Poli.

10 Periurium grauat inquisitum mendacium ad torturã.

11 Multa potest per iudicem inferri, & exequi contra principales, si detegat in eis periurium.

12 Periurus pluries, ex ipsa geminatione punitur pœna extraordinaria.

13 Periurus in iudicio in præiudicium tertij punitur, secundum magis communem opinionem.

14 Periurus non punitur, vbi infligitur pœna corporis afflictiua, vel vbi ingeritur infamiæ nota, secus in alijs pœnis pecuniarijs.

15 Periurus in contractibus, & extraiudicialibus habet solum Deum vltorẽ, nisi essent in præiudicium tertij.

C A P. III.

1 IMperator in l.2. in princ. C. de rebus credit. & iureiur. sanciuit solum esse peierantem apud Deum puniendum, & habere solum Deum vltorem, Bart. in tit. de examin reor. nu. 10. Iul. Clar. q. 45. nu. 12. vbi testatur, quòd in hoc nemo contradicit, & quod ita seruatur in practica. Granut. Theorem. 3. nu. 1. & 2. vbi de magis communi latè Bertazz. cons. 124. num. 1. & seqq. vol. 1. vbi Add. in lit. A, in fin. testatur etiam de communi, & quod ita Romæ, vbi solent periuri acerrime puniri, seruatur, & latius in cons. 323. n. 1. & seq. vol. 2. Vulpell. respons. 102. nu. 12. & respon. 103. n. 10. & seq. Hier. Hispan. comm. contra comm. q. 103. n. 4. vbi etiam alios concordantes allegat, latè Granut. Theorem. 3. nu. 3. vers. tamen quicquid vbi de comm. & practicata opinione Romæ Mediolani, & in Regno Hispaniarum, & ibi concordantes cumulauit, vbi sub n. 5. post Fanuc. in tract. de in lit. iurand. 5. memb. n. 3. in fi. dicit procedere etiam si notoriè per constituti confessionem, vel alias de periurio constaret cõfutato. Carauit. in rit. 76. n. 7. & seq. contrariũ tenẽte.

2 Idemque est in iurante de calumnia secundũ Bald. in l. de tutela, C. de in integrum restit. qui exclamat pro consultoribus, & Doctoribus diuersimodè consulentibus Rip. in cap. 2. nu. 5. de rescript. Bero. q. 134. nu. 1. & 9. Boer. decis. 305. nu. 5. vers. quid dicendum, vbi de communi, Hiero. Hispan. in d. q. 301. nu. 5. vbi etiam de communi, Decian. in tract. crim. to. 2. lib. 6. c. 11. in litt. D, in verb. respondere de iureiuran.

3 Contrariam opinionem, vt periurium in iuramẽto calumniæ puniri debeat, tenet Marant. de ord. iud. rubr. de iuram. artic. 9. n. 23. Cagnol. in l. si quis maior, n. 91. C. de transact. cuius in trac. de mentiente n. 120. & nu. 130. Menoch. de arb. cas. 319. n. 10. & seq. lib. 2. & hanc opinionem sequitur, Ant. del Rè in Tract. de iuram. calum. c. 23. n. 10. & 13. vbi subdit, quod opinio contraria nullo iure suffulta reperiatur, & quod licet sit iuramento de credulitate, tamen præiudicet, ac si fuisset de veritate, sed ibi sub num. 14. etiam firmat, quòd iudices non debent admodum procliues esse ad recipiendum querelas, & ad inquirendum de simillb. periurijs, & calumnijs, nisi cum querela partis concurrant alia vrgentia indicia ad inquirendum, & procedendum, quia litigantes videntes eorum causam ciuiliter periclitare recurrant ad lenocinium criminalitatis, vt hoc modo terreant aduersarios, & sic per indirectum obtineant, quod directè habere nequeunt, & ibi docet, quæ probationes sufficiant, & sub nu. 24.
4 etiam tradit qua pœna puniri possit, † Et quomodo valeat Aduocatus cliẽtem suum excusare à calumnia videat eumdem, Ant. del Rè in d. c. 23. num. 19. & ego latè dixi suprà in defens. circa accusationem.

5 Idemque Doctores dicunt esse in respondente positionibus, vt si illas quis neget non puniatur, vt post Marant. Hieron. Hispan. d. tractat. com. contra com. q. 301. num. 7. vbi dicit etiam quid seruetur de iure illius Regni.

6 Ac etiam in specie idem dicunt Doctores in respõdẽte inquisitioni, vt minimè de periurio puniatur. Granut. Theorem. 3. nu. 3. vers. tamen quicquid, vbi de cõmuni, & de practicata in Vrbe opinione, & sub nu. 5.
7 dicit procedere, † etiamsi notoriè per probationes, vel per confessionem rei de periurio constaret. Ac idem est in eo, qui examinatur tanquam principalis in se, & testis in alios. Farinac. cons. 66. nu. 127. & seq. vbi de receptissima opinione, & seruata in practica, & cons. 80. n. 48. & ibi Add. in lit. C, vers. quare firmat Cartar. de interrog. reit. lib. 3. c. 3. nu. 16. Bertaz. cons. 124. nu. 1. & seq. vol. 1. Baiard. q. 45. nu. 8.

8 Idemque est in eo, qui fuit periurus, quia si fassus fuisset, in vituperium, aut infamiam ipsius confitentis redundasset, vt post Neuiz. Farinac. d. cons. 66. n. 130. in fin. & seq. vbi etiam firmat generaliter, quòd testis non dicatur periurus vbi ex aliqua causa tractatur de eius interesse, commodo, vel incommodo, & sub nu. 129. post Vulpell. & Claud. Bertaz. idem esse dicit in teste, qui aliquid negauit, quia timuit posse puniri.

9 Primò limita, & intellige, vt in foro contentioso non puniatur, secus in foro Poli. Clar. q. 45. n. 10. Granut. Theorem. 3. nu. 4. vers. quod tamen dictum.

10 Secundo limita, & intellige, vt grauet ipsum mendacem ad torturam, Clar. d. q. 45. n. 10. in fin. Granut. d. Theor. 3. nu. 6. Mod. Rom. cons. 80. num. 48. de qua limitatione dicam infra in materia indiciorũ ad torturam. Idemque est quando quis examinatur vti principalis in se, & testis in alios, vt nõ puniatur, sed quoad alios torqueri possit. Granut. Theorem. 3. num. 11. Baiard. in q. 45. nu. 8. vbi alios allegat, Farinac. d. cons. 80. num. 128.

11 Tertio intellige, quod iudices possũt mulctam pecuniariam periuris cominari, & deinde detecto periurio ad mulctæ executionem deuenire, vt post Bald. & alios firmat. Granut. d. Theor. 3. nu. 12. vbi in fine subdit, quod talis comminatio non vbique seruatur, & præsertim per iudices laycos. Baiard. q. 45. num. 9. vbi alios allegat, & dicit, an procedat, quando pœna sanguinis irrogatur, latè Add. ad Modern. Rom. in d. cons. 80. lit. C, vers. & per prædicta, & quod possit cominari d. pœna, & exigi si falsum dicat post Bartol. Marant. de ordin. iud. p. 6. in verb. depositio, n. 18.

12 Quarto limita, quando principalis fuit pluries periurus, nedum in primo processu, verum etiam in secundo, quia ex geminatione poterit puniri pœna extraordinaria, secũdum Granut. Theor. 3. n. 13. & seq. Quod minime puto esse verum, cum permittatur peierare per illam regulam, quod vnicuique liceat suam turpitudinem celare, & sanguinem proprium redimere,

re,quę ratio viget in quacunque geminatione,& ideò in foro contentioso nec etiam pœna extraordinaria puniatur, Moder. Rom. cons. 60. nu. 127. in fi. vbi testatur ita communiter practicari, & addentes ad eum in d. cons. 80. in litt. C, vbi de magis communi.

13 Quinto limita in periurio iudiciali rendente in pręiudicium tertij, vel alterius, quia punitur secundũ magis communem opinionem relatam per Granut. d. Theur. 3. nu. 15. vbi latissimè, & ponit exempla.

14 Sexto limita, & intellige esse verum, quando crimẽ est tale, ex quo imponeretur pœna sanguinis, secus si pœna pecuniaria, Baiard. q. 45. num. 6. qui alios allegat, Add. ad Farinac. in cons. 80. in litt. C, vers. verum prædicta, vel vbi ingeritur pœna infamiæ, vt sit impunibile periurium. Doct. adducti per d. Addit. ad Farinac. in cons. 80. in litt. C, in fine.

15 Periuriũ etiã in cõtractibus, & extraiudicialibus nõ punitur criminaliter, sed habet solũ Deum vltorem, Natt. cons. 598. n. 14. lib. 3. Guid. Pap. decis. 178. nu. 4. Granut. d. Theor. 3. n. 22. vers. in extraiudicialib. latissimè Surd. cons. 424. per tot. vol. 3 qui omnes cõcludit, nisi esset in præiudicio tertij, quia etiã criminaliter puniretur, & Granut. in d. n. 22. infert ad Bullam Gregorij XIII. super iure congruo, constit. 8. in fi. punientẽ simulatè contrahentes in præiudicium vicinorum, & aliorum, cum iuramento extra iudicium, de quibus in d. Bulla, & ita passim hic in Curia obseruatur.

Examen Rei, vel inquisiti, quare appelletur constitutum.

SVMMARIVM.

1 *Examen Rei appellatur constitutum, & quare.*

2 *Examen Rei, licet incipiat, examinatus, & constitutus non habet maius robur, cum non attendatur modus iudicis, sed effectus, & hic Author exclamat contra iudices aliter facientes, & credentes.*

CAP. IV.

1 REi examen vulgo appellatur cõstitutũ, vt firmat Iul. Clar. q. 45. vers. scias aut; quia, sicut visitatio & recognitio cadaueris appellatur visum, & repertũ, vt superius suo loco dixi, quia relatio notarij eo modo incipiat, ita quoq. examen Rei appellatur cõstitutũ, quia Rei examẽ incipit cõstitutus personaliter N, &c. vt bene aduertit Flamin. Cart. in Pract. interrog. reor. c. 1. n. 6. Scac. in tract. crim. lib. 1. c. 86. n. 26. Modern. Senogall. in tract. de mod. form. process. inform. lib. 2. c. 2. num. 3. & seq.

2 Et ob id, licet iudex incipiat in examine rei examinatus, & non constitutus, non per hoc eius depositio maius robur haberet, ne magis probaret, cum modus iudicis non sit attendendus, sed effectus, Bertaz cons. 124. n. 4. lib. 1. vbi alios allegat; ideò ad hoc aduocatus aduertat, quia aliquando iudices ignari putãtes, q incipiendo examen rei, non per constitutum, sed per examen, magis afficiat complices, talem modum seruant, sed minimè de iure verum est, Gram. decis. 8. n. 25. in fi. latè Mascard. de probat. concl. 1311. n. 8. lib. 3. vbi dicit; quia re vera, licet fuerit reus examinatus tãquam testis, tamen socius criminis est, cui fides nõ adhibetur, Osasch. cons. 64. n. 4 Moder. Rom. q. 43. nu. 5. & ibi ad nonnulla contraria respondet, & idem voluit in cons. 84. num. 10.

Reus quomodo stare debeat, dum examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Reus, dum examinatur à iudice, nõ debet detineri ferreis manicis ligatus, sed solutus, nisi qualitas personæ, & delicti aliter suaderet.*

2 *Rei qualitas est consideranda, an sit nobilis, vel ignobilis, grauis persona, vel idiota, vt sedere, vel non sedere debeat coram Iudice.*

3 *Nobiles, officiales, & alij in dignitate constituti, dum examinantur, sedere debeat.*

CAP. V.

1 DVm Reus examinatur non debet detineri ferreis manicis ligatus, sed solutus, Affl. in constit. humanitate nobis, n. 50. lib. 2. Foller. in Pract. crimin. in verb. fiat contestatio litis, nu. 1. & 3. Anton. de Nigr. super Cap. Regn. 143. num. 16. De consuetudine autem examinari poterit ligatus, si qualitas delicti, & personæ ita suadeat, cum iudices præ oculis habere debeant casum relatum à Franc. Casson. in controuers. crim. artic. 195. de eo, qui fuerat rogatus ab accusato, vt aurem porrigeret, quia habebat quędam in secreto ei dicenda, à quo remansit iugulatus, prout etiam refert Scacc. in tract. criminal lib. 1. c. 86. nu. 66. Ac etiam debet examinari in loco, vel camera, à qua per fenestras Reus se proijcere non valeat; nam hic in Curia vidimus præteritis annis in foro Capitolino quemdam se proijcere ex fenestra cameræ, in qua examinabatur, cum non esset dicta fenestra ferrea crate munita.

2 Ac etiam est consideranda qualitas rei, an nobilis, vel ignobilis sit persona, quia nobilis, & grauis persona est, cum decenti honore examinanda, Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 2. c. 3. in princ. Ac etiam sedere debet in aliquo humiliori loco, vt in causis fidei admonet Pegn. ad direct. inquisit. p. 3. comment. 18. §. non erit indecorum, Scac. in d. c. 86. n. 19. in princ. & desumitur ex text. in l. 3. vbi Senator. vel Clariss. vbi Bald. nu. 2. dicit desumi argumentum, quòd Episcopi accusati sedere debeant, sed aliquantulũ inferius, non autem superius cum cognitoribus causæ: idem ibi

3 simpliciter dicit Salic. circa princ. † & quod Barones, Comites, Marchiones, Principes, Duces, Consiliarij Regij, ac magni officiales, & alij nobiles sedere debeant, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causis coram iudicibus aliquantulum inferius, licet alias altiori loco, si processati non essent, sedere debuissent, tenet Vinc. de Franc. decis. 138. n. 5. p. 1. Pet. Caball. in qq. crim. cent. 1. cas. 54. per tot. qui dicit, q ista est quęstio non tacta à Doctoribus, q ipse viderit, licet sub n. 2. dixerit esse adhibendam distinctionem inter Iudices Vrbis Romæ, vel Cõstantinopolis, & iudices Prouinciarum, vt coram primis, tanquam magnis iudicibus rei stare debeant, non autem sedere, sed corã alijs debeant sedere, sed hic in Curia indistinctè personæ nobiles, & in dignitate cõstitutæ corã quibuscumq. iudicibus, quam iis magnis, vt puta, corã Gubernatore, & Auditore Cameræ examinati semper sedent in aliqua parte loci inferioris, & ego etiã idẽ semper obseruaui, & ab alijs discretis iudicibus obseruari vidi.

Iudices in actu examinis Reorum quid obseruare debeant.

SVMMARIVM.

1 *Iudices quid obseruare debeant, dum reos examinant.*
2 *Reus extra curiam examinandus cuius expensis examinari debeat.*

CAP. VI.

1 IVdices autem prudentes, discreti ac Deum timentes debēt respicere, an reus sit timidus, vel audax, & fortis, an timidè, vel audaciter loquatur, & qualem præseferat vultum, & qualem habeat effigiem, quia reperiuntur quidam natura verecundi, qui modestia potius mitigantur, quam pugna vincantur, Cartar. in Prax. interrog. reor. lib. 2. c. 3. in fin. sic videmus, quod illi, qui se prebent vultu terribili non semper benefaciunt, & ob id timidus debet terreri, iracundus concitari, ambitiosus inflammari, & verecundus modestis, & blandis verbis potius, quam toruo vultu capi, Cart. d. c. 3. nu. 6. Pegn. ad direct. inquisit. p. 3. comment. 23. §. bis cautelis. Ac etiam debet respicere, an reus sit litteratus, vel idiota, quia litterati diligentius sunt examinandi, ac debet considerare qualitatem criminis, cum non omnium morborum sit eadem medicina, ac etiam debet omnia indicia, quę contra reum existunt, custodire, vt est videre latius per Flamm. Cartar. in d. c. 3. per tot. per Pegn. in loco supra citato, per Scacc. in d. c. 8 n. 19. & seq. & per Modern. Senogall de mod. form. process. inform. lib. 2. c. 2. c. 4. 5. & 6. vbi etiam docet, quod in principio constituti debet exprimi tempus, & locus examinantis, nomen, & officium iudicis examinantis, & notarij scribentis, & fiscalis, siue eius substituti assistentis, nomen, cognomen, ætas, pater, & patria ipsius constituti, ac est facienda mentio de iuramenti delatione, ac de eiusdem præstatione per reum facta, & ibi tradit formulam constituti, & quod sit interrogandus reus de nomine, cognomine, & similibus, docet etiam Scacc. in d. c. 86. num. 29. vbi
2 reddit bonas rationes. Si verò contingat, quod reus debeat examinari extra Curiam, cuius expensis examinandus sit, vide Carauit. rit. 153. & Capell. Tholoss. q. 100. vbi latè Aufred. in addit. qui loquuntur, quando reus ratione nobilitatis non potest cogi accedere ad iudicem, sed erit mittendus notarius ad eius domum, vt expensis priuilegiati transmittatur notarius: sed sciat iudex, quod de iure procurator fiscalis non potest interuenire examinationi testium examinandorum contra fiscum, vt post Affl. in Const. Regn. in Rubric. incip. quæstiones, col. 2. vers. An in examinationibus test. cart. 141. in 1. lib. constitut. Benintend. decis. Bonon. 40. sed in Curia non seruatur. Imò, quando testes examinantur ad defensam contra fiscum præcipuum est, vt fiscus interueniat.

Quæ præcedere debeant antequam quis inter Reos connumeretur.

SVMMARIVM.

1 *Reus, vt plurimum fatetur delictum ex modo interrogandi.*
2 *Interrogandi modus, potius ex practica, quam ex theorica discitur.*
3 *Inquisitus non potest connumerari inter Reos, nisi prius constet de corpore delicti.*
4 *Inquisitus non potest inter Reos connumerari, nisi contra eum præcedant indicia.*
5 *Indicia quæ sufficiant ad transmittendam inquisitionē, & ad connumerationem inter Reos.*
6 *Inquisitio transmittēda Reo operatur, vt ex ea possint sequi condemnationes, & illarum exequutiones.*
7 *Reus, non præcedentibus legitimis indicijs, non tenetur respondere, nec se ipsum detegere.*
8 *Socius criminis, an teneatur alios socios, & complices propalare.*
9 *Inquisitus dicitur connumerari inter Reos eo ipso, quod examinatur super delicto ex subsequenti responsione affirmatiua, vel negatiua.*

CAP. VII.

1 QVoniam ex modo interrogandi, vt plurimum, extorquentur confessiones ab ipsis inquisitis, & carceratis, vt considerant Flamm. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 1. c. 3. Scacc. in tract. crim. lib. 1. c. 86. n. 13. & seq. & latius nu. 67. Moder. de mod. form. process. inform. lib. 2. c. 2. n. 1. & seq. vbi latè ponit bonam
2 practicam interrogandi, † quæ potius ex ipsa experientia, & diutina practica, quàm ex theorica desumi, & disci potest: ideò videamus quæ modo præcedere debeant antequam reus examinetur, & constituatur inter reos, & an reus debeat examinari intus, vel extra carceres, & Aduocatus videat ea, quæ dixi circa defensionem capturæ.
3 Et sine difficultate debet præcedere corpus delicti, & constare de eius corpore, tā si agatur de delicto facti permanentis, quā de delicto facti transeuntis, diuersimodè tñ, prout latè posui in defens. circa corpus delicti, quia dicuntur ligatæ iudicis manus vt non possit interrogare reum antequam constet de corpore delicti, Marf. cons. 12. nu. 34. cons. 14. n. 15. cons. 48. nu. 4. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 1. c. 2. nu. 2.
4 Et debent præcedere indicia, alias Reus non potest examinari, neq; cōnumerari inter Reos. Marian. Soc. 1 cons. 130. nu. 34. in fi. Boss. tit. de examin. reor. nu. 6. & seq. Sarmient. Select. interpræt. lib. 3. c. 13. sub n. 4. vbi plus dicit, quòd iudex interrogans Reum sine indicijs peccat mortaliter, & latè per nouem fundamenta, idem comprobat Nauarr. in Rubr. de indic. §. 13. principale, n. 1. & seq. vbi etiā respondet contrarijs Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 1. c. 2. num. 2. 5. & 6. vbi dicit, quia non debent sumi arma de domo Rei per interrogationem, non præcedentibus legitimis indicijs, quæ si præcedant, & deinde Reus interrogetur, non dicitur desumi arma de domo Rei, sed est coadiuuare fiscei probationem, Scacc. in tract. crimin. lib. 1. c. 58. n. 8 & seq. & c. 84. n. 9. Moder. Rom. q. 81. n. 15. latè Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 62. & seq. vbi subdit, quod legitimis præcedentibus indicijs omnino tenetur interrogatorijs etiam criminosis respondere, etiamsi tractaretur de periculo mortis, & ibi respondet ad illud, quod dici solet, vt nemo teneatur turpitudinem suam detegere, etsi neget respondere, poterit torqueri, tàm publicè, quàm secreto, & ibi ponit optimam practicam, quàm iudex adhibere debeat, & ego aliquando in practica vsus fui.
5 Et illa indicia, quę sufficiūt ad transmittēdam specialem inquisitionem, seu monitoriū, illa sufficiunt ad con-

connumerandum Reum inter Reos, quia, si est absens, citatur cum inserto tenore inquisitionis, vt suo loco superius dixi, si verò est præsens Reus examinatur, & connumeratur inter Reos, vt bene docet Scacc. in d. c. 84. num. 9. in princ. & sub vers. & caueas, dicit, quod potius grauiora indicia debeut esse, quam debiliora his, quæ requiruntur ad trāsmittendam inquisitionē, & grauiora requiruntur indicia ad inquisitionem formandam, & transmittendam, quàm ad assumendum informationes, vt latè est videre per Moder. Rom. in q. 1. nu. 48. latè Menoc. de præsumpt. lib. 1. q. 88. nu. 1. 7. & seq. & caueant iudices, ne decipiantur, quia alias sunt indicia ad inquirendum, nempè ad assumendū informationes, alia sunt ad transmittendā inquisitionē, ad quam requiruntur grauiora indicia, cū de grauiori
6 præiudicio agatur, † quia ex ipsa inquisitione nascūtur sententiæ condēnatoriæ, & illarū executiones et in pœnas capitales, & alias corporales. Flam. Cart. in tract. de execut. sent. cap. fin. nu. 67. 68. 94. & 103. Modern. Rom. q. 11. num. 16. versic. aduerte secundo, Bertaz. conf. 462. num. 6. versic. præterea quatenus, lib. 2.
7 Non præcedentibus autem legitimis indicijs, Reus non tenetur se ipsum detegere, neque respondere, vt dicit Diuus Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. Flamm. Carthar. in
8 tract. interrog. reor. lib. 1. cap. 2. num. 8. † Et quid in socio criminis, an teneatur propalare alios socios, & si manifestet, an peccet, cum videatur obligatus secretū amici, vel tertij celare, & an in dubio præsumatur pro iudice, vt ipsum interroget in casu licito, vide latissimè, Lud. a Peguer. decis. 5. per tot. vbi Diuum Thomam, & alios allegat, & certum est, quod si reus interrogetur contra se ipsum, nō præcedente diffamatione, vel iudicijs nō tenetur fateri delictū occultū a se cōmissū, & erit tutus in foro conscientiæ etiāsi generale iuramentū impleuet de veritate dicenda super interrogatis. Pacian. de prob. lib. 1. c. 7. nu. 5. & seq. vbi alios allegat, sed subdit, quod non erit reo licitum negare aperte veritatē, quia hoc modo mentiretur, quod non permittitur, sed non obstante iuramēto tali casu de veritate dicenda, poterit licitè non respondere interrogationi, aut appellare, aut protestari, & adducit. Tabien. in verb. Accusat. §. 11. & seq. n. 15. & seq. Couar. c. 2. nu. 2. lib. 1. var. resolut. & idē Pacian. ibi dicit quo ad animam hanc opinionem esse tutiorē, & si nō respondeat, non possit haberi pro confessio, vide latè Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 62. & seqq. vbi concordātes allegat, & in specie Nauar. de iudic. in dub. n. 52. & seq. qui hoc dicit esse verū ex iure diuino, naturali, scripto, canonico, & ciuili, Sot. lib. 5. de iust. & iure q. 6. nu. 4. & seq. qui reprobat doctores aliter in practica seruātes, latè Villagut. in pract. crim. lib. 1. c. 5. cōcl. 3. Ad quod Aduocatus animaduertere det, quia si fuerit interrogatus de delicto, & fassus fuerit illud, cōfessio nō afficeret confitētē saltē ad pœnam ordinariā, vt infra suo loco dicā, & Aduocatus ēt sciat cognoscere, quod si fuerit forsan tortus in progressu examinis pro precisa responsione, & illius forsan vigore iudex extorserit etiā confessionē, vt nec ēt ista confessio extorta per indebitam torturā nocere possit suo clienti, vt dica inferius, & erit ēt vtile pro Reo, vt nō possit cogi per torturā ad præcise respondendum, vt etiam inferius dicam.
9 Reus autē dicitur recipi inter Reos, non eo ipso, quod examinatur, vel cōstituitur, sed, quando interrogatur super delicto, & tunc cū eo lis contestatur, vt declarat

Iul. Clar. q. 14. n. 13. vbi alios allegat, & testatur de magis cōi, Marl. in tract. de quæst. in princ. nu. 15. vbi etiā concordantes allegat, vbi etiam subdit, eū cōnumerari inter Reos, quando oppositis exceptionibus contra accusationem, iudex pronūciauit esse in d. accusatione procedendum, & Petr. Caball. cent. 3. cas. 269. n. 1. in princ. in qq crim. dicit, quod constitutum rei est loco litis contestationis, & vide Bart. in l. is qui reus, nu. 10. ff. public. iudic quem communiter Doct. sequuntur vt testatur, Alex. in l. cum mulier. n. 6 ff. solut. matrim. Hieron. in add. ad Ang. de Malefic. in verb. & ad querelam Titij n. 61. vbi de vera communi, & practicata opinione testatur Cauale. de Brac. reg. p. 3. n. 25. vers. Nam nomen rei, & debet interrogari super delicto quamuis fuerit cōuictus, cum aliter sequeretur absurdum, vt condemnaretur absq; quod lis cum eo contestaretur, latè Caual. d. p. 3. nu. 25. vers. Nam nomen, & reprobat Baiard. in q. 64. n. 24. qui allegat Cœphal. in cons. 32. n. 19. & seq. qui contrarium voluit, vt reus nō possit interrogari super delicto quando est conuictus, quia Cœphal. allegatus per Baiard. loquitur quod nō possit torqueri, quod multum differt. Sed Cauale. ibi videtur velle, vt interrogetur cum protestatione citra præiudicium cōuictorum, ne per negationem claram fisci intentionē reddatur dubia per ea, quę tradit Cœpol. cons. 39. n. 19. quæ cautela, & modus interrogandi cum d. protestatione hic in Curia non viget, neque obseruatur, si obseruaretur non erit mala cautela.

Captus, qui asserat se esse Clericum, an possit per iudicem sæcularem examinari, & cogi ad respondendum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus a iudice captus sæculari non tenetur respondere interrogatorijs ipsius iudicis.*
2 *Clericatus quæstio per iudicem Ecclesiasticum determinanda est, & interim iudex laicus supersedere debet in causa.*
3 *Iudex laicus poterit extraiudicialiter oretenus benignè clericum interrogare, si habeat beneficia, & litteras clericatus, non ad effectum perquirendi veritatem super delicto, sed vt ei constet de clericatu.*
4 *Clerico erit per iudicem præfigendus terminus ad docendum de clericatu.*

CAP. VIII.

1 VT alias dixi in defens. 1. circa defectum iurisdictionis clerici sunt omnino exempti a iurisdictione iudicis laici, ideò est omnino concludendum ipsos non esse examinandos per iudicem sæcularem, Ant. de Butr. cons. 80. vbi concludit, quod iudex sæcularis non potest se intromittere de clerico inquirendo de delicto, nec ad fine, vt pœniteat, neque ad finē, vt cognoscat veritatem delicti, ad quem spectet cognoscere, cum testibus, & alijs modis inquirere possit absq; eo, quod tangatur persona clerici, imò nec de mandato iudicis ecclesiastici, qui, vt inferior a Papa, causam criminalē clerici iudici laico cōmittere non pōt, neq; eius preambulū, vt ab illo persona clerici tangatur ad finē criminis indagandi, vt ibi per eū, & ab illo persona clerici tangatur ad finem criminis indagādi, vt ibi per eū, & ob id nec etiam poterit cogi clericus per iudicem laicum ad respondendū, tanquam iniustè

gaudeant beneficio Fori Ecclesiastici.

37 *Clerici dimitentes in supradictis tribus casibus, habitum, & tonsuram, an perdant priuilegium fori Ecclesiastici, etiam trina monitione, vel degradatione non præcedente.*

38 *Clericus in sacris constitutus incidens vt laicus, & se immiscens enormitatibus quando amittat priuilegium Fori Ecclesiastici.*

39 *Testis an possit per iudicem laicum examinari in Ecclesia, vel intrare.*

C A P. IX.

Licet nonnulla de ista quæstione dixerim in prima defens. ex defectu iurisdictionis, non inutile duxi illam hic reassumere, & eamdem clarius declarare, sed prius erit videndum si immunitas, vel priuilegiũ, quod habent clerici, ne coram iudice laico cõueniri possint, sit introductum de iure diuino, vel potius ex priuilegio Romanorum Pontificium, super quo quilibet potest videre Hier. Ceual. in tract. com. cõt. com. q. 550. per totam, vbi recollegit Doctores pro vtraq.
1 opinione, sed interim est † conclusio, vt Clerici in causis præcipuè criminalibus sint penitus immunes, & exempti de iure Diuino a iurisdictione sæcnlari, etiã si fuerint corã supremis, & maioribus magistratibus secularibus accusari Dec. in tract. crim. tit. Clerici, & ord. in princ. Peregr. cons. 91. nu. 47. Mar. Ant. Macer. var. resol. lib. 3. resol. 3. n. 11. Scacc. de iudic. c. 11. n. 44. Flamm. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 1. c. 1. num. 12. vbi latè Leon. in pract. Archiep. c. 38. n. 138. & seq. vbi de veriori sententia, vt sit de iure Diuino, Ambros. de immunit. Eccl. c. 6. num. 4. c. 17. num. 1. & seq. Modern. Rom. quæst. 8. n. 1. & seqq. Intrigl. sing. 82. nu. 3. lib. 1. & in cas. conscient. 8. nu. 164. Maur. Burg, Sicul. in tract. de mod. proced. ex abrupt. q. 65. nu. 3. & seq. Petr. Caball. Procurator Fiscalis Magn. Ducis Ætruriæ in qq crim. cas. 225. num. 1. vbi infinitos alios allegat, tam antiquos, quam modernos, cent. 3. latissimè Card. Tusc. in litt. L, concl. 342. per totam, vbi ponit multas quęstiones in hac materia. Et latè Vincent. de Franch. decis. 691. p. 4. n. 3. & seq. vbi etiam dicit procedere in crim. falsę monetę, ac lęs. maiest. sed ꝙ Princeps sæcularis possit solummodo instare, vt puniatur clericus per suum iudicem Ecclesiasticum ac à suo dominio expellatur, & possit probibere, ne Clericus Notarius conficiens instrumenta falsa, adhibeatur fides eius instrumentis irritãdo omnia acta per eum in futurum facienda, & nõ punire ipsum Clericum Notarium. latè Mastrill. decis. 159. per totam, & Vinc. d. decis. 991. n. 3. & seq. etiam reprobator Couar. pract. qq. q. 31. tenet non posse induci per consuetudinem Clericos in aliquibus casibus posse puniri per iudicẽ laicum, cum sint exempti Clerici à iurisdictione sęculari de iure diuino, & humano, tàm in temporalibus, quàm in spiritualibus latè Azor. inst. Moral. lib. 2. c. 12. vers. sed dubitari posset & c. 17. q. 2. Scacc. de iud. lib. 1. c. 11. nu. 7. & præsertim in criminalibus Azor. in d. vers. sed dubitari, & legitur in Bulla Cęnæ Domini nu. 19. Mar. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 3. resolut. 2. nu. 11. Alex. Trentacinque, cons. 12. nu. 7. ool. 1. vbi subdit, & ob id Papa non potest statuere generaliter contra hoc priuilegium, nec consuetudo contraria valcat, & ibi Doct. allegat.

2 Et in tantum est verum, vt iudex laicus dicatur, & sit prorsus incompetens contra personas Ecclesiasticas. Vant. de nullit. tit. fin. nu. 58. Ant. del Rè in tract. Iuram. calum. c. 15. o. 327. Heb. in consuet. Bratan. tit. 1. n. 34. Caualc. in tract. de Brach. reg. p. 1. nu. 90. latè Petr. Caball. in qq. crim. cas. 225. nu. 31. vbi post alios,
3 quos allegat, dicit, † quod omnia gesta per iudicem laicum contra Clericum sunt ipso iure nulla, Maur. Burg. d. q. 65. n. 6. Flamm. Cart. in pract. interrog. reor.
4 lib. 1. c. 1. n. 12. post Viui. comm opin. 405. † admonet sæculares iudices, vt caueant tanquam ab igne, ne se ingerant aliquo modo in causis criminalibus Clericorum, & aliarum Ecclesiasticarum personarum, vigore Bullæ in Cœna Domini, per quam omnes Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & omnes alij iudices quocunque nomine appellentur, ac Cancellarij, Vicecancellarij, Notarij. & omnes alij quoquomodo in dictis causis se intromittant, excommunicantur; & ideò nullo modo possunt examinari Clerici à iudice laico, nisi adsit Romani Pontificis licentia, quam impartire potest, vt clericus possit non solum examiari per iudicem laicum, sed etiam puniri. C. non, quæ nst. 3. Aorz. instit. Moral. lib. 5. c. 12. vers. primo quia, Farinac. quæst. 8. nu. 4. Mar. Ant. Macer. var. resolut. libro tertio, resolut. 2. numero decimotertio, & in alijs casibus à iure permissis, vt latè per Cartar. in d. lib. 1. c. 12. n. 12. vbi in specie firmat non posse Clericum per iudicem laycum interrogari, Nauar. cons. 37. nu. 1. p. 2. lib. 5. tit. de sent. excomm. & de dicta Bulla in Cœna Domini contra ministros, & officiales laicos, latissimè scribit Bart. Vgolin. in tract. de censur. Roman. Pont. reseruat. qui Cart. vbi suprà reprobat Mil. & Foller. qui volebant iudicem sæcularem posse cogere Clericum ad respondendum, etiamsi esset Sacerdos, cum fieri possit, quod in aliquibus casibus iure clericali priuetur, & vnus eorum ita decisum Parisijs fuisse, & alter ita vidisse seruari pluries in magna Curia, & in alijs Tribunalibus testantur, & Scac. c. 86. num. 5. lib. 1. eosd. Mil. & Foller. reprobat.

5 Imò, etiamsi personæ Ecclesiasticæ non opponerent de eorum Foro, & priuilegio, adhuc iudices sæculares debent se abstinere, nec se intromittere in causis criminalibus cõtra Clericos, & omnes processus facti contra eos per dictos sæculares iudices erunt ipso iure nulli, & constito de Clericatu, de facto debent reuocari, prout de facto fuerunt compilati. Ambros. in tract. de immunitat. Ecclesiast. c. 17. num. 17. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt q. 65. nu. 8. &
6 seqq. vbi plus dicit, † quod statim absque mora debeant remitti ad eorum iudices ecclesiasticos, prout sancitum fuit in illo Regno per capit. Regni Reg. Ferdinandi 37. & in capit. 125. & per Carol. V. capit. 48. Caualcan. de Brach. Reg. parte secunda, num. 130. dicit, quod Canonistæ tenent, quod quam primum debeant remitti ad iudicem Ecclesiasticum, latissimè, qui alios allegat Petr. Caball. in quæstion. criminal. centur. 3. cas. 224. per totum, vbi infinitos alios cumulauit, idem Petr. Caball. cent. 3. cas. 225. num. 1. & seq. & num. 31. vbi post alios, quos allegat, dicit procedere, etiamsi clericus fuerit citatus, & condemnatus in contumaciam, & sub numero 40. & seqq. si consentiat in laicalem iurisdictionem pœna extraordinaria puniatur, affirmat, & dicam infra numero 15. in fine. Immo, nec Episcopo consentiente clericus potest se

submittere iudici laico, gl. in c. significasti, de for. cõpet. nec potest Episcopus causam clerici laico committere, Abb. in d. cap. significasti, quem communiter Doctores sequuntur, vt post Dec. testatur Alex. iuxta singul. cons. 12. num. 7. lib. 2. Farinacc. q. 38. num. 4. in fin. licet per Papam aliter fieri possit, latè idem, Farinac. d. q. 38. num. 4. & num. 20. & seq.

7 Nec etiam Clerici ligantur a statuto laicorũ, Rebuff. in procem. const. Regni Franciç, nu. 55. vsque ad n. 62. Ball. in prælud. ad pragm. Regni, n. 38. Mascard. de statutis, concl. 1. nu. 1. Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. q. 65. nu. 10. & seq. vbi latè, & vide Petr. Caball. in quæst. criminal. cent. 3. cas. 225. nu. 36. & seq. Cardin. Tusch. littera S, conclus. 342. num. 88. & seqq. vbi ferè infinitos cumulauit, & ibi respondet ad omnia contraria, & vide latissimè de ista materia nouissimè Alderan. Mascard. de statut. d. conclus. 1. ferè per totam. Prax. Archiepisc. Neapol. c. 75. per totum, vbi respondet contrarijs.

8 Immo, nec tenet statutum, quòd pro clerico declinante iurisdictionem laicalem consanguinei teneantur soluere certam pœnam, latissimè Petr. Caball. d. cas. 225. num. 38. cum pluribus seqq. Card. Tusch. in littera L, conclus. 342. nu. 30. quod bene notent Principes, & alij iudices, & magistratus sæculares, qui de facto contrarium obseruant.

9 Sed an Principes sæculares possint compellere tẽpore careſtię, vt clerici vendant frumenta, & alia pro publica vtilitate, vide latissimè Pet. Caball. in qq. crim. cas. 6. per totum, vel ad aliquid faciendum, vel non faciendum, tempore pestis, vel aeris corrupti, vide etiã d. Petr. Caball. cas. 12. cent. 1. vbi etiam loquitur de colonis personæ Ecclesiasticę, & latissimè Alderan. Mascard. de statut. concl. 1. per totam, vbi ad plenũ ponit plures quæstiones, & resolutiones in quib. casib. iudex sæcularis non potest se in genere in causis clericorũ, quæ hic referre, esset transplantare, eaque recto ordine ibi ad plenum posuit, & ideò lector curiosus, & accuratus recurrat ad d. Alderan. Mascard. in d. 1. concl. & latissimè etiam scribit Menoch. de arb. cent. 6. lib. 2. cas. 562. per totum, vbi pulchre, & distinctè declarat totam istã materiam, quando serui, & coloni clericorum gaudeant immunitate, & famuli, quando gaudeant immunitate dominorum, & militum, ac priuilegiatorum, & quid, si clerici vendant vltra taxam factam, an peccent mortaliter, vide latè Vgol. de offic. & auct. Episcop. p. 2. q. 2. sect. 2.

10 Et in omnẽ casum non possunt cogi personæ Ecclesiasticæ ad aliquid faciendũ, vel non faciendũ tẽpore careſtię, vel pestis per iudices laicos, sed per eorũ iudices Ecclesiasticos, nec possunt puniri pęna cõminata à iudice laico, sed alia arbitraria, latè Petr. Ca-
11 ball. in d. cas. 9. n. 13. & seq. vbi etiam dicit, † quod licet ministri laici possint capere clericos deferẽtes arma contra prohibitionem banni iudicis sęcularis, nõ possint tamẽ ab eisdẽ iudicibus puniri, sed sunt remittendi ad iudices Ecclesiasticos, & quod tantũ possint d. ministri laici clericis portantibus arma, illa auferre, sine incursu excommunicationis, & inter alios allegat Couarr. pract. quæst. c. 33. sub nu. 7. & variar. resolut. lib. .... c. 20. n. 28. Clar. q. 39. sub n. 16. Vulpell. in tract. de libertat. Eccles. p. 2. nu. 27. & seqq. sed contra Couar. & alios eum sequentes Aduocatus sciat replicare; quod contraria opinio est magis communis, vt per Menoch. de arbitr. cas. 342. num. 32. lib. 2. & latè Bart. Vgolin. in tract. de offic. & potest. Episcop. p. 1. c. 13. §. 12. num. 3. vbi allegat etiam pro hac sua opinione Diaz. in pract. crim. canon. c. 55. & Card. Tusc. concl. 453. num. 25. in litt. I, & vbi supra Vgolin. reddit bonas rationes, vt nullo modo officiales laici possint clericis arma auferre. Prax. Archiep. Neap. c. 75. nu. 6. qui etiam reprobat opinionem Couarr.

12 Nec etiam Statutum Principis sęcularis circa modum procedendi contra delinquentes manu Regia, & ex abrupto, extenditur ad personas Ecclesiasticas, vt videmus in Regno Neapolitano similem modum procedendi esse introductum per Proreges illius Regni, vt latè dixit in Maur. Burg. in d. tract. de mod. procedend. ex abrupt. q. 1. nu. 6. & ob id non comprændere dictas personas Ecclesiasticas, vt latè prosequi-
13 tur idem Maur. Burg. in q. 65. n. 11. & seq. † licet Summus Pontifex possit mandare procedi ex abrupto, vt idem Burg. firmat in q. 17. n. 1. Farinac. cons. 103. n. 8. vbi subdit, quod possit Summus Pontifex defensiones denegare, aliqua iusta causa subsistente, vt si delictum esset notorium, vel timeatur de populi tumultu, vel adesset alia similis causa, sed in statu Ecclesiastico obseruatur, nec est in vsu iste modus procedendi manu Regia, & ex abrupto, sed solum aliquando conceditur Gubernatori Vrbis per Summ. Pontific. facultas procedendi ex abrupto, denegatis defensionibus, Farinac. q. 37. n. 73. & seq. & in cons. 103. nu. 7. & seq. & decis. 3. vbi Add. Ball. in tract. de quæst. q. 10. n. 23. Maur. Burg. q. 56. n. 4. de mod. proced. ex abrupt. cuius facultas fuit moderata per Paulum Tertium, & confirmata per Pium Quartum, vt est latè videre per Farinacc. d. cons. 103. per totum: de qua moderatione latè dixi pluries.

14 Neque potest procedi coram iudice laico criminaliter contra personas Ecclesiasticas, seu Religiosas profitentes aliquã Regulã à Summo Pontifice approbatam, cum istę debeant gaudere fori Ecclesiastici priuilegijs, Vasq. lib. 3. controuers. c. 105. n. 51. Moder. Rom. q. 8. ampliat. 20. Dec. in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 29. Maur. Burg. in tract. de mod. procedend. ex abrupt. quæst. 65. num. 56.

15 Et nec iuramentum clerici, nec tollerantia Episcopi possunt operari validitatem processus fabricati per iudicem sæcularem contra personas Ecclesiasticas, immò clericus consentientes in iudicem laicum potest puniri vti transgressor Canonis, Bald. in l. 1. sub num. 3. C. de indict. vidu. tollend. Foller. in pract. crim. q. 8. sub num. 10. Mar. Ant. Geniens. in Prax. Archiep. Neap. c. 7. num. 8. vbi testatur, quod ita in Curia fuit obseruatum, latè Petr. Caball. in quæstion. criminal. cent. 3. cas. 225. num. 3. & seqq. & sub num. 10. dicit aliquos clericos ob istam causam in exilium missos fuisse, & etiam alijs pœnis fuisse punitos, & allegat dictam Prax. Archiepiscop. Neapolit. c. 7. ad fin. num. 9. cum tali priuilegio, nec tacitè, nec expresè clerici possint renunciare, Clar. quæstione 36. numero 4. Vincent. de Franch. decis. 400. numero 6. latè Petr. Caball. dicto cas. 225. numero 42. & sequent. Immo, nec etiam coram iudice laico clericus potest reconueniri, Caball. cas. 224. num. 32. & seqq. vbi latè. Nec clerici debent se ingerere in seruitijs Principum sæcularium, nec eorum magistratus gerere, latè Vgol. in tract. de auctoritat. Episcop. p. 1. sol. 74.

16 Primo

16 Primo infertur, quod Æquites, seu Milites S. Iacobi, quia dicuntur viri Religiosi, gaudent foro Ecclesiastico in criminalibus, Couar. de sponsal. p. 4. c. 3. Vasq. controuers. c. 105. n. 45. & seq Nauar. in Manual. consess. de reddit. monit. 55. 57. & in consil. 11. lib. 3. p. 2. Castell. Villalob. in suis impressis allegation. testatur, quod in Regno Aragoniæ, Milites hos ex forma Bullarum Summorum Pontificum, & stabilimentorum eorum Religionis fuisse remissos, quia vouent illa tria Religionis vota, Maur. Burg. in tract. de mod. procedend. ex abrupt. quæst. 65. n. 57. Menoch. de arbitr. in addit. cap. 58. num. 16. & seq. lib. 2. Alderan. Mascard. de statut. concl. 1. n. 123. & seq. vbi de communi.

17 Secundo infertur, quod Æquites Hierosolymitani Religionis Sancti Ioannis Baptistæ, nec etiam possunt in criminalibus conueniri coram iudicibus sæcularibus, sed gaudent priuilegio Fori Ecclesiastici, cum sint Deo dicati, Decian. in tract. crimin. tutul. Clerici, & ordin. num. 36. Caualcan. de Brach. reg. par. 1. num. 83. Marchesan. concivis meus, de commissionibus par. 2. cap. 4. num. 71. Mascard. dict. conclus. 1. nu. 123. & seqq. vbi alios allegat, & testatur de veriori opinione. Stephan. Quarant. de Summ. Bull. versic. suorum, Petr. Caball. in quæstion. crimin. cent. 1. cas. 64. num. 2. & cent. 3. cas. 225. num. 12. vbi tenet, quod nec dicto foro possint renunciare, Maur. Burg. in tract. de mod. procedend. ex abrupt. q. 65. num. 58. Declara tamen dummodo fecerint probationes, & assumpserint habitum, secus si adhuc habitum nō assumpserint, vt dixi in 1. defens. ex traditis per Pet. Caball. in d. cas. 64. quem sequitur Maur. Burg. in d. q. 65. n. 64. Vinc. de Franc. dec. 449. per totam, p. 3. vbi firmat, quia in materia clericatus non sufficit deputatio ad eū etiā cū incessu, & habitu, & tonsura, & ibi etiā dicit quid in voto plene probato, & non per iuramentum, an ex eo dicatur à iurisdictione sæculari exemptus.

18 Tertio infertur, vt nec Fratres tertij ordinis alicuius approbatæ Religionis, qui promiserunt obseruare illa tria vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ possint coram iudice laico conueniri, sed gaudeant foro Ecclesiastico, Bologn. cons. 22. num. 13. & seq. & num. 30. & seqq. vbi ampliat procedere, etiamsi vnum votum tantum ex istis tribus fecerint, Fab. à Mon. Leon. in Prax. Arb. fol. 98. Secus si nullum ex dictis votis promiserint obseruare, quia non anderent priuilegio Fori Ecclesiastici. Eugen. cons. 26. num. 15. Intrigl. de cis. 30. numero quarto, Cardin. Tusch. conclus. 470. numero 3. sub littera F, Maur. Burg. dicta quæstione 65 numero 66. & seqq. latè Bartol. Vgolin in tractat. de offic. & potest. Episc. §. 11. numero 2. vbi excipit istos à Sacramento Pœnitentiæ, & dicit, quid in Sacramento Eucharistiæ, & in alijs Sacramentis, Caualcan. de Brach. reg. par. 1. num. 88. Alderan. Mascard. de Statut. conclus. 1. num. 120. loquitur in oblatis, qui se, & bona sua alicui religioni offerunt, dummodo mutauerint habitum differentem ab habitu sæculari, secus si habitum sæcularem retinuerint, decis. 8. Tholos. vbi Aufred. & post alios Alderan. Mascard. d. conclus. 1. num. 122. de statut.

19 Quarto infertur, quod nec Fratres Iesuati possint cognosci per iudices laicos, quia dicuntur Religiosi, & priuilegio Fori gaudent, Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 30. Modern. Roman. quæst. 2. ampliat. 20. Vasq. in 3. lib. controuers. c. 105. num. 53. Maur. Burg. dict. quæst. 65. num. 65.

20 Quinto infertur ad Eremitas, quia etiam ipsi gaudent priuilegio Fori Ecclesiæ, cum dicantur personæ Ecclesiasticæ, Vasq. lib. 3. controuers. c. 105. num. 53. Card. Tusch. conclus. 50. in litt. N, licet non sint Sacerdotes, neque in ordinibus sacris constituti, dummodo viuant sub Episcopi, vel superioris obedientia, de quo tamen, vide Farinac. q. 8. ampliat. 20. Decian. d. c. 9. num. 32. lib. 4. Et an isti Eremitæ subsint potestati Episcopi, vide Barthol. Vgol. in tract. de offic. & potestat. Episc. §. 12. per totum.

21 Sexto infertur, vt conuersi, qui se dedicarunt Ecclesiæ seruitio præsertim aliquam professionem facientes castitatis, obedientiæ, vel paupertatis, cum dicantur Ecclesiasticæ personæ, conueniri non possint coram iudice sæculari, & gaudeant beneficio Fori Ecclesiastici. Decian. in d. c. 9. num. 28. Farinacc. quest. 8. ampliat. 20. Vasq. d. c. 105. num. 52. Maur. Burg. d. q. 65. num. 74. & seq. Idem est in oblatis alicui Ecclesiæ, Alderan. Mascard. de statut. conclus. 1. num. 121. declara tamen, vt ibi per eum, num. 122.

22 Septimo infertur, vt nec Monachi Nouitij, si deliquerint ante professionem, possint puniri per iudices laicos, sed ab eorum Superiore Iudice Ecclesiastico, Moder. Rom. d. q. 8. ampliat. 20. Maur. Burg. d. q. 65. n. 77. & post Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 24. Alderan. Mascard. de statut. concl. 1. n. 119. & alij Monachi non possint puniri, nisi ab eorum Superiore, & nō ab Episcopo, vt dixi in 1. defens. Quod tamen limita, quando discedunt à Monasterio sine licētia sui Superioris, vt possint ab Episcopo. Idem si ob aliam causam extra Monasterium vitam degant, & delinquant, Concil. Triden. sess. 6. de reformat. c. 3. Prax. Archiep. Neapol. c. 57. n. 2. vbi testatur fuisse ita resolutum in Vrbe per Sacram Congregationem; Ac etiam si degant intra claustra, sed extra ea delinquant, & populo scandalum præbeant, possint puniri per Episcopum; Veniam si Regulares ad studia mittantur, si in Conuentibus non habitent, contra eos delinquentes procedere possint Ordinarij, vel saltim de licentia eorum Superioris facient, latè Barth. Vgol. in tract. de offic. & potest. Episc. §. 8. per tot. mihi fol. 180. & sub §. 9. idem dicit esse in Regularibus, quorum Religio esset extincta, vt puniantur per Episcopos.

23 Octauo infertur, vt familia Episcopi gaudeat dict. immunitate Ecclesiastica, & non possit puniri per iudicem laicum, licet in familia adsit laicus, Leon. in Pract. Archiep. c. 11. n. 19. & seq. & omnes familiares Episcopi, & præcipuè commensales, latè Marc. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 1. resolut. 75. per totam, & quod omnes serui, & famuli Episcopi gaudeant d. humanitate post alios, quos allegat, Menoch. cent. 6. de Arb. cas. 562. n. 13. vbi subdit, quia multa concedūtur Episcopis, quæ alijs non sunt permissa ex traditis per Aufred. in tract. de potest. sæcul. in Ecclesiasticos. reg. 2. n. 36. licet niger in extrauag. vnic. n. 90. n si post Alber. & Soc. Sen. dicat non procedere in famulis, qui

24 dictim inseruiunt, † Ac in d. familia Episcopi cōtinetur etiā Notarius Curiæ Episcopalis. Grat. decis. 233. qui testatur de cōmuni, Moder. Rom. d. q. 8. ampliat. 20. Thesaur. decis. 22. nu. 6. Viui. decis. 116. Mar. Ant. Macerat. var. resolut. lib. 3. resol. 14. nu. 2. qui affirmat, quod Curia Episcopalis potest eius officialem laicum in

suo officio delinquẽtem punire,& ibi,declarat,quãdo officialis in eius officio delinquere dicatur. Sed Prax. Archiep.Neapol.c.9.nu.4. firmat procedere,etiamsi extra officium delinquat, & ibi testatur ita fuisse per Magnam Curiam Vicariæ Regni Neapolis obseruatum,& sequitur Maur. Burg. d.q.65. nu.77. & seq. latè idem Mar.Ant.d.resol.75. nu.9.& seqq. vbi dicit procedere etiam in substitutis inseruiẽtibus Episcopo in Cancellaria,tàm de iure, quàm de cõsuetudine immemorabili,& vide Mascar.de statut.concl.1.n.135. & seqq. cum ipsi substituti dicantur inseruire Episcopo,vt post Gomez,&alios firmat.Macer.de resol.75. nu.9.ex qua ratione potest etiam dici quod Notarius Vicarij foranei debeat gaudere d. immunitate, cum Episcopus, & Siccus Cancellarius Episcopi sine ministerio Vicarij foranei non possit suum officium explere; & an appellatione officialium propriè veniant Actuarij,latè ponit Vinc. de Franch. decis. 407. per totam, par.2. vbi infert ad decisionem plurium quæstionum.

25 Nono infertur, quòd indistinctè tres Clericorum species gaudeant beneficio Fori Ecclesiastici,nempè Clericus beneficiatus, constitutus in sacris ordinibus, & versans in via ad maiores ordines suspiciendos, vt infert ex Sacro Concilio Trid. Scacc. in tract. crim. lib.1.c.11.nu.28.vers.& hæc consuetudo, & sequitur Maur.Burg.in d.q.65.num.34.& seq.vbi subdit, quòd licentia ad alios maiores ordines suspiciendos nõ est in scriptis obtinenda, sed sufficiat, vt probetur, quòd fuerit data oretenus, vt probat Mar Ant. Macerat. variar.resol.lib.3.resol.48.num.16.vbi etiam testatur ita tantum fuisse per Sacram Congregationem,& sequitur Maur.Burg.d.q.65.nu.36.

26 Decimo infertur etiam ad Clericos habentes minores ordines, & solum primam tonsuram, vt dixi in prima defens.& latissimè ponit Alderan. Mascard.de statut.conclus.t.n.105.vbi concordantes cumulauit, & testatur de magis communi,vbi tenet, & bene tuetur, vt ista opinio procedat tam in crim. quàm in ciuilibus reprobatis Couar. & Farinac. contrarium tenentibus,vt est latè per eum ibi videre.

27 Vndecimo,Infertur ad illum, qui aliquam pẽsionẽ habet super aliquo beneficio Ecclesiastico,vt gaudeat priuilegio Fori Ecclesiastici, siue recipiat simplicem, & non in titulum siue pẽsionem titulatam, vt puta aliquam partem alicuius beneficij, etiam quod fuerit in prima tonsura tantum,vt relatis,ac confutatis contrarijs tenet,& tuetur Petr.Caball.cent.3.in q. crim.cas.213.nu.20. & seqq.eoq; magis dicit procedere, cum vigore Bullæ Pij V. pẽsionario iniungatur onus recitandi singulis diebus officium gloriosissimæ Virginis Mariæ,propter quod pensio onus spirituale annexum habet, & quia etiam hodie ex Cõstitutione Sixti V.pensionarij tenẽtur incidere in habitu, & tõsura claricali per Bullam publicatam die 18. Ianuarij 1508. incip.cum sacrosancta, de qua etiam mẽtionẽ facit Vgolin.in tract.de offic.& potest. Episc. p.1. c. 13.§.2.n.6. & ob id gaudere debent Fori Ecclesiastici beneficio, prout fuit resolutum per Sacram Congregationem, vt testatur. Ant. Bennus in Pract. Cur. Archiepisc.Neap.§.7.nu.7.& sequitur Petr.Caball.d. cas.224 nu.24.& seqq.

28 Sed caueat carceratus, ne alleget se esse clericum, ad effectum se eximendi à iurisdictione iudicis sæcularis,quia si verè non fuerit Clericus,& actus Clericales fecerit,pęna falsi punietur.Bald.in l.qui sub prętextu sub nu.9.C.de Sacrosanct. Eccl. Diaz. in pract. crim.canon. c.12. in verb. cum laici essent sine ordinibus n.2.Petr.Cabal.in cent.2.cas.176.n.3.in qq.cri.

29 Sed si esset clericus, esset omninò à laicali iurisdictione exemptus, & si iudex laicus contra clericũ informationes assumpserit,vel processum fabricauerit, iudex ecclesiasticus dicto processui stare non debet tanquam fabricato a iudice incompetẽti,Valas.decis. 65.n.5.Mod.Rom.cõs.76.n.1.& q.7.n.43.Clar.q.36. in fi.& ibi Baiar.vbi ampliat,vt neque iudex ecclesiasticus ex illo processu iudicis sæcularis possit inquisitionem formare, sed teneatur nouũ inchoare, & perficere processum ex Ruy. per eum allegato in cõs.7. n.6. vol.5.idem firmat Ambros.in tract. de immunit. Eccl.c.11.n.2.& post Cartar.Mod.Rom.d.q.7.n.43. Et propterea illi testes recepti, & examinati corã iudice laico nullam inducant fidem probatoriam corã ecclesiastico iudice, Maur. Burgius in tract. de mod. proced.ex abrupto cent.1.q.65.nu.52.& seq.

30 Quæ omnia valdè conferunt ad dubij resolutionẽ facti super Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem ecclesiasticam, vt constare debeat coram iudice ecclesiastico per probationes, per eũ desumptas super qualitate assassinij,& similium, ad effectum, vt delinquens confugiens ad ecclesiã non possit gaudere immunitate ecclesiastica,sed tradendus sit curiæ seculari,vt, si procedatur processus etiam cũ sententia contra delinquẽtem super dicta qualitate fabricatus per iudicem sęcularem, iudex ecclesiasticus nõ possit stare dicto processui, & sententiæ ad istum effectum remittendi,& consignandi delinquentem ipsi curiæ sæculari,sed teneatur ipse iudex ecclesiasticus nouas desumere probationes, cum illa processus iudicis laici nullam fidem probatoriam faciat, & hæc valde stringunt pro decisione istius dubij. Sed quia aliquãdo delictum est antiquum, vel fuit cõmissum in longinquis partibus,& adeò est occultũ, vt forsan denuò probari non possit coram iudice ecclesiastico, & ne tã grauia crimina inpunita remaneãt, episcopi solẽt benè percũctari processum,informationes, testium depositiones,sententiam, & alias circumstantias, & qualitates resultantes ex processu fabricato per iudicem laicũ, & corã dicto iudice ecclesiastico reproducto, ac habitis informationib. extraiudicialib. de qualitate proditionis,assassinij,& similium, & omnia scribere Illustrissimis DD.Cardinalibus sacræ congregationis super episcopis, & ab eis obtinere aliqñ, vt delinquens tradatur curiæ sæculari, & licet ex illis verbis iudicio tuo, &c. in Bulla appositis, posset dici episcopos potuisse talem delinquentem remittere, & fidem adhibere processui curiæ sæcularis, & alijs informationibus extraiudicialibus,tamen omnino arbitror, quod episcopi nihil ex se facere debeant, sed benè dictã sacrã congregationem consulere,& ab ea resolutionem reportare,quia ille processus factus coram iudice laico, & reproducto coram iudice ecclesiastico sufficiat ad instructionem iudicis ecclesiastici,& ex eo possit examini subijcere clericum,vt latè tuetur. Prax. Archiep. Neap.c.6. per tot. vbi respondet ad cõtraria, & videtur asserere ita vigere consuetudinẽ in illa Curia Archiep.& sub nu.4. in fin.testatur de veriori opinione, vt sufficiat ad instructionem iudicis.

31 Sed

31 Sed circa clericos in minoribus ordinibus constitutos, vt gaudere valeant Fori Ecclesiastici priuilegio, tria inspicienda sunt iuxta Concil. Trid. sess. 23. c. 6. cuius dispositio attendêda est, vt sit locus priuilegio fori ecclesiastici, tanquam ius nouissimum, Mar. Ant. Macerat. var. resolut. cent. 1. q. 65. nu. 14. & seq. Menoc. conf. 912. n. 15. 22. & 33. Cartar. in prax. interrog. reor. lib. 1. c. 2. nu. 12. Intrigl. singul. 138. n. 3. lib. 1. Vulpell. resp 110. in fine, Anch. q. 49. n. 12. lib. 3. Baiard. in q. 36. nu. 27. & seq vbi etiam Hieron. Giach. in lit. G, Moder. Rom. q. 8. n. 5. in fin. Nauar. conf. 25. de priuil. lib. 2. Viui. decif. 512. nu. 18. & latè Mastril. decif. 113. vltra ea, quæ dixi in 1. defenf. & latè Aldera. Mascard. de statut. concl. 1. nu. 106. & seqq. Sed de iure etiam clerici primæ tonsuræ sunt exempti a laicali iurisdictione, doct. in c. 2. de for. compet. Abb. in c. cum non ab homine de iud. & alij relati per Alex. Trentacinq. conf. 12. nu. 11. vol. 2. Vbi testatur de cōmun. & ibi subdit, quod ob id processus factus a iudice laico contra clericum est ipso iure nullus, etiam si non fuerit oppositum, & non appellatum a sentētia, qui in puncto Doctores ad lucit.

32 Primum est, quòd si fuerit beneficiatus, debeat esse tonsuratus, vel minorib. ordinibus insignitus. Io. Frāc. a Ponte cas. 24. n. 22. 26. 30. & in fine, Baiard. in q. 36. nu. 27. Anton. del Rè in Tractat. de iurament. calum. c. 15. nu. 329. & seq. Ambros de immunit. eccles. c. 17. n. 13. vbi firmat, quòd concilium requirat delationem habitus, & tonsuræ clericalis, ac beneficium ecclesiasticum, Menoch. conf 912. nu. 31. & seqq. & de præsumpt. lib 6. præsumpt. 76. nu. 38. Maur. Burg. d. q. 65. n 17. & seq. Idemque erit dicendum, si iste clericus in minoribus ordinibus constitutus haberet pensionem per ea, quæ latè scribit nouissimè, Petr. Caball. d. cas. 224. per tot. & superius dixi, Tonsura incepit a Petro Apostolo, qui in signum coronæ spineæ rasuram in capite tulit, vt refert post alios, quos allegat, Ful. Pacian. de probat. lib. 2. c. 34. nu. 35.

33 Sed quid, si iste clericus primæ tonsuræ beneficiatus non perseueret incedere in habitu, & tonsura, an possit puniri a iudice sæculari, vide Iul. Cla. q. 36. vers. hæc autem in fine, & in vers. regulariter, dicit, quòd in Patria sua non potest puniri à iudice laico, quem generaliter sequitur, Farinac. q. 8. nu. 45. & num. 70. cum de iure cōmuni clericus primæ tonsuræ gaudeat priuilegio tam fori, quā in canonis, post alios, Mar. Ant. Maurat. var. resolut. lib. 3. resol 2. nu. 3. Alex. Trentacinq. conf. 12. nu. 11. vol. 2 vbi concordantes allegat, licèt non loquantur in terminis sacri Concilij Trid. sed eorum opinio etiam in terminis eiusdem concilij in consideratione haberi debet, prout docet Leon. in Pract. Archiep. c. 38. nu. 158 qui idem esse ait, si sit in sacris constitutus, idem Mar. Anton. Macer. var. resol. lib. 3. resol. 48 n. 22. Mascar. de statut. concl. 1. n 106. & in ciuitibus idem seruari testatur, Valasc. decif. 65. num. 1. & sequitur Maur. Burg. in dicto tract. de mod. proced ex abrupto, q. 65. nu. 21. & seqq.

34 Bene verum est, quod nō sufficeret titulus beneficij ecclesiastici, nisi etiam haberit possessionem illius, vt dixi alias in prima defenf. & modo idē firmo ex trad. post Farinac. in q. 8. num. 45. per Alderan. Mascard. d. concl. 1. num. 106. vers. Dummodo clericus; de statut. Mastril. decif. 113. nu. 5. vbi limitat, nisi fuisset impeditus ab intruso contra quem litem agit, quia si habuerit beneficium, & non possessionem adhuc deberet, vti dicto beneficio fori, vt alias sacra congr. super episcopis declarauit teste Genuen. in practic. Archiepisc. Neapolit. c. 7 nu. 6. Mastril. d. decif. 113. num. 6. Maur. Burg. d. q. 65. n. 19. & seq. & ibi etiam subdit, quod requiratur delatio tonsuræ, & habitus clericalis tē pore commissi criminis ex traditis per Farinac. in dict. q. 8. nu. 66. & Viu. decif. 512. nu. 14. 18. si verò postea habitum reassumpserit, etiam gaudebit dicto priuilegio Fori. Mar. Ant. Macerat. d. resol. 48. nu. 48. num. 8. vbi testatur ita alias fuisse per sacram congregationem resolutum, sed in proposito sciat Aduocatus, quod si exhibeatur Bulla beneficij in qua enunciatur illū esse clericum, non diceretur probatus clericatus. Butr. in c. post cessionem, de probat. Abb. in c. dudum num. 7. extr. de præsumpt. & alij adductis per Alex. Trentacinq. conf. 12. nu. 18. vol. 2. sed sciat replicare, quod si per decennium possederit beneficium, diceretur probatus clericatus, Dec. conf. 409. nu. 10. Ias. in l. sciendum, nu. 17. de verb. oblig. & alij adduct. per Alexan. Trentacinq. d. conf. 12. nu. 18. vers. respondetur.

35 Secundum est, quod, si clericus primæ tonsuræ, vel in minorib. ordinib. constitutus non fuerit beneficiatus, vt gaudere valeat dicto priuilegio, debeat incedere in habito, & tonsura, ac inseruire ecclesiæ sibi ab Episcopo assignatæ, & omnia ista copulatiuè concurrere debeant, Ambros. in tract. de immunit. eccl. c. 17. nu. 13. & c. 18 nu. 34 Viui d. decif. 512 num. 18. Masc. de probat, concl. 302. nu. 14. Mod. Rom. q. 8 num. 44. Baiard. q. 36. nu. 32. Menoch. d. conf. 912. num. 15. 12. 31. Nauar. conf. 17. n. 2. & 6. de priuil. lib. 2. Caualc. de Brach. Reg. p. 1. nu. 86. latè Mastril. decif. 113. num. 4. & seqq vbi plus firmat, quod vigore d. Concilij Trid. sess. 23. c. 6. requiratur perseuerantia, & continuatio circa d. habitum, & seruitium per illud verbum inseruiat, & non sufficiat q od bis, vel ter inseruisset, & qd d. qualitas clericatus probetur tempore quo clericus vult vti, & frui beneficio ecclesiæ, vel fori, cum istud verbum in concilio appositum inseruiat sit temporis præsentis, & ibi etiam sub nu. 14. testatur, quod alias sacra congregatio ita resoluit, vt requiratur seruitiū continuatum, vt gaudere valeat d. fori priuilegio, nisi probaretur legitimum impedimētum, & talis cognitio an gaudere debeat beneficio fori, spectat sine dubio ad ipsum iudicem ecclesiasticum, latissimè Mar. Mastril. in d. decif 113. licet index laicus ponit etiam perpecatrix cognoscere ad effectum remittendi clericum ad iudicem suum, latè Mastrill. d. decif. 113. nu. 20. & latè dixi in 1. defenf. Burg. in d. q. 65. num. 26. & seqq. sed bene parum est curā lum, quicquid ibi Burg. dicat, quod in illo Regno sit sancitum, vt dicti clerici gaudere possint dicto foro ecclesiastico, requiratur, vt diebus Dominicis, & festiuis horis congruis cum superpellicilio diuinis interesse debeant, vt per Balb. in pract. 1. tit. 10. to. 1. fol. 207. & seq. quia ad hoc resistunt ea, quæ bene explicat Mar. Ant. Macerat. d. resol. 48. n. 14. cum etiam tritum sit non posse clericos a statuto, vel pragmatica iudicis laici ligari, vt latè superius dixi, & in terminis dict. pragmatica, latè dicit Alex. Trentacinq. conf. 12. nu. 75. vol. 2.

36 Tertium est, vt iste clericus sit saltim in via ad maiores ordines suscipiēdos, vt si inseruiret alicui seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate, in aliquo Hospitali, Monasterio, vel pio loco, vel docea

doceat Grammaticam, aut musicam, de licentia tamẽ Episcopi, vt legitur in dicto Conc. Trid. d. sess. 23. c. 6. Caualc. de Brach. Reg. p. 1. nu. 94. Maur. Burg. in trac. de mod. proced. ex abrupto q. 65. nu. 33. & de eadem dispositione sacri Concilij Trident. mentionẽ faciũt. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 2. sub nu. 12. & Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 224. nu. 4. Sed Alderan. Mascard. de statut. conclus. 1. num. 120. declarat dummodo sit iste astrictus, & deputatus seruitio Ecclesiæ, vt adueniente ætate promoueatur ad ordines, secus si solum interesset celebrationi diuinorum, quia licet incederet in habitu, & tonsura non gauderet dicto priuilegio fori Ecclesiastici, & exemplificat in seminaristis, cuius restrictio totaliter vulnerat dispositionem sacri Concilij Trident. pro cuius resolutione me remitto ad sacram congregationem super interpretatione dicti sacri Concilij Trident.

37 Sed caueant clerici in minorib. constituti, vt in supradictis casibus non dimittant habitum clericalem, neque tonsuram, quia tunc ipso iure amitterent beneficium fori ecclesiastici etiam sine trina monitione, & etiam degradatione nulla præcedente per eorũ superiorem facienda, cum per dimissionem habitus censeantur renunciasse beneficio clericali, Ambros. in tract. de immunit. Eccl. c. 17. nu. 13. Menoch. d. cons. 912. nu. 34. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. n. 36. Farinacc. q. 8. nu. 54. 56. Peregr. cons. 91. nu. 54. Scacc. de iudic. caus. crim. lib. 1. cap. 11. nu. 78. & seqq. Viui. decis. 512. nu. 16. & seqq. Maur. Burg. in d. q. 65. nu. 37. & seqq. licet aliter diceretur secundum ius cõmune, cum per illud requiratur trina monitio, hanc opinionem tenetur. Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. c. 28. etiam in clericis non constitutis in sacris ordinibus, cui tamen in hoc fuit per Concilium Tridentinũ derogatum, Mar. Ant. Macer. d. resol. 47. nu. 7. vbi testatur ita pluries fuisse per sacram congregationẽ resolutum, vbi tamen subdit, hoc non procedere, si probaretur clericum captum sine habitu, & tõsura fuisse solitum illa deferre, quia gaudebit dicto fori priuilegio, & quod ita alias declarauit eadem congregatio de anno 1586. in quodam clerico capto cum armis, sine habitu, & tonsura, & quod vigore Concilij Trid. quicquid de iure dici possit non requiratur trina monitio, latè tuetur Alderan. Mascard. de statut. concl. 1. nu. 106. & quod requiratur copulatiuè habitus, & tõsura vigore dict. Concil. Trident. dummodo tamen ex aliqua iusta causa habitum non detulerit, quia fuerit pauper, vel propter infirmitatem, vel ob aliquam aliã necessitatem, sed requiratur multa perseuerantia, & tanta, vt contrarius animus in ea discernatur, vt voluerit dimittere habitum, & tonsuram, Decian. tract. crim. lib. 4. c. 9. nu. 109. & quid autem in clerico coniungato, vide Mascard. in dicta concl. 1. n. 113. & seqq. vbi latè, & vide Cæuall. in tract. com. contr. comm. q. 503. vel si fuerit clericus beneficiatus, licet non deferret habitum non per hoc amittere priuilegium fori, per capit. 6. sess. 23. Concil. Trid. vbi text. loquitur alternatiuè, vt clericus gaudeat beneficio fori, aut habeat beneficium Ecclesiasticum; aut deferat habitum clericalem, & tonsuram inseruiendo de mandato episcopi alicui ecclesiæ, & ita expresse declarat. Cæuall. com. contra com. q. 563. nu. 2. & seqq. & si incederet in habitu clericali, & vestes sint secundum habitum clericorum spectat hæc cognitio ad ipsum iudicem ecclesiasticum Cæual. d. q. 563. nu. 1. & seq. & dixi ego latè in prima defens. c. 3.

38 Et quid in clerico in sacris constituto incedẽte vti laico, an amittat fori beneficium, si se enormitatibus immisceat, data perseuerãtia, an requiratur trina monitio, Petr. Caball. in quæst. crim. Cent. 1. cas. 60. n. 16. testatur de verissima opinione pro parte affirmatiua, nisi tamen retineat habitum, & tonsuram, quia non amitteret fori priuilegium, quamuis enormitatibus se immisceret, Ambros. de immunit. eccles. c. 17. num. 14. nec i isto casu agitur propriè de amissione ipsius priuilegij, sed de impedimento circa eius vsum, quando clericus tonsuratus non incedit in habitu, & tonsura, neque alicui ecclesiæ inseruit, latè Menoch. in d. cõs. 912. nu. 33. & seqq. Mar. Ant. Macerat. in dicta resol. 48. num. 7. vbi fatetur pluries ita fuisse resolutum per sacram congregationem, dummodo episcopi declaratoria sequatur circa fori amissionem, cũ possit episcopus cum eo dispensare, vt beneficiũ retineat, Zero in pract. episc. p. 2. vers. clericus in fi. & vers. homicida, cum sit regulare, vt declaratoria requiratur, quamuis pœna ipso iure, vel ipso facto imponatur, Menoch. cons. 99. nu. 168. Siluan. cons. 100. num. 11. & seq. Mil. decis. 17. nu. 59. lib. 2. Mastril. de indult. c. 2. nu. 14. vbi testatur, quod ita omnia iura mundi obseruant, vt requiratur declaratoria facti. Maur. Burg. in tract. de mod. proceden. ex abrupto d. q. 65. nu. 42. & seqq. sed Ioan. de Stuan. in c. 1. de apostat. refert quod de iure communi, vt clericus in minorib. ordinib. constitutus fori priuilegio priuetur, quinque requiruntur, & primum, quod non incedat in habitu, & tonsura; secundum, quod enormibus se ingerat; tertium, quod in illis frequentauerit; quartum, quod fuerit monitus; quintum, quod post monitionem fuerit incorrigibilis, & Ant. de Butr. in d. cap. 1. dicit, quatuor requiri, vt clericus in minoribus ordinibus constitutus amittat priuilegium fori; primum, quod non incedat in habitu, & tonsura; secundum, quod ingerat se enormitatibus; tertium, quod in illis frequentauerit; quartum, quod in illis deprehendatur, vt latè refert Alexand. Trentacinq. cons. 12. nu. 16. vol. 2. vbi addit quintum, quod fuerit ter monitus.

39 Pro complemento sciat iudex laicus quod non potest examinare testes in Ecclesia sine licentia superioris Ecclesiastici, Card. Clem. 1. cap. 1. de præben. quia domus Dei, domus orationis est, Io. Euang. cap. 8. Caualcan. in pract. de testib. p. 3. num. 37. vbi subdit, licet iuramentum in Ecclesia præstari possit, cum sit iuris Diuinis.

Reus an pluries super eodem facto, & in eodem de pluribus etiam interrogari possit.

SVMMARIVM.

1 *Reum in eodem interrogatorio de pluribus iudex interrogare potest.*

2 *Reus potest etiam de eodem facto pluries interrogari, & etiam post conclusum in causa.*

3 *Reus pluries interrogatus, an possit se referre ad iam per eum dicta.*

4 *Reus pluries interrogatus an possit instare sibi legi primam depositionem.*

5 *Reus, dum sibi legitur prima depositio, an possit, antequam respondeat, dicere hæc verba; dico, quod, si constabit*

ſtabit me aliter iam dixiſſe, modo hanc reſponſionem ad primam refero, cum melius tunc recordari potuiſſem.

C A P. X.

1 NOn eſt dubium, quod Reus in eodem interrogatorio de pluribus interrogari poſſit, ſed tamen melius eſt, quòd interrogetur ſucceſſiuè de ſingulis, Cartar. de execut. ſent. c. 2. ſub nu. 16. & clarius Pegn. ad direct. inquiſitio. 3. p. comment. 22. §. inquiſitores, Simanch. de Cathol. inſtitut. tit. 44. ſub nu. 14. vbi tamẽ dicit, quod reus, ſi de pluribus vno interrogatorio fuerit a iudice interrogatus, vna cum Plautino reſpõdeat; Multa ſimul cogitas, neſcio quid expediam potiſſimum, &c. & ſequitur. Scacc. in tract. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 28.

2 Et licet ẽt de iure dici poſſit, vt reus ſemel tantum interrogari poſſit, ſecundum communem opinionem atteſtatam per Marian. Socc. in cap. qualiter, nu. 217. in fin. q. 75. de accuſat. quem refert. Clar. q 45. verſ. ſcias tamen; Contrarium tamen docet. Foller. in prac. crim. in verb. & ſi comparent, nu. 4. & ita de conſuetudine obſeruatur, vt pluries examinetur, & interrogetur arbitrio iudicis, vt teſtãtur. Marian. & Clar. vbi ſupra, & ſequitur Cartar. lib. 1. c. 2. nu. 13. & Scacc. in dict. c. 86. num. 64. vbi etiam teſtatur, quod in practica hoc nullam patitur difficultatem, prout verè hic in Curia paſſim obſeruatur. Imò poteſt reum iudex interrogare etiam poſt concluſum in cauſa, vt poſt Alexand. in conſ. 77. nu. 9. lib. 1. firmat idem Cartar. lib. 1. cap. 2. nu. 14. in fin. in prax. interrog. reor. Sed iudices debent cauere, ne ſuperfluè reum pluries interrogẽt, niſi quãdo vellent eum capere in ſermone, vel verbis, & veritas aliunde haberi non poſſet, ne vexetur in lõga carceratione, ac in voluminoſo proceſſu.

3 Sed an poſſit ſe referre reus ad ea, quæ iam dixit in primo examine, Scacc. in d. c. 86. nu. 47. in princ. dicit, vna cum Bart. in l. eos nu. 6. ff. de falſ. quod hoc reſideat in arbitrio iudicis, admittere, & nõ admittere talem reſponſionem relatiuam, vbi etiam concordãtes allegat, & teſtatur de communi, & practicata opinione, poſtquam retulit Doct. contrarium tenentes idem Scacc. vbi ſupra eſt originalis doctrina, Bal. in l. eos, n. 6. C. de falſ. Menoch. caſ. 109. Caual. de Brac. reg. p. 3. nu. 5. in princ. Sed ſciat iudex quod ſi reſponſio rei ſequatur indefinita in criminalibus debeat intelligi ſecundum præcedentem interrogationem ſecundum communem opinionem atteſtatam per Iaſ. in l. ſi cui, §. fin. num. 10. & ſeq. ff. de leg. 1. & relatam per Baiard. quæſt. 55 num. 44.

4 Si verò reus inſtet ſibi legi primam depoſitionem, iudex omnino tenetur illam ei legere: Bart. in d. l. eos, nu. 6. & ſeq vbi Marſ. n. 6. Felin. in cap. cum in tua n. 1. de teſt. Boſſ. de reſponſ. a Reo facien. nu. 3. & de tort. teſt. nu. 34. & de oppoſit. contra teſt. n. 8. Foll. in prac. crim. in verb. capiat informationes, num. 51. Boer. deciſ. 108. num. 9. & maximè ſi rationabiliter petatur, vt poſt Menoch. d. caſ. 109. firmat Caualc. de Brac. reg. d. p. 3. nu. 3. in princ.

Licet aliqui dixerint eſſe poſitum in arbitrio iudicis, & præſertim in reo, qui eſt ſẽper magis ſuſpectus, quam teſtis, vt tradunt Menoch. de Arb. caſ. 109. nu. 12. Cartar. in prax. interrog. reor. lib. 3. c. 2. num. 86. & Scacc. in d. c. 86. num. 47. ſub verſ. ad primam, vbi ſubdit, maximè poſſe dici, ſi interrogetur de recenti, & ab eo bene aliquo corporis ſenſu percepta, & præſertim ſenſu viſus, vt non ſit reo prior depoſitio legẽda, ſecus ſi ageretur de formalitate aliquorum verborũ, & non de recenti auditorum, Caualc. vbi ſupra.

5 Et ſi reus, dum ſibi legitur, vel denegatum fuit legi primam depoſitionem antequã reſpondeat, præmittat proteſtationem per hæc verba. Dico, vt nũc mihi videtur, quòd ſi conſtabit me iam aliter dixiſſe, mea hæc reſpõſio ad primam referatur, cum tunc melius recordarer, Doctores vidẽtur concludere talem proteſtationem eſſe admittendam, vt per Feyn. in d. cap. cum in tua nu. 1. Boſſ. in tit. de tortur. teſt. nu. 34. & de oppoſ. contra teſt. nu. 8. Gayl. in pract. obſeru. lib. 1. obſeruat. 104. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 5. in fin. Sed Scacc. in d. c. 86. nu. 48. verſ. ad ſecundam, cenſet eſſe remittendum arbitrio iudicis admittere, vel non admittere huiuſmodi proteſtationem, & firmat in hanc ſententiam tenuiſſe, Menoch. in d. caſ. 109. in fi. quem ſequitur, Cartar. in d. lib. 3. c. 2. num. 8. Tu autem iudex fac, vt omnino admittas dictam proteſtationem, & eam redigi facias in ſcriptis per Notarium, de qua illam, deinde cõſiderationem habebis, quæ de iure erit habenda, conſiderando, an agatur de facto recenti, & alia ſuperius adducta conſiderabis.

Reus an poſſit interrogari de his, quæ potius in iure, quàm in facto, vel in peritorum iudicio conſiſtunt.

S V M M A R I V M.

1 *Reus non tenetur reſpondere interrogatorio, quod ius concernat.*

2 *Reus non tenetur dicere, an ſit, vel non ſit culpabilis, ſed an fecerit, vel non fecerit tale factum.*

3 *Reus non debet interrogari ſuper his, quæ ſpectant ad iudicium peritorum.*

C A P. XI.

1 REus non tenetur reſpondere interrogationi, quæ ius concernat, & ſi reſpondeat, iudex nõ debet dictæ reſponſioni acquieſcere, l. ornamentorum, & ibi Bar. de aur. & arg. leg. Alex. conſ. 115. num. 2. & ſeqq. lib. 3. Boſſ. tit. de reſponſ. a reo facien. num. 17. Flam.
2 Cart. in tract. interrog. reor. lib. 2. c. 2. nu. 19. † vbi firmant, quòd reus non debet dicere, an ſit, vel non ſit culpabilis, ſed tantũ ſuper ſerie facti reſpõdere, an fecerit, vel non fecerit talem rẽ, Scac. in tract. de iud. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 86. nu. 34. & ſi fateretur eſſe homicidam, craſſatorem, & ſimilem, talis confeſſio ſibi non noceret, vt latè dixi ſupra in Defenſione circa corpus delicti.

3 Et minus eſt interrogandus ſuper his, quæ ſpectãt ad peritiam, vel iudicium peritorum, Franc. Caſſon. in tract. de ind. & tort. c. 4. ſub num. 3. vbi firmat reum non eſſe adſtringendum ad dicendum, an vulnus per eum in aliquem illatum fuerit lethale, nec ne, quia talis interrogatio dicitur diabolica, cum tendat ad tollendas rei defenſiones, latè Signor. quem allegat. Iul. Clar q. 45. verſ. debet autem, Foller. in pract. crimin. in verb. item quod ſororem, numero 36. Thom. Triuiſ. deciſione 5. numero 2. libro 2. Scacc. dicto capit. 86. numero 34.

Iudex an possit vti interrogatorijs dubijs, obscuris, & sophisticis, ac cautelis, fictionibus, & fallacijs.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit vti interrogationibus dubijs, obscuris, & sophisticis.*

2 *Reus potest antequam respondeat instare, vt iudex sibi declaret interrogationes dubias.*

3 *Cautela deceptoria in examine, solent in hoc saeculo iudicibus honorem afferre, sed in alio aeternam damnationem.*

4 *Interrogationes fictitiae, & fallaces duplices dicũtur, vna ad bonum finem, altera ad malum, & illa ad malum sunt omnino prohibita.*

5 *Mala non sunt facienda, vt eueniant bona, imò nec bonum est faciendum, si ex eo sequitur malum.*

6 *Interrogationes inhonestae, & reprobatae quae sint, & hic ponuntur exempla.*

7 *Interrogationes honestae quae sint remissiuè.*

CAP. XII.

1 LIcet aliqui admittant, quod iudex pro eruẽda veritate possit vti interrogationibus dubijs, obscuris, & sophisticis, & simulatè agere, de quo per capit. afferte extra de praesumpt. Boss. tit. de confessis per torturam nu. 10. & tit. de exam. reor. num. 3. 15. & 18. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 2. nu. 16. Ant. Gomez tit. de delict. c. 13. nu. 4. Farinac. cons. 83. n. 7. † Tamen reus
2 antequam respõdeat erit sibi consultum, vt instet penes iudicem, vt sibi declaret melius interrogatorium, sicut iudex potest etiam cogere ipsum reum ad melius, & clarius respondendum, vt post Direct. inquis. p. 3. n. 88. admonet Pegn. Comment. 21. §. primus est, cum sequent. sed magis apertè in §. quod si quando, & Cartar. in prax. interrog. reor. lib. 2. c. 1. sub nu. 14. & his poterit vti iudex in Reis doctis, vel versutis, secus in alijs idiotis, & rusticis, cum quibus non potest dictis interrogationibus sophisticis, & obscuris vti, Cartar. vbi suprà, qui dicit ita esse dispositum per Bullam Pauli Tertij, & sequitur Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. nu. 32. Immo Cartar. in d. lib. 2. c. 1. sub n. 18. dicit,
3 † quod fuit originale dictum Cyn. vt refert Castr. in l. si per errorem nu. 5. in fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. aedita nu. 9. C. de eden. & Scacc. in d. cap. 86. nu. 35. circa princ. Adden. ad Moder. Rom. in cons. 83. in lit. C, Sed Cart. vbi supra refert quod licet cautele deceptorie soleant inter vulgares afferre honorem iudicibus, in hoc saeculo in alio autem aedificant sibi gehennam.

4 Circa verò alias cautelas, fictiones, & fallacias est distinguendum, vt per Franc. Pegn. ad Direct. Inquisit. p. 3. comment. 43. §. sed duo sunt, qui dicit esse duo genera cautelarum, vnum, quod tendit ad malum finem, alterum, quod tendit ad bonum, & sic iudex vti non debet illo, quod ad malum tendit, cum illud sit semper prohibitum, vt declarat. Scac. in d. c. 86. n. 35. vers. si loquimur; Iudici autem permittitur illud, quod tendit ad bonum, dummodo cautela, vel fictio sit honesta, vt habemus de iudicio Salomonis per c. afferte nobis de praesumpt. Secus si fuerit inhonesta, quia erit
5 prohibita, cum † non sint facienda mala, vt inde eueniant bona, cap. neque num. 14. q. 5. & ibi glos. Nauar. in Manual. confess. c. 18. sub nu. 8. Cartar. in dict. prac. interrog. reor. lib. 2. c. 1. n. 77 & latè Add. ad Farinac. in cons. 83. in lit. D, vbi cõcludunt, quod iudex potest vti cautelis laudabilibus, & ad bonũ finem, secus cautelis deceptorijs, & ad malum finem, & ibi Farinac. d. cons. 83. n. 7. in fin. post alios, quos allegat, dicit, quod iudex non potest vti mendacijs, neque falsitatibus, idẽ Farinac. latius reassũpsit in q. 81. nu. 304. 311. 312. & 313. vbi refert eosdem Doctores relatos per Scac. in loco supra allegato, & idem Farinac. in q. 83. n. 88. & seqq. Immo faciendum non est bonum, si ex eo sequi potest malum. Abb in cap. cum ab omni nu. 2. de vit. & honest. cleric. Crau. cons. 6. n. 89. Scac. in d. li. 1. de iudic. ciuil. & crim. lib. 1. c. 12. nu. 48. & c. 86. n. 35. vers. Si verò loquimur.

6 Vt autem iudices bene sciant quae sint cautelae inhonestae, & ad malum finẽ, ac reprobatae, vt illas euitare possint pro salute suarum animarum, & ne pauperes carceratos indebite vexent, ac Aduocatus sciat defendere clientem, & subuertere processum, nõnullas cautelas hic recensere volui, ex quibus deinde iudices poisent etiã alias similes percipere, & euitare.

Principalis illa est cautela, per quam timor mortis Reo infertur, vnius exemplum habemus in illo Beato Ioanne de Capestrano, qui dum fuit in Regno Neapolitano Procurator Fiscalis obtinuit quemdã condemnari in amputatione capitis, finxeratque ad eamdem poenam esse condemnatum ipsius filium, & abscisso capite patri, filium tantus timor inuasit, vt, quãuis fuerit innocens, illico, decesserit; quod finxerat Capestranus ad eruendam veritatem a filio; vbi quod statim officio renunciauit, & ingressus fuit Religionẽ S. Francisci, vbi vitam sanctissimam duxit, vt post Paris. de Put. refert Boss. in tit. de exam. Reor. nu. 4. Scac. in d. c. 86. n. 3. sub vers. 2. ob nimium timorem, & Addentes ad Farinac. in cõs. 83. in litt. D, Cartar. in Prac. interrog. Reor. lib. 2. c. 1. nu. 52. Farinac. d. q. 81. n. 312.

Secundum adducitur exemplum de illo iudice detinente quemdam grauibus indicijs satis grauatũ, inculpantem nonnullos graues viros, & magnum scandalum esset in populo ortum contra eos, qui iudex illum ad mortem ficte cõdemnauit, & duxit adduci ad patibulum, vbi illum interrogauit, an verum esset in iudicio animae suae, quod illi, quos ipse inculpauerunt, delictum commisissent, qui fictionem ignorans, factis interrogationibus in iudicio animae, timore mortis obijt, vt post Paris. de Put. refert Cartar. in prax. interrog. Reor. lib. 2. c. 1. nu. 51. & Scacc. in dict. c. 86. nu. 3. circa fin. vbi etiam refert ex traditis per Arist. contigisse aliquos mori, qui solum viderunt homines laqueo suffocari.

Tertium potest remitti arbitrio iudicis quae dicantur cautelae deceptoriae iniustae, & reprobatae a lege, vt post Scac. firmat Additio. ad Farinac. in d. cons. 83. in litt. D, in fin.

Quartum est, quòd iudex se abstinere debet eruere confessionem a Reo super delicto, sub spe impunitatis: de quo latius inferius dicam in c. 24.

Quintum est, quando iudex dicit reo, vt dicat veritatem, quia ipse bene scit totum factum, & de eo est benè informatus, neque potest accipere processum, & eum voluere in presentia rei, fingendo velle legere depositiones testium de ipso delicto deponentium, neque alia facere, per quae credat reus, quòd iudex

vere

verè ſit informatus, quia iſto modo iudex diceret mẽdaciu, quod nullo modo eſt permiſſum, & ob id peccaret mortaliter, ſed ſolum poteſt annuere, quòd ſit informatus, ſed non dicere, quòd omnia ſcit, & eſt de delicto informatus, quãdo hoc non eſt verum, vt hæc omnia ponit Cartar. in Pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 1. num. 77. & ſeqq & ſequitur Farinac. dict. quæſt. 81. num. 309. Baiard. q. 55. nu. 10. vbi etiam iudices damnat, ſi iudex conuiuet reum, & poſt cœnam deueniat ad colloquia pro habenda confeſſione delicti, & Fab. Torret. conſ. 9. nu. 5. ponit illud exemplum in eo, qui dicitur adductus ad faciem alicuius à quo ob id fuit extorta confeſſio, & non erat verum, quod fuerit adductus.

Sextum eſt, quòd iudices debẽt ſe abſtinere in mittendo, & introducendo exploratores homines viles, & infames intus carceres cum carceratis, vt cum eis bibant, commedant, tractent, & loquantur ad effectũ, vt extorqueant confeſſionem à rei, cum vt plurimum iſti exploratores, & perſones infames ſolent cum mille mendaeijs, fallaeijſque perſuaddere carceratis, nõ, vt veritatem dicant, ſed vt fateantur delictum, de quo imputantur, & eis, vt plurimum promittunt gratiam, vel impunitatem, nomine iudicis, & maria, & mõtes, vt deinde ita reos ad confitendum inducẽdo, poſſint conſequi magnum præmium a fiſco, vel camera, & ideo iſti Ribaldi ratione quæſtus ſolẽt multa mala cõmittere, & cum per ſimiles modos ſit omnino prohibitum Iudici confeſſionem à carceratis extorquere, multo magis erit deteſtandum in iſtis exploratoribus, qui de iudicis mãdato, vltra modo ſibi cõmiſſum, perſæpè præfata operantur, qui aliquando à carceratis pœnam recipiunt, cum de nocte, luminibus extinctis, pugnis, & verberibus percutiantur, & malè tractẽtur, vt benè firmat Additio ad Farin. in d. conſ. 83. in lit. A, verſ. dicant tamen, & latè idem Farinac. quæſt. 83. num. 93. & ſic non obſtat, quòd nonnulli voluerint iudicem poſſe introducere intus carceres aliquem, qui inducat reum ad fatẽdam veritatem, vt per Emeric. Direct. inquiſit. part. 3. num. 100. ſub rubr. cautelæ inquiſitorum, fol. 465. num. 106. in 8. caut. vbi Pega in addit. in lit. C, & in lit. G, comment. 23. qui eorum opinio eſt intelligenda in crimine hereſis, ac etiam cum temperamento, vt illi ſit introcluſi, & intromiſſi, ſiue ſocij criminis, ſiue alij, non dicant mendacia, quæ minime dicenda ſunt pro quacunque veritate habenda, vt bene explicat idem Franc. Pega in d. addit. in lit. I, & ſequitur additio ad Modern. Rom. in d. conſ. 83. in lit. A, ſub verſ. verum contra præmiſſa, & ſolu poſſent admitti dicti exploratores intus carceres vna cu Reo, & alijs carceratis, ad obſeruandum, & referendum quicquid per ipſos inquiſitos, & carceratos dicitur, & agitur, & iſto modo ego etiam aliquando vſus fui, & experientia docuit, quod multa ſecreta delicta iſto medio in lucem prodierunt, & hunc modum etiam approbat Farinacc. d. quæſt. 81. num. 309.

7 Si autem iudex ſcire velit quibus cautelis licitis, honeſtis, ac à iure approbatis vti poſſit, videat Cartar. in d. Prax. interrog. reor. lib. 2. n. 46. & ſeq. & latius Seac. in d. cap 86. nu. 37. Farinac. quæſt. 81. nu. 304. & ſeqq. Decian in tract. crim. lib. 2. cap. 15. num. 5. Sed quando iudex vtitur ſimilibus cautelis licitis, debet facere, vt per Notarium redigantur in ſcriptis, vt appareat, quòd honeſtis modis iudex procurauit habere veritatem per ſimulationes, & fictiones, alias, ſi de eis in actis non conſtaret, præſumeretur, quòd tanquam inanis gloriæ cupidus vſus fuiſſet ſimulationibus, & fallacijs reprobatis, vt bene pro nunc declarat Farin. dict. quæſt. 85. num. 314 vbi ſubdit, quod iſto caſu reus confitens delictum non poſſit ſaltim pœna ordinaria puniri.

Iudex non poteſt per ſuggeſtionem extorquere confeſſionem à carcerato, & quando dicatur per ſuggeſtionem id fieri.

S V M M A R I V M.

1 *Suggeſtio in examine rei omninò eſt prohibita.*
2 *Suggeſtio eſt prohibita, tàm quando fit per iudicem, quàm ſi aliunde proueniat de mandato iudicis.*
3 *Suggeſtio in tortura eſt magis prohibita.*
4 *Suggeſtio quando dicatur facta.*
5 *Reus quando poſſit in ſpecie de delicto interrogari, ac etiam ſuper complicibus.*
6 *Indicia requirũtur ſpecialia, vt reus poſſit interrogari in ſpecie de delicto, reprobata contraria opinione.*
7 *Reus non poteſt interrogari in ſpecie in tortura.*
8 *Suggeſtio dicitur fieri, quando reus in tortura interrogatur ſuper circunſtantijs, & qualitatibus.*
9 *Socius criminis non poteſt interrogari in ſpecie de certa perſona contra ſocios, niſi adſint indicia ſpecialia.*
10 *Suggeſtio dicitur fieri, ſi ponantur reus, & teſtes ante examen in eodem carcere.*
11 *Suggeſtio reddit proceſſum ipſo iure nullum, etiã vbi procedi poteſt manu Regia, & ex abrupto.*

C A P. XIII.

1 SVggeſtiones non ſolum ſunt improbatæ, quando iudex Reo, aut teſti torturam infert, Salicet. in l. fin. nu. 9. & ſeqq. in fin. C. de accuſ. Boſſ. tit de indic. & conſider. ante tort. n. 148. Clar. q. 21. verſ. retento igitur in fin. Blanc. de indic. n. 382. Peguer. deciſ. 5. n. 21. & ſeq. verum etiam generaliter in quocumque examine ſine tortura faciendo, Boſſ. tit. de examin. reor. ſub num. 12. cum à ijs per Cartar. in d. prax. interrog. reor. lib. 2. c. 1. nu. 54. & ſeqq Mod. Rom. in conſ. 83. nu. 6. in fine, & idem voluit poſt alios, quos allegat in conſ. 22. nu. 20. in fine, & q 83. nu. 84. & ſeqq. latè qui alios allegat Fab. Turret. conſ. 66. n. 4. qui refert quod debeat inquiſitus, vel carceratus interrogatus in ſpecie ſuper delicto quãdo non præcedebant indicia abſolui: imò relaxari abſque impenſa, Rol. conſ. 40. n. 12. lib. 2. & quod ipſe Turret. alias ita obtinuit a legato Peruſiæ, & quod in multorum præſentia legatus dixit iudici prius ad diſcendum ſeſe habeat, quam ad iuſtitiam adminiſtrandam vtinam alij ſuperiores hodie hoc dicerent, & obſeruarent.

2 Quòd Doctores admittunt, non ſolum quando fit a iudice immediatè, ſed etiam ſi fiat per Notarium, vel per aliam perſonam de mandato iudicis, latè per addentes in d. conſ. 83. in lit. A, ad Farinac. & idem in q. 83. nu. 84 & ſeqq.

3 Eoque magis eſt vera, vt depoſitio facta per ſuggeſtionem non valeat, quando reus, vel teſtis interrogetur in tortura, & cruciatu corporis afficiatur. Boſſ. tit. de exam reor. num. 13. in fine, Cartar. in d. Prax. interrog. reor. c. 1. nu. 62. lib. 2.

4 Suggeſtio autem diceretur facta a iudice ipſi reo,

quando

quando interrogaret reum in specie, vt puta, an vulnerauerit Titium, an fecerit talem falsitatē, vel aliud simile, vel si testi aliquē nominet, quia isto casu reus, vel testis incitaretur ad fatendum delictum, vel nominandum aliquem, potius per suggestionem, quam per inquisitionem l.1.§ qui quæstionem, ff. de q. qui text. licet loquatur in teste, tamen ad reum etiam extenditur, Ang. de malef. in verb. fama publica nu.118. Boss. tit. de exam. reor. num.12. Salic. in l. fin. col. pen. vers. quanto nunc de modo, C. de accus. Ruy. cons.7. nu.14. vers. nec etiam frater vol.5. Blanc. de indic. num.381. Nauarr. in Manuali c.18. De octauo præcepto nu.18. Peguer. decis.5. nu.20. vers. tamen, Iul. Clar. q.45. vers. debet autem Pegn. In annot. ad Direct. inquisit. 3. par. Schol.19. vers. id vero in primis, latè Cartar. in prax. interrog. reor. lib.2. c.1. num.54. & seqq. vbi alios allegat, & dicit, quod debet interrogari, quis tale delictum fecerit. Ant. Gomez tit. de delict. c.13. nu.23. in fin. & Grammat. vot.34. num.13. dicit d.§. qui quæstionem, procedere etiam in seruo Fab. Turret. cons.9. num.3. & suggestio palliata dicitur quando iudex vtitur illis interrogandi modis, & ad opportunas domini interrogationes, vel opportune interrogatus respondit, & non potest appare de qua re fuerit interrogatus. Cartar. de interrog. reis lib.2. c.1. n.54.65. Farinacc. q.83. num.92. Sed debeat interrogari si cum aliquo habuit rixam, vel si cum Caio & si illum vulneraauit, vel dicat si aliquod maleficium cōmisit. Gaspar. Caball. in coll. March. lib.4. c.1. in litt.G, nu.1. gl.1.

5 Alij autem distinguunt, quod si præcesserint indicia ad interrogandum, tunc Reus, & testis possint in specie de delicto interrogari, secus si non præcesserint dicta indicia. Boss. tit. de exam. reor. num.12. Brun. de Indic. p.1. q.3. nu.25. Foller. in pract. crim. in verb. fui in domo sub nu.1. Blanc. vbi supra, Menoch. de Arb. lib.2. cas.474. nu.53. Peguer. decis.5. num.21. in fine, Cartar. in pract. interrog. reor. lib.2. c.1. n.64. Baiard. q.21. nu.27 in fine, Scacc. in d.c.86. num.18. vbi dicit hoc esse verum in reo posito in tortura, vt possit in specie interrogari, quando præcedunt specialia indicia, & super cōplicibus, & socijs, si indicia contra eos præcedant: sed Caball. in d. lib.4. c.1. in litt.G, nu.2. dicit credere esse arbitrarium iudicis, & quod debeat esse Iudex sub filis inuestigator, & quomodo Reus debeat interrogari contra consocios, vt euitetur suggestio, docet Iacob. de Beluis. in pract. cri. tit. de quæst. n.50. vers. sextus est, & latius Cartar. d. lib.2. c.1. n.70.

6 Indicia autem ad effugiendam suggestionē, si agatur de interrogando Reum in specie de delicto, requiruntur aliquantulum vrgentiora, quàm ad interrogandum in genere, adeò vt ex illis iudex certo sciat illum commisisse delictum. Boss. tit. de exam. reor. num.12. Cartar. de interrog. reis lib.2. c.2. nu.64. Scacc. in d.c. 86 num.39. quod suo iudicio, in proposito, pro certo scire est, quando præcedat plusquam semiplena probatio, & sequitur. Farinac. q.83. nu.97.

Et caueat iudex, ne decipiatur a Franc. Casson. relato per Iul. Clar. in q.45. vers. debet autem, qui voluit de consuetudine posse Reum interrogari in specie, etiamsi non præcedant indicia, quia in contrarium se habet communis practica, vt patet ex formulis interrogandorum Reorum, quas tradunt Eymer. Direct. Inquisit. p.3. n.74. vbi Pegn. Comment.18. §. communionibus cum seqq. Simanch. de Cathol. instit. tit.44. nu.14. & seqq. Cartar. lib.3. c.3. nu.22. & seqq. in prac. interrog. reor. Scacc. d.c.86. nu.39. vbi reddit bonam rationem istius practicæ interrogandi in genere per circuitum, & sub num.40. firmat, quod prorsus tam de iure, quam de consuetudine, si non præcedat indicia, semper Reus debet interrogari in genere, ad euitandam suggestionem, & quod, interrogando in specie, potius decernetur suggerere, quā inquirere, & ibi alios concordantes cumulat, & sine difficultate non debet interrogari de specialibus qualitatibus delicti, sed solum an comiserit, vel non comiserit tale delictum, Farinac. q.83. nu.98. in fin.

7 Quæ conclusio de non interrogando Reum in specie magis procedit, quando interrogatur in tortura, quia, si suggestio est euitanda in plano, multo magis euitari debet in carcerato, & in existente in tortura. Cartar. in tract. interrog. reor. lib.4. c.1. sub num.4 & in tract. de execut. sent. c.2. n.83. & seqq. Scac. d.c.86. nu.40. in fine, quia, si suggestio habet dependentiam a metu tormentorum, ex quo Reus ad euitanda tormenta præsumitur fateri, quæ sibi suggeruntur, ergo quanto magis dicendum est in ipsa tortura: & sic iudex habeat ex istis, quod aliud est præcedere indicia ad irrogandum Reum in genere, de quibus Scac. c.84. num.9. lib.1. aliud verò præcedere ad interrogandum in specie, quæ debent esse vrgentiora, sequitur Farinac. q.83. nu.97.

8 Ac etiam decernetur suggestio, quando iudex interrogaret Reum super circumstantijs, vel qua itatibus delicti, siue interroget eum in genere, siue in specie, vt puta, si illum interrogaret, an percusserit Titium in brachio, ense, tali die, & hora; an surripuerit pecunias ex marsupio rubeo, vel viridi, an ex capsa, vel alio loco certo. Bolognet. ad Guid. de Suzar. in tract. de tortur. n.15. latè Flam. Cartar. in pract. interrog. reor. lib.2. c.1. nu.67. & seq. Farinac. d. q.83. num.88. & ibi tradit alia exempla. Add. ad Farinacc. in consil.83. in litt.B, vbi docet post alios, quos allegat, quod debeat interrogari, an a tali tempore citra fecerit rixam, cum quo, in quo loco, quomodo, & de quo tempore, an illata fuerint vulnera, in qua parte corporis, in quo loco, & de quo tempore, & latissimè tradit rectam formam interrogandi. Scacc in d.c.86. nu.7. vbi concordantes allegat, Mod. Rom. q.43. nu.132. & seq. & latius q.83. num 88.

9 Et socius etiam criminis debet interrogari in genere, & non in specie de certa persona, nisi adesset specialis præsumptio, quod certa persona interuenerit, aliter enim esset potius suggerere, quam interrogare. Salyc. in fin. num.9. & seq. C. de accusat. Menoch. de Arbitr. cas.474. num.53. lib.2. Clar q.21. vers. retenta igitur in fine, Cartar. de execut. sent. c.2. num 83. & in prax. interrog. reis lib.2. c.1. nu.69. & seqq. vbi docet formam interrog. reor. lib.2. cap.1. nu.69. & seqq. vbi docet formam interrogationis super socijs, & complicibus, vt non dicatur suggestiua, latè Peguer. decis. 5. sub nu.21. & 22. latè Moder. Rom. qui alios allegat q.43. nu.132. vbi etiam testatur de communi, Scac. d. c.86. nu.7. & sic, vt socius criminis non interrogetur in specie de certa persona, sed in genere, an alij interuenerint, & fuerint socij etiam in casibus, in quibus de consocijs interrogari possit, & quod suggestio cōmittatur, ac prohibeatur, quando iudex interrogat Reum, non solum in ipsius caput, sed etiam in caput alte-

alterius, vt post alios, quos allegat, firmat Maur. Burg. in tract. de mod proced. ex abrupt. cent. 1. q. 100. n. 3. Et, si interrogetur de socijs, & complicibus in tortura, debet interrogari cum protestatione, quòd ipsam iudex non intendit de delicto principali interrogare, sed solum de complicibus, latè post alios, quos allegat Mau. Burg d. q. 100 num. 58. & seqq. vbi etiam subdit quod si respondeat non commisisse delictum non sit recipienda in actis eius responsio. Cartar. de execut. sent. c. 2. nu. 76. & seqq. Baiard. in q. 64. nu. 26. cum sit tantum interrogandus de complicibus Intrigl. sing. 180. n. 15. & seq. lib. 2. Cartar. d. c. 2. nu. 58. & 67. Farinae. q 40. nu. 28 Viu. opin. 21. p. 2.

Quod tamen limitatur, quando adsunt indicia particularia contra aliquam certam personam, quia tunc de ea particulariter etiam interrogari potest; quæ indicia debent esse manifesta, ita vt verè dicatur constare illum esse delinquentem, vt superius dixi, & tradit etiam Moder. Rom. in d. q. 43. num. 132. in fine, & 133 vbi firmat ita vidisse seruari à iustis, & bonæ cõscientiæ iudicibus, & latius reassumit in q. 83. nu. 97. Ac etiam limitatur, quando iam Reus fateretur deliquisse cum socijs, sed non exprimit eorum nomina, quia tunc potest interrogari, ac moneri, vt dictos socios exprimat, & ita seruatur, vt firmat idem Moder. Roman. in d. q 43. nu. 923. in fine, reprobato Peguer. in d. decis 5. num. 7. vbi voluit posse tantummodo isto casu cogi ad expressionem sociorũ in criminibus exceptis, & non in alijs, sed opinio Peguer. posset seruari, vbi aliter de contraria practica non constaret. Et in omnem casum sciat iudex, quòd non potest suggerere Reo personam particularem Caroli, vel Francisci, sed cogere Reum ad expressionem sociorũ in genere, nempè, qui fuerint eius socij.

10 Vitio etiã suggestionis processus laboret, si iudex poneret Reum, & testes in eodẽ carcere, qui possent ad inuicem loqui, & factum, ac eius circumstantias, & qualitates ad inuicẽ suggerere, & recẽtere vt in casu, in quo consuluit. Moder. Rom. d. cons. 83. nu. 6. & ibi Add. in litt. A, qui loquuntur etiã in exploratore posito intus carceres cum Reo; Et si iudex, ac Aduocatus velint habere alia exempla, quæ sint interrogatiua suggestiua, & captiosa, adeant Cartar. in d. Prax. interrog. reor. ferè per tot. Scacc in d. c. 86. cum multis num seqq. Modern. Senogal. in prax. de mod. forman. process. inform. lib. 2. ferè per tot. Bursatt. in cõs. 201. nu. 81 vol. 2. Baiard. q 21. n. 28. Addit. ad Mod. Rom. in d. cons. 83. qui etiam omnes docent, quomodo iudices possint deuenire ad specialem interrogationem Gaspar. Caballin. in const. March. lib. 4. c. 1. in verb. comparuerit n. 1. & seq vbi etiam amplius dixit, quod iudicis arbitrio remittatur, quæ dicantur interrogatoria suggestiua, & quæ non, Cartar. in d. Prax. interrog. reor. lib. 2. c. 1. nu. 54. & num. 65. vbi propterea infert, quòd ad euitandam suggestionem iudex non debet legere reo depositiones testium: quod tamen hodie parum obseruatur, & male, & nu. 67. & seqq. Add. Farinae. in d. cons. 83. in lit. B, circa med. Ball. in tract. de quæst. q. 12.

11 Ad quod Aduocatus summopere inuigilare debet, cum ex vitio suggestionis processus subuertatur, & ipso iure nullus dicatur, prout in facti contingentia indicauit Senatus Mediolanẽsis. Iul. Clar. in q. 21. vers. recenta igitur, Moder. Roman. q. 43. sub num. 132. & q. 83. nu. 84. latè Scacc. de iud. lib. 1. c. 86. nu. 7. & 40. & latè Maur. Burg. in tract. de modo proced. ex abrupto q. 100. nu. 83. & seq. vbi omnes concludunt, quòd si per suggestionem sequatur confessio, non afficiat confitentem, nec etiã processus substinebitur, si procederetur manu Regia, velo leuato, & ex abrupto, quando pateretur vitium suggestionis, cum nõ remoueantur in eo, nisi solemnia iudicij, inter quæ non includitur suggestio. Bursatt. cons. 201. num. 123. vol. 4. Cartar. in Prax. interrog. reor. lib. 4. c. 1. nu. 59. Maur. Burg. in d. q. 100. nu. 82. de quo latè dicam in Defens. circa confessionem.

Notarius quòd facere debeat in examine testium, & Reorum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius debet omnino annotare, & scribere, quæ fiunt, & dicuntur per testes, Reos, & iudicem.*

2 *Trepidationes, pallores, & alia signa debent per Notarium assignari, de mandato iudicis, & si illa viderit, dicat, prout ego vidi, si autem non viderit, dicat, de mandato iudicis.*

3 *Iudicis excessus in examine probatur per coniecturas, & signa, & plenè per vnum testem.*

C A P. XIV.

1 NOtarius autem debet omnia diligenter adnotare, & scribere, quæ dicuntur, & fiunt per testẽ, Reum, atque per iudicem, & in actis redigere. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationes sub n. 54. & in verb & si comparent num. 4. Simanch. de instit. Cathol. tit. 44. nu. 15. in fin. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 3. c. 2. n. 90. Franc. Personal. in tract. de indic. & Tortur. n. 181. circa fin. vbi subdit, vt constare possit an aliquis iudicis excessus interuenerit, Burs. cons. 201. n. 86. vol. 2. latè Caualc. de testib. p. 5. n. 1. & 119. & sub nu. 222. dicit, quod si Notarius non scribat dicta testium ad vnguem teneatur parti. Et nos in Statu Ecclesiastico habemus Bullam Pauli III. æditam in fauorem pauperum; Et in Regno Neapolitano adest
2 pragmaticã, de qua fit mentio, vbi suprà. † Nec non in specie annotare debet pallorem Rei, illiusque trepidationem, vel alia signa, ipso Reo præsente, & intelligente, & omnia annotare debet de mandato iudicis; dummodo tamen ipse Notarius præfata viderit, ac perpenderit, & iudici credere non tenetur: & verba Reorum sunt scribenda, prout materno sermone ab eis proferuntur; vt est videre latissimè per Cartar. in prax. interrog. Reor. lib. 3. c. 3. nu. 81. & cap. 2. n. 76. & seq. & de forma istius annotationis Tyrones videant Moder. Senog de mod. forman. procesf. informat. lib. 4. c. 8. nu 4. cap. 10. nu. 3. c. 14. nu. 1. & seqq. & ibi etiam ambo docent, quid sit obseruandum in quolibet tormento vigiliæ, ignis, taxillorum, & aliorum tormentorum; & semper Notarius debet addere, & asserere, quod præfata ipse vidit Foller. in prac. crim. in verb. & si comparet nu. 5. Claud. Battand. in pract. crim. reg. 12. nu. 18. Scacc. in tract. de iudic. lib. 1. c. 86. nu. 48. vers. verum aduerte, vbi alios allegat: & si ipse Notarius non vidit, debet scribere solum, quod iudex ita sibi dixit, & iussit, secundum Bal. in l. nullum. C. de test. quem sequitur Fœlin. in cap. quoniam contra 49. dist. in fine de probat. Boss. tit. de oppos. contra testes, nu. 145.

nu.145.latè Caualc.d.p.5.nu.129.latè Cart.lib.3.c.2.n.80.de interrog.reis, vbi subdit, quod efficacior erit scriptura, si ipse Notarius etiam vidisset, & perpendisset & ideò debeat addere, & idem mihi videtur.
5 Scacc.d.c.86.† nu.48.in fine. Et ipse Notarius debet acta scribere,& non iudex, quia acta scripta per iudicem sunt nulla, Capoblác.in tract.de auctorit.Baron. pragm.8.nu.165.in fin.vbi concordantes allegat.

Sed difficultas est,quomodo Aduocatus possit defendere cliẽtem, aduersus Notarij omissionem, & iudicis excessus in examine testium, & Reorum commissos. Pro resolutione autem firmanda est cóclusio, vt ea omnia,quæ in actu examinis committuntur, dicantur difficilis probationis, cum ibi actu, & ferè habitu testes interuenire non possint, nisi persona iudicis, Notarij, Rei, & aliquando procuratoris Fiscalis, vel alicuius substituti Fiscalis,Marsil.cons.5. num.21. & seq.& cons.44.nu.9. circa princip. Menoc.de arb. cas.116.nu.21.& seq.cons.44. nu.9. circa princ. Menoch.de arb.cas.116.nu.19.Bursat.cons.201. num.5. & seqq.vol.2.vbi concordantes allegat, & ibi subdit, quod iudices Terrarũ solent examinare Reos, ac etiã ponere ad torturam nocturno tempore, & ita sæpius in Foro obseruari vidit,te statur Polidor.Rip. in trac. de nocturn.temp.c.91.nu.10.

Et ideo Doctores admittunt præfata omnia posse probari per præsumptiones,& coniecturas,Alexand. cons.98.col.pen.vol.3.Mar.in pract.crim.§.expedita nu.16.Boss.in tit.de confess.nu.75. Paul.Merend.cõsil.81.num.46.& seq. to.2. diuers.crim.in fol.Bursatt. cons.201.nu.5. vol.2. vbi subdit,quod eo magis præfata concludenter probata dici debeant per vnum testem.

Reus an in Foro conscientiæ teneatur fateri delictum.

SVMMARIVM.

1 *Reus in foro conscientiæ tenetur fateri delictum, quãdo legitimè interrogetur, secus si non legitimè interrogetur.*
2 *Damnatus ad mortẽ, an possit aufugere à carceribus, absque incursu peccati mortalis.*

CAP. VIII.

1 IN hac quæstione Diuus Thomas 2.2.q.69.artic.1. resoluit, quod Reus ex debito iustitiæ teneatur iudici veritatem fateri si interrogetur secundum formã iuris, &, si non confiteatur, peccet mortaliter, & est text.in c.2.de maior.& obed.vbi disponitur, quòd teneatur obedire iudici præcipienti sibi, quòd fateatur. Nauarr.in Manual.c.18.sub 8.præcept. nu.57. Ludouic.a Peguer. decis.5. num.24. Quomodo autem ista quæstio intelligatur, secundum formam iuris, nempe si præcesserint legitima indicia ad illum examinandum, & quod Reus possit celare veritatem fine peccato,quando interrogetur,si nõ præcesserit infamia, tenent Caietan. Adrian. Nauarr. & Supelmeda,quos refert,& sequitur,Couarr.variar.resolut.lib.1.c.1.n.2. Sot lib.5.de iust.& iur.q.6.art.2.colum.penult.qui testatur,se nullum vidisse tenere contrarium. Hier. Hispan.in tract.commun.contra commun.q.603. vbi de communi,& quòd in iudicando, & consulendo ab ea non sit recedendum,& vide latè Scacc. in d. cap. 86. nu.51. vbi dat cautelam carcerato, vt opponat, quòd non potest interrogari,nec examinari, quia non præcedunt indicia, & ibi etiam tradit, quid si Reus petat offendi indicia, an iudex teneatur, & facta dicta protestatione iudex in syndicatu teneatur ad omnia damna,& interesse passa, & expẽsas, & quod reus debeat appellare,& protestari,quod non teneatur respõdere latè Fulu.Pacian.de probat.lib.1.c.7.num.7.& ibi latius Addit.in litt. A, vbi tradunt quamdam distinctionem de homine perfecto,vel imperfecto,vt perfectus teneatur fateri veritatem,& imperfectus possit negare, & primus negans veritatem incidat in peccatum mortale, secundus autem in peccatum veniale, & ibi allegant Canonistas hanc distinctionem sequentes,& fuit originalis doctrina Afflicti,vt dixi supra cap.13. Et quomodo scire possit Reus, quod indicia præcesserint legitima, & an in hoc casu præsumendum sit pro iudice, quod illũ legitimè examinauerit, remitto Lectorem ad D.Thom. in loco proximè citato, vbi pulchrè totam istam materiam declarat. Caieta.in comment. & an teneatur etiam in foro conscientiæ Reus propalare socios,sunt videndi Diuus Thomas in dic. q.69.art.1.& q.70.art.1.& 2.Nauar.in Manual.c.18. de 8.præcept.nu.57.& seqq.& latè Peguer.& in dict. decis.5.nu.25. & seqq.sicut è conuerso iudex interrogans Reum, præter iuris ordinem, etiam peccat cum iniustè det causam notabilis infamiæ proximi, dũ extra potestatem suam inquirit,contra l.fin. ff.de iurisd. omn. iud. & cap.2. de constitut. lib.6. Idemque est,si iudex omittat Reum ipsum interrogare in casu permisso,quia præiudicaret notabiliter Reipublicæ, cuius iterest delicta puniri,l.ita vulneratus,ff.ad l.Aquil. cap.vt famæ de sent.excom.Peguer.d.decis.5.n.23.

2 Sed an damnatus ad mortem possit etiam aufugere sine peccato mortali,Hier.Hisp. in d.trac.com.cõtra com.q.575.in princ.refert Doct.tenentes nõ posse aufugere sine peccato mortali. Peguer. cons.2. nu. 153.in fin.volum.2.Claud.Seyssell.in l.vt vim. nu.46.in 3.lect.ff.de Iust.& iur.vbi dicit procedere, quãdo Statutum permitteret illum posse impunè offendi, secus si solum remitteret pœnam, sed vide ibi per eum,sed postea idem Hieron. Hisp. allegat alios contrariũ tenentes, & testnates de communi, & in specie Couar. var.resol.lib.1.c.2.nu 10.vers.in 2.quæst. Menoch.de Arb.cas.501.nu.14.Guttierez,lib.2. Canonicar. c.24. nu.45.Mascard. de probat. concl.820.num.17.lib.2. Sot.lib 5.de iust.& iur.q.6.art.4.

Reus quando possit pro præcisa responsione torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Reus recusans respondere, vel nolens præcisè respondere potest torqueri,etiam super circumstantijs.*
2 *Dubia autem verba quæ dicatur in proposito.*
3 *Reus non potest respondere per verbum,credo,nec iudex potest illum interrogare,an credat.*
4 *Reus petens dilationem affirmatiuè, vel negatiuè ad respondendum non est audiendus.*
5 *Reus referens se ad prima examina, an possit cogi ad illa per extensum denuò deponendum.*
6 *Iudex antequam ponat Reum ad torturam, vt respondeat, vel præcisè affirmet, debet in actis facere adnotare taciturnitatem, vel inobedientiam ipsius Rei.*

7 Reus

7 *Reus non potest cogi ad præcisè respondendum, nisi præcedant legitima indicia ad interrogandum, & quæ sint legitima indicia.*
8 *Reus non potest cogi ad præcisè respondendum, nisi constet de corpore delicti.*
9 *Item non potest cogi, nisi in casibus, pro quibus possit infligi tortura.*
Item non potest cogi, nisi in casibus, pro quibus possit infligi tortura.
10 *Item non potest cogi, nisi super circumstantijs tendentibus ad delictum, secus super alijs remotis, reprobato Farinac.*
11 *Item non potest cogi, quando verisimiliter non potuit recordari de quo interrogatur.*
12 *Item non potest torqueri, si respondeat titubando, vel timendo.*

CAP. XVI.

1 SI Reus constitutus coram Iudice in actu examinis recuset respondere, potest torqueri nō ad eruēdam veritatem, sed ad habendā præcisam respōsionē affirmatiuam, vel negatiuam, Blanc. de indic. nu. 273. Foll. in pract. crim. in verb. & si cōfitebuntur n. 4. vbi testatur ita ter practicasse. Clar. q. 45. n. 6. Mod. Rom. q. 37. n. 136. Nouell. in pract. crim. mihi fol. 32. n. 106. Vulpell. respons. 34. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 142. Baiard. in q. 45. n. 4. & seq. Scacc. in tract. de iudic. lib. 1. c. 86. nu. 46. in princ. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. n. 142. Idemque erit quando recusaret iurare. Baiard. q. 45. num. 5. in fin.

Quod Doctores admittunt, etiamsi Reus recuset respondere super circumstantijs, & qualitatibus delicti, de quibus verisimiliter debet recordari. Clar. q. 45. vers. sed pone, Cartar. in Pract. interrog. Reor. lib. 3. c. 2. nu. 17. Scacc. d. c. 86. nu. 46. vers. & hæc conclusio, & maximè si dictæ qualitates aggrauent delictum, Farinac. q. 39. num. 22. in fin. & nu. 47. & seq. Intrigl. sing. 159. num. 26 lib. 2. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 62. Baiard. in §. homicidium, n. 60. vbi loquitur quando reus recusat respondere super qualitate animi appentati in homicidio per eum commisso. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. nu. 142.

Imò Reus potest torqueri, non modo, quando totaliter negat respondere, sed etiam, quando præcisè respondere non vult, sed per verba dubia, Boss. in tit. de respons. à Reo faciēda, nu. 4. Clar. q. 45. nu. 6. Mod. Rom. q. 37. nu. 117. vbi de communi, & recepta, ac in Vrbe practicata opinione, Menoch. d. q. 89. nu. 192. Vulpell. respons. 34. num. 7. Ioseph. Ludou. concl. 38. vers. primus casus, vbi de communi, & practicata opinione. Alex. Trentacinq. cons. 38. nu. 6. p. 1.

2 Verba autem dubia in proposito, & non præcisè respon siones dicuntur, si reus respondeat per verbū, non recordor, Clar. d. q. 45. n. 6. Moder. Rom. d. q. 37. n. 177. vel si respondeat per verbum, credo, Cartar. in Prax. interrog. reor. lib. 3. c. 3. nu. 17. vers. & cum reus, & d. Modern. d. num. 177. in fin. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 100. n. 136. loquitur si respondeat per verbum non recordor, vel nescio, & simile in re substantiali, Alex. Trentacinq. d. cons. 38. nu. 6. Sed tenetur respondere per verbum veritatis scio, vel non scio hoc, feci, vel non feci hoc. Bart. in l. 1. genero numero 2. circa medium, ff. de his, qui notan. infam. & post Afflict. Baiard. q. 6. num. 14.

3 Et minus iudex debet admittere responsionem per verbum, credo, Angel. de malefic. in verb. comparuerunt dicti inquisiti n. 1. Cartar. in Prax. interrog. reor. lib. 3. c. 3. num. 17. vers. & cum reus, vbi alios cumulauit. Nec iudex debet interrogare reum, an credat, &c. vt docet Scacc. d. c. 86. nu. 33.

4 Si verò reus petat dilationē ad respondendū affirmatiuè, vel negatiuè, non erit ei concedenda. Clar. q. 45. n. 7. Farinac. q. 37. n. 179. qui ambo alios allegant, & quidam, licet super hoc bene scripserit, tamen aliquando contrarium male voluit obseruare, nisi legalitas, & fidelitas iudicis erga Principem ei non restiterit, Maur. Burg. d. q. 100. nu. 141. vbi alios allegat, latè Cartar. de interrog reis, lib. 3. c. 2. n. 21. vbi reddit bonam rationem Ant. Scap. de iure non script. lib. 5. cap. 66. Ant. Columb. de proced. in controuers. crim. art. 176. & seq. vbi etiam reddit rationem.

5 Si verò reus in secūdo, vel vlteriori cōstituto se referat ad primū examē, si cōtra ipsū præcedant indicia super delicto, poterit torqueri pro præcisa respōsione Baiar. q. 45. n. 4. vbi loquitur quando reus dicit iā dixi, & iudex si instet pro respōsione quid dixerit, & ille replicet esse scriptū quid dixit, & si aliud responsū nolit dare, si præcedant indicia, licet sint leuia, poterit torqueri, vt respondeat, & replicet, pcisè latè Cart in Prax. interrog. reor. lib. 3. c. 2. n. 83. & seq. vbi declarat, qn præfata procedant, Scac. in d. c. 86. n. 47. Mod. Senog. in tract. de mod. form process. inform. lib. 2. c. 7. nu. 13. dicit, q si reus se referat ad omnia iam dicta, erit in arbitrio iudicis illum cogere, vel non cogere, dummodo per fiscalē talis instātia fiat, alias nō possit, nec debeat cogere eū, sed Vulpel. respōs. 34. n. 8. tenet quod non possit isto casu torqueri, cū eius responsio per relationē ad aliud examē dicat certa, & p cautela datur a Bar. in l. eos, ff. de fals. & a Canon. in c. cū in tua, de testib. ad effugiēdā variation. Baiar. q. 45. n. 45. Cauale. de Brach. reg. p. 3. nu. 5. vt protestetur, quod si in secundo examine aliqui dicat, quod sit primo contrarium, vt se remittat ad primum, & ex nunc se corrigat, cum non habeat memoriam de iam depositis.

Imò etiāsi processus publicatus fuisset, & in causa conclusum, adhuc reus iudici respondere tenet Alex. cons. 77. n. 9. lib. 1. Cart in Pract. interrog. reor. lib. 1. c. 2. nu. 14. in fin. de quo vide latissimè Hieron. Hispan. in tract. commun. contra commun. quæst. 821. per totam, vbi infinitos alios allegat pro vtraque parte, quando iudex possit reum, vel partem interrogare post conclusum in causa.

6 Sed iudex priusquā cogat reū ad respōdēdū, debet per notarium rei inobedientiam, vel taciturnitatē adnotari facere apud acta, latè Scac. qui alios allegat in d. c. 86. nu. 47. vers. verum aduerte, vbi ponit formam huiusmodi annotationis. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 1. c. 2. nu. 2. Maur. Burg. d. q. 140. nu. 136.

7 Et iudex, antequā deueniat ad huiusmodi remediū compellendi Reum ad respondendum, vel ad præcisè respondendum, debet habere ante oculos, vt præcedant indicia sufficiētia ad illum interrogandum. Clar. q. 45. nu. 6 in fin. Cart. in pract. interrog. Reor. lib. 1. c. 1. nu. 8. & lib. 3. c. 2. nu. 13. & seq. quia, non præcedentibus indicijs, non potest, neque inquiri, neq; interrogari, vti Reus, latè Scacc. lib. 1. de iudic. c. 84. nu. 9. & 37. & cap. 86. nu. 46. & sic requiritur, quod præcedat diffamatio, vel, loco diffamationis, alia præcedant

indicia Ant.de Padill. in l.trãsigere nu.5.C.de trãsact. Menoc.de præsump.lib. 1.q.89.nu.142.Mod.Rom.q. 37.n.182.& seq.etiã si generale iuramentũ sumpsisset de veritate dicenda, sed non debet negare veritatem quia hoc modo mentiretur, quod nõ permittitur, sed bene isto casu non obstante iuramẽto de veritate dicenda poterit licite nõ respõdere, aut appellare, aut protestari, quod ipse non tenetur respondere. Pacian. de probat lib. 1. c. 7. nu. 5. & dixi suprà c.7.n.8. Alex. Trentacinq.cons.38.n.7.vers.& procedit etiam, p. 1. Et quæ sint indicia sufficientia dixi suprà.

8 Secũdo, Debet cõstare prius de corpore delicti, de quo tractatur, antequã deueniatur ad torturã ꝓ præcisa respõsione, vel pro habẽda respõsione negatiua, vel affirmatiua. Foll. in verb.& si cõfitebuntur n.4. in Pract.crim. Mod.Rom.q.37. nu.84.& in cons.23.sub nu.6.in fin.vbi concordantes adducit.

9 Tertio cõsideret iudex, ꝙ non in omni casu Reus recusans respondere, vel præcisè respondere, põt torqueri, sed tãtũ in ijs, in quibus ipso delicto posset etiã torqueri pro eruenda veritate, & non in alijs, Claud. Battãd.in pract.crim.reg.12.n.8.Ludou.cõcl.38.vers. Infertur 98.vincto vers.seq.Mod.Rom.d.q.37.n.191. Capic.decis.145.n.1.& 4.Foller.in prac.crim.in verb. & si comparent ante contum.n.3. in fin.Simanch.de cathol.instit.tit.14.n.9. Gaspar.Caballin.ad Constit. March.lib.4.c.25.n.80.Cart.in pract.interrog.Reor. c.2. nu.4.lib.3.Scacc.in d.c.86.n.49.latè Alex.Trentacinq.cons.58. nu.10. p.1. Sed erit iudici consultum in istis casibus leuibus, vt facta monitione de respondendo, vel præcisè respondendo, cum comminatione pœnæ, vel mulctæ pecuniariæ, iuxta tex. in l.de ætate §.seq.ff.de interrog act.cum alijs adductis per Foll. in pract.crim.in verb. & si compareant ante contum.n. 3.dictam comminationem exequatur, vel reum habeat pro confesso, facta monitione sub pœna confessatorum criminum, vt per Claud.Battand.d. reg. 12. nu.18.de quo tamen dicam in sequenti cap.

10 Quarto Consideret, si recuset respondere, vel præcisè respondere super ipso delicto, vel qualitatibus, seu circumstantijs tendentibus ad delictũ, secus si super remotis a delicto, quia super eis non potent torqueri Foller. in pract.crim.in verb.& si cõfitebuntur n.4.vers.quam quidem cõclusionem, Additio ad Mathes.sing.55.vers.quę conclusio, Vulpell.respons.34. n.7. ex doctrina Bal.in l.accusationem, n.11.C.de accusat.& Doctores adducti per Farinac.cons.23.nu.6. & Scacc.in d.c.86.n.46.vers.super dixi super circumstantijs, & latè hanc opinionem tuetur Alex. Trentacinq.cons 38.n.7.p.1.& ita ego de anno 1599.mense Octob.obtinui ab illo ĩtegerrimo D.Petro Cartulano tunc iudex deputato ab A.C. vt nõ torquerentur quidam de Marsiano Castro Perusij in vna prætensę falsitatis, licet præcisè non responderint super quibusdam circumstantijs non inferentibus ad delictum; & ita etiam practicari dicit Moder.Rom.in d.q. 37. nu. 182. hic in Vrbe. Qui tamen Modern.Roman. tenet, quod si nolit respondere aliquo modo, tunc possit torqueri etiam in facto non cõcernente factum principale, neque illius qualitates substantiales, cum tunc videatur contemnere iudicem, & ratione huius contemptus possit torqueri Foller.vbi suprà num.4.vers. & ratio huius decisionis, Add. ad Mathes. d. sing.55. & Iul.Clar.d.quæst.45.vers.sed pone.

Quæ tamen declaratio Farinac.non erit vera, quãdo ex aliqua iusta causa Reus esset pertinax in nõ respõdendo, quia allegauit suspectũ iudicem, & nihilominus ipse iudex, non obstãte allegata suspicione, curabat eũ interrogare, quia tunc, si Reus nolit respondere, nõ poterit torqueri, vt consuluit Bertazz.cõs.8, nu.39.vol. 1.vbi allegat.Bart.& Blanc.& ait, ꝙ ille iudex, qui aliter fecit, male fecit. Corrad.de offic. Prætor.fol.81.nu.9.Ball de indic.nu.10. q.4. Intrigl.sing. 179.in fin.lib.2. Maur.Burg d.q 109. nu.137.& Modern.Senogall.in tract.de mod.form.process.inform. libro secondo, c.7.nu.20. & seq. damnat Iudices, qui insistunt pro responsione, & causam ipsam non recusant, licet contrarium a bonis, doctis, & Deum timẽtibus iudicibus obseruetur, Idemque erit, quando esset oppressus Reus aliqua febri, vel repentino morbo, vel aliquo iusto impedimento detentus, quia isto casu potest dicere, nolo respondere, & iurisdictio Iudicis, tunc debet conquiescere. Bertazzol. d.cons.8. nu.39. libro primo, idem Modern.Rom.d.q.37. num.188.& seq Caual.de Brach.reg.part.3.nu.62. & seq.vbi etiã dicit si non extarent legitima indicia. Maur. Burg.d. q. 100.nu.137.in fin. Idemque erit, si Reus esset clericus, qui constitutus coram Iudice layco poterit dicere, nolo respondere, quia sum exemptus a vestra iurisdictione, etiamsi constitutus esset ad effectum sciẽdi an esset clericus, & non ad effectũ eruendi veritatẽ super delicto, de quo dixi supra. Idemq; erit si Reus esset minor 25.ann.vt tuetur Alexand. Trentacinque consil.38 num. 8.part. 1.

11 Quinto, Consideret, an Reus verisimiliter nõ possit recordari de quo interrogatur, quia tũc admittitur respõsio per verbum, non recordor, Iul.Clar.q.45.vers. sed põne, Boss.tit.de respons.à Reo facienda, nu.4. & seq. Modern.Rom.d.q 37.nu.185.Ioseph Ludou.cõclus 38.vers.primus casus, Menoch. cons.248. nu.41. vol.3.latè Alexand.Trentacinque, cons.38.nu.7.vers. sed solũ quãdo, par.1 Mascar.de probat.concl.1122. num.26.& seq.lib.1.vbi per totam conclusionẽ, an, & ex quibus obliuio præsumatur in testib.& principalib. bene docet, sed Menoch de præsumpt.lib.1.q.89.nu. 142.post alios, quos allegat dicit, quod si verisimiliter posset recordari, & aliquod aliud indicium cõcurrat, potest torqueri ad respondendũ per verbũ veritatis.

12 Sexto, Considret, & intelligat iudex, posse Reum torqueri, quando totaliter negat respondere, vel non vult præcisè respõdere, secus vero, si respondẽs inquisitioni titubaret, vel timeret respondere, quia non poterit torqueri. Bursatt.consil.166. num.29.vol.2.

Iudex quibus remedijs possit cogere Reum nolentem respondere, vel non respondentem præcisè.

SVMMARIVM.

1 *Reus ad præcisè respondendum, vel ad habendã respõsionẽ in pœnis corporalibus potest cogi per torturam.*
2 *Quæ tortura non potest inferri, nisi præcedant indicia.*
3 *Reus negãs respondere, potest etiam publicè torqueri.*
4 *Tortura, quæ infertur pro præcisa responsione, debet esse moderata, & vsque ad quartam partem vnius horæ, habita tamen consideratione qualitatis delicti, & personarum.*
5 *Iudex volens torquere Reum pro præcisa responsione*

debet

debet proteſtari, illũ nõ torquere ad eruẽdã veritatẽ, nec illũ interrogare ſuper delicto; & hic per Authorem damnantur iudices contrarium ſeruantes.

6 *Reus negans reſpondere, vel præciſè reſpondere poteſt haberi pro confeſſo, ſecundum aliquos; Author autem contrariam opinionem tenet.*

7 *Iudex melius facit, quando Reus non vult præciſè reſpondere, ſi talem renitentiam inter indicia ſuper delicto connumeret.*

8 *Reus in leuibus cauſis nolens præciſè reſpondere, poteſt cogi, captis pignoribus, vel mulcta indicta, ſecuta prius trina monitione.*

9 *Reus de iure non poteſt examinari, niſi publicato proceſſu, ſecus autem de conſuetudine.*

10 *Defenſor cauſæ ſtatim capto Reo proteſtari debet, nõ deueniri contra ipſum ad torturam, nec in caput ipſius rei, nec alterius, nec pro quacunque præciſa reſponſione, niſi prius data copia proceſſus.*

11 *Reus an poſsit cogi ad dicendam veritatem ſub pœna iudiciaria.*

C A P. XVII.

1 IN iſta quęſtiones Doctores diſtinguunt inter caſus graues, pro quibus imponitur pęna corporalis, & caſus leues, pro quibus pœna corporalis non irrogatur; Sed alia pecuniaria, vel non corporalis, vt facit Scac. in tract. de ind. lib. 1. c. 86. n. 49. in princ. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. q. 100. n. 136. Et in 1. caſu, quo imponitur pœna corporalis ꝑ pręciſa reſpõſione, vel pro habẽda reſponſione, vt reus poſſit torqueri Bal. in l. accuſationẽ, n. 11. verſ. ſuper hoc melius, C. qui accuſ. non poſſ. Marant. p. 6. memb. 2. nu. 29. & act. 14. n. 9. Ant. Gomez tit. de delict. c. 12. n. 5. verſ. 7. facit, Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 89. n. 142. Cart. in prax. interrog. Reor. lib. 1. c. 2. n. 4. & lib. 3. c. 3. n. 17. & alij adducti in præcedenti cap. in princip. Maur. Burg. d. q. 100. nu. 136. in fin. vbi etiam quam plures concordantes allegat. Sed iſto caſu non requiruntur indicia ſufficientia torturam, cum non inferatur ad eruendam veritatem, latè Cart. in d. c. 2. n. 4. vbi alios allegat, Scacc. d. c 86. ſub n. 49. & Ambroſ. in ſuo paruo tract. de proceſſ. inform. lib. 2. c. 7. n. 13. ponit formam decreti Iul. Clar. q. 45. verſ. ſed pone.

3 Sed bene verum eſt, quod nolens reſpõſionem dare, nec affirmatiuam, nec negatiuam, poterit etiã publicè torqueri, prout Senatus Mediol. in contingentia facti iuſſit, quemdam tribus ictibus funis affici publicè, & fuit affectus, vt teſtatur Iul. Clar. d. q. 45. verſ. ſed pone, & refert Scacc. d. c. 86. num. 49. verſ. & quod ita Caualc. de Brach. reg. p. 3. num 62.

4 Sed quando tortura infertur pro præciſa reſponſione, debet eſſe moderata Vulpell. reſponſ. 34. n. 10. Farin. q. 37. nu. 187. vbi dicit, quod non debet inferri, niſi per quartam partem vnius horę, ſi ita facti qualitas iudici ſuadeat, & conſ. 83. n. 5. Maur. Burg. d. q. 100. nu. 127. & ſeq. vbi etiam dicit torqueri per quartam partem horæ, quandoque per mediam horã, inſpecta qualitate facti, & perſonarum, & quod ita ſeruatur in illo Regno, ac etiam ſine compedibus Cart. lib. 3. c. 2. n. 1. prout ego autem arbitror, quod poſſit plus, & minus Reum torquere, ſecundum quod plus, & minus veriſimiliter recordari poteſt de quo interrogatur, quando reſpondet per verbum (non recordor) Ac idẽ fit, quando interrogatur ſuper delicto, vel ſuper qualitatibus magis inferentibus ad delictum, prout ego dixi in præcedenti c. & mitius, quando interrogatur ſuper alijs qualitatibus non ita tendentibus ad delictum; & non erit torquendus donec confiteatur, ſed erit ponendus in carceribus, & ſi alia indicia non ſuperueniant, vlterius ſuper illo non erit interrogandus, ſi verò ſuperueniant noua indicia, erit repetenda tortura. Nouell. in pract. crim. mihi fol. 32. n. 106. vbi ſubdit, quod indicia, quæ ſuperueniant, debent eſſe grauiora primis, diuerſaque ſpeciei.

5 Sed caueat iudex, qui vult torquere Reũ pro præciſa reſponſione habenda, vt proteſtetur expreſsè, ꝙ torqueat illum, non ad eruendũ veritatem, ſed reſpõſionem, ſeu pręciſam reſponſionem habendam, citra pręiudicium eorum de quibus eſſet confeſſus, & conuictus, Scacc. d. c. 86. nu. 49. verſ. & aduertat. Ac etiam caueat iudex dum vult interrogare reum pro pręciſa reſponſione, ne illum interroget ſuper delicto, prout ſolẽt facere peſſimi iudices, qui capta ẽt leui occaſione torquẽdi ſuper pręciſa reſpõſione, deinde, licet pręciſè reſpõdeat, tñ pergunt in tortura, & interrogant Reum ad eruendam veritatem, ac ſi ei dediſſent defenſiones, & legitima indicia pręceſſiſſent, & vbi reus fatetur delictum, faciunt ſcribere, nõ coactè, ſed ſpõtè faſſum fuiſſe: iſti verò in alio ſæculo ſaltim præmium tantæ iniquitatis reportabunt; contra quos exclamat Scacc. d. c. 86. nu. 49. verſ. & aduertat iudex.

6 Aliqui antẽ dixerũt, recuſantes reſpõdere, vel non pręciſè reſpõdere, tãquã cõfeſſos, poſſe dãnari, quos refert Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. c. 2. n. 7. & 8. Thom. Triuiſan. deciſ. 38. n. 1. lib. 1. Caſſon. in pract. crim. tit. de tort. c. 3. n. 2. & alij, quos cumulauit Scac. in d. c. 86. n. 49. verſ. ſi verò ſumus; & pręcipuè ſe fundant d. Doctores, quia contumax habetur pro cõfeſſo, arg. tex. in l. de ætate §. qui tacuit, ff. de interrog. act. & confirmatur etiam ex ſentẽtia Bruti, qui quoſdã Reos, qui interrogati non reſpõderunt, ſtatim cõdemnauit, eamdem opinionẽ ſequitur Mod. Rom. in q. 37. n. 191. in fi. ſi præceſſerit monitio de habendo illũ pro confeſſo; Quã opinionem non ſequitur Scacc. in d. c. 86. nu. 49. in fi. ſed totaliter illam impugnat, cũ de iure communi contumax non poſſit reputari pro confeſſo, vt poſſit condemnari, ſed ſolum contumacia inducat iudiciu, ſed ad cõdẽnandũ requiratur plena probatio, & ob id in criminalib. ſeruãda nõ ſit ſententia Bruti, vt benè tenet & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. c. 2. n. 8. & ſeq. qui Soc. vbi ſupra dicit, ꝙ ſi tacẽs haberetur pro cõfeſſo, vtiq; nõ eſſet torquẽdus, ſed cõdẽnãdus. Nec minus, ibi ſubdit, dicas, ꝙ in locis, vbi, vigore Cõſtitutionis, vel cõſuetudinis, cõtumax habetur ꝑ cõfeſſo, ꝓut in Statu Eccleſ. & in Ducatu Mediol. poſſit cõdẽnari, quia etiã ibi rei torquẽtur, & nõ cõdemnantur; & poſtea d. Conſtitutiones in Statu Eccleſ. loquuntur de cõtumacia formata in nõ comparendo, præcedentibus legitimis indicijs, & nõ de iſta in taciturnitate conſiſtente coram iudice, vt plurimum, ſine aliquo indicio pręcedenti; & ego ideò amplector Scac opinionem, & poſt hęc ſcripta inueni hanc opinionem tenere poſt alios, quos allegat Maur. Burg. d. q. 100. n. 138. & firmat, quod ſi non reſpondeant in tortura non ſit habendus pro confeſſo.

7 Sed melius, & magis iuridicè erit, ꝙ iſto caſu iudex moneat reũ ad præciſè reſpõdendũ, alias cõnumerabit iſtam reſponſionem dubiã, & non præciſam inter indi-

indicia contra eumdem Reum super delicto, vel negocio principali, prout ego ferè semper ita obseruaui, & mihi videtur melior practica; quia per torturā, iudicio meo, isto casu noueris plenè consultum iustitiæ, cū debeat esse leuis, & moderata, & ob id pauci, aut nulli præbeant præcisam responsionē, & processus per torturam, deinde vulneretur, cum tortura sēper operetur aliquem effectum in vtilitatem torti, vt latè dicam infra in Defens. circa torturam Rei, & nō habeatur pro confesso si sustineat taciturnitatem in tortura, vt supra dixi.

8 In alijs autē causis leuibus, & in quibus pœna corporalis infligi non pōt, non erit adhibēda tortura, vt superius dixi, sed multa indicta, ac captis pignoribus Reus erit cogendus ad respondēdū affirmatinè, vel negatinè, & ad præcisè respōdēdū. Mill. in prac. crim. fol. 88. nu. 4. & seq. Foll. in prac. crim. in verb. & si cōparuerat nu. 3. Cartar. in pract. interrog. Reor. lib. 3. c. 2. nu. 2. qui etiā ita in specie distinguit, volēs tamē, quòd per tres vices moneatur Reus, & sequitur Scac. in d. c. 86. nu. 49. vers. si verò sumus. Maur. Burg d. q. 100. nu. 136. & quæ indicia requ r ntur contra Reū, vt possit deueniri ad dictam multā se remittit ad ea, quæ tradit Cart. lib. 4. c. 2. nu. 12. & seq. de interrog. reis. Farin. q. 37. n. 180. & seq. Ir trigl. sing. 180. n. 22. & seq. li. 2. Ambr. de process. infor. li. 2. c. 7. n. 9. & seq.

9 Et quicquid de iure dici possit, vt copia inquisitionis, vel processus sit dāda Reo, antequā examinetur, vt tradūt Doct. adducti per Cartar. in d. c. 2. n. 2. tamē de consuetudine non seruatur, & iudex, qui aliter faceret in practica, male faceret, vt testatur ibi Cartar. d. c. 2. nu. 22. in fin. vbi concordantes allegat; sed vbi non adesset consuetudo incontrarium, erit seruanda dispositio iuris communis, vt dentur defensiones ante responsionem, vel examen Rei.

10 Sed causæ criminalis Defensor statim, Reo capto, debet in actis facere protestationē, vt ipse captus non torqueatur, nec in caput ipsius, nec in caput alterius, nec pro quacunque præcisa responsione habēda, vel pro habenda respōsione negatiua, vel affirmatiua, cū de iure aliter cōpelli nō posset, ex causis suis loco, & tempore proponendis, nisi prius data copia processus, & indiciorum, alias, &c.

Rebus etiam potest cogi ad dicendā veritatem sub aliqua certa pœna, & si conuincatur de mendacio, tenetur soluere illam pœnam. Bal. in l. 1. §. ius alimentorū. ff. vbi pup. educ. deb. & Olasc. dec. 69. testatur ita fuisse per Senatū iudicatū, vbi tamen habetur, an hoc pcedat, vbi pœna sanguinis ingeritur, Baiar. q. 45. n. 9.

Lis in criminalibus an cum Reo contestetur, & quando de eius effectibus.

S V M M A R I V M.

1 *Lis inter præsentes in causa criminali contestatur, secuta interrogatione super delicto, & secuta responsione per Reum affirmatiua, vel negatiua.*

2 *Quod intellige, secundum aliquos, quando sit litis cōtestatio, præcedente accusatione, vel inquisitione, secus ex processu informatiuo, cū nulla tunc inducatur litis contestatio; quam opinionē Author hic declarat.*

3 *Litis contestatio, quando inducatur, si procedatur contra absentem.*

4 *Litis contestatio hodie in criminalibus quomodo fiat.*

5 *Positiones in criminalibus Reo non fiunt per actorem, nisi Bononiæ.*

6 *Litis contestatio quos effectus producat, remissiuè.*

C A P. XVIII.

1 **E**T quia examen Rei tandem perficitur per litis contestationem: ideò sciat iudex, quod inter præsentes sūe cū Reo litis cōtestatur, quādo examinatur super delicto, si fecerit, vel non fecerit delictū, de quo agitur per suā responsionē negatiuā, vel affirmatiuā, Scac. in tract. de iud. lib. 1. c. 86. n. 54. vers. sed vt ostēdi. Idemq; est si respondeat inquisitioni cōtra eū formatæ. Iul. Clar. q. 14. n. 13. & q. 45. n. 2. vers. aut verò, vbi Baiard. n. 57. post Mars. in pract. crim. §. diligenter nu. 62. & seq. Ant. Gomez t. de delict. c. 12. nu. 18. circa medium, & ita seruatur in Statu Ecclesiastico, vt testatur Sigism. Scacc. in d. tract. de iud. lib. 1. c. 103. n. 9. in fi. & in Regno Neapolitano, ꝙ non fiat litis contestatio, vide latè Foll. in pract. crim. in verb. fiat cōtestatiō litis, & sub nu. 6 dicit, quòd litis contestatio inducatur etiam, quando Reus respondet in aliquo capitulo, ꝙ mentitur, qui hoc dicere voluerit, & allegat Bald. in l. Doct. in l. turpia ff. de leg. 1. & Mod. Rom. in q. 10. nu. 55. vers. si verò Reus, & dicit, quod in criminalibus lis contestatur per interrogationem iudicis super delicto, etiā, quod pars aduersa non sit præsens, & siue procedatur ad instantia partis, siue ex officio, & ꝙ ita seruatur in practica, & ibi alios allegat. Idemq; seruari in practica testatur Petr. Pella in tract. de Tort. q. 3. n. 13. Petr. Caball. in qq. crim. cent. 3. cas. 269. n. 11. dicit, constitutum rei esse loco contestationis litis, & quod lis dicatur contestari quando nomen rei est receptum inter reos, Caualc. de testib. p. 5. nu. 205.

2 Quod tamen intelligitur, quando Rei respōsio affirmatiua, vel negatiua fiat præcedente accusatione, vel inquisitione, secus si solum fiat super processu informatiuo, quia tunc nulla inducitur litis contestatio ex Rei negatione, siue ex confessione, præsertim qualificata super process. inform. emanata, nulla præcedente accusatione, vel inquisitione, vt declarat Mod. Rom. q. 10. n. 55. in fi. & allegat Vulpell. respons. 1. n. 3. in fi. & seq. qui Vulpell. ibi alios allegat. At ego, vt verum fatear, non video, quomodo possit dari casus, quod emanauerit cōfessio, siue negatio Rei, absq; accusatione, vel inquisitione, & maximè cū in omnibus ferè Curijs, & præcipuè in Statu Ecclesiast. soleat obseruari, ꝙ sine alia solēnitate, & in primis informationib. formetur inquisitio, & incipiatur iudiciū criminale per ipsā inquisitionē, vt latè tradit et Sigism. Scac. in tract. de iud. lib. 1. c. 86. n. 16. vbi adducit Caraiut. rit. 20. in fi. & quod Bononię in Turrono inquisitio non formetur, sed incipiat processus per hęc verba. Hæc est quędā inquisitio, quę fit, &c. & quod ista succedat loco querelę, absq; alijs prius informationib. assumptis. Et etiam in quocunq; iudicio, & maximè hodie de iure canonico procedatur per inquisitionē, adeò ꝙ inquisitio succedit loco accusationis, & dicitur remediū ordinariū, sicut est ipsa accusatio, vel querela, vt latè dixi supra suo loco; & verè hic in Curia Rom. cōtestatur lis cū ipso Reo, absque illa solēni inquisitione, quia vt plurimū, deuenitur ad capturā ꝑ processū informatiuū, & super eo examinatur Reus, & cū ipso lis contestatur, & est in ore omniū etiam Notariorū, vt fiat contestatio litis ex ipso processu informatiuo,

secuta

fecuta iudicis interrogatione, ac etiam fecuta Rei refponfione negatiua, vel affirmatiua fuper delicto, fed opinio Vulpel. & Farinac. erit vera in cafibus, in quibus, vel de iure communi, vel de iure municipali non poffet pcedi fine accufatione, vel folẽni inquifitione.

3 Si verò procedatur contra abfentem, tunc in Statu Ecclefiaftico, vigore Bullarum Summum Pōtificum, & Statutorum ferè totius Italiæ, Reus habetur pro confeffo, & proceditur ad condemnationem, abfque alia litis conteftatione Farinac. q. 10. nu. 55. verf. veritas tamen eft, Scacc. d. c. 103. nu. 9. in fin.

4 Et ob id criminalibus hodie non requiritur alia litis conteftatio de confuetudine, nifi modo, & forma fupradictis Mod. Rom. d. q. 10. n. 55. poftquam retulit opiniones quorumdam, & ratio eft in promptu, quia hodie in criminalibus, fiue procedatur ad inftantiam partis, fiue ex officio, fummariè dicitur procedi, ad latè tradita per Scacc. in c. 51. nu. 30. lib. 1. & ob id non requiri litis conteftationem, idem Scacc. in d. c. 86. nu. 9. verf. fi de confuetudine.

5 Sed fciat iudex, q in criminalib. nõ fiant pofitiones reo, quibus ipfe teneatur refpondere, fed proceditur officio iudicis per modum interrogationũ, fecũdum cõmunẽ practicam atteftatam per Baiard. q. 45. nu. 3. præterquam in ciuitate Bononiæ, vbi etiam in criminalibus fiunt reũ pofitiones, vt audiui a practicis Bononienfibus, quod videtur fuperfluum, cum quis non teneatur refpondere pofitionis criminofæ, vt poft Iaf. & Bal. teftatur Baiard. d. q. 45. nu. 3.

Effectus autem, qui refultent ex conteftatioue litis, ponit Moder. Rom. in d. q. 10. num. 50. cum plur. feqq. Scacc. in d. q. 104. per totam, & latiffimè Foll. in Pract. crim. in verb. litis cõteftatio fiat, & etiam fcias, quod aliqui firmant, quod aliter fit quem effe reum, vel effe receptum inter reos, vt primo cafu quis fiat reus per citationem, fecundo cafu per contumaciam, Caualc. de teftib. p. 5. num. 202. licet ipfe non admittat talem fubtilitatem, vide latè, Francif. Milanenf. in decif. Regni Siciliæ, decif. 20. per totam, lib. 1.

Confrontatio rei cum teftibus, quando fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio rei cum teftibus de iure non eft neceffaria.*
2 *Confrontatio, licet fit periculofa, tamen validior eft ad conuincendum reum.*
3 *Confrontatio nõ fit cum vaffallis, famulis, domefticis, & alijs fimilibus, qui reo reuerentiam debent.*
4 *Confrontatio fieri folet, quando teftes deponunt de vifu, & de veritate de directo contra reum.*
5 *Teftes confrontantur ad inuicẽ, quando funt contrarij.*
6 *Confrontatio non fit in omni contrarietate, fed tantum in illa, quæ eft in negocio principali, vel in eius circumftantijs fubftantialibus.*
7 *Confrontatio, quando teftis dicit non cognofcere de vifu reum, fed per figna, dicitur neceffaria, & debet fieri per viam recognitionis.*
8 *Teftes poffunt cogi, vt confrontentur cum reo.*
9 *Teftes fi non poffint confrontari, quia fint mortui, vel abfentes, funt legenda reo eorum examina.*
10 *Confrontatio eft in electione iudicis, fi velit, vt fiat, vel potius teftes repetantur,*
11 *Reus non poteft cogere iudices ad teftes confrontando cum ipfo.*
12 *Confrontatio, vt plurimum, fieri folet, antequam reus ponatur ad largam.*
13 *Confrontatio an fieri debeat ante, vel poft litem conteftatam.*
14 *Iudices in confrontatione folent vti cautela, vt interrogent Reum, an cognofcat talem, talem, & talem, & habeat illos pro veridicis, & inter iftos folent nominare teftem confrontandum.*
15 *Reus non debet fupradictos nominatos approbare.*

CAP. XIX.

1 SEd quia plerumque contingit pro complemento examinis rei, vt deueniatur ad confrontationem, ideò videamus, quando confrontatio fieri debeat. Et fciat iudex, quod confrontatio de iure non eft neceffaria, nec de fubftantia proceffus, ideò fi fuerit omiffa non vitiat proceffum, licet in practica obferuetur, vt fiat, cum ex ipfa confrontatione veritas melius elucefcat, vt teftat Iul. Clar. q. 45. n. 14. verf. ego certè Mod. Senogall. de mod. form. proceff. inform. lib. 2. c. 9. nu. 20. & feqq. Flamm. Cartar. in Pract. interrog. reor. lib. 3. c. 1. nu. 89. Scacc. in tract. de iud. lib. 1. c. 86. nu. 153. verf. tamen non eft de fubftantia, vbi tamen confulit omni iudici, ne eam omittat, cum fit valdè vtilis, & efficax ad conuincendum reum, & allegat Pegn. direct. inquifit. p. 3. comment. 23. §. alias explicare, quia per

2 eam acrius reus vrgetur, Farinac. q. 72. nu. 139. † Et etiam fciat iudex, quod omnis confrontatio folet effe

3 periculofa, † & ideò non deueniat ad confrontationem, fi teftes confrontandi fint vaffalli, vel famuli, vel filius in cafu de iure permiffo contra patrem, vel alij fimiles confrontandi effent contra eos, quibus debẽt reuerentiam, vel quorum potentiam timent, quoniam fæpè accidit, q coram eis, ob reuerentiam, ob metũ, vel timorem rei, in eorum dicto teftes non perfiftant, & illud pallient, vel in totum deftruant, vel falfim illud debilitent, latè Caualc. in pract. de teftib. p. 5. n. 207. & feq. & de Brach. reg. p. 3. n. 2. & ideò tutius erit à confrontatione, maximè in cafibus prædictis, fe abftinere, vt benè admonet iudices. Flam. Cart. in Prax. interrog. reor. lib. 3. c. 2. nu. 97. & ego ita vidi obferuari perfolentes iudices, ac etiam fæpius obferuaui, & de eadem obferuantia teftatur etiam Mod. Senogall. in tract. de mod. form. procefs. inform. lib. 2. c. 9. n. 17. & feq. latè Scacc. d. c. 86. nu. 53. verf. quia tamen.

4 Et folet fieri, quando teftis deponit de vifu, vel de veritate de directo contra reũ, Iul. Clar. q. 45. fub n. 14. vbi teftatur, q ita Senatus Mediol. refcripfit Prætori Cremonę Mod. Senog. in d. c. 9. nu. 24. 26. vbi voluit, q directo aduerfetur reo, vbi dicit habere quoddam votũ Nicolai Moroni manufcriptum in quadam caufa Bononienfi, cum alias dicantur termini feparati, quorũ alter alterũ non fequitur, nec priuatiuè, nec pofitiuè, & allegat ẽt eũdem Nicol. Moron. in tract. de fid. treug. & pac. q. 118. n. 62. & quãdo cõtradicunt teftes de directo reo, quod debeat fieri confrontatio. Scacc. d. c. 86. n. 53. verf. fi de confuetudine, vbi tamẽ fubdit, quod etiamfi ifto cafu omittatur, non vitiatur proceffus, & fi teftes non contradicant de directo, cõfrõtatiõ non fit neceffaria, Scacc. d. c. 86. n. 53. in fi. Caualc. de teftib. p. 5. n. 214. vbi tamen fubdit, quod plurimum fit neceffaria, & plurimum illam laudat.

5 Et etiam, quando testes essent inuicẽ contrarij, inter eos fieri debet cõfrontatio, vt obseruauit Senatus Mediolani, & rescripsit Capitaneo Vicemercati, vt testatur Iul. Clar. d.q. 45. nu. 14. vers. vel etiam quando Moder. Senog d.c.9. n. 13. Caualc. in pract. de test. p. 5. n. 267. vbi latè.
6 † Sed nõ in omni contrarietate, sed tantum in illa, quæ esset in negocio principali, vel in circumstantijs substantialibus, & tendentibus ad delictum, & de directo testes cõtradicerent ipsi reo, quia in alia cõtrarietate confrõtatio nõ est necessaria, neque solet fieri, Scacc. d.c. 86. n. 53. in fin. licet Moder. Rom. q. 72. sub n. 140. & seq. dicat fieri in quacunque contrarietate, etiã non tangente immediatè delictũ, prout in fama, & simili, ego autem teneo, quod fieri non debeat nisi in negocio principali, vel in aliqua qualitate substantiali, vel quod forsan iudex ea speret inducere reum ad delictum fatendum, vel credat posse eruere aliquid substantialia circa delictum.

7 Si verò testes dicãt cognoscere Reum de visu, sed nõ de nomine, tunc confrontatio cũ Reo ad illũ recognoscendum, non solum est vtilis, sed necessaria, & omnino fieri debet, vel si Reũ describant per signa; sed erit faciẽda, non informa confrontationis, sed recognitionis Mille in pract. crim. in gl. commissus n. 5. lit. B, Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationes nu. 46 & in verb. si comparent ante n. 2. Marsil. in Pract. in princ. n. 18. & ita est intelligendus Clar. in q. 45. n. 14. Cart. in Pract. interrog. reor. lib. 3. c. 1. n. 89. vt per Scacc. in d.c. 86. n. 53. vers. si de visu tantum, & n. 67. vers. tunc Dominus, & seq. vbi ponit decretum cõfrontationis, ac admonet, vt Iudex prius faciat Reum describere per statutam ętatem, habitum, & per alias circumstantias etiam minimas; & si in actu confrontationis testes Reum non recognoscant, & ipsi essent suspecti, Iudex debet testes varijs interrogationibus diligenter interrogare, sequitur illam pract. Caualcan. de testib. p. 5. nu. 207 in fin.

8 Et sciant etiam Iudices, vt testes cogi possint, vt confrontentur cum Reo. Cart. d.c. 1. n. 93. lib. 3. Baiar. q. 45. num. 62. Scacc. in d.c. 86. nu. 58. lib. 1. de Iud. vbi subdit, quod testes sicut possunt cogi ad testificandum, ergo etiam ad confrontandum.

9 Et vbi in causis supradictis, vel quia testes essent absentes, vel mortui, fieri nõ posset confrontatio, debent Reo legi depositiones ipsorum testium, vt Reus inducatur ad fatendum delictum, vt docet, ac formã, practicam, & decretum ponit Scacc. in d.c. 86. num. 53. in fin. & num. 65. vers. ex tunc Dominus, Caualc. in pract. de testib. p. 5. nu. 212. in princ.

10 Scias autem, ꝙ erit in electione Fisci, vel Iudicis, an velit testes repetere, vel cum Reo cõfrõtare, vt testatur Mod. Rom. q. 72. nu. 139. & prius idẽ dixit in q. 66. n. 21. & verè hic in Curia passim ita obseruatur, & an si Reus petat sibi testes cõfrõtari; sit audiẽdus, & obtinere possit, d. Mod. Rom. d.q. 72. n. 142. & seq. videt concludere posse obtinere, cũ in Iudicis sit seruanda æqualitas, & quod Fisco, liceat etiã Reo l. nõ debet ff.
11 de reg. iur. vbi postea subdit, † ꝙ in practica Aduocati nunquã hoc in Curia obtinere potuerũt: & ratio est in promptu, quia Iura, ac Doctores admonẽt, vt Iudices non veniant ad dict. cõfrontationem in aliquibus casibus, vt superius dixi. Ideò non erit inconueniens, vt Reus in hoc non audiatur, quia esset contra ius.

12 Et ista confrontatio, vt plurimum per Iudices fieri solet, antequã Reus ponatur ad largã, ne testes alloquantur cũ Reo, nec Reus possit alloqui cum Aduocato, vel Procuratore, & ab eo possit instrui, quæ est mala practica, quia ex ea videntur tolli defensiones eidem reo, cum deinde Fiscus secuta cõfrontatione, prætẽdat, quod testes super interrogatorijs repeti nõ possint, vt dicam infra in c. 21. Et etiam resultat aliud inconueniẽns, quia diù in secretis carceribus reus detinetur, ob difficultatem, quæ resultat ex testibus confrontandis, vt annuit Flam. Cart. in pract. interrog. reorum, lib. 3. c. 3. nu. 61. vers. Ne ergo reus.

13 Et talis cõfrontatio de quo tẽpore fieri debeat, an ante, vel post litem contestatã, latè docet Scacc. in d. c. 86 num. 54 qui videtur concludere, quod non possit fieri, nisi post litem cõtestatam, & postquàm Reus est interrogatus super delicto; cum fiat confrontatio ad ipsum Reum inducendum ad fatendum delictum.

14 Ac etiam Iudices solent vti cautela in confrontatione, interrogare prius reũ, an cognoscat talẽ, talẽ, & talem, & inter istos nominet testẽ cõfrontandum, an habeat istos pro veris, & veridicis, & an sint sibi amici: quia si deinde respondeat eos habere pro amicis, & viris probis in actu confrontationis, facilius reus se inducet ad fatendum, quam cautelam ponit Foller. in pract. crim. in verb. & si comparent, ante
15 quem refert, & sequitur Scacc. d.c. 86. num. 63. † & tunc Reus debet vti responsione, quod non approbat prædictos testes nominatos pro talibus, sed illos habeat pro talibus, quales sunt.

Quæ requirantur in confrontatione.

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio non potest fieri ad oculum, sed est facienda inter plures.*
2 *Numerus qualis esse debeat testiũ, qui ponũtur cũ reo à Doctoribus nõ definitur, sed exemplificant in numero plurali, ideò sufficeret numerus duorum, vel trium.*
3 *Testis in confrontatione tangens, vel recognoscens alium, quàm reum, probat innocentiam Rei.*
4 *Testes plures confrontandi cum reo non sunt omnes insimul confrontandi, sed singuli, & separatim.*
5 *Testes in confrontatione debent iurare ad præsentiam rei, & antequam deponant.*
6 *Iuramentum, si non apparet fuisse delatum in confrontatione, non præsumitur.*
7 *Confrontatio requirit ad eius essentiam, vt in ea fiant ea omnia, quæ facta fuerunt in 1. examine, & sic requiritur in ipsa confrontatione iuramentum, & tortura.*
8 *Testis in confrontatione debet referre primã depositionẽ saltẽ in substãtia, anteqnã legatur eius depositio*
9 *Iudex confrontando testes cum Reo, non debet operari, vt testes referant qualitates, & circumstantias delicti nè deinde, dum Reus torquetur, sit instructus de dictis qualitatibus, & fateatur per suggestionem.*
10 *Testis, dum dicitur à Iudice, an illa, quæ deposuit alias contra reum, sint vera, & pro veris approbet, si confrontatur in faciem Dei, an possit petere, vt dictum suum primum examen legatur.*

C A P. XX.

ADuocatus debet inuigilare, si cõfrontatio facta per testes cum Reo, sit legitimè facta, adeò quod possit dictam confrontationem subuertere, ad cuius validitatem multa requiruntur, &c.

1 Pri-

1 Primum requiſitum eſt, vt non fiat huiuſmodi recognitio ad oculū nēpè Reū ſolū eſſe teſti exhibēdū, quia iſta eſt a iure improbata, & habet ſpeciē ſuggeſtionis, vt tradit Scacc.d c.86.n.81. vbi alios allegat: ſed Reus eſt exhibendus teſti vna cum tribus, vel quatuor Reo ſimilibus, quantū eo tēpore fieri pōt, ſacie, ſtatura, & veſtibus. Clar.q.45.n.14.in fi. Bonacoſ.com. opin.lib.5. Teſtes falſi, ſol.178. Caualc.de teſtib.p.5. n.207.in fi.cum confrōtatio ſit odioſa, & ſpecies ſuggeſtionis, vt per Burſatt. in conſ.201.& poſt eum teſtatur Moder. Senog. de mod. form. proceſſ. in form. lib.2.c.9.n.28.vbi firmat, ꝙ ita obſeruant boni practici hic in Curia, & formam ponit Cart. in Pract. interrog. Reor. lib.3.c.3.n.28.& ſeq. Moder. in d.lib.2.c.8. n.30.& ſeq & melius, & latius Scacc. in d.c.86. n.59.
2 & 67. circa fin. † vbi etiam dicit, quod à Doctoribus non eſt prefixus numerus circa alios, qui poni debeāt cum ipſo Reo in actu confrontationis, ſed dicit, quod, quo maior erit numerus, eo remotior erit ſuſpicio fraudis, ſed quod de ſtylo adhibeatur numerus duorū, vel triū vna cum Reo, qui debet apponi inter iſtos, nō cū cōpedibus, ſeu manicis ferreis, ſed diſolutus, ne detur occaſio recognitionis per ſuggeſtionem, & ſub n. 61.in fi. etiā dicit, ꝙ, ſi Reus inſtet fieri confrontationē cū alio, quàm cū ipſo Reo, ex qua iudex videbit teſtes eſſe ſalſos, non eſſet audiendus, propter occaſionē falſitatis, & impoſturę fiendę; & ſub n.61. circa fin. dicit, ꝙ iſti apponendi cum Reo non debent eſſe noti teſtibus, & ibi etiam ponit formam interrogandi te-
3 ſtes ad effugiendam ſuggeſtionem. † Et ſi teſtis in ipſa confrontatione tangat alium quam Reum, vel dicat illum eſſe, qui commiſit tale delictum, & nō ſit ipſe Reus, tunc non diceretur facta recognitio, neque ipſe teſtis afficeret dictum Reum, immo potius eumdem exculparet, quia apareret ipſum conſtitum non fuiſſe illum, qui imputabatur de dicto delicto, ſed benè iudex debet ipſum teſtem varijs interrogationibus interrogare, vt videat ſi fuerit ſubornatus.

4 Secundū requiſitū eſt, quod ſi debeāt plures teſtes cū Reo confrōtari, nō debeant omnes inſimul, ſed ſeparatim, & ſinguli confrōtari, vt docet Cart. in pract. interrog. reor. lib.3.c.4 nu.28.in princ & ratio eſt in Promptu, quia teſtes debēt ſecreto deponere, adeò ꝙ vnus neſciat depoſitionem alterius Hond. conſ.101. n.30. vol.1 latè Caualc.de teſtib.p.5. n.207.in fin.& nu.208. Modern. in d.lib.2.c.9.num.15.& poſt Pegn. Scacc. in d.c.86. nu.60.vbi ſubdit, quod talis confrontatio, & recognitio debeat fieri ſeparatim etiam in ſocijs criminis, quicquid aliter ſenſerit Pegn. in loco per eum citato, eamd. opinionem in ſocijs criminis poſt alios, quos allegat, tenet Maur. Burg. de modo proced. ex abrupt. q.100.nu.141.in fin.

5 Tertiū requiſitū eſt, vt ipſa cōfrōtatione teſtes debeant iurare ad præſentiam partis, facta mutua inter reos recognitione Cart in Prax. interrog. reor. lib.3 c. 3.n.28.vbi tradit formam Boer. deciſ.319. nu.4. Vulpell. reſponſ.76.nu.14 Moder. Senogall. in d.pract. de mod. form. proceſſ. inform. lib 2.c.9.nu.12. Farinac q. 72. num.148. qui ſolum adducit Burſatt in conſ.201. num.107 latè Caualc. de teſtib. part.5.num.207. circa med.& tenet etiam Baiard. in quæſt.45. num 46. latè ſubdit, quod ſi iuramentum fuerit delatum a fiſco non valeret confrontatio, idem tenet Burſatt. conſ. 192, nu.35. volum.2. Petr. Caball. in qq. crim. cent.2. caſ.185.num.4.verſ.& in practica, & cent 3.caſ.269. n.14.& adeò requiritur iuramentum in confrontatione, vt teſtes debeant iurare antequam deponant, & ſi poſt depoſitionem iurarent, depoſitio non valeret, Boer. deciſ.259. nu.2. Baiard. d.q 45.nu.48.& nu.64. vbi allegat Burſatt. in conſ.192 nu.35. vol.2. Hond. conſil.101. nu.30. volum.1. licet Baiard. d.q 44 num. 46. dicat, quod ſi ſpontè iuret, in continenti poſt depoſitionem valeat, ſecus ſi ad inſtantiam iudicis, quia in ſpontè iurari ante ceſſat erubeſcentiæ timor, propter quem ad inſtantiam iudicis præſumitur teſtem ſuam depoſitionem facere.

6 Ac etiam ſi non appareret in confrontatione per acta fuiſſe delatū iuramentū, confrontatio nō ſubſtineretur, quia non præſumeretur fuiſſe delatum, neque præſtitum Bertaz. conſ.351. nu.30.vol.2. Baiard. d.q. 35. nu.49.& poſt Bertazz. conſ.70.n.30.tom.2. crim. diuerſ. Burſat conſ.192.nu.35.vol.2.

7 Quartū requiſitū eſt, vt in ipſa cōfrōtatione ea, omnia ſeruari debeant, quę requiruntur in primo examine, & ac ſi nūquam fuiſſent examinati, & ſic fieri debeat, cum omnibus ſuis qualitatibus, quę requiruntur in primo examine. Clar.q.45.verſ. cœterum, Hond. d. conſ.101.n.30.vol.1. Farinac. conſ.55. nu.4.in fin.& ob id teſtes debent iurare, torqueri, ac alia fieri, quę in primo examine facta fuerunt: quod magis eſt dicendum in ſocio criminis, vt torqueri debeat in pręſentia Rei nominati, & ſuā depoſitionē confirmare, & ratificare debeat in tortura. Boſſ. de indic.& conſider. ante tortur.n.151. Mod. de mod. form. proceſſ. inform. lib. 2.c.9.nu.11. Petr. Caball. d.caſ.185.n.4.& formā torquēdi teſtes in cōfrōtatione ponit Scac. d.c.86. ſub n. 67.& ſub n.56. etiam dicit, quod teſtis ſocius criminis, vel alias infamis debet torqueri in faciē Rei, nec attēditur prima tortura ſibi illata, Reo abſente, vel nō citato, & ob id licet poſt Boſſ. tit. de oppoſ. cōtra teſtes n.3. Caualc. de teſtib.p.4. n.149. dicat, ꝙ ſi torqueatur teſtis ad videndū in quo dicto perſiſtat nō requiratur citatio partis, non per hoc debet omitti, repetitio, vel confrontatio in faciē rei cum ead. qualitate torturæ, cum prima tortura reo non citato inferratur pro inſtructione proceſſus informatiui, & illa non attendatur, quę ad probationem contra reum per doct. ſupra adductos, & quod non requiratur citatio partis, tenet etiam Villaget in pract. crim. lib.8.c.1.concl.14.

8 Quintū requiſitū eſt, vt teſtis referat, vel recenſeat ſaltim in ſubſtantia ea, quę in 1. examine depoſuerat, ad faciē ipſius rei, vel ſibi exhibeatur, & legatur eius examen ad claram etiā ipſius rei intelligentiā, quę repetitio, vel relatio, ſeu lectio fieri debet vnicuiq; teſti ſeparatim tn̄ ab alijs teſtibus, Foller. in pract. crim. in verb.& demùm repetantur teſtes, n.4. Cart. d.lib.3.c. 3.nu.28. latè Moder. Rom. q.80.n.92.& ſeq vbi alios allegat, & reddit rationes.& deinde dict. depoſitione lecta interrogetur teſtis, ſi præfata ipſe depoſuerit, & pro veritate dixerit, & modo ratificet, & approbet in faciem rei pręſentis, vt ponit Cart. d.lib.3.c.3 n.28.& Mod. ſing. in d.lib.2. c.9. per tot.& admoneo iudices, vt prius faciant, quod teſtis referat ſaltim in ſubſtātia ſuam primā depoſitionē, antequam illa ſibi legatur, vt euitetur omnis occaſio ſuggeſtionis; cum, vt ſuperius dixi, ipſamet cōfrōtatio ex ſui natura contineat ſuggeſtionem, ideò multo magis erit, quando prius legeretur eidem teſti eius depoſitio, & ita ego ſemper

etiam in quauis causa ardua obseruaui, & ab omnibus alijs iudicibus Deum timentibus obseruari vidi, licet aliquãdo ab istis terminibus, & substitutis aliter seruari, & male viderim, si verò reus instet, quod testi non legatur eius depositio, quia eam referendo apparebit falsus, erit dicendum, quod Iudex nõ possit mandare Notario, vt sibi legatur, & si aliter faciat Reus poterit à decreto appellare, quia quando testis est suspectus de falso, potest ad instantiã fisci per extẽsum respondere, ac varijs interrogationibus interrogari, ac inuolui. Gram. dec. 34. num. 41. Cartar. de reis interrog. lib. 3. c. 2. nu. 86. & seq. multo magis dẽt fieri ad instantiã inquisiti, nec vt latè dicit Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 86. num. 55. vbi tamen subdit hoc totum residere in arbitrio Iudicis.

9 Sextũ requisitũ est, vt si Iudex velit reum torquere super delicto in actu confrontationis testium, nõ debeat operari, vt testes se extẽdant circa qualitates, & circũstantias delicti, ne ipse Reus instruatur super dictis qualitatibus, & circũstantijs, & postea in tortura fateatur delictũ, quasi per suggestionẽ dictorũ testiũ, cũ eo confrontatorũ, sed fieri debeat, quantũ possibile sit, vt sit nuda, pura vel sicca, vt post Mar. Soc. in c. qualiter, & quando, nu. 950. de accus. tradit Moder. Rom. d. q. 72. nu. 139. vers. verum quando, sed nõ video, quomodo ista cõsideratio, Farin. subsistere possit, vt fiat confrontatio sicca, ne Reus instruatur de qualitatibus, & circumstantijs, cum vltra illud, quod refert in substantia per testes ẽt legantur per extensum eidem Reo examina eorũdẽ testium, nisi velimus intelligere, quando solum fieret confrontatio nõ in toto examine testis, sed in aliqua parte examinis, in qua adesset contrarietas, & tunc non legatur, nisi illa particula contrarietatis, & non totum examen.

10 An autẽ testis in confrontatione dũ dicitur à Iudice, an ea, quæ alias deposuit cõtra ipsum Reũ intẽdat hic ad eius faciẽ ratificare, & confirmare, & an vera sint, & pro veris habeat, possit petere, vt dictũ suũ examen sibi prius legatur Scac. mouit hãc quæst. in d. c. 86. nu. 55. & videt esse in arbitrio Iudicis, ibi, affirmat, de quo ego dicã in materia de testium repetitione.

In Regno Neapolitano in ipsa ratificatione adhibentur testes, & Reus se subscribit, si scribere verè nesciat, facit signum Crucis, sed in statu Ecclesiastico simpliciter fit coram Iudice, nec Reus se subscribit, vt testatur Baiard. q. 64. nu. 146. sed in Curia semper Reus se subscribit in fine cuiuslibet constituti, vel facit signum Crucis si nesciat scribere.

Confrontatio quos effectus producat.

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio tollit defectum citationis, & plus confrontatio operatur, quam si Reus fuisset citatus.*
2 *Confrontatio tollit, vt Reus non possit amplius testes confrontatos repetere.*
3 *Contrarium de iure veritas est.*
4 *Quid seruetur in Curia.*
5 *Confrontatio tollit testium repetitionem, quando ex ipsa confrontatione resultaret idem effectus, qui resultaret ex testium repetitione, & fit quando Reus testes plenè, ac sufficienter interrogauit.*
6 *Reus in actu confrontationis potest testes interrogare, dando interrogatoria in scriptis.*
7 *Confrontatio cum testibus operatur, vt dicatur processus publicatus.*
8 *Confrontatio non est necessaria, quando Reus vult habere testes pro victè, & rectè examinatis.*
9 *Testis examinatus pro informatione Curiæ, si dicat nõ cognoscere delinquentem de nomine, sed per signa describat, debet fieri recognitio illius inter plures, & si reus postea neget esse illum à teste designatum, poterit fieri confrontatio, omissa recognitione.*

CAP. XXI.

1 EX ipsa confrontatione effectus resultat, vt dicatur receptũ examen ipso reo citato, & dicantur testes legitimè recepti, quãuis reus non fuerit citatus ad videndum iurare, & mandari repeti testes, vt post Afflict. testatur Iul. Clar. q. 45. nu. 14. in princ. vbi firmat, quod ita practicatur, vbi Baiard. nu. 63. Petr. de Surd. consil. 328. n. 4. vol. 1. Farinac. cons. 58. nu. 14. latè Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 269. n. 15. & seq. cent. 3. vbi alios allegat, Scacc. in tract. de Iud. lib. 1. c. 86. nu. 53. vers. sed etiã, & latius sub nu. 54. Imò ipsa recognitio, vel cõfrõtatio cũ reo plus operatur, quã si testes parte citata fuissent examinati, vt post Affl. tradit Moder. Rom. q. 72. n. 139. & Baiard. d. q. 45. num. 54. vbi etiam alios allegat; & in ipsa confrontatione non requiritur, vt pars citetur, Farinacc. q. 66. nu. 31. in princ.

Ac ẽt resultat effectus, vt secuta cõfrõtatione cũ ipso reo, testes amplius per ipsum reũ repeti non possint, Affl. super Const. Regn. lib. 2. rub. 10. n. 15. vers. ita intellige, vbi firmat, quod ita practicatur, & in lib. 1. rubr. 27. nu. 36. in fin. & seq. sequitur Iul. Clar. d. q. 45. vers. sed in proposito, Moder. Rom. in d. q. 72. n. 144. vers. sublimita secundo, vbi dicit, ꝙ difficillimè obtineretur a iudicibus repetitio testiũ super interrogatorijs, & Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 269. n. 18. cẽt. 3. testatur, ꝙ ita semper ipse obseruauit, & ab alijs etiã seruari vidit: & hic in Curia Romana fuit introductũ, vt propter confrontationẽ nõ detur testiũ repetitio tẽpore Clementis Octaui, in causa Marian. Costæ Bacherotti, cui in Tribunali A. C. fuit denegata d. repetitio, cũ per prius semper fuerit contrariũ obseruatũ, & hoc benè scio, quia eram Aduocatus d. Mariani, & quamuis satis exclamauerim apud dictum Pontificẽ, dicendo de iure non posse, nec de consuetudine denegari, ipse summus Pontifex vno verbo mihi respondit, quod tunc qualitas causæ ita requirebat.

3 Contrarium autem de iure verius est, vt ipsa confrontatio non tollat repetitionem super interrogatorijs eiusdem rei, latè ostendit Hond. in cons. 101. nu. 25. & seq. vol. 1. vbi concordantes adducit, & sub nu. 29. declarat contrariam opinionem, Afflict. & Iul. Clar. & Doct. cumulati p Petr. Caball. in d. q. 269. n. 18. cent. 3. Moder. Rom. d. q. 72. n. 146. vbi tradit bonas rationes, sed nũquid talis opinio procedat etiã in socio criminis confrontatio cũ alio socio criminis, vt debeat repeti super interrogatoriis, de quo dubio alias in sacra consulta fuit diù discussum cũ vnus ex Domi nis teneretur partẽ negatiuã ex quibusdã subtilissimis argumentis, tandẽ, quia cõfrontatio facta in partibus patiebatur quosdam defectus fuit resolutum, ꝙ cõcederetur d. repetitio, & difficultas in sacro cons. orta fuit, quia nõ fuit repertũ, ꝙ iste articulus esset in puncto a nemine, neque decisus, neque tactus, sed solum, quod in Curia fuerit alias concessa, sed replicabatur non esse

non eſſe exemplis iudicandum per iuria vulgaria.

4 In Curia autem deinde inoleuit communis practica, vt, ſi in ipſa cõfrontatione reus fuerit ſagax, & ſufficiẽter teſtes interrogauerit, & idem reſultet effectus, qui reſultaret ex ipſa repetitione ſuper interrogatorijs, vt amplius non concedatur teſtium repetitio, ſecus autem, ſi ex d. confrontatione non reſultaret idẽ effe ctus, quia reus non interrogauit ad ſufficientiã, & pro hac cõi practica adducitur, Hond. in d. conſ. 101. nu. 29. Moder. Rom. d. q. 72. n. 145. verſ. contrarium, Burſat. conſ. 311. n. 4. & ſeq. lib. 2. Moder. Senogall. in tract. de mod. form. proceſſ. inform. lib. 2. c. 9. n. 35. & ſeq. vbi refert, quod ita pluries fuerit obſeruatũ, prout etiam ita alias ego ſæpè obſeruaui, & in omnibus Tribunalibus vrbis vidi ſæpè etiam ab alijs iudicibus doctis, & Deum timentibus obſeruari, ac ita conſulo eſſe obſeruandum indiſtinctè non habita cõſideratio-

5 ne ſupradictæ diſtinctionis, Prax. Archiep. Neapolit. c. 28. n. 13. vbi excepit duos caſus, primum quando ius repetendi ſuper interrogatorijs nõ reſeruauit in actu cõfrontationis, & quãdo delictũ eſſet notoriũ, & ageretur de graui delicto, & ibi teſtatur quid obſeruetur in illa curia, cũ nunquam ex ipſa cõfrontatione poſſit totaliter reſultare idẽ effectus defenſionis, qui reſultare poteſt ex interrogatorijs cõfectis ab Aduocato, & procuratore, & quia etiã, vt plurimũ reus altercatur cum ipſis teſtibus in confrontatione, & ob id nõ põt remanere in perfecto ſenſu interrogandi, & quia etiã iſti latrũculatores ſolent adhibere curã, nec reus perfectè teſtes interroget in perniciem animæ eorum.

6 Et dubiũ non eſt, ꝙ, ſi reus velit teſtes interrogare in cõfrõtatione, ſibi permittatur, cum ſola cõfrõtatio operetur, vt tollatur defectus citationis & non, ꝙ non poſſit teſtes interrogare. Bar. in Auth. qui ſemel n. 36. de prob. Clar. q. 45. verſ. ſed in propoſito, latè Hond. conſ. 101. nu. 26. lib. 1. Ambroſ. in tract. de mod. form. proceſſ. inform. lib. 2. c. 9. n. 32. & ſeq. Prax. Arch. Neapolit. in d. c. 28. n. 13. in fin. & ob id non video, ex qua ratione aliquando iudices ſe reddant difficiles, & nolint, ꝙ ipſi rei interrogent teſtes cum interrogatorijs ab eiſdem in ſcriptis factis. Et ego recordor, ꝙ, cũ eſſem Aduocatus Epiſcopi Andrienſis, ita fuit obſeruatum, ꝙ in ipſa confrontatione teſtes fuerint examinati cum interrogatorijs datis in ſcriptis ab eodem Epiſcopo, quæ ego confeceram: imò ſi Iudex recuſaret cõfrontationẽ facere cũ dictis interrogatorijs in ſcriptis datis, debet cõcedi repetitio teſtiũ, cũ clarè appareat iudicẽ noluiſſe illos ſufficienter interrogari, & talis repetitio erit cõcedenda, nõ obſtãte cõfrõtatione, cum diſtinctione ſupra adducta, & etiamſi confrontatio facta fuiſſet, poſtquam proceſſus reo fuerit publicatus, vt per Ambroſ. in d. lib. 2. c. 9. nu. 37.

7 Nec non per iſtam confrontationem cum ipſo reo inducitur publicatio proceſſus, vt poſt Bart. firmat Baiar. in q. 49. nu. 9. Quod tu intellige in ea parte, in qua ſequitur confrontatio, & non in toto proceſſu, in quo confrontatio non fieret, & an poſſit fieri ante litis conteſtationem, vel poſt Scacc. in c. 86. n. 67. circa fin. dicit, quod recognitio perſonæ, ac confrontatio poſſet fieri ante litis conteſtationẽ, cum tendat ad legitimationem perſonæ, quicquid aliter videatur dicere Simanch. qui loquitur de confrontatione, & recognitione inſimul, & poſtea etiam confrontatio de conſuetudine poſſit fieri ante litis conteſtationem.

8 Et talis confrontatio non eſt neceſſaria, quando teſtis, vellet declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatis, ſaluo iure cõtra eorum perſonas, & dicta. Petr. Caball. caſ. 269. num. 2. cent. 3. Nec conceditur confrontatio, quando Reus fuit condemnatus in contumaciam, & reſtitutus ad nouas defenſiones, idem Petrus Caball. conſil. 269. num. 22. dicta Cent. 3.

9 Pro complemento autem in iſta materia confrontationis, ſciat iudex, quòd ſi teſtis examinetur pro informatione Curiæ ſuper aliquo delicto, & dicat non cognoſcere delinquentem de nomine, ſed ſolùm de viſu, illumque per ſigna, & veſtes deſcribat, quæ deſcriptio conueniat alicui, debet fieri recognitio illius, non ad conuincendum eum de mendacio, ſed ad ipſũ reſcognoſcendum etiam inter plures pro homine ita deſcripto, & ipſo legitimè recognito, licentiatis cũ recognito adductis Iudex interrogabit eum tanquam Reum, & ſi depoſita per teſtem negauerit, teſtis erit cum eo confrontandus, omiſſa recognitione, cum iam fuerit recognitus, vt benè declarat Scacc. in dict. cap. 86. numero 61. vbi etiam ponit formam decreti iſtius recognitionis.

De exhibitione armorum ſcripturarum, & ſimilium à Reo facienda, & de [illegible] forma exhibitionis.

S V M M A R I V M.

1 *Reo exhiberi debent arma qualibet, ſcripturæ, & alia ſimilia, quæ in domo, vel penes ipſũ fuerunt reperta.*

2 *Reus negans ſcire ſcriber erit conuincendus de mendacio per teſtes.*

3 *Reus poteſt interrogari, an illa ſcriptura ſit ſua manu ſcripta, ac etiam cogi ad ſcribendum.*

4 *Reus negans ſcire ſcribere, debet torqueri donec ſcribat, quæ practica reprobatur per Autborem.*

5 *Reus dicens ſcire ſcribere, debet ſcribere in actis, & hic Author ponit formam.*

C A P. XII.

1 Et quia etiam contingit, quod ad conuincendũ Reum, vel pro recognoſcendo corpore delicti veniunt exhibendæ epiſtolæ ſcriptæ per Reum, aliæ ſcripturæ, vel alia ſimilia, quæ fuerunt in domo rei reperta, debet Iudex adhibere formam in exhibitione dictarũ ſcripturarũ, ac Reum interrogare ſecundum formam poſitã per Moder. Senogal. in tract. de mod.

2 forman. proceſſ. infor. lib. 2. cap. 10. num. 1. & ſeq. † & ſi reus negauerit ſe ſcire ſcribere, tunc erit conuincendus de mendacio per teſtes, qui dicant ipſum vidiſſe ſcribere, vel vt melius fieri poterit, & tunc, cum fuerit legitimè conuictus, non leuè indicium reſultat cõtra eum. Clar. q. 21. verſ. mendacium, deueniendo etiã

3 ad torturam contra illum, † & quod poſſit interrogari, an illa epiſtola, vel priuata ſcriptura ſit manu ſua ſcripta, ac et cogi ad ſcribendũ, tradunt Doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. & Viu. comm. opin. par. 1.

4 opin. 44. circa prin. Grain. deciſ. 34. nu. 16. † & tamdiù eſt torquendus donec ſcribat, Cartar. de execut. ſent. cap. 2. num. 44. & ſeq. Modern. Senog. in d. lib. 2. c. 10. num. 10. & cap. 3. lib. 3. num. 3. ſed mihi hæc practica nullo modo placeat, neque arbitror eſſe recipiendã, vt tamdiù torqueatur, donec ſcribat, quia poteſt contingere, quod ſubſtineat per horam, & tamen clarum

est, quod vltra horam non possit reus torqueri, & vnum indicium etiam tollatur per vnicam torturam, vt inferius suo loco dicam. Ideò melius erit, vt non torqueatur ad faciendum illum scribere, sed conuincatur, quod ipse sciat scribere, & cumuletur tale mẽdacium cum alijs probationibus, coniecturis, & præsumptionibus. & deinde in meritis causę habeatur cōsideratio de tali mẽdacio, iuxta qualitatem facti, quia si ipse substineret, purgatum esset indiciū resultās ex testibus, qui dixerint se reum scribere, & reum absoluere oporteret, & Curia isto modo non reportaret complementum iustitiæ ad delictum inueniendum.

5 Si verò dicat se scire scribere, tunc iudex faciat ipsum reum in ipso constituto scribere verba per iudicem dictanda, non totaliter, prout sunt scripta in epistola, vel scriptura pęnes ipsum reperta, sed alio modo, dummodo scribat syllabas conuenientes dictis epistolis, vel scripturis, vt ex identitate syllabarum, vel dictionum, deinde possit fieri per peritos comparatio vel recognitio, & ita obseruatur ab omnibus criminalistis, vt testatur Mod. Senogal in d. lib. 2. c. 10. n. 6. vbi ponit etiam formam decreti, & q in crim. reus possit cogi ad scribendū, vt possit fieri cōparatio litterarū, Bald. in l. cōparationes, n. 10. C. de fid. instrum. Franc. dec. 935. in princ. p. 2. Menoch. cas. 114. nu. 12. & seq. Mascard. de prob. concl. 330. n. 23. Moder. Farinac. in Fragm. crim. in litt. C, num. 449. & 452.

Recognitio epistolæ, vel alterius scripturæ pœnes reum repertæ, quomodo facienda sit per iudicem.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio epistolæ, vel alterius scripturæ fit tribus modis, faciendo reum scribere, per comparationem alterius scripturæ, & per testes.*

2 *Comparatio scripturæ ad scripturam non facit plenam probationem.*

3 *Nec indicium ad torturam.*

4 *Comparatio fieri debet ad aliquam scripturam, quæ certè fuerit scripta ab ipso reo.*

5 *Recognitio per testes fit duobus modis, vno, quando dicunt habere notam manum, quia viderunt scribere, alio modo, quando dicunt fuisse præsentes, quando reus scripsit.*

6 *Recognitio facta per testes dicentes habere notam manum, non inducit plenam probationem.*

7 *Quid autem, si cum ista recognitione concurrant alia adminicula.*

8 *Comparatio, vt afficiat, debet fieri coram iudice, & debent eligi periti de consensu partium, vel citata parte.*

9 *Recognitio facta per testes dicentes vidisse reum scribere, plenè probat, secundum vnam opinionem, alij autem tenent, vt debeat etiam concurrere ipsa comparatio ad alias scripturas. Author autem ponit hic conciliationem istarum opinionum.*

CAP. XXIII.

1 RECOGNITIO autem dictæ epistolæ repertæ pœnes reum, & per eumdem reum negatæ diuersis modis fieri potest, & 1. faciendo reum scribere, 2. per comparationem alterius scripturæ, 3. per testes. Et circa primum, & secundum modos per cōparationẽ, sciat Aduocatus, quod dum agitur criminaliter ad conuincendum reum de falso, vel ad pęnam irrogandam, quę imponi possit ex dicta scriptura, non erit sufficiẽs
2 ad reum condemnandū; † cum talis comparatio plenam probationem non faciat, Ruin. cons. 61. n. 4. vol. 4. Gram. decis. 34. n. 16. Viui. comm. opin. p. 1. opin. 4. Rim. Iun. cons. 196. n. 3. vol. 2. vbi alios allegat, cum sit fallax ista probatio per comparationem, ob facilitatem falsificandi manum, vbi etiam alios cumulauit, & testatur, quod ita experientia docet, prout etiam idem testatur, Farinac. cons. 56. n. 20. Mascard. de probat. concl. 740. num. 14. vol. 1. & prius idem voluit in conclus. 331. num. 25. vbi etiam alios allegat.

3 An verò faciat indicium ad torturam ista comparatio contra imputatū de tali scriptura, Purpur. in d. l. admonendi, col. 38. ff. de iureiur. tenuit, vt faciat indicium ad torturam, quem sequuntur Gram. decis. 34. n. 16. circa fin. Franc. Marc. decis. 935. p. 2. qui loquitur in famoso libello Cruuet. de antiq. temp. 1. p. in verb. quæritur nu. 72. & Doct. in l. fin. ff. de quæst. Viu. com. opin. p. 1. opin. 44. vers. Purpuratus verò, Mascard. de prob. concl. 740. n. 12. in fi. Petr. Cabal. in qq. crim. cas. 251. nu. 13. cent. 3. volens, quod ex ista comparatione resultet semiplena probatio, sub nu. 6. & n. 17. In contrarium autem est veritas, vt sola comparatio non faciat indicium ad torturā, & desumitur ex codem met Purpur. ibi, qui præsupponit qualitatem personarum, nempè personam esse vilem, suspectā, vel alias exceptiones pati, vt etiam videtur cōcludere Viui. d. opin. 44. vers. secundum personarum qualitatem, Mascar. d. concl. 740. n. 14. vers. secundum qualitatem personarum. Marc. in d. decis. 935. dicit tamen in fine esse cogitandum, cum comparatio litterarum sit fallax, propter mutationem temporis, ætatis, & atramenti, prout etiam sequitur Baiard. q. 68. nu 69. & post Franc. Curt. Mascard. d. concl. 331. n. 27. vol. 1. tenet omnino non inducere indicium ad torturam, ea ratione, quia dicta comparatio est indicium indirectum non taugẽs directo delictum; Ideò non sufficit ad torturam: & quantum sit fallax indicium resultans ex comparatione, & quantum facillimè possit manus alterius imitari nos docet Rim. Iun. in consil. 236. num. 14 & seqq. & Farinac. consil. 70. num. 14. vbi alios allegat, & firmat, quod nisi alia concurrant cum dicta comparatione, non possit elici indicium ad torturam, ex ipsa comparatione, eamdem opinionem sequitur Costa in tract. de subsidiar. remed. remed. 7. num. 11. & nouissimè post alios, quos allegat, idem Modern. Farinac. in fragm. crim. in litt. C, nu. 447. & seq.

4 Et sciat iudex, vt eo minus probaret, neque grauaret reum ipsa comparatio, quando fieret per aliam scripturam, quæ non constaret legitimè, quod fuisset scripta a dicto imputato. Corn. cons. 38. vol. 2. quem Doctores communiter sequuntur, & testatur Rimin. Iun. cons. 213. num. 29. & seqq. & prius in cons. 49. num. 50. & in cons. 276. num. 30. Afflict. decis. 81. num. 4. & seq. Magon. decis. Lucens. 17. nu. 5. Petr. Cabal. in quæst. crim. cas. 201. nu 12. cent. 3. vbi alios allegat, & ob id scriptura ad quam fieri debet comparatio debet esse certa, & indubitata Salic. in l. comparationes, sub nu. 12. C. de fid. instrum. vbi reddit rationem Menoch. cas. 114. nu. 29. vbi plus firmat, quod de certitudine scripturæ constare debet iudici causæ, & nō peritis, Thom. Triuis. decis. 52. n. 20. in fi. Farin. in fragm. crim. litt. C, nu. 456. & sub nu. 457. cum pluribus seqq.

dicit

dicit post alios quas allegat, quæ sint scripturæ certę indubitatę, & approbatę ad quas possit fieri d. comparatio.

5 Tertio verò modo, quando fit per testes, duobus etiam modis fieri potest vno scilicet, quãdo testes dicunt habere notam manum, alio, quando dicunt illũ
6 vidisse scribere. † Et primo modo, quando testes dicunt habere notam manum, quia viderunt pluries illum scribere, non faciunt plenam probationem, vt sequi possit condemnatio. Ruin. cons. 131. in fin. vol. 2. Affl. decis. 181. in fine, latè Rimin. Iun. cons. 49. n. 50. & seq. vol. 1. & latius in cons. 236. n. 19. & seqq. vol. 2. vbi refert alias quemdam fuisse in discrimine vitæ cõstitutum ob similem probationem, quia alter confinxerat manum vnius, & testes deponebant contra eũ dicentes illius manum notam habere, & detecta veritate, ille, qui confinxerat manum, fuit laqueo suspẽsus, alter verò fuit liberatus, prout idem euenit hic in Curia in principio Pontificatus Sixti V. in persona Vincentij Butij, & tempore Clementis Octaui, in persona Episcopi Sagonensis de Insula Corsicæ, qui ambo etiã fuerunt absoluti. Immò in casu Rimin. Iun. in dicto cons. 236. num. 38. & seqq. agebatur de littera munita sigillo eiusdem imputati, sed quòd solùm ista probatio facta per istos testes dicente habere notam manum, faciat indicium ad torturam tradit Petr. Caball. in q. crim. cas. 25. nu. 13.

7 Quid autem, si cum dictis testibus dicentibus habere notam manum concurrant alia adminicula, sufficiant ad condemnandum, vide latissimè Granut. d. Theor. 15. num. 15. & seqq. & sub num. 31. tradit an vnum, vel plura adminicula requirantur.

8 Comparat o litterarum, vt afficiat, debet fieri corã iudice, debent eligi periti de consensu partiũ, vel saltem parte citata ad videndum iurare, & recipi testes, alias relatio esset nulla. Doct. adducti à Farinac. cons. 70. nu. 15. & seq. & sub nu. 17. dicit, quòd talis probatio per comparationem fieri debet in defectum aliarum probationum.

9 Alio verò modo, quando testes dicunt fuisse præsentes tempore, quo ille imputatus scripsit dictas litteras, tunc aliqui volunt, quòd inducant plenam probationem, vt tenet post alios, quos allegat. Rim. Iun. cons. 213. nu. 19. & seqq. & n. 23. & seq. vol. 2. Farinac. cons. 70. nu. 10. & seq. latè Granut. d. Theorem. 15. nu. 1. qui Rim. in d. cons. 213. nu. 13. refert Iasonem affirmare hanc partem esse communiorem.

Contrariam opinionem, vt non sufficiat, quòd testes dicant fuisse præsentes, quando iste reus scripsit dictam Epistolam, vel libellum famosum, sed etiam requiratur comparatio litterarum, tenuit Bar. in l. inda, ff. de donat. & in authen. & contractus. C. de fid. instrum. Caccialup. in l. admonendi nu. 45. ff. de iureiur. Aret. cons. 64. colum. 4. vbi concludit, quòd ista est pura veritas Rip. in d. l. admonendi nu. 105. qui testatur opinionem Bart. esse communiter receptam, & Rim. Iun. in d. cons. 213. num. 27. & seqq. firmat hanc opinionem Bar. maiori numero Doctorum comprobari, cum per comparationẽ veritas probationis depræhendatur, l. comparationes, C. de fid. Instr. Petr. consil. 4. num. 56.

Qui Rim. Iun. in eodem cons. 213. num. 32. subdit, quòd ad tollendam omnem difficultatem recurri potest ad Corn. in cons. 58. vol. 3. qui dicit, quod, si testes deponant solum fuisse præsentes scripto, & vidisse illud scribi, tunc procedat opinio Bart. & sequacium, vt dicti testes non plene probent: Aut vero deponant etiam de tenore, & contentis in ipso scripto, & tunc procedat altera opinio; quam distinctionem sequitur Dec. in d. c. 2. nu. 2. & 7. de fid. Instr. Caccialup. in d. l. admonendi nu. 45. & ibi Curt. Sen. nu. 87. circa fin. & cum hac distinctione ibi Rim. Iun. etiam concurrit.

Iudex an possit extorquere in examine Rei confessionem sub spe impunitatis.

SUMMARIUM.

1 *Confessio extorta à Reo sub spe impunitatis non afficit confitentem.*

2 *Depositio facta per testes sub spe impunitatis non sufficiunt illum, contra quem deponunt.*

3 *Impunitas non potest cõcedi reo, vt complices reuelet.*

4 *Confessio extorta à reo per iudicẽ, vt ipse reus debeat fateri delictum, quia non datur alius modus euadendi pœnam, non valet.*

5 *Confessio extorta per iudicem non nocet, quando constat, quod ille non deliquit.*

6 *Confessio extorta per iudicem sub illis verbis, vt dicat veritatem, quia nihil mali sibi eueniet, & liberabitur, non valet.*

7 *Confessio extorta sub spe impunitatis, si fuerit ratificata, nocet, secus si fuerit reuocata.*

8 *Contra istam declarationem dantur hic per Authorẽ aliæ quatuor declarationes.*

9 *Confessio extorta à Reo, vt fateatur veritatem, quia fiet sibi plusquàm petit, & apud Principem quicquid poterit iudex impetrabit, & procurabit gratiam, vel indulgentiam, aut per alia similia verba tenet.*

10 *Confessio extorta sub spe impunitatis operatur, vt reus cogatur per torturam illam ratificare.*

11 *Tortura isto casu est moderatè inferenda.*

12 *Confessio extorta sub spe impunitatis sufficit ad pœnam extraordinariam, si non fuerit reuocata, secus vero, si fuisset expressè confirmata, quia sufficit ad pœnam ordinariam.*

13 *Condemnatus pro aliquo delicto, quod ipse reus fassus fuit commisisse propter impunitatem, etiamsi illud nõ commiserit, debet sententia contra ipsum exequi.*

C A P. XXIV.

1 ADuocatus debet præcipuè inuigilare, si iudex examinando reum promiserit sibi impunitatẽ, si fateretur delictum, quia habet conclusionem pro se, vt talis confessio non afficiat confitentem, cum præsumatur dolo extorta Marf. sing. 329. Boss. tit. de exam. Reor. nu. 17. Iul. Clar. q. 55. n. 6. & seqq. vbi latè Baiard. nu. 10. Moder. Rom. q. 81. num. 276. qui alios concordantes cumulauit, & testatur de communi, Flamm. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 2. c. 1. nu. 30. & seqq. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 15. nu. 6. vbi alios etiam adducit, Add. ad Farinac. cons. 53. in lit. L, vers. nec à prædictis, vbi etiam alios ferè infinitos cõcordantes cumulauit, & valdè inuehit cõtra istos iudices, quos appellat cupidos inanis gloriæ, & paupe- res, & ibi etiam testatur de magis cõmuni, latè Scaoc. in tract. de iud. lib. 2. c. 86. nu. 35. vbi per multa fundamenta sequitur hãc opinionem, & in fine, ibi, testatur quòd dato millies, ꝙ iudex apud vulgares, & latrunculato-

culatores laudabiliter, impunitatis promissione, reum induceret ad confitendum delictum, & deinde duceret ad supplicium, tamen apud graues viros non trãsiret sine improbitatis nota, & Moder. Roman. q. 81. nu. 280. dicit hanc esse tanquam magis communem in iudicando, & con ulendo sequendam, postquam retulit alios Doctores sequentes, & tenẽtes eamdem opinionem, & etiam contrariam opinionem tuentes, & eamdem opinionem sequitur P. Pella. in quodam paruo tract. de Tortura q. 11. nu. 3. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 149. licèt ibi referat quod Dec. contrariũ tenet in iudice ordinario, etiamsi promissio facta fuerit medio iuramento, sed ipse dicit sub nu. 152. quod talis promissio fieri debeat sub quodã inuolucro verborum, quæ vim persuadendi habent, & non obligandi, & eamd. partem negatiuam sequitur. Villagutt. in pract. crim. lib. 7. tit. de confess. c. 1. concl. 11. per tot.

2 Idemque erit dicendum in testibus inductis ad deponendum sub spe impunitatis, vt eorum depositio non afficiat illum, contra quem deponunt. Boss. tit. de exam. reor. nu. 15. Ac idem erit in eo, qui multis quærelis implicitus fuit examinatus contra alios, & statim fuit dimissus, vt non afficiat eos, cõtra quos deposuit. Burs. cons. 192. num. 4. in fin. col. 2. Sim. de Pret. consilio 15. num. 43.

3 Et in tantum est verum, vt non possit promitti impunitus reo, vt fateatur delictum pro habendis complicib. & alijs delinquentibus, & omnino sit medium prohibitum ad extorquendas confessiones, vt etiam supremus Princeps debeat a simili promissione cauere, quia carcerati nihil aliud attendunt, ac procurant, quàm se ipsos saluos reddere, & quoad alios malæ iudicis voluntati consentire etiam per mendacia, & falsitates, vt exclamat Additio ad Farinac. in d. cons. 83. in litt. L, in princ. vbi alios cumulauit.

4 Idemque erit, quando iudex promisit impunitatem agendo, & dicendo dolosè vt fateatur ipse reus, alias non esse modum euadendi, tunc dicitur cõfessio dolo extorta, & ob id non sufficit ad condemnandũ. Boss. tit. de confess. per tortur. n. 16. & in tit. de exam. reor. sub nu. 17. & seq. sequitur, Clar. q. 55. vers. circa secundum, Par. de Put. de syndic. in verb. tortus c. 7. in prin. nu. 1. & seqq. vbi plurib. probat non valere confessionem, quam iudex a reo extorquet persuasionibus, ei dicendo, vt fateatur propter honorem curiæ, & certis respectibus, quod de pœna non timeat.

5 Et multo magis confessio non tenet, quando constat confitentem non deliquisse, quia delictũ non fuit patratum, vel ab alio fuit commissum. Magalott. in tract. de Salu. cond. p. 2. nu. 24. vers. 2. casu nu. 25. vers. 3. casu, vbi dicit idem esse, quando dubitatur an sit vera, quia illius circumstantiæ, & indicia non verificantur, prout refert, & sequitur Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 1. cap. 2. num. 28. & seqq. & num. 38. vers. alia verò opinio, & nu. 44.

6 Idemque erit, quando iudex dicit reo vt veritatem narret, quia nihil mali sibi eueniet, atque etiam promittit, quod liberabitur, quia etiam isto casu ex confessione secuta non poterit sequi condemnatio, vt expressè voluit. Soarez in addit. ad Ant. Gomez. tit. de delict. c. 12. nu. 6. in litt. C, reprobato. Boss. relato per Clar. in q. 55. vers. circa secundum, & cum hac opinione contra Boss. transit etiam. Moder. Rom. q. 81. num. 206. cum qua opinione ego etiam libenter pertranseo, quia ad infringendam confessionem attenditur promissio impunitatis, ex qua deinde verisimiliter oritur erronea confessio, vt reus liberetur a carceribus, & è manibus latrunculatorum, & nõ attenditur, quòd institerit illum dicere veritatem, & cũ hac opinione etiam residet post Imol. Grat. consil. 52. nu. 14. vers. 2. dico vol. 2.

7 Primo limita, & intellige, vt confessio emanata sub spe impunitatis, non afficiat confitentem, quando fuit per confitentem reuocata, secus, si in ea perseuerauerit, vel illam ratificauerit, quia in primo casu non sufficit ad condemnandum, secus in secundo casu, Menoch. de Arb. cas. 367. n. 2. & seq. lib. 2. Cartar. in Prac. interrog. reor. lib. 2. c. 1. nu. 29. & nu. 38. Franc. Personal. in tract. de indic. & tortur. num. 70. vbi de veriori opinione, And. Fach. controuers. iur. lib. 9. c. 61. Moder. Rom. q. 81. n. 287. vbi alios concordantes cumulauit. Caualc. de Brac. reg. p. 3. nu. 152. & quando fuit reuocata, si non adesset nisi quærela partis, vel alia leuia adminicula faceret solum indicium ad torturã moderatam, Boss. tit. de confess. per torturam, nu. 13. & Menoch. cas. 270. nu. 4. dicit esse in arbitrio iudicis reum torquere. Caualc. de Brach. reg. p. 3. nu. 153.

8 Sed ad hanc primam limitationem Doctores afferunt quatuor sublimitationes, Prima est, vt non procedat, in ratificatione tacita, sed in expressa, quia in tacita sequi poterit tantummodò pœna extraordinaria. Menoch. de arb. cas. 677. num. 4. lib. 2. Couarr. var. resolut. lib. 1. c. 2. sub num. 1. Petr. à Plac. epithom. delict. c. 37. nu. 8.

Secunda est, quãdo in ratificatione certus est reus, quod promissa impunitas sibi non conceditur. Decia. in tract. crim. lib. 2. c. 15. nu. 7. in fin. secus verò, si non esset certus, quia eadem fallacia diceretur inductus ad ratificandum. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 2. sub nu. 16 Bertazzol. cons. 95. num. 8. & 11. lib. 1. Magalot. de salu. conduct. p. 2. nu. 21.

Tertia est, quando confessio emanauit sine tortura sub spe impunitatis, & tunc ratificata noceat, secus, si emanauerit cũ tortura, quia tũc ratificatio nihil operabitur, cum ratificatio esset necessaria, quamuis cõfessio non emanasset sub spe impunitatis, & ideò ipsa ratificatio non põt supplere tot defectus, vt per Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quos q. 1. nu. 21. Mod. Rom. d. q. 81. nu. 290.

Quarta est, vt confessio emanata, nullis præcedentibus indicijs, etiamsi fuerit ratificata non noceat cõfitenti, quando interuenit spes impunitatis, vt post Boss. & Imol. firmat. Moder. Rom. d. q. 81. nu. 291. & ibi reddit bonam rationem, secus verò, si præcessisset indicia, vt tunc possit sequi cõdemnatio, etiam in pęnam ordinariam, Monticel. in pract. crim. reg. 18. n. 8. Boss. tit. de confes. per tortu. nu. 15. & 17. Couar. var. resol. lib. 1. c. 2. nu. 16. Clar. q. 55. vers. circa secundum, Decian. in tract. crim. lib. 2. c. 15. nu. 7. in fin. Sed contra istam opinionem insurgit. Mod. Rom. in dic. q. 81. nu. 293. vt nullo modo etiam isto casu possit sequi pęna, nisi fuerit dicta confessio confirmata per cõfitentem, & ita tenet etiam. Menoch. de arb. cas. 367. nu. 9. lib. 2. & contra Couarr. sentit etiam Franc. Pegn ad Direct. Inquisit. par. 3. Comment. 23. vers. nos in hoc crimine.

Sed Magalott. in tract. de saluo conduct. p. 2. n. 11. vers. verumtamen, & nu. seqq. videtur substinere opinionem,

nionem, vt ſequi poſſit pœna ordinaria, quando confeſſio emanata ſub ſpe impunitatis coadiuuetur ab indicijs indubitatis; quia, ſi reus fuerit pertinax in negando delictum, latè poſſit in luci ad cõfitendum ſub ſpe impunitatis, & ſequitur Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 2. c. 1. nu. 31. & ſeqq. & nu. 43. & ſeq. quorum opinio non placet Moder. Rom. in d. q. 81. nu. 295. vt etiam iſto caſu non poſſit ſequi pœna ordinaria, ſed tantum extraordinaria, niſi tamen conſtaret de veritate cõfeſſionis plenè per teſtes, & eamdem opinionem tenet Caualc. de Brac. reg. p. 3. n. 153. in fi. quam ego etiam amplector.

9 Secundo limita, quando iudex diceret Reo; fatearis veritatem, quia fiet tibi pluſquam petis, vel poſteà faciam pro te apud Principē quicquid potero, & procurabo gratiam, miſericordiam, vel indulgentiam, aut per ſimilia verba Nicol. Eymeric. in direct. Inquiſit. par. 3. nu. 189. in fin vbi Pegn. Comment. 23. fol. 469. col. 2. verſ. iam in hac promiſſione, Farinac. dict. q. 81. num. 298 Ego autem ſolebam reis dicere in conteſtatione litis, quòd fateantur veritatem, quia debebant ſperare in bona, & recta mente Pontificis, vel quòd debebant ſe ponere in clementia eiuſdem Principis, vel per ſimilia verba, quæ per Notarium in actis in corpore interrogationum apponere faciebam. Quid autem ſeruetur in illo tremendo, pio tamen, Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, me remitto ad tradita per Doct. proximè citatos.

10 Tertio limita, vt ex cõfeſſione extorta per promiſſionem impunitatis, poſſit reus cogi ad ratificandam confeſſionem per torturam, Clar. q. 55 n. 6. vbi refert, quod quædam mulier blandis verbis inducta ad fatēdum delictum nolens illè ratificare, fuit torta, & quia ſubſtinuit, fuit etiam abſoluta. Boſſ. tit. de confeſſ. per tortur. nu. 21. & ſeqq. quorum opinio eſt vera, etiamſi emanauerit nullis præcedentibus indicijs, quam opinionem ſequitur. Moder. Rom. d. q. 81. num. 50. ſed ex mente eiuſdem Boſſ. Bertazzol. conſ. 95. nu. 16. vol. 1. contrarium voluerit, vt ſi emanauerit, nullis præcedētibus indicijs, nec etiam ex ea poſſit ſequi tortura; cuius opinio mihi multum placet, quia ſuperius vidimus, quod confeſſio ſemper circumſcribitur, ſed attēditur, an plena probatio præceſſerit, vel indicia indubitata, vt in primo caſu ſufficiat ad condemnandum ad pœnam ordinariam, ratione plene probationis, in ſecundo caſu ſequi poſſit pœna extraordinaria, ratione dictorum indiciorum indubitatorum: ideo ſi emanauerit confeſſio penitus ſine indicijs, non poſſit inferri tortura, cum ad illam inferendam requirantur indicia, quæ inferius ſuo loco dicam.

11 Et quādo tortura inferri debet, non debet ita acriter inferri, ſed debet eſſe moderata, & eo magis debet eſſe leuis quando infertur, quia nulla præceſſerūt indicia, ſi quis vellet adhærere opinioni Boſs. & Farinac. nec debet eſse, prout fuit illa, de qua mentionem facit Boſs. tit. de confeſs. per tort. num. 13. in quodam Notario, qui fuit trina vice crudeliſſimè tortus.

12 Quarto limita, vt ſufficiat, ſi non ad pœnam ordinariam, ſaltim ad pœnam extraordinariam. Menoch. de Arb. caſ. 367. num. 4. & ſeqq. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 2. nu. 39. Baiard. ad Clar. q. 55. nu. 9. & 12. & ibi Hier. Giach. in litt. A, Quod tamen intelligitur, quando non fuit expreſsè, neque reuocata, neque ratificata. Baiard. vbi ſupra, Farinac. d. q. 81. num. 302. Secus ſi fuiſset expreſsè reuocata, quia nulla pœna poſset applicari, Io. de Arno Soliloq. 51. vbi dicit, quod iſto caſu non poteſt nec in ære, nec in perſona puniri, ſequitur Bertazz. conſ. 95. nu. 5. vol. 1. eamd. opinionē tuetur. Andr. Fach. controuerſ. iur. lib. 1. c. 91. ſecus ſi fuiſset confirmata, quia deberet ſequi pœna ordinaria. Farinac. d. q. 82. nu. 302. verſ. ſecus ſi fuiſset.

13 Scias tamen in propoſito, quod ſi quis fuiſset imputatus de aliquo delicto, & condemnatus de eo, ſi illud fateretur, propter impunitatem ſibi promiſsam cum verè illud non commiſerit, adhuc debet puniri pœna dictæ ſententiæ, vt per Bal. in l. 1. num. 6. C. de pœn. iudic. qui male iudic. ſequitur Ant. Columb. in tract. de mod. proced. in contr. crim. art. 204. in fin. Farinac. q. 81. nu. 299. de quo ego alias latè dixi ſuprà in defenſ.

Impunitas promiſſa reo an ſit ſibi ſeruanda.

S V M M A R I V M.

1 *Impunitas promiſſa à Principe, vel de eius ordine, reo eſt ſeruanda, nec poteſt condemnari.*

2 *Impunitas promiſſa à iudice, ſine licentia Principis, an debeat per iudicem ſeruari ſunt opiniones hinc inde.*

3 *Author autem ponit hic conciliationem iſtarum contrariarum opinionum.*

C A P. XXV.

1 IMpunitas autem promiſſa a Principe, vel a iudice de ordine Principis, non eſt dubium, quod omnino reo ſit ſeruanda, & ex confeſſione deinde ſecuta reus non poſſit, nec debeat damnari, vt pluribus probat, ac a contrarijs defendit, Boſs. in tit. de confeſs. per tortur. nu. 9. & ſeq. ſequitur Iul. Clar. q 55. verſ. circa ſecundum, vbi teſtatur, quod ita apud eum quotidie obſeruatur, & Moder. Rom. q. 81. nu. 281. P. Pella in paruo tract. de Tortura, q. 11. nu. 6. teſtatur, quod ita obſeruauit Illuſtriſſimus D. Auerſus de Anguillara, & ibi teſtatur etiam de communi opinione, latè Caualcan. de Brach. reg. p. 3. nu. 150. Villagut. in pract. cri. lib. 7. tit. de confeſs. c 1. concl. 12.

2 Si vero fuerit a iudice, ſine licentia Principis promiſsa dicta impunitas, Doctores inter ipſos valde certant, circa determinationem iſtius articuli, an teneatur promiſſionē ſeruare, & pro parte negatiua Chucalon in addit. ad Dec. in l. ea eſt natura de reg. iur. in lit. B, vbi de communi, Alciat. in l. ea eſt natura num. 7. de verb. ſignif. vbi refert, quod ita Alexander Pontifex Quartus fecit cum quodam epiſcopo imputato de ſimonia. Gram. deciſ. 3. per totam, & alij Doct. allegati per Mod. Rom. q. 81. n. 278. & ſeqq. vbi concordantes allegat, Remig. de immunit. eccleſ. Fallent. 26. Couar. var. reſolut. lib. 1. c. 2. nu. 16. Nauar. in Manuali c. 25. n. 22. Plac. epithom. delict. lib. 1. c. 27. n. 2. & ſeq. & alij relati per Hier. Hiſpan. in tract. com. contra comm. q. 292. nu. 1. Afflict. in conſt. Regn. rubr. de præſtan. iuram. a magn iuſticiar. c. t. nu. 7. vbi ponit exemplum in quodam Regente magnæ Curiæ Vicariæ, qui extorquebat a reis confeſſiones ſub ſpe impunitatis, & in corde ſuo intelligebat cōditionem, ſi Principi placebit, & ſi de iure hoc facere poterat, quilibet diſcretus ſcire poteſt, Doct. adducti per Decian. in tract. cri. lib. 2. c. 15. nu. 6. in princ. Caualc. de Brach. reg. par. 3. num. 149. in fine.

Sed

Sed contrariam opinionem sequuntur Cagnol. in l.ea est natura nu.23. Alciat.de præsumpt. reg.3.præsumptio.27.nu.4. Simanch.de Cathol.institut. tit.13. nu.12. Royas de Hæret.in parte concl.25. num.264. Azeued.in l.3.tit.2.num.13.15.lib.1. Recompilat.vbi resoluit, quòd iudex peccat mortaliter, si non seruet fidem promissam delinquenti, Hier. Hisp. in d.q.292. nu.2.vbi testatur, quòd ista opinio seruatur de consuetudine, & quod ita semel secundum eam vidit practicari, Farinac.d.q.81.num.277.vbi alios allegat per vnam integram columnam testantes de communi, & sub n.280. testatur vidisse istam opinionem apud nos a bonis iudicibus magis seruatam, & magis receptam esse, & non esse in consulendo, & iudicando ab ea recedendum, & quod iudices aliter facientes, nec in foro conscientiæ, nec in foro cōtentioso sunt tuti, Hier. Giacc.ad Iul.Clar.q.55.in litt.B, & Add.ad Farinacc. cons.53.in lit.L, Deciań.in tract.crim.lib.2.c.15.nu.6. vers.contrarium, vbi alios allegat, & dicit, quod in foro conscientiæ tenentur seruare. † Mihi autem multum placet sententia, Iul.Clar.in q.55.nu.8. vt, si promittens poterat dictam gratiam, vel indulgentiam facere, tunc omninò seruanda sit, aut non poterat, & tunc sit imputandum reo cōfitenti, quod credidit tali promissioni, vbi tamen melius subdit, quod ipse nunquàm condemnaret reum in pœnam ordinariam delicti, nisi esset reus alijs indicijs grauatus, vel forsan iudex vidisset reum delinquere, vt tradit Decian. in d. c.15.nu.7.in fin. & sequitur Villagut.in pract. crimin. lib.7.tit.de confess.c.1.concl.12. Sed ad tollendas supradictas, & omnes difficultates, erit consultum iudicibus, & reis, vt iudices caueāt a tali promissione impunitatis, vt sint tuti in foro poli, ac in foro exteriori, & rei ne credant iudicibus huiusmodi impunitatem promittentibus. Ego autem, vt verum fatear, nunquā incidi in tale discrimen, sed semper in actu examinis, & in quacunque causa, quamuis graui, numquam applicaui animum meum ad huiusmodi remedium extorquendi confessionem, prout illud improbat Costa in tract.de subsidiar.remed.remed.20.num.8. Sed potest fieri sub inuolucro verborum, cum deinde non nascatur obligatio obseruandi, quia dicitur habere vim persuadendi tantum, Caualc. de Brach. reg. p.3. nu.152 vers.sed re vera.

Et ob id talis impunitas, tanquam a lege reprobata, non erit concedenda in omni casu, sed in quibusdam atrocibus & in damnum Principis, & Reipublicæ commissis, & non omnibus delinquentibus, ne delictum remoueat impunitum, sed aliquibus tantum, vt vni, vel duobus ad summum, & non principali delinquenti, pro quo faciunt, quæ dixi supra de præmio, vel talea promissa reuelantibus delinquentes. Et si fuerit promissa vni, vt alios reuelet fures in solitis furari propter delicti frequentiam non erit seruanda, sed fraus cum fraude compensatur. Caualc. de Brac. reg.p.3.n.154. Quod ego admitto quando constaret de furtis commissis, & laborarent indicia contra istum furem confitentem dicta furta, alias non.

DEFENSIO XXI.

Circa torturam ex processu informatiuo.

Tortura quando, & in quibus casibus possit inferri ex processu informatiuo.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non potest inferri ex processu informatiuo, & denegatis defensionibus.*
2 *Tortura quando ex aliquo priuilegio iuris inferri potest ex processu informatiuo, prout est in multis locis, non debet inferri vltra ordinem datum a lege inferendi in alijs casibus, & nouum tormentorum genus inueniri, & immediatè torqueri, nec alia fieri posita hic per Authorem.*
3 *Priuilegia concessa alicui Curiæ inferendi torturam ex processu informatiuo debent restringi, vt minus lædant ius commune, quàm fieri possit.*
4 *Tortura, quæ infertur ad sciendum complices, & fautores non infertur vltra mediam horam.*
5 *Tortura illata reo in caput ipsius non debet inferri vltra horam.*
6 *Priuilegia cōcessa tribunalibus inferendi torturam ex processu informatiuo restringuntur ad latrones insignes, derobatores viarū, & terrarum, incendiarios violentes, raptores, & ad alios committentes similia grauia crimina, & contra quos habet infamia.*
7 *Priuilegia torquendi ex processu informatiuo semper præsupponunt, vt præcedere debeant legitima indicia, quatenus processus esset legitimus, & factus Reo citato.*
8 *Priuilegia torquendi ex processu informatiuo tolluntur, quando potest reus docere, & deducere aliquam rationabilem causam ad effugiendum delictum.*
9 *Tortura non potest repeti, quando infertur ex processu informatiuo ex aliquo priuilegio Curiæ.*
10 *Tortura quādo inferri potest ex aliquo priuilegio Curiæ, si repetatur per iudicem, potest instari pro copijs, & est supersedendum in continuatione torturæ.*
11 *Dispositio qualibet verificatur in primo actu.*
12 *Tortura, quando infertur ex priuilegio Curiæ, potest inferri vsque ad tertiam vicem, & non vltra.*

CAP. I.

1 N hac quæstione Aduocatus habet regulam pro se, vt ex processu informatiuo non possit deueniri ad tormenta, sed sit publicandus processus reo, ac ei præfigendus terminus ad faciendum suas defensiones; & indicia contra eum existentia sint disputanda cum Aduocatis, & Procuratoribus, vt tradunt Boss. tit.de mand.ad homicid.nu.30.vbi testatur, quod totus mūdus ita obseruat, Afflict.decis.391. num.3. Clar.q.49. nu.1. Rim.Iun.cons.199.nu.15.vol.3. Decian.respon. 93.nu.13.vol.2. Sim.de Pret.cons.36.nu.6.de quo vide latè Farinac.in q.39.per totam, vbi ponit ampliationes, & limitationes, quas hic nolo transplantare, sed lectorem, & Aduocatum ad eum remitto, sed latissimè, & melius Bursatt. cons.201. num.99. & seqq. vol.2. & latè doct.in cap.extr. de testibus & Costa de subsid.remed.remed.116 nu.5. tradit hoc pro cautela ad euitandam torturam ex processu informatiuo, vt instetur pro copia processus, & insimul etiam deducatur

catur aliquid,quod ſit releuans,Farinac.conſ.103.n.1.

2 Sed , quando in aliquo caſu poſſit deueniri ad torturā ex abrupto,& non publicato proceſſu,& ex proceſſu informatiuo , prout adeſt præheminentia magnæ Curię Vicarię in Ciuitate Neapolis,vt poſt alios teſtatur Affl. deciſ.391. Item in Hetruria ſub Magno Duce, Item in Ciuitate Lucana in cauſis a Republica delegatis,vt teſtatur Ioſeph. Ludouiſ. concl.38. illat. 98.verſ.& ſi Princeps ; Item in Ciuitate Ferrariæ , vt teſtatur Rim.Iun.conſ.290.nu.1.lib.2. & hic in Curia in Tribunali Gubernatoris Vrbis Farinac. q.39.n.13. Maſtril.deciſ.191. vbi latè Brunor. à Sole conſ. crim. vnico nu.120.latè Scacc.de iud lib.1.c.97. nu.88. vbi ſubdit quod iudices non coguntur vti d. præheminentiā, ſed ſi velint vtantur , & latè de iſto modo procedendi ex abrupto ſcribit Maſtril.deciſ.191.part.2.vbi refert in quibus locis ita procedatur , & quare fuerit inuentus. Ambroſ.de mod.form.proceſſ.inform.lib.3. c.1.nu.11. Sciat iudex, quod non erit alteratus,neque ſublatus modus procedendi,iuxta ordinem iuris,circa inferendam torturam. Cartar.in pract. interrog.reor. lib 4.c.1.nu.207. vbi loquitur in præheminentiæ Vicariæ Neapolis,& firmat,quod illa intelligitur ſecundum terminos aliorum iurium loquētium de tortura, Bertazz.conſ 164.num.2. & ibi addent. Burſatt.conſ. 201.nu.123. & ſeqq. Maur.Burg. de mod.proced. ex abrupt.q.42.num.1. & ſeqq.vbi reddit rationem,quia ipſā præheminentia non diſpenſat circa modum , & formam obſeruandam in dando torturam , ſed ſolum circa ordinem procedendi , & ad eam peruenendi , vbi ponit deinde ſex illationes,& in ſpecie, vt nō deueniat iudex ad noua genera tormentorum, non torqueat immo ſerate,neque vltra tres vices,neque vltra horam pro qualibet vice , & non inferatur perſonis, quibus de iure inferri non poteſt,prout ſuper ſingulo caſu Doctores adducit .

3 Et praxis , & cōſuetudo huiuſmodi eſt adeo ſtrictè intelligenda, vt minus , quam fieri poſſit corrigat ius commune, vt poſt alios, quos allegat , firmat Rimin. Iun.conſ.289.nu.16.vol.3.Farinacc. q 81.num.2. vbi alios allegat .

4 Et, ſi inferatur tortura ad ſciendum complices , & fautores,non debet inferri,vltra tertiam, vel mediam horæ partem,Intrigl.ſingul.187.num.1.& ſeq.lib.2. Cartar.de execut ſent.cap.2.nu.68. Farinac.conſ.10. nu.21.conſ.11.nu.47.& conſ.60.nu.35.

5 Si vero reus torqueatur in caput ſuum,tunc remittitur arbitrio iudicis,iuxta qualitatem indiciorum,vel per dimidiam horam,vel per horam quo qualibet vicē,Cuman.in pract.Syndic.c.21.nu.13 & in pract.Ritus fol.57.col.1. latè Maur.Burg. de mod.proced. ex abrupt.q.42.nu.17.& ſeqq.qui alios allegat .

6 Ac etiam dictæ conſuetudines non procedunt generaliter,ſed ſunt multum reſtringendæ, & Afflict in deciſ.391 . nu.10. dicit dictam præheminentiam magnæ Curiæ non procedere in delicto non notorio,ac in Reo inquiſito bonæ famæ, ſed ſolum contra latrones inſignes,derobatores ſtratarum, incēdiarios violentos,raptores, & alios committentes ſimilia grauia crimina, & cōtra quos laborat infamia, vt in Conſtit. ſi damna Clandeſtina, nu.31. latè Gram.vot.3 nu.20. & ſeqq.& vot.30.nu.23.& ſeq.Oſaſch.deciſ.79.n.19. in fin. Claud. Bertazzoll. ad Patrem conſil.130. in 5. ampliat.vbi firmat,quod tria requirantur, vt ſit locus dictæ præheminentiæ , primum, quod ſimus in atrocioribus,& occultis,ſecundum,quod eadem ſuprema Curia inquirat,tertiū,quod torquendus ſit malæ conditionis, & famæ , vbi declarat ita eſſe intelligendam conſuetudinem Ferrariæ , prout etiam declarat latè Scacc.de iud.lib.1.c.97.nu.88.vbi valde reprehendit quemdam Locumtenentem Gubernatoris Vrbis, qui aliter obſeruauit, Rimin. Iun. conſ.290. num.16. 21. & ſeqq.vol.3.Burſatt.conſ.201. ſub nu.70. vol.2. Farinacc.q.39.n.31.vbi ſubdit,& ſic videmus tales conſuetudines eſſe tantū reſtrictas,vt ferè nihil plus operentur,vltra ius commune,& q.72. num.99. vbi valde exclamat contra iudices Guber. Vrbis , qui credunt aliter obſeruare poſſe vigore dicti Tribunalis facultatum,Baiard.q.49.num.54. dicit iſtas conſuetudines eſſe ſimiles iuri communi, Farinac conſ.103. per tot. & Ambroſ.de mod.form.proceſſ.inſor.lib.3. c.1. nu. 12.& ſeqq. dicit , quod in Curia Gubernatoris Vrbis per bonos officiales in duobus caſibus tantummodo inferatur tortura ex proceſſu informatiuo, & primo, contra notorios delinquētes,diffamatos Craſſatores, & alios,de quibus ſupra latè Farinacc. dict.conſ. 103. num.5.ſecundo in aliquibus alijs caſibus grauiſſimis , præſertim vbi ob complices,aut ad exemplum,vel ob alias iuſtas cauſas celeritate opus eſset, & non in alijs caſibus ; & in iſtis duobus caſibus interuenire debeat prius decretum Gubernatoris ad partes factum , vt iudex procedat,iuxta ſuas facultates, & ita hodie per nouam reformationem Pauli Papæ Quinti fuit ſancitum,& idem eſt obſeruandum per iudicem habentem Brachium regium , vt ex proceſsu informatiuo proceditur cōtra hominem facinoroſum pro grauiſſimo delicto,& contra aſsaſinos,& farinellos, & ſceleratiſſimos nomine hominis idignos, Caualc.de Brac.reg. p.3.nu 4.in princ.Baiard.q 45.num.34. & ſeqq. & in Regno Neapolitano nec etiā proceditur ex proceſſu informatiuo, niſi de licentia Proregis , re communicata cum Regentibus Regiam Cancellariam , vt plenè per Vincent.de Franch.deciſ.143.Baiard.q.64. nu.88.vbi etiam mentionem facit de præheminentia Gubernatoris Vrbis conceſsa per Leonem X. Conſtit.7.fol.185.vol.2.& Farinac.in dict. q.39. nu.17. in fin. teſtatur ita fuiſse obſeruatum in illa grauiſſima cauſa ſubreptionis Annuli Piſcatoris , vt iudices Gubernatoris noluerint deuenire ad torturā, niſi ex ſpeciali reſcripto Sanctiſſimi,Caualc.de Brach. Reg p.3. nu.4. vbi ſubdit, vel niſi iudex habens brachium Regium veriſimiliter dubitet de ſubornatione teſtium , quia poterit procedere ad torturam ſine repetitione teſtium,& quod Gubernator Vrbis vigore dictæ Bullæ Leoni X.non poſſit deuenire ad torturam denegatis defenſionibus , nec ſub prætextu alicuius conſuetudinis latè deducit Farinacc.conſ.103.nu.5. & ſeqq. ad quod conſilium in propoſito Aduocatus habeat recurſum, vbi etiā refert, quod dicta Bulla Leonis X. fuit reuocata per Bullam Pauli III. & Pij IV. prima eſt in Bull. Conſtit. 58. ſecunda Conſtit. 85. & quod conſuetudo , quæ ſolet allegari in illo Tribunali non ſit vera , quia Papa Sixtus V. per ſpeciale reſcriptum in illa cauſa ardua ſubtractionis annuli Piſcatoris ordinauit,vt deueniretur ad torturam denegatis defenſionibus .

7 Atque etiam caueant dicti iudices, ne vigore dictæ præheminentiæ torqueant reos, niſi præcedant legi-

tima

tima indicia, cum præcipuè Summi Pontificis intentio nõ fuerit, quod quis torqueretur fine indicijs, vt in terminis declarat. Baiard. q. 64. nu. 90. & latius Mod. Rom. q. 37. n. 73. quia dicta Bulla Leonis X. non præbet facultatem torquendi fine indicijs, prout nec Bulla dicti Pauli III. Constit. 58. p. t. Bullar. cum nec etiã Princeps possit mandare, vt Reus torqueatur fine indicijs, vt respõdit Cardinali Columnæ Proregi Neapolis, Gramm. vot. 32. nu. 2. & in Constit. Regn. titul. de Pugn. fublat. num. 10. & pariter respondit Afflict. Regi Federico, vt refert Clar. q. 64. num. 13. Bursatt. cons. 201. nu. 4. vol. 2. latè Rimin. Iun. cons. 88. nu. 21. vol. 1. Farinacc. q. 37. vbi concord. allegat, & testatur ita Sixtum V. rescripsisse in dicta causa subreptionis annuli, vt superius dixi. Idem Gram. consil. 64. num. 6. Baiard. q. 49. nu. 54. in fin. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 97. nu. 88. vers. & quod prius est.

8 Sed Aduocatus in proposito, si velit, quod ex dicto processu informatiuo tortura non inferatur, etiam præsupposita dicta consuetudine, Constitutione, vel, Bulla Summi Pontificis, instet pro copijs processus, & dicat quod habet in promptu docere reum non commisisse delictum, vel fecisse ex aliqua causa iusta, vel rationabili, vel deducat aliud, per quod possit cessare tortura; quia tunc Reo non erit deneganda defensio Gram. vot. 3. nu. 20. & seqq. vot. 30. num. 23. & seq. Osasch. decis. 79. num. 19. in fin. Claud. Bertazzol. cons. 130. in addit. ad patr. in 5. ampliat. Farinacc. q. 81. nu. 31. vers. vbi ex Præmissis, & Aduocatus Neapolitanus deducat carceratus in magna Curia Vicariæ esse Neapolitanum, & ob id cessare dict. præheminentiam. Afflict. decis. 361. nu. 1. Io. Ant. de Nigr. in cap. si cum sceleratis, nu. 8. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. num. 88. circa finem, Vincent. de Franch. decis. 316. nu. 5. p. 2. qui dicit procedere etiam in habitantibus in casalib[us] d. Ciuitatis.

9 Et nunc vigore dictæ præheminẽtiæ poterit Reus pluries torqueri, sed vna vice tantum, Gram. cons. 65. nu. 12. Bursatt. dict. cons. 201. nu. 138. vol. 2. Cartar. in Pract. interrog. Reor. lib. 4. cap. 1. nu. 200. & seqq. vbi concordantes allegat, & hanc opinionem rationibus comprobat, Farinac. in q. 39. nu. 31. in fin. vbi se refert ad Cartar. vbi supra, Baiard. q. 64. num. 153. Scacc. de iud lib. 1. c. 97. nu. 88.

Sed contrariam opinionem, vt, etiamsi procedatur ex processu informatiuo tortura repeti possit, dummodo non excedat tres vices tenet Sim. de Pret. cõs. 304. n. 4. cum plurib. seqq. post Paul. de Castr. in cons. 297. col. final. quem sequitur latè Cartar. in dict. lib. 4. c. 1. nu. 107. quod inquiunt procedere etiam in iudice habente liberum arbitrium procedendi, cum iudex dicatur inferre moderate torturam, ac redargui non possit, si tres vices non excedat.

10 Sed bene verum est, quod erit cõsultum reo, si Aduocatus, antequã tortura repetatur, instet pro copia indiciorum; quia iudex tenebitur copias petitas decernere, & non continuare torturam ex processu informatiuo, vt videtur sentire Cartar. in d. cap. 1. lib. 4. nu. 206. & refert Farinacc. in q. 39. num. 162. licet sub nu. 164. restringat, hoc procedere, quando prima tortura fuit illata legitimè, non autem vigore priuilegij, quia tunc, sicut priuilegium viget in prima vice, ita etiam viget in repetitione eiusdem torturæ; Quod ego non admitto, cum debeat intelligi tale priuilegium, vt minus corrigat, & lædat ius commune, quàm fieri possit, vt superius dixi, & quia etiam debet restringi ad vnam vicem tantum, 11 cum qualibet dispositio verificetur in primo actu, Surd. de Aliment. tit. 4. q. 26. nu. 54. & tit. 8. priuil. 21. nu. 1. vbi alios allegat. Sed 12 concedo, quod quando proceditur ex aliquo processu, manu Regia, & ex abrupto possit inferri tortura vsque ad tres vices separatas, sed nõ vltra, alias cõfessio vltra tres vices emanata dicatur nulla, vt tradit. Io. Ant. in cap. Regn. Neapol. c. 272. n. 50. in fine, qui loquitur in terminis magnæ curiæ, Peregr. cons. 2. n. 120. & 136. vol. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 41. nu. 10. & seqq. vbi concordantes allegat, & etiam dicit, & ampliat, etiamsi quæcumque vehementissima indicia concurrerent ac etiãsi in facultatibus esset concessum posse torqueri semel, bis, & ter, ac quantum erit necessarium, adhuc debeant restringi verba præfata per tres vices, Ball. dict. q. 16. nu. 7. & seq. reprobato Caualc. de Brac. Reg. p. 3. n. 16. cuius Ball. opinionem omnino puto esse amplectendam, & sequendam.

DEFENSIO XXII.

Circa publicationem processus offensiui.

Publicatio processus an requiratur in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio processus est duplex, vna pronunciatiua, & altera insinuatiua quæ hic declarantur.*
2 *Publicatio processus non solet fieri, nisi citetur instigator, vel accusator ad submimstrandum indicia.*
3 *Dilationes accusatori dantur duæ in quibuslibet causis criminalibus.*
4 *Dilationes in criminalibus solent esse arbitriæ, & pauciores dantur accusatori quam reo.*
5 *Dilatio non est danda accusatori, nisi præstet cautionẽ de reficiendo expensas.*
6 *Testes nominati in quærela si non examinentur, reus est absoluendus.*
7 *Publicatio processus offensiui in criminalibus est de substantia, & si omittatur, processus erit ipso iure nullus.*
8 *Publicatio processus non fit in casibus, in quibus sunt nominati plures rei, & aliqui sunt absentes, prius quã ipsi absentes condemnentur.*
9 *Publicatio processus non fit, nisi eo completo super omnibus delictis intentatis contra reum.*
10 *Publicatio processus offensiui fieri debet, etiamsi testes fuerint confrontati cum reo.*

CAP. I.

1 PRo declaratione istius quæstionis est præmittendum, quod dicit Bald. in cons. 152. nu. 1. vt publicatio processus sit duplex, vna pronũciatiua, altera insinuatiua, pronunciatiua autem est illa, quando iudex dicit, publicamus; insinuatiua verò est, quando dicta testium sunt partibus insinuata; & lecta, & maxima est differentia inter vnam, & alteram processus publicationem, quia in prima pronunciatiua non impeditur noua testium productio, & repetitio eorundem testium, secus est in altera

altera insinuatiua, vbi Bald. post Bartol. ibi, dicit, quòd ista est veritas in hac materia, & de istis terminis publicationis, nempè quid sit, & quotuplex sit, vide Modern. Rom. in q. 75. nu. 2. & seq. vbi etiam refert, quæ requirantur ad formam, & validitatem publicationis, & a quo iudice fieri possit an ab eodem, vel ab alio, & ad cuius instantiã, & quando in ea requiratur partis præsentia latissimè etiam Aduocatus videre potest apud Caualc. de testib. p. 4. n. 121. cum plur. seq.

2 Sed antequam reo publicetur processus, solet citari instigator, vel accusator ad subministrandum alia, & quæcumque indicia, & probationes, siue ad probãdum quicquid vult, & potest, etiam per omne genus probationis, Iul. Clar. q. 48. nu. 1. Foller. in pract. crim. in verb. fiat publicatio, num. 9. & si ipse instet sibi dari terminum ad probandum, iudex debet supersedere in publicatione processus, latè Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 4. nu. 4. vbi iura allegat, Baiard. q. 49. num. 7. & solet etiam ostendi processus absque alia publicatione, vt possit coadiuuare intentionem fisci, & indicia subministrare, sed notarius non potest ei originalem processum dare secundum communem opinionẽ attestatam per Ioan. de Amic. consil. 106. num. 7. & per

3 Baiar. q. 46. nu. 6. † Et de iure accusatori duæ dantur dilationes l. fi. ff. de fer. qui text. licet loquatur in causis capitalibus tantum, nihilominus procedit etiam in quibuscumque causis criminalibus, vt per glos. magnam ibi, cuius opinionem communem, dicit Bald. in fine, & attestantur scribentes illam de consuetudine seruari, & in specie Angel. nu. 1. Castrens. nu. 3. Alex. nu. 22. Ias. nu. 30. & tres reo: Ias. in d. l. fin. Macant. de ordin. iudic. p. 6. act. 3. Caualc. de testib. p. 5. num. 36. & ibi etiam dicit, quod reo longior dilatio datur, quam actori, nec in hoc iudex debet redargui cum faciat lege permittente, & prius sub nu. 19. dixit, quod non numerus productionum testium, sed numerus testium examinandorum repellit producentem, & Iul. Clar. dicta q. 48. num. 1. & 2. vbi tamen subdit, quod in illa Prouincia dilationes sunt arbitrariæ, iuxta doctrinam Innocen in cap. ad petitionem n. 4. de accusat. quam communem dicunt Canonistæ, vt testatur Alexand. in

4 l. 2. num. 8 ff. de iudic. † Et quod licet reis soleant plures, quam tres dilationes concedi, tamen non ita de facili conceduntur actori, & instigatori, prout hic in curia etiam obseruatur; quamuis tempore S. D. N. Pauli V. pro expeditione causarum in capitalibus, & alijs corporis afflictiuis tribus dilationibus, & in pecuniarijs vnica tantum dilatione causas expediri ordinatum fuerit, dummodo a reis petitæ fuerint, licet talis ordo in multis causis non seruetur, maximè, quãdo qualitas causæ aliter exigeret.

5 Et quia instigatores, vt plurimum quærunt reos in carceribus defatigare, & ideò petunt plures dilationes, ob id non erit inconueniens, vt obseruetur, quod ponit Iul. Clar. in dicta q. 48. num. 2. circa fin. vt comminetur aliqua pœna instigatori in fauorem Cameræ, si ipse non probet illud, ad quod probandum, petit dilationem, vel vt instigatori præstet cautionem de reficiendo expensas per reum faciendas, si non probet: quæ practica multum Iulio Claro placet, & illa multoties ego visus fui contra istos perfidos, & duros instigatores solum anhelantes ad sanguinem, & destructionem personæ, & honorũ pauperum carceratorũ.

6 Et ista citatio verè fieri debet, quia si testes nominati in querela per instigatorem non fuerint examinati, reus absolui deberet, idem si fuerint isti testes contumaces ad comparendum Afflict. in constitutio. In pecuniaris decunitertij, Notab. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem nu. 71.

7 Ac etiam, licèt publicatio processus in ciuilibus nõ sit de substantia iudicij, tamen in criminalibus publicatio processus offensiui est adeò de substantia, vt si omittatur, processus ipso iure vitiaretur, Iul. Clar. q. 48. in princ. & in q. 61. num. 1. quia talis publicatio fit, vt partes possint videre, an benè, & malè, & quid, & qualiter deposuerint testes, vt exinde valeant contra eorum dicta, & personas opponere. Pract. Papien. in form. publicat. testium in princ. n. 1. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 4. nu. 3. Sed de ista materia, vide latè Menoch. q. 23. lib. 1. de arbitr. & latius Mod. Rom. q. 75. num. 1. & seq. vbi docent, an requiratur, quod petatur, & si denegetur an requiratur appellatio, & si testes non publicati probent, tam corã primo iudice, quàm coram iudice appellationis, & quid si non fuerint publicati de consensu partiũ, & multa alia tradunt circa istam materiam, quæ potius spectant ad ciuilem materiam, quam ad criminalem, ideò remitto lectorem ad eos, & latius tradit de ista publicatione processus an sit de substantia, & peti debeat, Caualc. de testibus p. 4. n. 120. & seq. & aliqua dicam in defens. circa sententiam c. 2. Benè verum est, quod si fuit petita dicta publicatio processus, & denegata a iudice, vti a denegata iustitia quã locumque potest appellari ante sententiam, Caualc. dicta p. 4. sub num. 122. d. test. & de Brach. reg. p. 4. nu. 230. post alios, quos allegat, dicit, quod publicatio processus offensiui non est necessaria, sed tãtum oblatio copiæ in crimin. sit necessaria, & ista est mera veritas, quia iudex solum tenetur offerre copias, vt dicam in defens. 25. c. 1. & non cogere reum ad illas accipiẽdas, & publicatio si fuerit omissa, etsi fuerit petita, & denegata, etsi non fuerit appellatum an processus sit nullus, vide latè Aufred. ad Cappell. Tholos. q. 397.

8 Et solent iudices, si plures essent imputati de eodẽ crimine, & aliqui se constituant in carceribus, & alij sint absentes, processum non publicare, nisi prius fuerint absentes condemnati. Ant. Gom. tit. de delict. c. 3. sub nu. 28. vers. vnum tamen est, Angel. de malefic. in verb. aduertas tamen nu. 2. vbi August. in princ. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 75. nu. 11. vbi testatur, quod ita pluries practicauit, & ita passim hic in curia practicatur, & Iul. Clar. q. 49. nu. 7. Ant. Scapp. in tract. de iur. non script. lib. 5. c. 114. nu. 14. & seq. Baiard. dicta q. 49. nu. 31. vbi testatur, quòd ita passim practicatur apud bonos, & practicos iudices, Caualc. de Brach. reg. p. 4. nu. 157. vbi dicit quod ista, & vera, & tutior practica.

9 Ac etiam si esset reus imputatus de pluribus delictis, & super quibusdam non essent plenè assumptæ informationes, neque esset processus completus, non tenetur iudex dare processus copiam, neque illũ publicare super alijs delictis, de quibus fuit processus completus, ne continentia causarum diuidatur, vt per Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 4. nu. 4. & seq. vbi licèt ipse loquatur in causis connexis, vel annexis, tñ verũ erit in alijs plurib. delictis penitus separatis, cũ omnia vnico processu, & snia debeant expediri, vt inferius suo loco dicam, & ita passim hic in curia obseruatur.

10 Et

10 Et quamuis per confrontationem factam de testibus cum reo dicatur processus publicatus, seu dicantur publicata dicta testium. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum in verb. & figuram, Baiard. in dic. q. 48. num. 8. nihilominus deberet fieri solemnis publicatio processus per traditionem copiæ eiusdem processus, vt possit ostendi Aduocatis, & Procuratoribus, & sub dicto processu disputari, Marsil. in pract. crim. § postquam nu. 5. Foller. in pract. crim. in verb. & facta litis contestatione nu. 10. Corrad. in pract. tit. de negatio. crimin. nu. 6. Ambros. de mod. form. process. lib. 3. c. 1. nu. 2. & ob id non diceretur satisfactum publicationi processus per dictam confrontationem in criminalibus, licet contrarium voluerit, Caualc. de testib. p. 4. sub nu. 123. vers. Item scias reus quod.

Processus appellatione quæ veniant.

SVMMARIVM.

1 *Processus appellatione continentur, & processus partium, & processus iudicij.*
2 *Processus appellatione an veniat sententia diffinitiua.*
3 *Processu annullato, an dicatur annullata sententia.*
4 *Commissiones, delegationes, & subdelegationes, & rescripta an dicantur de processu.*
5 *Testes examinati sine commissione iudicis, an sint de processu.*
6 *Processus largè sumpto vocabulo continet ea omnia, quæ in continuatione causæ deducta sunt, & ventilantur.*
7 *Commissio, & rescriptum, postquam in actis præsentatur, efficiuntur communia vtrique parti.*

CAP. II.

1 PRocessus appellatione in generali verbo totum cõtinetur, nempè processus partium, & processus iudicis, vt benè declarat Plotus, consil. 30. sub n. 36. vers. quia respondetur lib. 1.

2 Sed an appellatione processus veniat sententia diffinitiua, Hostiens. quem refert, & sequitur Bald. in capitulo consuluit num. 14. vers. quæro, quid continetur nomine processus extra de officio deleg. videtur concludere, quòd sententia non cõtineatur sub verbo generali processus, cum post cõclusum in causa, non sit procedere, sed processiuè, sequitur Plot. in d. consil. 30. sub nu. 36. & seq. vbi etiam subdit, apertè dignosci, secundum communem vsum loquendi processum, & sententiam diuerso vocabulo, & nomine appellari: ergo vti diuersa censeri debent lege si idem, C. de codicill. & communis vsus loquendi attendendus sit l. librorum, §. quod tamen vbi Doctor. ff. delegat. 3. l. cum Delanionis, §. asinam, ff. de fund. instruct. Scacc. de appellat. q. 16. limit. 1. num. 67. in princ. vbi tamen subdit, quod quando verbum processus profertur à lege, tunc appellatione processus veniat etiã sententia per l. actorum verba, ff. de re iudic. & per Castrens. in l. qui procuratorem, nu. 7. ff. de procurator.

3 Et licèt irritato processu, dicatur etiam annullata sententia, & è contra Bald. in cap. cum l, & A, colum. 1. vers. irritãtes processum de re iudicat. Felin. in cap. quoniam contra falsam, colum. 7. circa finem versic. per q̃ em dicit extra de probatio. Bald. consil. 375. vol. 2. & consil. 46. vol. 5. Signor. consil. 153. hoc est verum, consideratione habita, de ratione, ob quam annullatur processus, vt eadem ratione censeatur annullatum omne sequutum ex processu, & sic bannum, condemnatio, ac sententia, & non quod vnum cõtineatur appellatione alterius, vt declarat idem Signor. in consil. 154. & melius Plotus in dicto consil. 30. num. 36. & 40. & ob id, ibi, subdit in multis casibus videmus, quod sẽtentia valet, non cõstito de processu, puta in antiquis, & facit indicium sententia sine processu, vt possit procedi contra delinquentem coram alio iudice, vel in alio tribunali, non constito de corpore delicti, vt dixi in prima defens.

4 Nec etiam commissiones, delegationes, & rescripta dicuntur acta iudicij, neque de processu, cum fiãt sine causæ cognitione, post Innocen. Iaf. in consil. 31. nu. 1. in fin. vol. 1. & sub num. 2. & seq. etiam dicit non esse de processu citationem, libelli oblationẽ, & omnia alia, quæ fiunt ante litem contestatam, sed quando rescripta, & commissiones sint de processu, vide latissimè, Scacc. in Tractat. de iudic. lib. 1. c. 64. nu. 25. vbi plures tradit distinctiones.

5 Ac etiam testes examinati sine cõmissione iudicis, nihil probant, neque sunt de processu, quia illa dicuntur testimonialia, quibus non creditur, vt post alios, quos allegat ita firmat, Farinac. consil. 80. n. 16. eo magis dicit procedere quãdo talia testimonialia non haberent signa, nec subscriptionem Notarij.

6 Sed in proposito scias, quòd largo sumpto vocabulo, ea omnia, quæ in causa deducta fuerunt in processu, possint dici de processu, & ipse processus isto modo largè sumptus potest incipere a quolibet actu, quando desumitur pro toto illo ordine, secundum quem controuersia causæ ventilatur, seu si desumatur pro tota illa congerie actorum, quæ ventilantur, & producuntur in iudicio scribenda a Notario, vt desumit Gaspar Caballinad constitutio. March. libro 6. c. 24. nu. 1. Scacc. dicto c. 64. num. 25. sub versic. quid dicendum.

7 Et scias in proposito etiam; quòd rescriptum, seu commissio causæ, postquam est præsentata, efficitur communis vtrique parti l. 1. §. ededa, ff. de eden. Crot. in cap. ipso iure, num. 2. de rescript. in 6. Staphil. de lit. Iustit rubric. De gratia Apostolica ante litterarum confectionem nu. 9. imò efficitur communis etiam litis consorti illius, qui illam impetrauit, Scacc. dicto capitulo 64. num. 26.

DEFENSIO XXIII.

Circa ponendum reum ad largam.

Reus an sit ponendus ad largam.

SVMMARIVM.

1 *Reus poni debet ad largam completo processu offensiuo, cum termino ad faciendum suas defensiones.*
2 *Reus statim captus statim debet examinari, & non retineri in carceribus secretis, vltra tres dies.*
3 *Reus quàto citius fieri potest, debet poni ad largam.*
4 *Reus debet poni ad largam, vt possit loqui cum Procuratoribus, & aduocatis.*
5 *Contrarium aliquãdo seruatur in aliquibus causis descriptis hic per Authorem, in quibus debet dari commoditas rei loquendi cum Aduocatis, & Procuratoribus, cum interuentu alicuius Iudicis, Notary, vel substituti fiscalis.*

CAP. I.

C A P. I.

1 COMPLETO processu informatiuo, Reus solet poni ad largam, ac iudex ei decernit copias, cum termino trium dierum ad faciendum suas defensiones; habitis tamen testibus pro ritè, & rectè receptis, ac legitimè examinatis, saluis exceptionibus, & repetitione, &c. ac sine præiudicio vlterioris processus, & examinis omni meliori modo, vt tradit Flam. Cartar. in Prax. interrog reor. lib. 4. lib. 2. num. 47. & Ambros. in tract. de mod. formand. process. informat. lib. 3. cap. 1. n. 19. Iul. Clar. q. 49. in princ. qui dicit, quod iudex debet decernere copias cum termino defensionis, Riminald. Iunior cons. 88. nu. 56. & seq. lib. 1. cons. 290. lib. 3. Moder. Rom. q. 38. nu. 3. Roland. cons. 12. n. 53. & seq. vol. 3. Menoch. de Arb. q. 77. lib. 1.

2 Sed sciat iudex, quòd de iure reus statim captus, statim debet examinari text. in lege 1. C. de custod. & exhib. reor. idest celeriter, vt ibi sentiunt Doctor. & nos in statu ecclesiastico habemus sanctam prouisionem Pauli Tertij in fauorem omnium pauperum carceratorum, ne iudices captum pro quauis causa [illegible] crimine in secretis carceribus vltra triduum, antequã examinetur, retineant, sed examinent, idem decreuit Pius IV. super reformat. Tribunal. Vrb. vbi mandat in omnibus obseruari dictum motum proprium quoad expeditionem carceratorum, & in alio eius motu proprio super reformatione Tribunalis A. C. idem Pius IV. præcepit Auditori Cameræ, vt curet, ne rei vltra triduum retineantur in sectis carceribus, antequam examinentur, nisi tamen naturæ causæ aliud suadeat, & Simanc. in Prax. Hæres. tit. 27. de interrogatio. nu. 1. dicit, quòd, postquam rei fuerint in carceribus coniecti, post biduum, vel triduum examinandi sint ab inquisitoribus, vt etiam refert Cartar. in dicta prax. interrog. lib. 4. c. 2. nu. 46. & vtinam dictæ sanctæ prouisiones obseruarentur in alijs Tribunalibus, prout benè obseruantur in illo æquissimo Tribunali Sanctæ Inquisitionis.

3 Ideò reus quanto citius ponendus est ad largam, nempè in publicis carceribus, vel alibi in carcere, iuxta personæ, & causæ naturam, & qualitatem arbitrio iudicis, vt possit suas facere defensiones per text. in l. vnic. §. cogniturum, vers. palam facere custodias, ff. de quæstioni, & ita obseruatur, & obseruari debet ab omnibus iudicibus, prout admonet Marsil. in practic. crim. §. postquam num. 5. Foller. in pract. crim. in verb. & facta litis contestatione nu. 10. Flam. Cartar. in dicto lib. 4. c. 2. nu. 47. Ambros. in dicta practica, de mod. forman. process. informat. lib. 3. cap. 1. nu. 20. & quod reus sit ponendus ad largam disponitur per dictam Bullam Pauli Tertij confirmatam a Pio IV. & idem esse dispositum in Regno Neapolitano, ac in Ducatu Mediolani testatur Baiard. in q. 49. num. 2. & sequenti, & sub nu. 5. etiam post Menoch. in cons. 51. num. 36. vol. 1. & Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 2. nu. 47. dicit, quòd, licèt dicti motus proprij loquantur de iudicibus Almæ Vrbis Romæ, tamen seruari debeat in toto statu ecclesiastico.

4 † Quod autem reus debeat poni ad largam, vt valeat loqui cum Procuratoribus, & Aduocatis, & parare suas defensiones, & quòd libera debeat esse locutio, vt liberæ sint defensiones, ne Aduocati, & Procuratores, timore alicujus officialis assistentis locutioni factæ cum reo, nõ audeant dicere ea omnia, quæ faciunt ad defensionẽ rei, vt puta pro repulsandis testibus, vel aliquid contra accusatorem, & similia, cum ille assistens apponatur tanquam explorator curiæ, vel fisci, & si fiscus, vel curia potest assumere informationes, & examinare reum, sine interuentu Aduocati, & Procuratoris ipsius rei, ita etiã reus debet poni ad largam, vt alloqui possit sine interuentu fisci, vel eius exploratoris, cum in iudicijs sit seruanda æqualitas inter reum, & fiscum l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Beninten. decis. 77. n. 13. Magon. decis. Lucens. 50. num. 3. & 8. imò semper esse debet fauorabilior causa rei, lege fauorabiliores, ff. de regul. iuris, vel saltim non deterioris conditionis, lege non debet, ff. eodem titulo, Magon. dicta decis. 50. numero 3. & latè in nostris terminis per supradicta fundamenta Baiard. dicta quæst. 49. nu. 2. cum pluribus sequentibus.

Nec iudex debet se mouere per ea, quę scribit Scac. in additio ad Crauett. cons. 35. vbi laudat iudices, qui aliquo officiali assistente admittunt defensores rei ad alloquendum, ne reus instruatur, & detur occasio [illegible] per tex. in lege custodias, ff. de public. iudic. quia iste text. nihil facit ad eius propositum, imò fundat intentionem rei, cum ibi disponatur, quòd, quando examinabantur rei, debebant assistere causarum patroni; quod erat inductum ad ipsorum reorum fauorem, & ideo non debet induci ad eorum odia licèt hodie, dispositio illius legis in fauorem reorum non seruetur, Clar. quæst. 45. vers. quæro etiam.

Nec minus decipi debet iudex per Ioseph. Ludouic. conclus. 38. vers. infertur 9. dum voluit, quòd ex communi obseruantia non soleant rei poni ad largam in causis arduis, nisi postquam ratificauerint delictum, vel essent in statu absolutionis, & quod eorum Aduocati, & Procuratores volentes alloqui reos, admittantur cum præsentia Notarij causæ, vel Iudicis, seu Fiscalis: quoniam ipse decipitur, cum alter obseruetur in practica, & etiam vigore bullarum Summorum Pontificum, & aliarum constitutionum in Regno Neapolitano, vel in Ducatu Mediolani, vt superius dixi; Imò ipsemet Ioseph. ibi testatur, quòd contrarium seruauit, & practicauit, ac practicari vidit, prout contra dict. Ioseph. & exclamat. Baiard. in quæstione 49. nu. 4. Et verè iudices non recedant à supradicta communi practica, quia aliter seruare, esset angustare defensiones, quæ minimè sunt angustandæ, sed benè amplandæ, & post hæc scripta superuenit noua reformatio Sanctissimi Domini Nostri Pauli V. sub Rubric. de iudic. crim. per quam disponitur concedi facultatem carceratis alloquendi cum Aduocatis, & Procuratoribus etiam semotis arbitris nisi qualitas causæ aliter suadeat.

5 Benè verum est, quòd aliquando, stante mala qualitate personarum, & grauitate causæ, reus potest detineri in secretis carceribus, vel alibi in carcere, ita vt neminem alloqui possit, sed lumen tamen videat ad primum solis ortum l. 1. C. de custod. reor. vbi docet quales esse debeant dicti carceres secreti, ac etiam est dispositum per dictam Bullam Pauli Tertij, versiculo dictique iudices, & per Pium Quartum etiam in allegata Bulla, & referunt Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. capit. 2. num. 47. vers. interdum tamen, Baiard.

q. 49.

quæst.49.num.5. Ambros. in tract. de mod. formand. process. informat. lib. 3. cap. 1. num. 21. & seq. Farinac. quæst. 39. num. 13. & seq. Peregr. consil. 2. num. 149. volum. 2. etiam hoc admittit, & quod loco copiæ decernantur originalia exhibenda Aduocatis, sed benè damnat illam formam, si videre proponat reo indicia, & vellet deinde incontinenti cum suis defensionibus reum audire.

Sed caueant iudices, quod non in omnibus causis hoc faciant, sed tantummodo in publicis latronibus, sicarijs, assassinis, & similibus diffamatis, qui possent nominare plures complices, & ita declarat verba illa apposita in dicta Bulla Pij Quarti, nisi tamen qualitas causæ aliud necessario suadeat, Baiard. in d. q. 49. numero 3. in fine, & quòd ita solet tantummodo fieri per bonos, & iustos iudices, & idem reassumit, Farinac. in dicta quæst. 39. nu. 14. & sub num. 112. vbi ampliat etiam procedere in causis tractantibus de re Principis, & vbi adest timor subornationis, & quod in alijs causis vidit semper reos ad largam positos, cum libera potestate alloquendi, quos volunt, & ita facere semper tutius erit, & melius.

Sed in istis etiam casibus reus, quamuis detineatur in secretis carceribus, habere debet commoditatem liberè alloquendi semel, & pluries eorum Aduocatos, & Procuratores in præsentia Iudicis, Fiscalis, & Notarij, Ioseph. Ludouic. concl. 38. vers. nihilominus ex communi, vbi testatur de communi obseruantia, ac etiam remotis arbitris, nisi tamen qualitas causę aliud necessariò suadeat, prout decreuit Pius IV. in allegata Bulla. Farinac. d. q. 39. nu. 13. Baiard. dict. quæst. 49. nu. 5. Ambros. d. lib. 3. c. 1. num. 22. Cartar. lib. 4. cap. 2. num. 47. in fine, qui dicit, quòd licèt dicta *Bulla Pij Quarti* loquatur de iudicibus Almæ Vrbis, idem tamen seruari debeat in toto statu ecclesiastico.

Laus Deo.

Tomi Primi Finis.

TRACTA.